37
39 E
8

ARA 2679

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram bo: me: R.P.D.
ANSALDO DE ANSALDIS
PATRICIO FLORENTINO
EJUSDEM SACRÆ ROTÆ AUDITORE, ET POSTEA DECANO.

Cum Annotationibus, & Additionibus ad singulas Decisiones

Partim exaratis ab ipsomet R. P. D. ANSALDO, & partim ab ANDREA LUPARDO J. C. ejus primo Studiorum Adiutore, nunc vero in Romana Curia Advocato.

CENTURIA, SEU TOMUS SECUNDUS.



ROMÆ MDCCXXXVI.
Typis, & sumptibus Hieronymi Mainardi Impressoris Cameralis.

CUM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Em̃o, & Rm̃o Principi, ac Domino

D. MARCELLO PASSERI

S. R. E. Cardinali ampliſſimo.

HIERONYMUS MAYNARDUS F.

UBI primum, Eminentissime Princeps, Tomus alter Deciſionum Sacræ Rotæ Romanæ editarum coram bo: me: R. P. D. Anſaldo de Anſaldis, ejuſdem Rotæ Auditore, ac Decano oblatus eſt, ut publicis typis meis vulgaretur, inter multos dignitate, muneribus, & juris peritia præſtantes viros mihi potisſimùm occurriſti, cui Volumen egregium dedicarem. Neque id quidem ſine ratione multiplici. Congruit enim quam maxime, ut liber complectens Jura in ſupremo Urbis Sanctiſſimæ, totoque Orbe celeberrimo Tribunali reddita, & accuratè ſubinde illuſtrata, Tibi potisſimè inſcribatur, qui apud ſapientisſimum Principem, atque Pontificem juſtitiæ, & æquitatis præconio celebratum Auditoris munere fungens, laude non diſpari proveheris per ora hominum. Nimirum ab ineunte ætate juris prudentiæ navans operam nihil potius habuiſti, quam juſtitiam omnibus ſuis partibus exco-

le-

lere; odiſſe dolos & injuriam; veritatem, ac virtutem ſectari. Quibus dotibus clarus, nec tantum maturo, verum etiam diuturno in rebus gravibus comprobatus exprimento, ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalatum es evectus, bonis plaudentibus univerſis. Cardinalem enim vero Te Pontifex Maximus renuncians, viſus eſt illorum ſequutus judicium & deſiderium: apud quos perhonorifica de Te vigebat exſpectatio. Neque ſpem fefellit eventus. Etenim erecto ſupra Eminentisſimam Dignitatem animo, nihil præ Te magis tuliſti, quam ut ubique virtuti locus eſſet & honor debitus. Multis, Cardinalis amplisſime, dignitates tribuuntur, ut ornentur dignitatum inſigniis. Tibi dignitas eſt collata, ut virtus ſplendidiùs vigeat, & meritis aucta ſpectetur ornamentis. Noſci ſufficit, ut ameris, ac ſuſpicaris: & quod raró inter homines dignitate claros, & res curantes publicas ſolet accidere, uſus exiſtimationem auget, ac reverentiam. Integritate atque modeſtia perinde ac judicii acrimonia, & maturitate notus in commune Reipublicæ bonum totus incumbis; neve tuo deſis debito, omnia ex jure & honeſtate, nihil ex proprio cenſes arbitrio. Ad beneficentiam natus, occaſiones ultró arripis, ut de aliis bene merearis. Quo nomine potisſimè Tibi debent literati homines, & literæ, nullo non tempore ac loco cultæ atque provectæ. Beneficæ in omnes voluntati facilitatem & comitatem adjungis: qua mirificè devincti qui ad negocia confluunt, ſingularibus Te proſequuntur officiis. Neque tantum juſtitiæ cultum, bonorum tutelam, & patrocinium verum etiam qua nunc potimur, optimi regiminis felicitatem non minima ex parte acceptam referunt. His ego motus cauſsis, & acceptis impulſus beneficiis, venerationis & grati animi teſtem, hoc Volumen offero: ut digna omnium gentium præconio tua virtus Orbi univerſo, ac feræ poſteritati pateat. IM-

CEntum Decisiones Clarissimi Viri Ansaldi de Ansaldis olim Sacræ Rotæ Romanæ Decani multorum Votis iamdiù desideratas, quæ totidem alias, dum ipse viueret, iampridem typis vulgatas suo quæque ordine subsequuntur, auidissimè legi, eâque lectione mirificè sum delectatus; Est enìm in eis summa doctrina, & veræ, germanæque Iurisprudentiæ non adumbrata, sed solida, & expressa effigies, ità quidem, vt præstantissimus Auctor Legislatorem potiùs, quàm legum Interpretem agere potuisse videatur. Nec à paterna præstantia degenerant nonnullæ in eiusmodi Decisiones Adnotationes, quas Auctor ipse reliquit. Quemadmodum & doctissimæ sunt Additiones, Adnotationesque, quas ingenti labore, exquisitâque diligentia concinnauit D. Aduocatus Lupardi olim ipsius Ansaldi disciplinæ Alumnus, eiusque Studiorum Adiutor, cuius debitâ laudatione supersedeo, quum illius ea vera, ac maxima omnium laus esse videatur, quòd laudatur ab hoc laudatissimo Viro, tantoque Præceptore tùm in hoc, tum etiàm in superiori Volumine. Quapropter, quum in antedictis Decisionibus, & Adnotationibus nihil sit, quòd Catholicam Religionem non sapiat, nihil, quòd non suis Auctoribus magnam nominis claritatem, nihil, quòd Lectoribus maximam non sit allaturum vtilitatem, ipsas publicâ luce dignissimas esse iudico, si modò ijs, quibus hac de re publica potestas est, ità videbitur.

Victorius de Martinis in Romana Curia Aduocatus.

a IMPRI-

IMPRIMATVR,
Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Sac. Palatij Apoſt. Mag.
N. Baccarius Epiſcopus Bojan. Vigeſg.

IMPRIMATVR.
Fr. Joannes Benedictus Zuannelli Ordinis Prædicatorum Sacri Palatij Apoſtolici Mag.

I N D E X
D E C I S I O N V M
P E R D I OE C E S E S.

Mon-

ELEN-

ELENCHVS ARGVMENTORVM

Huius secundæ Centuriæ

DECISIONVM

Bon: mem: R. P. D. ANSALDI.

ALBANEN. CANONICATVS.
Ven. 26. Iunij 1699.
DECIS. CI.

LIcèt ad formam Iuris, & *Sac. Concilij Tridentini* sufficiat prò obtinendo Canonicatu in Ecclesia Collegiata ætas annorum 14., id tamèn intelligitur, nisi contrarium fuerit determinatum per particulare Statutum eiusdem Ecclesiæ factum ab Episcopo, vèl Capitulo, & confirmatum à S. Sede, quod est attendendum, etiamsi præscribat, actu debere esse Sacerdotem quisquis assumitur ad Canonicatum, maximè concurrente obseruantia; Et differitur etiàm, an Capitulum possit indulgere, quòd Canonicus antequàm fiat Sacerdos in casu, quo teneatur esse talis, percipere valeat fructus Canonicatus.

EADEM SVPER MANVTENTIONE.
Sub eadem die
DECIS. CII.

Capitulo, & non Prouisis, seù Præsentatis ad aliquem Canonicatum datur manutentio in quasi possessione exigendi fructus Canoniæ vacantis, si ijdem Prouisi, seù Præsentati non habeant qualitates requisitas pro assequendo Canonicatu, & non sint in præfata quasi possessione. Reintegratio non compatitur cum Manutentione, nec Manutentio peti potest ab eo, qui voluntariè cecidit à sua possessione, vèl in ea se intrusit, vèl eam obtinebat nomine alieno: Et aliqua de vi, & importantia Decreti irritantis.

EADEM SVPER ATTENTATIS.
Sub eadem die
DECIS. CIII.

Attentata, quæ hinc indè commissa asserebantur, excusantur ratione boni iuris, vèl quià actus gesti fuerant in continuationem possessionis præcedentis, & cum Iudicis auctoritate, ac respectiuè proptèr aliqualem iustam credulitatem; vèl excluduntur ex defectu concludentis probationis.

ROMANA, SEV LIMANA CAMBIORVM.
Mercur. 1. Iulij 1699.
DECIS. CIV.

Reuidentur tres *Decisiones* editæ in tertia Instantia supèr legitimitate Cambiorum, de quibus agebatur; Hìc autèm præcipuè examinatur, an, & quandò licita sit anticipata solutio vsurarum; & quantitas fructuum eorumdem Cambiorum ab iniustitia vindicatur secundùm peculiares facti circumstantias.

ROMANA IVRIS PASCENDI SVPER ATTENTATIS.
Merc. 1. Iulij 1699.
DECIS. CV.

Decisio hæc principalitèr agit de Attentatis, de quibus vterque ex Collitigantibus incusabat suum Aduersarium, & incidentèr tangit materiam prætensi Iuris pascendi in alieno Territorio, necnòn de damnis reficiendis ab eo, qui propria Animalia immiserat in Pascua non sua, sed aliena. In *Additione* autèm Extensor *Decisionis* superadijcit concernentia eamdem materiam Attentatorum, & Pascuorum, necnòn Cauthelæ Angeli, Chartæ Dotalis, ac styli Agriculturæ circà Affictus Tenutarum, eorumque initium die 29. Septembris, quamuìs in illorum stipulatione fuisset conuentum, quòd incipere deberent à die prima eiusdem mensis; cum alijs, de quibus in *Summario*.

TRIVENTINA IVRIVM PAROCHIALIVM.
Mercur. 1. Iulij 1699.
DECIS. CVI.

Agitur in præsenti *Decisione*, cui nàm competat exercitium Iurium Parochialium in Loco existen. intèr duas Parochias, & examinantur actus, qui hinc indè per ambos Parochos prætendebantur gesti ad finem probandi pertinentiam eiusdem Loci ad propriam Ecclesiam Parochialem. In *Additio-*

tionibus verò plures recensentur casus ad eamdem materiam pertinentes, necnòn agitur de priuilegijs competen. exteræ Confraternitati aggregatæ ab Archiconfraternitate Vrbis, ac demùm de PP. Cappuccinis munus Cappellanorum supplentibus in Triremibus Pontificijs; cum alijs, de quibus in *Summario*.

TVDERTINA CENSVS.

Mercurij 1. Iulij 1699.

DECIS. CVII.

Debitor censuarius paciscens cum creditore creditoris sui, se ad eiusdem census extinctionem non deuenturum, nisi præuia interpellatione, & consensu ipsius creditoris paciscentis, quatenùs huiusmodi pacto contraueniat, ad iteratam solutionem obstringitur. An autèm teneatur etiàm ad fructus pòst extinctionem decursos, rationum momenta hìnc indè adducuntur, sed anceps stetit *Rotæ* iudicium, re maturiori examini reseruata. Census impositus fauore Conuentus, aùt Monasterij, an possit validè per Debitorem extingui in manibus illiusmèt Religiosi, vèl Monachi, qui Censum emerat nomine ipsius Conuentus, seù Monasterij: cum alijs ad materiam validæ, vèl inualidæ extinctionis Census fideicommissarij, de quibus in *Summario*.

NVLLIVS, SEV TERRÆ PONTIANI SVCCESSIONIS SVPER ATTENTATIS.

Lunæ 16. Nouembris 1699.

DECIS. CVIII.

Institutio hæredis cum facultate disponendi non potest coerceri intrà limites nudi vsusfructus, quià Testator in substitutione eundem hæredem denominauerit vsufructuarium vita durante. Remedium purgationis attentatorum complicari potest cum interdicto retinendæ possessionis. Attentata proptèr iustam credulitatem excusantur. Eligens vnum ex contrarijs remedijs, an sibi præiudicet, quominùs posteà valeat ad alterum conuolare.

FIRMANA IMMISSIONIS.

Veneris 20. Nouembris 1699.

DECIS. CIX.

Saluianum competit pro damnis, atquè interesse sub hypotheca promissis. Recipiens pecuniam retractam ex venditione rei fructiferæ cum obligatione præstandi Emptori euictionem, euictione secuta tenetur pretium refundere vnà cùm fructibus nòn solùm à die contestatæ litis, sed ab ipso etiàm tempore secutæ euictionis. Et in *Addit.* plura habentur supèr eadem materia euictionis ad varios effectus.

ASCVLANA FIDEICOMMISSI, SEV DOMVS.

Veneris 27. Nouembris 1699.

DECIS. CX.

Acquisitio filij familias præsumitur facta ex paterna substantia. Si autèm filius ipse possideat, cessat præsumptio; nuda tamen possessio non sufficit, adminiculis destituta, nec si pro Patre vrgentiores concurrant coniecturæ, vt hìc. Magistralis est *Decisio* ad materiam *Glos. in Leg. Cùm oportet*, *verb. Ex substantia*, *Cod. de Bon.*, *quæ liber. &c.*

ROMANA MONILIS.

Veneris 27. Nouembris 1699.

DECIS. CXI.

Creditor anterior potest cogere posteriorem, vt exhibeat pignus habitum à communi Debitore prò securitate sui crediti ad effectum illud subhastandi, & deliberandi, eiusque pretium consignandi cui de Iure, & quæ sint necessaria in huiusmodi Iudicio exhibitionis. An autèm, secuta postmodùm subhastatione dicti pignoris, supèr illius pretio præferri debeat Creditor pignoratarius, quamuìs posterior, vèl potiùs alter Creditor anterior, qui institit pro eiusdem pignoris exhibitione, & subhastatione, *Rota* in præsenti Causa reliquit hunc articulum indecisum, ac suo loco, & tempore formitèr examinandum, quem tamèn in alijs similibus casibus ex pòst resoluit fauore Creditoris anterioris, vt probatur in *Addit.*

BONONIEN. PRÆDIJ SVPER REMISSORIA.

Mercurij 2. Decembris 1699.

DECIS. CXII.

Denegatur Remissoria in præsenti *Decisione* ex capite irreleuantiæ, improbabilitatis, & incongruentiæ Iudicij de sui natura respuentis exceptiones requirentes altiorem indaginem. Pactum temporale francandi, seù redimendi an, & quandò exerceri valeat non obstante lapsu termini conuenti concurrente læsione, cum alijs ad materiam redemptionis, seù retrouenditionis vigore pacti initi intèr Emptorem, & Venditorem, de quibus in *Summario*, & in *Annot.*

ROMANA IMMISSIONIS.

Mercurij 2. Decembris 1699.

DECIS. CXIII.

Qui, sciens hæreditatem sibi delatam, adhùc illam non agnouit, non transmittit ius petendi restitutionem in integrum ad eam adeundam. Verùm quià leuioribus coniecturis huiusmodi scientia suaderi contendebatur, prò transmissione deciditur. Ad materiam *Text. in Leg. Pantonius 85. ff. de acquir. hared.*

CRA-

Index Argumentorum.

CRACOVIEN. SCHOLASTRIÆ.
Ven. 4. Decembris 1699.
DECIS. CXIV.

Ex pluribus præsentationibus factis ab eodem Patrono, præfertur quæ priùs coràm Ordinario fuerit exhibita; Iura enim fauent vigilantibus &c.

EADEM SVPER REMISSORIA.
Sub eadem die
DECIS. CXV.

Remissoria non conceditur proptèr inuerisimilitudinem, atquè irreleuantiam materiæ articulatæ. Patrono laico semèl licet variare, cumulatiuè tamèn, non priuatiuè, nisi prima præsentatio promissionem contineat non variandi.

PERVSINA AFFICTVS.
Lunæ 7. Decembris 1699.
DECIS. CXVI.

Solutio cedit in causam expressam; ideò nequit ad aliam diuersam causam referri, maximè inuerisimilem. Reseruatio iurium nihil operatur, quòtiès eadem iura comperiuntur insubsistentia.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MATTHIETTIS.
Lunæ 7. Decembris 1699.
DECIS. CXVII.

Immissio non retardatur fideicommissario per detractiones illiquidas. Filij primi gradus non tenentur fructus perceptos in Trebellianicam imputare: Nùm verò huiusmodi imputatio procedat quòad fructus perceptos per eorumdem filiorum hæredes? profunde explicatur. Negligens inuestimentum à Testatore iniunctum, tenetur ad damna, & interesse. Dos quandò in quantitate, siuè potiùs in specie constituta censeatur. Fructus percepti, pendente conditione fideicommissi, spectant ad hæreditatem grauati, nisi in contrarium stet Testatoris voluntas: Obligatus ad reddendam rationem tenetur præcisè edere libros, nequè excusatur iurando, se illos non habere.

ASCVLANA FIDEICOMMISSI, SEV DOMVS SVPER MELIORAMENTIS
Ven. 11. Decembris 1699.
DECIS. CXVIII.

Agitur in hac *Decisione* de materia Melioramentorum, eorumque probatione tàm in genere, quàm in specie; & quomodò consuli soleat indemnitati tàm Rei conuenti, quàm Actoris, vbi illorum liquidatio reddatur difficilis. Melioramenta quandò sint, necnè compensanda cum fructibus à possessore perceptis pòst motam litem, & an sit locus illorum refectioni, si facta fuerint mala fide, & quæ mala fides ad hunc effectum requiratur.

EADEM SVPER PENSIONIBVS.
Sub eadem die
DECIS. CXIX.

Omittitur Argumentum stante breuitate tàm *Decisionis*, quàm *Additionis*, ac de cœterò facilè desumi potest ex *Summario*.

BONONIEN. AQVARVM.
Lunæ 14. Decembris 1699.
DECIS. CXX.

Dominus Prædij inferioris an teneatur recipere aquas pluuiales defluentes ex superiori fundo Vicini; & quid, si in eodem fundo superiori antiquitùs aderat Agger, qui præpediebat, nè aquæ irrumperent in fundum inferiorem, an superior Dominus cogi possit ad illius restaurationem, aùt saltèm talis restauratio fieri valeat proprijs sumptibus à Domino alterius fundi inferioris, quatenus huiusmodi restauratio illi prosit, nequè impediat superiori Domino transitum ad proprium fundum. Et in *Addit.* plenè discutitur pulchra quæstio, an habens ius ducendi aquam ex fundo Vicini possit alium admittere ad illius participationem; & in hoc proceditur cum distinctione, quòd id facere possit postquàm aqua iàm ingressa est suum fundum, secùs verò antè huiusmodi ingressum, putâ si comparticeps aquæ vellet illam directè deriuare à fundo Domini seruientis.

CALAGVRITANA DECIMARVM DE HARO.
Lunæ 11. Ianuarij 1700.
DECIS. CXXI.

Deficit *Argumentum*, quià facilè colligi potest ex *Summario*.

BARCHINONEN., SEV' VRGELLEN. PRÆTENSÆ NVLLITATIS PROFESSIONIS.
Ven. 15. Ianuarij 1700.
DECIS. CXXII.

Subministratio alicuius summæ in causam declarandam decernitur etiàm præcisiuè à probatione paupertatis, & boni iuris arbitrio Iudicis ex peculiaribus facti circumstantijs regulando. Aduersùs Professionem Regularem elapso quinquennio reclamare non licèt, nisi obtenta restitutione in integrum. Non quiuis metus irritam reddit Professionem, sed debet esse talis, vt cadat in constantem Virum; Et ex quibus prætensa illatio metus excludatur: Ac demùm ex quibus actibus ass. metus censeatur purgatus ad effectum desumendi tacitam ratihabitionem Professionis.

ROMANA FIDEICOMMISSI.
Ven. 15. Ianuarij 1700.
DECIS. CXXIII.

Sub legato Negocij socialis an veniat debitum quod Testator habebat cum ipso Negocio. Deliberatio Locorum Montium fideicommissariorum quandò censeatur absolutè fa-

cta etiàm quòad illorum proprietatem, vèl potiùs quoàd solam commoditatem fructuum durante vita grauati. Legatum quandó censeatur, necnè relictum animo compensandi cum eo, quod Testator legatario debebat, etiàm quòd debitum esset necessarium; de quo fusiùs *in Addit.*

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.
Mercurij 20. *Ianuarij* 1700.
DECIS. CXXIV.

Filij in conditione positi de Iure non censentur actiuè, seù dispositiuè vocati, præsertìm vbì agitur de dispositione Transuersalis, nisì concurrant prò vocatione vrgentes coniecturæ, quales non sunt reciproca ordinata intèr primos institutos, ac requisita qualitas legitimitatis, & naturalitatis. Transmissio licèt faciliùs inducatur, quàm vocatio, nihilominùs non intrat cessante vocatione eius, ex cuius persona eadem transmissio prætenditur. Fideicommissum præsuppositum, & agnitum in Instrumento diuisionis nequit impugnari ab hæredibus diuidentium, etiamsì illius existentia non sit clara, sed turbida, aùt disputabilis.

AVENIONEN. HÆREDITATIS.
Mercur. 20. *Ianuarij* 1700.
DECIS. CXXV.

Agitur in hac *Decisione* de materia *Text. in leg. Hac edictali*, *Cod. de secund. Nupt.*, in quo prohibetur Patri, vèl Matri binubæ, nè plus dare, aût relinquere valeat secundo Coniugi vltrà id, quod datum, seù relictum fuerit vni ex filijs primi Matrimonij per secundam Vxorem, cui Vir binubus reliquerat facultatem nominandi; Et *in Addit.* plura singularia adducuntur circà eamdem materiam præcitati *Text. in dicta leg. Hac edictali*.

ROMANA ALIMENTORVM SVPER EXPENSIS.
Ven. 22. *Ianuarij* 1700.
DECIS. CXXVI.

Iudex, terminatâ Causâ per Sententiam definitiuam absquè speciali condemnatione succumbentis ad refectionem expensarum, nequit ampliùs supèr huiusmodi expensarum refectione se ingerere, secùs si Causa fuisset expedita per Decretum. Clausula = *Ab excessiua tantùm* = adiecta in Commissione tribuit Iudici facultatem cognoscendi dumtaxát de prætenso excessu taxationis expensarum, non veró an succumbens fuerit debitè, vèl indebitè condemnatus ad illarum refectionem. In Iudicio manutentionis *Rota* non recipit Sportulas in maiori quantitate vltrà decem scuta Auri, & si de facto eius Depositarius ad id deputatus maiorem summam exegerit, promptè illi præcipit, vt victori restituat ratam' ab ipso in excessu solutam; & quid, si Causa reuerâ excederet terminos puræ, ac simplicis manutentionis.

ROMANA, SEV' TYBVRTINA DONATIONIS.
Lunæ 25. *Ianuarij* 1700.
DECIS. CXXVII.

Donatio facta à Demente non substinetur: Dementia ex quibus arguatur, & ex quibus è contrà excludatur, latè examinatur, & concluditur in casu præsenti prò illius exclusione. Rèsolutio donationis, licèt conuenta per pactum, non habet locum, nisì præcesserit interpellatio, & nisì volente, & exposcente Donante. Testamentum Furiosi furore perpetuo non substinetur, quamuìs redoleat dispositionem vndequaquè prudentem, & quamuis sit conditum fauore piæ Causæ.

NVLLIVS, SEV' TERRÆ PONTIANI SVCCESSIONIS SVPER ATTENTATIS.
Merc. 3. *Februarij* 1700.
DECIS. CXXVIII.

Fructus restituendi ab eo, qui attentatè, & spreta iudiciali Inhibitione se intrusit in possessionem rei controuersæ, non sunt consignandi alteri Parti, quæ priùs reperiebatur in eiusdem rei possessione, sed sunt depositandi, vèl apud tertiam personam, vèl in aliquo publico Banco, quotiès dubitari potest, quòd bonum ius assistat Attentanti circà merita Causæ principalis.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.
Merc. 3. *Februarij* 1700.
DECIS. CXXIX.

Res subrogata in locum alterius rei fideicommissariæ remanet fideicommissaria, & in illa debetur reintegratio fideicommissi, cuius reihtegrationis adimplementũ etiamsi per 30., & vltrà annos petitum non fuerit, nihilominùs contrà Fideicommissarium non petentem tale adimplementum non censetur præscripta actio, si nondùm venerit dies purificationis fideicommissi ad illius fauorem, à qua tantùm die incipit currere præscriptio.

EADEM SVPER FRVCTIBVS
sub eadem die.
DECIS. CXXX.

Fructus non facti Inuestimenti fauore fideicommissi non veniunt à die purificati fideicommissi, sed à die motæ litis, ac contestatæ; & ad effectum illos assequendi necessaria est interpellatio, dies enim licèt in obligationibus ad factum interpellet prò homine, nihilominùs hoc non procedit, si agatur non cum obligato, sed cum illius hæredibus: Fideiussor licèt quòad eum, prò quo fideiussit, induat personam Principalis, tamèn quòad Principalem non egreditur Fideiussoris limites, & est creditor releuationis.

TER-

RO-

Index Argumentorum.

ROMANA CAMBIJ.
Ven. 30. Aprilis 1700.
DECIS. CXLVI.

Debitor, & insimùl hæres defuncti Creditoris, à quo fuerat vniuersalitèr institutus in primo Testamento, an conueniri valeat viâ executiuâ ab alio hærede instituto in secundo, seù posteriori Testamento ad solutionem sui debiti, saltèm ad effectum deponendi, donèc intèr eos pendet lis supèr canonizatione tituli hæreditarij, seù supèr prælatione alterutrius ex Testamentis, & resoluitur affirmatiuè, præuia responsione ad contraria obiecta promota ex parte primi hæredis, & insimùl debitoris.

ROMANA PECVNIARIA.
Merc. 5. Maij 1700.
DECIS. CXLVII.

Euicta re alicui data in solutum an, & quandò liceat euictionem passo regredi ad primæua iura. Collusio, & simulatio faciliùs præsumitur intèr sanguine coniunctos, & probata respectu actus principalis influit etiàm in actus consecutiuè gestos. Plura de non attendendis in Iudicio exceptionibus per Reum conuentum serotinè oppositis, quarum multa afferuntur exempla.

ROMANA, SEV' MONTIS FALISCI BONORVM.
Merc. 5. Maij 1700.
DECIS. CXLVIII.

Frater occasione Matrimonij per Sororem contracti assignauerat eius Viro in partem Dotis nonnulla Bona stabilia sita in Patria ipsius dotantis, eidemque Sponso facultatem dederat, vt lapso quinquennio posset talia Bona dimittere, & illorum loco consequi alia stabilia æqualis valoris in Vrbe existentia. Pòst lapsum 30., & vltrà annorum filius ex hoc Matrimonio natus iudicialitèr institit aduersùs Auunculum dotantem prò traditione Bonorum Vrbis iuxtà facultatem eius prædefuncto Patri elargitam, quotiès retrotradere vellet ratam Bonorum primitùs in Partibus assignatorum; suumque obtinuit intentum non minùs coràm A. C., quàm in Sacro Rotæ Auditorio iuxtà præsentem *Decisionem*, non obstantibus tribus exceptionibus datis per Auunculum succumbentem, & in eadem *Decisione* reiectis.

VRBINATEN. PECVNIARIA.
Ven. 14. Maij 1700.
DECIS. CXLIX.

Intèr cœteras exceptiones, quæ allegabantur in hac Causa per Reum conuentum, principaliores erant obiecta præscriptio crediti, aùt saltèm præsumpta illius solutio deducta ex lapsu 50., & vltrà annorum: Sed vtraque reijcitur in præsenti *Decisione*, in cuius *Addit.* plura notabilia habentur in materia Curatoris soliti à Iudice deputari ad instantiam Creditorum hæreditati iacenti communis Debitoris, quæ colliges ex *Summario*.

GIENNEN. IVRIS MVTANDI SVPER AGGRAVATORIA.
Lunæ 17. Maij 1700.
DECIS. CL.

Agitur in hac *Decisione* de concessione, seù relaxatione Aggrauatoriæ Censurarum aduersùs nonnullos de gremio Capituli contumaces in non parendo præcedentibus Litteris Declaratorijs: Et *in Addit.* aliqua habentur circà priuilegia à Iure concessa fauore Infirmorum, necnòn quomodò probetur infirmitas, & quandò illa dicatur grauis, vèl leuis.

MELPHICTEN. CAPPELLANIÆ.
Lunæ 7. Iunij 1700.
DECIS. CLI.

Fundator Beneficij, qui in illius erectione authorizata per Ordinarium reseruauit Iuspatronatus passiuum fauore gremialium Ecclesiæ Cathedralis, potest in Testamento successiuè condito declarare, ac præcipere, quòd in casu vacationis præferri debeat in assecutione ipsius Beneficij ille ex dd. gremialibus, qui sit de descendentia, aùt Parentela, nèc per hoc dicitur alterasse legem fundationis, sed solummodò explicasse id, quod illi inerat ex dispositione Iuris, iuxtà quod in assequendo Beneficio (cœteris paribus) consanguineus Fundatoris præferendus est alijs extraneis. Reliqua colligi possunt ex *Summario*.

ROMANA DOTIS, ET LVCRI.
Lunæ 7. Iunij 1700.
DECIS. CLII.

Opponebatur in hac Causa Mulieri petenti restitutionem suæ Dotis constitutæ in quantitate scutorum 3. mil., quòd de illius numeratione, seù solutione prò rata scutorum mille non alitèr constaret, quàm per confessionem de recepto factam à Socero ipsius Mulieris sub spe futuræ, numquamuè secutæ numerationis: Sed contrarium in *Decisione* resoluitur, confirmando tria præcedentia Iudicata supèr relaxatione Mandati aduersùs Bona fideicommissaria dicti Soceri confitentis, ex rationibus in eàdem *Decisione* deductis, & congruè exornatis. Et *in Addit.* nonnulla habentur in materia, an, & quandò confessio de recepto facta à Marito probet, necnè veram, & effectiuam solutionem promissæ Dotis.

ARETINA BENEFICIJ.
Merc. 9. Iunij 1700.
DECIS. CLIII.

De vltimo statu attendendo in Beneficialibus ad finem decernendi Institutionem fauore præsentati ab existente in quasi possessione præsentandi: necnòn de Subrogatione gratiosa in iuribus defuncti Collitigantis per Com-

ME-

MEDIOLANEN. PRIORATVS.
Ven. 25. *Iunij* 1700.
DECIS. CLXII.

Filij familias in Iurepatronatu gentilitio, seù familiari admittuntur ad præsentandum vnâ cum Patribus; & licèt non probetur, quòd vmquàm in præcedentibus statibus præsentauerint, non ideò hoc obest eorum admissioni, nisi constet, quód voluerint præsentare, & fuerint reiecti. Illegitimi regularitèr non succedunt ad Iuspatronatus familiare, seù gentilitium, præsertìm si sint nati ex damnato coitu, quod tamèn *in Addit.* resoluitur cum distinctione intèr vocationem factam ad Iuspatronatus per verba Ciuilia, vèl naturalia.

BONONIEN. CENSVS.
Lunæ 28. *Iunij* 1700.
DECIS. CLXIII.

Breuis est *Decisio*, & ideò non indiget Argumento, quià facilè colligi potest ex *Summario*. In *Addit.* autèm aliqua habentur circà eam quæstionem, An, & quomodò hæres sciens adesse, vèl dubitans adesse posse Creditores anteriores sui defuncti Authoris, possit dimittere Legatarios, & alios Creditores posteriores nulla ab eis reportata cautione, vèl potiùs teneatur ad pœnam iteratæ solutionis ergà prædictos Creditores anteriores posteà comparentes.

HISPALEN. PROCESSIONIS SVPER PRIMO DVBIO.
Lunæ 28. *Iunij* 1700.
DECIS. CLXIV.

Resoluitur in hac *Decisione*, permitti, ac tolerari posse ad solatium Populorum antiquam consuetudinem deferendi Augustissimum Sacramentum in annua Solemnitate SS. Corporis Christi supèr honorifica Machina substentanda (ob illius ingens pondus) per humeros Sæcularium, excluso scandalo, ac indecentiâ; non obstantibus *Cæremoniali*, & *Rituali Romano*, à quibus præscribitur, vt idem Venerabile Sacramentum, in dicta præsertìm maiori Solemnitate, deferri debeat cum Baldacchino, & proprijs manibus Celebrantis. Et in *Addit.* plura habentur circà vigorem, & obseruantiam memorati *Cæremonialis*, & an, & quæ consuetudo possit contrà illud allegari.

EADEM SVPER SECVNDO DVBIO.
Sub eadem die.
DECIS. CLXV.

In hac paritèr *Decisione* resoluitur, non licere Ordinario interuertere antiquissimam consuetudinem publicè circumferendi infrà Octauam annuæ Solemnitatis SS. Corporis Christi Augustissimam Eucharistiam supèr quadam Machina argentea magni ponderis, eo sub prætextu, quod ipsemèt Episcopus vellet pedestèr, & proprijs manibus deferre idem Venerabile Sacramentum: & diluuntur contraria ratiocinia, ex quibus absonum, & asperum dicebatur, quòd huiusmodi gestatio prætenderetur prohiberi proprio Ordinario, ad quem primariò, immò vnicè pertinet omnimoda directio, & cura rerum agendarum in hiscè publicis Processionibus, alijsque functionibus Ecclesiasticis.

BONONIEN. LIBERATIONIS A' MOLESTIJS.
Ven. 2. *Iulij* 1700.
DECIS. CLXVI.

De euictione præstanda ab hærede Venditoris non obstante, quòd Emptor absquè vlla intimatione molestiarum transegerit cum euincente, & an actio de euictione transeat in cessionarium, vèl alium singularem successorem Emptoris. Fideiussor præstitus in contractu an, & quandò prætendere valeat sese extitisse liberatum, eo quià Debitor ex pòst alium dederit fideiussorem prò maiori cauthela, & securitate Creditoris. Alia facilè colliges ex *Summario*.

BONONIEN. PECVNIARIA.
Ven. 2. *Iulij* 1700.
DECIS. CLXVII.

Argumentum patet ex *Summario*, cùm breuis sit *Decisio*, & breuior *Additio*.

PISANA IVRISPATRONATVS
Ven. 2. *Iulij* 1700.
DECIS. CLXVIII.

Officium Abbatissatus in Monasterijs Italiæ non durat vltrà triennium, quo elapso dedent Moniales deuenire ad nouam electionem, non verò permittere, vt Abbatissa continuet in eius munere, & guberuio sub palliato nomine *Superiorissæ*, vèl *Præsidentis*, aùt simili, ad finem declinandi paritionem Executorialibus Rotalibus, quas Patroni Monasterijj reportauerant supèr manutentione in quasi possessione præstandi consensum electioni nouæ Abbatissæ mediante traditione Clauium Monasterij in signum adeptæ possessionis Officij quòad ea, quæ pertinent ad iura temporalia.

EADEM SVPER DECLARATORIA.
sub eadem die.
DECIS. CLXIX.

Omittitur *Argumentum*, pròut & *Summarium*, tamquàm superfluum ob breuitatem *Decisionis*.

ROMANA DOTIS.
Ven. 2. *Iulij* 1700.
DECIS. CLXX.

De exceptione *rerum amotarum* non attendenda in Iudicio executiuo per Mulierem promoto supèr restitutione suæ Dotis, nisi de prætensa amotione incontinenti constet per claras, & limpidas probationes, videlicèt vèl mediante confessione ipsius Mulieris, vèl per publicum Instrumentum, aùt per

rem

rem iudicatam à Viro, siuè eius hæredibus obtentam in Iudicio ordinario.

TVDERTINA PECVNIARIA.
Ven. 2. Iulij 1700.
DECIS. CLXXI.

Simulatio de persona ad personam in contractu Census ex quibus probetur; & àu in hac specie simulationis necessarium sit exquirere causam simulandi. Cœtera possunt facilè colligi ex *Summario*.

ÆSINA RETRACTVS.
Lunæ 10. Ianuarij 1701.
DECIS. CLXXII.

Ius prælationis concessum à Constitutione S. Pij V. Domino census in alienatione fundi censiti àn habeat locum extrà Statum temporalem S. R. Ecclesiæ, & àn possit alteri cedi per ipsum Creditorem censuarium; cum reliquis, quæ colligi possunt ex *Summario*.

ARETINA BENEFICIJ.
Ven. 21. Ianuarij 1701.
DECIS. CLXXIII.

Agitur in hac *Decisione* de duobus ad vnum, idemque Beneficium præsentatis, quorum vterque obtinuerat Litteras Apostolicas supèr derogatione medietatis vocum; & resoluitur prò executione Gratiæ per eum reportatæ, quì fuerat præsentatus ab existentibus in quasì possessione præsentandi iuxtà vltimum statum regularitèr attendendum, vbi Patroni non sunt in Causa, & lis vertitur dumtaxàt intèr præsentatos.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI
Ven. 28. Ianuarij 1701.
DECIS. CLXXIV.

Argumentum desumi potest ex præcedenti *decis.* 16., quæ hìc confirmatur.

FAVENTINA SALVIANI.
Ven. 28. Ianuarij 1701.
DECIS. CLXXV.

Hìc paritèr *Argumentum* sumi potest ex præcedenti *decis.* 134., quæ in præsenti confirmatur.

NVLLIVS, SEV TERRÆ PONTIANI SVCCESSIONIS.
Ven. 18. Februarij 1701.
DECIS. CLXXVI.

Agitur de transactione facta per Mulierem cum interuentu eius Patris, Mariti, ac filij vnà cum decreto Iudicis, & resoluitur prò illius validitate non obstantibus aliquibus exceptionibus adductis ex parte ipsius Mulieris, cui etiàm denegatur manutentio per eam expetita sub præsupposito prætensæ nullitatis, ac læsionis eiusdem transactionis.

ROMANA FIDEICOMMISSI LVCIÆ DE MORONIS.
Lunæ 21. Februarij 1701.
DECIS. CLXXVII.

Sub nomine *descendentium masculorum* quandò veniant masculi descendentes per duplex medium fœmininum. Appellatione *filiorum* veniunt Nepotes concurrentibus coniecturis, pròut etiàm his cessantibus veniunt sub ampliori vocabulo *liberorum*. Plura de filijs in conditione positis, eorumque vocatione tàm ex dispositione *Statuti Vrbis*, quàm ex coniecturata mente Testatoris. Aditio hæreditatis àn, & quandò probetur ex solutione legatorum, expensarum funeris, Medelarum, & salarij Medicorum.

ROMANA PECVNIARIA SVPER NEGOCIO PRINCIPALI
Ven. 25. Februarij 1701.
DECIS. CLXXVIII.

Contrapositio partitarum facta in calculo à Partibus, vèl per Arbitros exarato, licèt regularitèr cedere debeat in excomputationem debiti durioris, id tamèn non procedit, quandò in oppositum constat de voluntate ipsarum Partium, seù Arbitrorum; & ex quibus huiusmodi voluntas depræhendatur. Solutio facta absquè vlla expressione specialis causæ à persona Magnatitiæ, vèl aliàs eximiæ qualitatis, referri potiùs debet in satisfactionem debiti gratuitò, & sine fœnore contracti, quàm in diminutionem alterius debiti fructiferi, & consequentèr durioris.

EADEM SVPER FRVCTIBVS
sub eadem die.
DECIS. CLXXIX.

Breuis est *Decisio*, ideòque non indiget *Argumento*, cùm facilè colligi possit ex *Summario*.

EADEM SVPER PRETIO VENÆ
Lunæ 28. Februarij 1701.
DECIS. CLXXX.

Obligatio Cameralis licèt extendatur ad dependentia, vèl tacitè venientia ex contractu, immò etiàm ad simplicitèr in eo enunciata, non tamèn trahi potest ad penitùs extranea, & non expressa: Emptio, & venditio nequit subsistere absquè certitudine pretij, quamuìs illud valeat ex pòst certificari ex solito, & consueto, aùt ex subsecuta Partium conuentione.

EADEM SVPER FRVCTIBVS PERÆQVATIONIS VENÆ
Sub eadem die.
DECIS. CLXXXI.

Fructus debiti ex primo contractu, qui in nouum, seù secundum fuerit transfusus, an, & quandò sumere valeant, necnè anterioritatem ab eodem primo contractu. Substantia Cambiorum, & recambiorum in quo consistat; & quid facere debeat Creditor prò legitimando cursu eorumdem Cambiorum, quotiès Debitor de tempore Nundinàrum non satisfacit suæ obligationi in soluendo summam debitam.

RO-

MON-

MONTIS REGALIS PRIORATVS.
Lunæ 2. Maij 1701.
DECIS. CXCII.

Multiplicitas titulorum an, & quomodò admittatur in Beneficialibus, & an, & quandó profit etiàm ad effectum agendi: Episcopus an possit Ecclesiam simplicitèr Parochialem erigere in Collegiatam; & ex quibus arguatur, aliquam Ecclesiam esse reuerâ Collegiatam si non actu, saltèm in habitu. Plura de Clausula = *siuè præmisso, siuè alio quouis modo vacet* = adijci solita in Litteris Apostolicis, & quandò sit, necnè operatiua fauore prouisi à Summo Pontifice.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GORIS.
Lunæ 9. Maij 1701.
DECIS. CXCIII.

Prohibitio alienationis quandò stare dicatur accessoriè, & consecutiuè ad præcedens fideicommissum, itàut illud in aliquo non alteret, aùt extendat, non obstantibus verbis perpetuitatem denotantibus, & adiecta ratione, vt Bona conseruentur in Familia Testatoris. Qualitas masculinitatis an, & quandò censeatur tacitè repetita de vna substitutione ad aliam. Cœtera patent ex *Summario*.

ROMANA IMMISSIONIS.
Lunæ 9. Maij 1701.
DECIS. CXCIV.

Agens vigore *leg. fin.* prò obtinenda Immissione supèr aliquo corpore prætenso fideicommissario, tenetur probare, quòd illud possideretur à Fideicommittente de tempore eius obitus; & ex quibus talis possessio censeatur probata. Pactum redimendi competens defuncto describi debet in Inuentario Bonorum hæreditariorum: & quandò illud præsumatur ab ipso defuncto, dùm viueret, exercitum. Plura de mutatione causæ possidendi, quam sibi possessor facere potest ob ei superuentum nouum, & vtiliorem titulum, cum suis limitationibus, & declarationibus, de quibus *in Addit.*

TOLETANA DECIMARVM DE CAPILLA QVOAD PAROCHOS.
Ven. 13. Maij 1701.
DECIS. CXCV.

Omittitur *Argumentum*, quià agitur de breui *Decisione* emanata occasione petitæ, & obtentæ expeditionis Causæ, & de reliquo patet ex *Summario*.

FERRARIEN., SEV ANCONITANA FIDEICOMMISSI.
Ven. 3. Iunij 1701.
DECIS. CXCVI.

Examinantur nonnullæ detractiones oppositæ ab hærede hæredis grauati aduersùs Fideicommissarium prò retardanda Immissione per hunc petita, ac per geminas Sententias præcedentèr obtenta; & insimùl reijciuntur vèl tamquàm insubsistentes, vèl tamquàm turbidæ, & illiquidæ.

EADEM SVPER SEQVESTRO
Sub eadem die
DECIS. CXCVII.

Decernitur in hac *Decisione* appositio Sequestri supèr fructibus rei controuersæ eo, quià aderat suspicio, quód difficilis reddi posset Actori illorum recuperatio; Et quandò talis sequestratio euitari valeat, necnè mediante cautione.

TOLETANA MANVTENTIONIS.
Ven. 3. Iunij 1701.
DECIS. CXCVIII.

In hac *Decisione* conceditur manutentio cuidam Confraternitati erectæ in Ecclesia Regulari Ordinis S. Dominici in quasi possessione faciendi quamdam Processionem in Feria V. Parasceuæ, non obstante contradictione Parochi territorialis, ac etiàm non obstante, quòd dicta Ecclesia Regularis subiecta reperiretur Interdicto Ecclesiastico ob denegatam paritionem Executorialibus Rotalibus, quas idem Parochus reportauerat aduersùs ipsos PP. Dominicanos prætendentes exercere iura Parochialia in dicta eorum Ecclesia.

ROMANA ALIMENTORVM.
Lunæ 6. Iunij 1701.
DECIS. CXCIX.

Alimenta, quæ debentur iure sanguinis, seù officio Iudicis, valdè differunt ab eis, quæ sunt debita iure actionis; illa namquè sunt taxanda intrà limites merè naturalis necessitatis, hæc verò magìs amplè, & iuxtà gradum, ac statum personæ alendæ. Ac rursùs illà si sint præterita, & non petita, ampliùs prætendi non possunt, exceptis duobus casibus *in Addit.* enunciatis: alia autèm debita iure actionis numquàm deperduntur, quinimò ius illa exigendi transit ad hæredes Alimentarij, etiamsi iste in præteritùm se aluerit de proprio, & etiamsi ex illius parte nulla præcesserit petitio, aùt interpellatio aduersùs alere obligatum. Alia colliges ex *Summario*.

SENOGALLIEN. IMMISSIONIS.
Lunæ. 6. Iunij 1701.
DECIS. CC.

Canonizatur in hac *Decisione* nullitas cuiusdam transactionis ex capite enormissimæ læsionis, & ea non obstante conceditur Immissio fauore Partis, quæ illam vtì læsiuam impugnabat, quamuìs exaduersò inculcaretur regula, quòd impugnans transactionem tenetur antè omnia alteri Parti restituere totum id, quod in illius sequelam recepit; & supèr hac regula afferuntur tàm in *Decisione*, quàm latiùs *in Addit.* plures limitationes vtrobiquè viden.

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
CORAM BON. MEM.
R. P. D. ANSALDO
DE ANSALDIS
Eiuſdem Sacræ Rotæ Auditore, & poſteà Decano.

ALBANEN. CANONICATVS.

Ven. 26. Iunij 1699.

ARGVMENTVM.

Licèt ad formam Iuris, & *Sac. Concilij Tridentini* ſufficiat pro obtinendo Canonicatu in Eccleſia Collegiata ætas annorum 14., id tamen intelligitur, niſi contrarium fuerit determinatum per particulare Statutum eiuſdem Eccleſiæ factum ab Epiſcopo, vel Capitulo, & confirmatum à S. Sede, quod eſt attendendum, etiamſi præſcribat, actu debere eſſe Sacerdotem quiſquis aſſumitur ad Canonicatum, maximè concurrente obſeruantia; Et differitur etiam, an Capitulum poſſit indulgere, quod Canonicus, antequàm fiat Sacerdos in caſu, quo teneatur eſſe talis, percipere valeat fructus Canonicatus.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis Epiſcopus Albani eſt vnus de ſex Epiſcopis ſuffragantibus Papæ non tamquàm Papæ, ſed tamquàm Epiſcopo Vrbis.*

2 *Statuta Capitularia, vel alicuius Collegij, dicuntur leges priuatæ ſeruandæ à Capitularibus, & exiſtentibus de eodem Collegio.*

3 *Statutum quando dignoſcitur inſertum, & alligatum inter cætera Statuta, præſumitur obſeruatum, & vſu receptum.*

4 *Eccleſiam materialem Collegiatæ Terræ Ariciæ à fundamentis renouauit ſan. mem. Alexander VII.*

5 *Statutum Capitulare, vel alicuius Collegij, quando fuit confirmatum à Papa, efficitur Papale, & eſt omninò ſeruandum.*

6 *Statuto alicuius Eccleſiæ, etiam iurato, poteſt per Papam derogari.*

7 *Statutum Eccleſiæ iuratum ſi mandat Papa in aliqua ſua collatione Beneficij ſeruari per prouiſum, eò magis ligat eumdem prouiſum.*

8 *In Eccleſijs Collegiatis ſufficit pro Canonicatu obtinendo ætas annorum quatuordecim.*

Et in hoc nihil innouauit Sac. Concilium Tridentinum, ibid.

Intellige, niſi in contrarium fuerit diſpoſitum per Statutum, & Conſtitutiones eiuſdem Eccleſiæ, ibidem.

Amplia primam concluſionem, etiamſi Cura Animarum reſideat penes Capitulum, niſi ſit infixa ſingulis Canonicis, num. 10., & num. 28. *vbi pleniùs.*

9 *Eccleſiæ Statuta vtrùm remaneant in ſuo eſſe, & vigore, quando transfertur, mutatur, vel de nouo erigitur eadem Eccleſia.*

11 *Statutorum immutationi, vel receſſui diametraliter opponitur confirmatio.*

12 *Verba diſpoſitionis vbi ſunt clara, non curatur de coniecturis.*

13 *Eccleſiæ alicuius translatione facta, cenſentur etiam translata omnia Iura, obligationes, & prærogatiuæ, quæ erant in Eccleſia in ſtatu antiquo.*

14 *Eccleſia non dicitur immutata quoad antiqua Statuta, vel conſuetudines per augumentum numeri Canonicorum.*

Præſertim accedente obſeruantia, vel præcepto Papæ augentis prædictum numerum, vel Eccleſiam transferentis, num. 16.

15 *Verba* = Volumus autem = *appoſita in Litteris Pontificijs important decretum.*

17 *In Eccleſia Collegiata ſtat ſimùl, quod quis poſſit eſſe Canonicus in ætate annorum 14., & tamen non ſit capax conſequendi fructus Canonicæ, niſi ſit actu Sacerdos.*

18 *Cardinali Prodatario, & similibus supremis Officialibus Datariæ fides adhibetur, & statur eorum declarationibus.*
19 *Capitulum Ecclesiæ potest consentire, quod aliquis, qui vigore Statuti non posset lucrari fructus, illos percipiat.*
Et de ratione, ibidem.
20 *Capitulum non potest derogare Statuto Ecclesiæ.*
21 *Administranti, vel exigenti nomine alterius, onus incumbit reddendi rationem eidem de administratis, & exactis.*
22 *Argumentum, quod fit à discretiuo modo loquendi, solet esse potentissimum.*
23 *Clausula* = Saluando però in questo = *est adeò præseruatiua, vt potiùs corroboret, quàm dissoluat illud, quod fuit præseruatum.*
Maximè attentà illa restrictione = In questo, ibidem.
24 *Consocij factum, seù declaratio in rebus communibus multùm attenditur, & operatur.*
25 *De Papa vtì Papa, eiusdemque sex Suffraganeis intrà Districtum* 40. *milliarium Vrbis*, remissiuè.
Et de ratione, propter quam in prædicto Districtu non sit vllus Archiepiscopatus, ibidem.
26 *Papæ titulum* Archiepiscopi Vrbis Romæ, & Patriarchæ, *necnon* Sanctitatis, & Beatitudinis Vestræ, *tribuebant Græci Imperatores, & signanter* Iustinianus.
27 *Beneficij adiudicatio, seù institutio quando detur præsentato.*
29 *Capitula Cathedralium, vel Collegiatarum non possunt condere Statuta contrà Ius, & solùm tenent, si confirmentur authoritate Apostolica, vel saltem (in suis casibus) Episcopi.*
Statuta Capitularia non possunt imponere onus Canonicis audiendi Confessiones, vel ministrandi Sacramenta, etiam diuisa obligatione per Turnum, ibidem.
30 *Statuta Capitularia si iniungant singulis Canonicis onus præsupponens Sacerdotium, non ideò omnes Canonici debent esse Sacerdotes.*
Et de ratione, ibidem.
31 *Beneficium Sacerdotale non facit simplex consuetudo, quod fuerint quandòque, vel pluries præsentati Sacerdotes.*
Et de ratione, ibidem.
32 *Beneficio, seù Canonicatui si sit annexa Cura Animarum, Præsentatus ad illam debet se subijcere examini ad formam* Concilij.
33 *Cura Animarum quando dicatur residere penès Capitulum, & Canonicos in habitu, vel potiùs actu.*
34 *Beneficium quando dicendum veniat actu* Sacerdotale, *vel potiùs* Clericale, *vel etiam* Sacerdotale habitu, & *non actu*, plenè, & remissiuè.
35 *Beneficium an sit Sacerdotale, vel Clericale, plurimùm demonstrat obseruantia.*
Amplia maximè, quando obseruantia existat iudicialis, & canonizata per Sententias, ibidem.
36 *Beneficium non dicitur Sacerdotale, quotiès non fuit Beneficiato impositum onus celebrandi Missas per se ipsum signanter, & præcisè*, & num. 38.
37 *Beneficium Sacerdotale quando reputetur, si fuerint commixta nomina* Cappellani, & Presbyteri *cum obligatione celebrandi Missas.*
Adducitur, seù explicatur Doctrina Fagnan. *seù casus resolutionis Concilij* in Cap. Vt Abbates num. 71. de ætat., & qualit., ibidem.
39 *Beneficium quando existimetur Sacerdotale, vel Clericale, si variauit Fundator in denominatione Præsentandi, vt puta* Cappellani, Presbyteri, Clerici, *vel* Sacerdotis.
40 *Testator non præsumitur tractasse peius illos de sanguine suo, quàm extraneos.*
Beneficium non esse Sacerdotale respectu illorum de sanguine arguitur, si Testator, seù Fundator qualitatem Sacerdotij non requisiuit in extraneis præsentandis, ibidem.
41 *Verbum* Sacerdos *potest conuenire etiam Clericis in certis casibus, vel esse synonimum cum verbo* Presbyter, *quod magis facilè comprehendit Clericos.*
42 *Beneficij Sacerdotalis qualitas quandòque contentatur sola ætate habili intrà annum ad assumendum Sacerdotium*, & num. 44.
Maximè, si præsentatus fuit aliquis de sanguine Fundatoris, ibidem.
43 *Beneficium etiamsi sit Sacerdotale, attamen si Præsentatus fuerit de sanguine Fundatoris, & in ætate habili ad assumendum Sacerdotium, præfertur Sacerdoti actuali extraneo.*
45 *Beneficium, vel Canonicatus simplex præsumitur in dubio Clericale, & non Sacerdotale, ad differentiam Beneficij, vel Canonicatus residentialis.*
46 *Beneficium censetur Sacerdotale in dubio, quando in fundatione dictum fuit, præsentari debere Sacerdotem, ex mente* Sac. Congregationis Concilij, *cuius Resolutiones referuntur.*
Contrà quandòque resoluit pariter eadem Sac. Congregatio, & conciliantur eædem Resolutiones inter se, ibidem.
47 *Beneficium non dicitur Sacerdotale, quando Fundator indulsit, Missas celebrari posse à Præsentato* etiam per alios, & num. 53.
48 *Beneficij Fundatoris, seù Testatoris intentio non potest meliùs declarari, quàm à verbis eiusdem Testatoris, quæ deseruiunt loco* Glossæ.
49 *Ad Beneficium efficiendum Sacerdotale nihil addit verbum* = Idoneus = *iunctum illi* = Sacerdos.
50 *Ad Beneficium Parochiale, seù Sacerdotale Præsentatis conceditur facilè dispensatio, si* *ijdem*

ijdem Præſentati ſint in ætate capaci ad aſſumendum Sacerdotium intrà annum.

Et refertur formula, & praxis talium diſpenſationum, quæ per aliquos nuncupatur = pro Arctatis, ibidem.

51 *Quod Beneficium cenſeatur Sacerdotale, ex quo dictum fuerit* = præſentetur Sacerdos = *tenet* Lambert. de Iurepatr.

Amplia, etiamſi Fundator adiunxerit = qui celebrare faciat, ibidem.

Sed eius Doctrina in propoſito refellitur, & explicatur, ibidem.

52 *Beneficij Fundatio, vel alia diſpoſitio quando potiùs recipiat interpretationem ab opinione, quam in ſuis operibus tenebat Scriptor, Extenſor, vel corrector eiuſdem Fundationis, ſeù diſpoſitionis.*

Diſtingue, vt ibidem.

Et quid, ſi Fundator, vel Teſtator dederit facultatem corrigendi ſuam diſpoſitionem cum clauſula = Dummodò ſubſtantia non mutetur, ibidem.

DECISIO CI.

IVDICATVM Ordinarij, quod in Curia deinceps approbauerat A. C., hodiè paritèr Domini iuſtiſſimum exiſtimarunt mediante reſponſo, ſiuè reſcripto = *Conſtare de duabus* = pròut ad limites Commiſſionis differendum propoſueram in dubio per Me ad inſtantiam Capituli vtrobiquè victoris ſubſignato.

Aperta quippè nimis, & clara viſa eſt littera ſalubris ordinationis iniunctæ per Cardinalem de Peruſio vſque de anno 1574. Antiſtitem Albani, & conſequentèr vnum
1 de ſex ſenioribus S.R.E. Cardinalibus, Papæ, vel Vrbis Epiſcopo, ſuffragantibus; occaſione etenim viſitationis per eum habitæ de prædicto tempore in Oppido Ariccìæ, inter cætera ſanciuit, vt quilibet Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ eiuſdem Oppidi deberet eſſe vel actu Sacerdos, vel ſaltèm à die capeſſendæ poſſeſſionis capax aſſumendi infrà annum huiuſmodi characterem = *altrimenti non poſſa partecipare d'alcuna entrata* = Quapropter cùm Franciſcus, & Ioſeph Antonius ad gradum Canonicalem nouiſſimè aſſumpti, nec etiam habitu infrà annum ob ætatis deficientiam effici valerent Sacerdotes, nullatenùs ambigi poterat de iuſtitia recuſationis, per quam Capitulum abnuebat prædictos nouos Canonicos admittere ad fructuum, ſiuè redditum Canonicalium per-
2 ceptionem; Statutum namquè, veluti priuata lex, venit ſemper religiosè ſeruandum per quoſcumque de gremio Collegij, vel Capituli exiſtentes, vt per *Gloſ.* communitèr receptam *in cap. 2. §. Cæterùm, verb. Statutum, de verb. ſignific. in 6. cum concordan.* paſſim dixit *Rota*, & ſignantèr *coram Pamphil. deciſ. 265. num. 5.*, *& coram Peutinger. deciſ. 161.*, *& coram ſa: me: Alex. VIII. deciſ. 46. vtrobiquè num. 1.*, *& in Dertuſen. Iuriſdictionis 6. Februarij 1696. §. Diſpoſitio autem, & 28. Ianuarij 1697. §. Capitulo autem, coram R.P.D. meo Pio.*

Præcipuè, quoties eadem Ordinatio, ſiuè
3 Statutum dignoſcitur inter reliquas Reformationes, ſiuè Conſtitutiones inſertum, & alligatum, tunc etenim vſu quoquè receptum, & obſeruatum præſumitur, ad tradit. per *Rot. deciſ. 51. num. 12. par. 1. Rec.*, *& deciſ. 198. num. 13. poſt Merlin. de legitim.*, *& coram Cardin. Celſ. deciſ. 125. num. 6. in fin.*, *& deciſ. 248. num. 17.*, *& in Ratisbonen. Canonicatus 13. Martij 1684. §. Non refragante, coram bon. mem. Albergato*; eòque magis ſuperaccedente, proùt hic, Apoſtolica confirmatione, ex quo ſa:mem. Alexander VII.
4 eiuſdem modernioris Collegiatæ tàm in ornatiſſima Fabrica materiali, quàm reſpectu formalis, & effectiui numeri Canonicorum de quatuor ad numerum duodenum ampliati fundator potiùs, quàm inſtaurator, ſpecificè iniunxerat obſeruantiam memoratę Ordinationis Cardinalis de Peruſio ſub aſſuetis effrenatis Clauſulis contentis in eius Motu proprio, de quo *in Summ. Capituli n. 3.*, in his namquè terminis ex vi confirmationis
5 Statutum efficitur Papale, ac pleniſſimam meretur executionem, vt ſubdit *Gratian. diſcept. 992. num. 10.*, *Adden. ad Gregor. deciſ. 267. num. 13.*, *Rot. deciſ. 39. num. 4. poſt Pic. in comment. ad Statut. Vrb.*, *deciſ. 690. num. 8. cor. Dunozz. Iun.*, *& deciſ. 123. nu. 5. par. 18. Recent.*

Indubitantèr autem, ex quo ijdem Canonici nouitèr aſſumpti in actu apprehendendæ poſſeſſionis Sacroſancto vinculo Iuriſiurandi ſeſe obſtrinxerunt ad obſeruantiam huiuſmodi Statuti; vbi namquè per litteras
6 obtentæ prouiſionis à Sancta Sede non ſit expreſsè derogatum eidem Statuto, quo caſu generica, & iurata promiſſio non officeret, quòminus Statuto etiam iurato præcelleret derogatio, ſicuti cenſuerunt *Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 3. cap. 14. num. 10.*, *del Ben. de Iuram. cap. 2. dub. 49. num. 12.*, *& 13.*, *& num. 15. in fin. verſ. idemque*, *Fagnan. in cap. Cùm veniſſent num. 26.*, *& num. 33. cum duob. ſeqq. de Conſtitut.*

Certè ex oppoſito, quando Pontifex vice derogandi poſitiuè præcepit in Bullis ſuæ prouiſionis, quod Collatarij compellerentur ſeruare, ac iurare Conſtitutiones, quemadmodùm contigit in vtraque prouiſione Ioſeſephi Antonij, & Franciſci, à fortiori vires
7 aſſumit propoſitio, quod ſtante Iuramento præ-

præstito super obseruantia Statutorum alicuius Ecclesiæ, eadem Statuta reddantur vndequàque obligatoria, & ineuitabilia, *Cap. Dilecto filio 25. propè finem, vers. nisi fortè Statutum, de Prabend., Gloss. in cap. Cùm non deceat 30. verb. effectus, de Elect. in 6., Seraphin. de priuil. iuramen. priuil. 162. num. 2. Rot. coram Seraphin. decis. 497. nu. 1., & cor. Buratt. decis. 758. num. 2., & decis. 102. sub nu. 4. vers. accedente præsertim par. 10. Recent. & in Hispalen. Diuisionis Simultaneæ 11. Februarij 1697. §. Clariùs, coram R.P.D. meo Muto.*

Conspirante itaquè in idem expressa littera Ordinationis cum supradicta insertione in Codice Statutorum, confirmatione Pontificia, ac demùm explicito iuramento etiam ex ventre collationis effecto necessario, de plano corruebat lapis ille angularis, quem supradicti particulares Canonici ad eorum munimen in hodierna defensione erigebant, videlicèt quod ad omnes Iuris effectus, &
8 signantèr ad illum lucrandi distributiones, & fructus, exuberaret, ipsos de tempore obtentæ prouisionis in Ecclesia Collegiata, contradistinctè ab ipsa Cathedrali, reperiri constitutos in ætate annorum 14., vt latè ad mentem Sacrorum Canonum examinata materia comprobat *Narbon. de ætat. anno 14. quæst. 55. nu. 3.*, vbi cum *Ricc. Barbos. alijsque*, latiùs ostendit, nihil in hoc proposito à dispositione Iuris profluentis à *Cap. Super inordinata 31. de Præben.* extitisse per *Sac. Conc. Trident.* censuram innouatum, quod & sæpissimè firmauit *Rot.*, vt *coram Arguell. decis. 34. num. 34., & 35., & coram Carill. decis. 214. num. 9., & decis. 766. num. 4., & 5. par. 18., & decis. 89. num. 15. cor. Vbag.*

Siquidem præfata in se verissima regula ex iam insinuata limitatione penitùs eneruabatur, nimirùm quotiès per Ecclesiæ particularia Statuta, vel etiam per ipsam consuetudinem diuersimodè præfiniatur, iuxtà ea, quæ in terminis responderunt *Gratian. discept. 591. num. 14. cum duob. sequen., Barbos. de Canon., & Dignit. cap. 13. num. 13. Leo in Thesaur. For. Eccles. par. 2. cap. 18. num. 22., Monet. de distribut. par. 2. quæst. 19. num. 13.*

Profligata paritèr ex præmissis apparebat secunda Asylus, ad quam recurrere satagebant Prouisi, nimirùm quod prædicta Ordinatio Cardinalis de Perusio euaserit circumscripta non minùs per immutationem materialem Loci, ac numeri Canonicorum, sed etiam Status in ordine ad regimen Spirituale ipsius Collegiatæ ex superuenta, vt diximus, translatione, ac reædificatione magnificentiùs stabilita per Summum Pontificem Alexandrum VII.; licèt enim Ecclesiæ
9 statu immutato cessare valeant in suis casibus antiquæ consuetudines, vestigia, & Statuta veteris Ecclesiæ, nisi aliud suadeant verba ipsius immutationis, seù nouæ erectionis, ex plenè deductis, siuè examinatis apud *Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 8. num. 332., Frances de Eccles. Cathed. cap. 7. per tot., Faguan. in Cap. Extirpandæ §. Qui verò num. 6. de Præben., Rot. decis. 404. nu. 9., & 10. par. 19.*

Attamen nullatenùs in præsenti poterat reputari facta vlla immutatio substantialis, non quidèm ex eo, quod Animarum Cura præcedentèr resideret penès quatuor tunc existentes Canonicos illam exercere consuetos per Turnum, siuè per Hebdomadas, hodiè verò tota Cura stet penès Archipresbyterum, quasi quod nullà remanente in hoc casu administratione Curæ apud singulos Canonicos, cessauerit finis iniunctæ qualitatis Sacerdotalis per Cardinalem de Perusio, ac locum sibi vindicaret à fortiori conclusio, quod
10 nisi Curæ administratio dignoscatur infixa ipsis Canonicis, sufficiat, vt præmisimus, in Collegiatis ætas 14. annorum, etiamsì Cura habitualis versaretur apud Capitulum, ad firmata per *Narbon. de ætat. ann. 14. quæst. 55. num. 3. post med., Cardin. de Luca de Benefic. disc. 17. num. 17., & disc. 95. num. 18., Rot. coram Arguell. decis. 34. n. 34., & 35. repetit. decis. 31. num. 33. par. 10. Rec.*

Quoniàm omnes huiusmodi discursus prosternebantur ad oculum ex simplici lectura suprà relati Motus proprij sa. mem. Alexandri VII., qui faciendo ass. immutationem tàm longè abfuit à verè immutanda, dissoluendaque obligatione impressi per anteà status Sacerdotalis, vt non solùm præseruauerit in genere vetera Statuta, sed in indiuiduo mandauerit impleri, siuè retineri hanc ipsam Ordinationem memorati Cardinalis de Perusio, ibi = *Firmis tamen remanentibus Statutis, & Ordinationibus, tàm à prædicto Cardinali de Perusio, quàm Palæotto &c.* =
11 Nil quippè magis de diametro aduersatur recessui, siuè innouationi, quàm expressa, & positiua confirmatio, vt in his terminis, imò fortioribus dictum fuit *in Bonon. Iuris conferendi 22. Aprilis 1697. §. Et quidem, & 9. Iunij 1698. §. Et ob id, coram bon. mem. Vrsino*, & in earum confirmatoria edita *sub die 12. labentis mensis §. Neque huic, coram R.P.D. meo Priolo.*

Et ob id superfluum efficiebatur immorari super alijs præsumptionibus allegatæ immutationis, vel ob variationem loci materialis Ecclesiæ, vel ob auctum numerum
12 Canonicorum; frigescunt namquè, ac dilabuntur coniecturę, quando intercedunt verba clara in oppositum, *vulg. Text. in leg. Ille, aut ille, §. Cùm in verbis, ff. de leg. 3., & in leg. Continuus, §. Cùm ità, ff. de verb. signific.* Maximè, quia etiam ex abundanti per materialem translationem de loco ad locum nulla

13 nulla de Iure refultat innouatio, fed infimul translata cenfentur actiuè, & pafliuè omnia Iura, prærogatiuæ, ac nexus vigentes præcedentèr in eadem Ecclefia translata, pròut 14 etiam augumentum numeri Canonicorum pariformitèr de Iure non alterat (nifi aliud exprimatur) omnimodam quidditatem, & parificationem inter antiquos, ac de nouo auctos Canonicos, quemadmodùm circà primam propofitionem liquet ex *Vvamef. conſil.63. num.2., & conſ.64. num.3., Cochier. de Iuriſdict. in exempt. par. 3. quæſt. 21. num.2., Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.9. num.193., & ſeq.*, & fignantèr *num.105.*, *Rota coram Seraphin. deciſ.1149. num.16.*, & in propofito fecundæ habetur penès *Abb. in Cap. Cùm M.Ferrarien.ſub num.29. de Conſtitut., Fagnan. in Cap. Dilectus il primo num. 20., & 21. de Præben., Modern. Pignatell. conſultat. Canonic.48. num.8., & ſeq. tom.6., Panimoll. deciſ.98. annotat.1. num.5.,& 6.,Rot. deciſ.720. num.2. par. 3. Recent., & coram Buratt. deciſ.193. num.23., & in Nouarien. Aggregationis 20. Iunij 1681. §. Concurrente, coram bo. me. Vrſino.*

Efficaciùs autem (quamuis paritèr ad exuberantiam) infpecta nimis de proximo ad eundem Motum proprium practicata obferuantia per eundemmet fan.mem.Alexandrum VII.; Conferendo etenim Canonicatum quemdam vacantem mediante refignatione in eius manibus facta Iofepho Sbarræ, 15 in illa parte collationis, quæ continet effentiam Decreti, nempè = *volumus autem* = tefte cum concordan. *Rota in Romana Cenſus 9. Maij 1689. §.Forma enim Breuis, coram clar. mem. Card. Caccia*, explicitè Pontifex ordinauit (funt verba præcifa), *quod tu de fructibus non poſſis participare Canonicatus, & Præbendæ huiuſmodi, donec in Presbyteratus Ordine conſtitutus fueris, niſi de conſenſu prædicti Capituli expreſſè præſtando, & non aliter, nec alio modo* = proindèque vbi quoquè aliqua fomniari valuiflet ambiguitas in ordine ad exageratam immutationem ex vi præcitatæ translationis, & incrementi ex Pon-16 tificia largitate fubfequuti, obferuantia hæc eiufdem prætenfi Innouatoris, fimulque Legislatoris tàm de recenti ad proprium actum iniuncta, & præfinita, omnem prorsùs ambigendi caliginem, & anfam difperderet, & arceret,iuxtà punctualitèr notata per *Rot. in Ampurien.,ſeù Ciuitaten. Vnionis 19. Iunij 1682. §. Accedit deniquè, & ſeqq. coram bon. mem Vrſino, & in Salisburgen.Iuris Metropolitici 13. Februarij 1693. §.Et ſi aliquid, coram R.P.D. meo Priolo.*

Potiffimè, ac femper ex abundanti, quia illa declaratio, quæ in rebus dubijs emergit ab obferuantia, remanferat fucceffiuis etiam temporibus explanata per organum Datariæ; Nam clar. mem. Cardinalis Corradus, magifque de recenti Eminentiffimus Cardinalis Panciaticus; & fic vterque Prodatarij munere fungens, explicitè declarauit, poffe 17 quidèm promouerr ad hofcè Canonicatus quemlibet in ætate annorum 14. licèt non actu Sacerdotem, nec idoneum ad tanti Caracteris affecutionem infrà annum, fed non idcircò quidquam confequi valere de fructibus, & emolumentis Canonicatus, nifi effectiuè fufcepto gradu Sacerdotali, *Summario Capituli num. 11.*; quantum verò roboris, 18 & firmitatis in fe contineant confimiles declarationes tàm fupremorum Officialium, nemo non fcit, & teftantur *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.3.num.1.cum ſeqq., Epiſcop. de Roſa de Execut. litter. Apoſtolic. part. 1. cap.1. num.55., & 56., Card. de Luca in relat. Cur. Rom. diſc.9. num.32., & ſeqq., Rot. deciſ.115. ex num.4. ad 11. par.10. Rec.*

Deftituti itaquè, ac proiecti fuccumbentes ab hifcè fundamentis, conati funt poftremo loco à generalibus defcendere ad particularia, videlicèt ab obligatione Canonicorum huiufmodi Collegiatæ in genere, ad cuiuslibet ipforum cafum in indiuiduo; Cùm enim ad limites permiffionis enunciatæ in prælaudata collatione fan.mem.Alexandri VII. in perfonam fupradicti Iofephi Capitulum præbuerit affenfum, vt idem Iofeph antequàm adipifceretur qualitatem Sacerdotalem, & nonnulli alij poft ipfum, vel omnium fructuum, vel ipforum quotam confequerentur, hinc vigore cuiufdam confimilis Mandati Francifcus, & Iofeph Antonius prætendebant, fructus, & emolumenta propriorum Canonicatuum ijfdem ad exigendum affignata potuiffe liberè percipere, & in proprium vfum conuertere, tùm ex vi præ-19 dictorum exemplorum, tùm ex intrinfeca facultate, quam habet Capitulum, & quilibet alius difponendi de rebus fuis, nempè de fructibus, qui ad idem Capitulum vigore Statuti pertinuiffent, ex littera, & ratione *Text. in L. In re mandata, Cod. mandati*, 20 quamuis fecùs dicendum effet, vbi abfolutè Capitulum fatageret, ac vellet derogare Statuto, quod non liceret, ex collectis per *Rot. deciſ.104. num.2. in fin. part.3. Recent., deciſ.85. num.3. par.7., & deciſ.326. num.5., & 6. par.18., & deciſ. 299. num.11. coram Card. Cerr.*

Verùm non minùs etiam debilis, & inanis comparuit hæc fubalterna peculiaris oppofitio; cùm enim quæftio non effet de poteftate Capituli, fed de fola voluntate, nullatenùs ex littera præcitati Mandati vtrique ex contendentibus directi conuincebatur, Capitulum voluiffe attribuere ijfdem liberam facultatem exigendi redditus vniufcuiufque Canonicatus in proprium exigentium commodum, & vfum: tantum quippè aberat, quod intermedia facultas, quam Capitulo

pitulo placuit elargiri circà exactionem, huiusmodi operari posset effectum, quinimò manifestissimè refrænabatur antè, & post per binas restrictiones, seù Clausulas, dum in parte antecedenti, & in ipso primordio, & capite Decreti Capitularis exprimuntur illa clarissima verba = *Che li sij assegnato ad esiggere per il nostro Capitolo* =, quapropter dum exactio facienda erat pro Capitulo, id vtiquè nimis ad euidentiam excludebat intellectum, quod exigere valerent ad propriam
21 vtilitatem, siuè in rem propriam, quinimò includebat, quod de exactis compellerentur reddere rationem, sicuti consimile onus semper incumbit cuicumque exigenti nomine alieno, ad *Text. in Leg.2. ff. de negot. gest.* cum concordan. per *Mell. obseruat. forens. 22. num.8.*, *Thomat. decis. 27. num.4.*, *Rot. decis. 6. n.4. apud Zacch. de Obligat. Cameral.*, *& decis. 522. num.3. in fin. part.1. Recent.*, *& decis. 156. num.6. part.19.*

In parte demùm subsequente adijciebatur illa altera Clausula = *Saluando però sempre in questo quell, si dispone dalle nostre Constituzioni per la participazione delle medesime Entrate secondo i Capitoli &c.* =, quæ sanè Clausula nunquam fuerat apposita in prænominatis exemplis, quando videlicet Capitulum vel fructus vniuersos, vel illarum partem elargiri intellexit Canonico Sbarræ, alijsque; quin etiam ex opposito vsum fuit absolutè verbo *percipiendi fructus*, non autem hodierno assignationis *ad exigendum*, sicque non tantùm contrà nouissimos Canonicos forti-
22 tèr vrgebat efficacia discretiuæ locutionis, de qua *in notis. Leg. vnica, §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.*, *& in Cap. Ad audientiam in fin. de Decim.*, verùm quoquè ipsa Constitutionum præseruatio diametralitèr pugnabat cum libera concessione, non
23 enim insimul compati possunt (maximè cum illa restrictione *in questo*) Constitutionum præseruatio, illarumque dissolutio, vel dispensatio, vt in simili obseruat *Grat. consil. 126. num.8. lib.1.*, *Natt. cons. 527. num.2.*, *Rot. coram Merlin. decis. 2. num. 9.*, *& in Romana Cambij 1. Iulij 1695.*, *& 27. Ianuarij 1696. vtrobiquè §. 2. coram bon. mem. Emerix Iun.*

Suadebat deniquè hunc ipsum intellectum, factum positiuum vnius ex prædictis contendentibus; Siquidèm ex recensitis *in Summario Capituli num.7.* constabat, Franciscum exacta restituisse Capitulo, & consequentèr non poterat exoptari lucidior explanatio ve-
24 ritatis, quàm ea, quæ super negocio communi patefacta fuerat ex facto Consocij, secundùm ea, quæ pariformitèr in similibus terminis obseruat *Bald. cons. 389. num.1. in fin. lib.4.*, & post eum *Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloss. 14. sub num. 54. vers. Adeò quidem*, *Contr. disceptat. 44. num. 12.*

Atque ità, resistente tàm in genere, quàm in specie capitali lege Constitutionum, resolutum fuit, vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

PRæsentem *Decisionem* subsequuntur aliæ duæ super Manutentione, & super Attentatis, in quibus omnibus triumphauit Capitulum, itaut facta per Me relatione harum omnium trium Decisionum sub die 18. Decembris eiusdem anni *1699.* fuerit iniuncta generica expeditio, quæ amputauit vlteriorem Causæ progressum, dum ab indè citrà nihil actum audiui.

Incidentèr in principio huius *Decisionis* loquens de Cardinali de Perusio Episcopo Ciuitatis Albani prænotaui, quod Episcopus Ecclesiæ Albani solet esse vnus de sex Suffra-gantibus Papæ non vti Papæ, nec vti Patriar-
25 chæ Occidentis, sed vti Episcopo Vrbis Romæ; qui autem sint alij quinque, & quarè, & quomodò dentur, seù creentur hi omnes sex Episcopi, & Suffraganei, & sint S. R. E. Cardinales, latè, practicè, & eruditè pertractat *Card. de Luca lib.15. in relatione Romanæ Curiæ disc.2. num.4. cum pluribus seqq.*, vbi de Territorio ad hunc effectum eiusdem Papæ respectu eius Vicarij Vrbis, qui recentioribus temporibus etiam ipse Cardinalis existit, & de figura Metropolitici, quam in hac occasione induit Papa intrà spatium 40. milliarium ab Vrbe, absquè eò, quod intrà idem spatium, ob reuerentiam Supremo Capiti totius Ecclesiæ debitam, alius creetur, seù denominetur Archiepiscopus; & de facto hoc *Archiepiscopi* titulo simùl, & *Pa-*
26 *triarchæ*, necnon altero *Sanctitatis Vestra*, *& Vestra Beatitudinis* (proùt hodiè etiam practicatur oretenùs, & in scriptis respectu Summi Pontificis) ipse scribens humilitèr prosequutus fuisse eumdem tùnc temporis Romanum Pontificem Ioannem I. dignoscitur Imperator Iustinianus *sub tit.4. Cod. de Summ. Trinit.*, *& Fide Cathol. in Epistol.* præinserta sub *leg.2.* præfatæ rubricæ sub illis grandioribus verbis, seù *Capitulo*, quod incipit = *Nos reddentes honorem Apostolicæ Sedi, & Vestræ Sanctitati, quod semper nobis in voto fuit, & etiam (vt decet Patrem) honorantes Vestram Beatitudinem.*

Cæterùm quia in hac eadem *Decisione* principalitèr tractatur de ætate requisita ad effectum obtinendi Canonicatum in Ecclesia Collegiata, & demonstratur etiam, quando ætatem 14. annorum præscriptam *à Sacris Canonibus*, & ab ipso *Concilio Tridentino* valeant, necnè alterare Statuta, vel Constitutiones particulares, vel illa circumstantia, quod penès Capitulum resideat Cura Animarum; hinc ad ornatum eiusdem materiæ subne-

subnectendum censui quoddam *Responsum*, de quo fui requisitus fermè sub initio suscepti tunc muneris Aduocationis: Cùm enim extitisset à pluribus inuicèm contendentibus super consecutione Canonicatus in quadam Ecclesia Collegiata Aretinæ Diœcesis reportatæ Literæ Apostolicæ, & omnes expeditæ sub illa forma (vt dicitur) *pro Præsentato*, respondi, vt sequitur.

Affirmatiuè pro Donato, quià iustificantur solita requisita, vacatio scilicèt Beneficij, præsentatio infrà legitima tempora à vero Patrono, & idoneitas Præsentati, quibus con-
27 currentibus venit procul dubio Institutio, seù adiudicatio cuiuscumque Beneficij concedenda, ad *Text. in Can. Monasterium 16. quæst. 7., cap. Cum Bertoldus*, vbi Scribentes, *de re iudic.* cùm cæteris in *decis. 87. num. 1. par. 7. Recent., & coram Bich. decis. 444. n. 1.*, & passim alibi.

Non obstat vnicum obiectum, ad quod tota Causa restringitur, videlicet defectus Ordinis Sacerdotalis in Donato, ex quo per Bullam erectionis ordinetur, quod in ista Collegiata, ad instar aliarum, Cura penès Canonicos residere debeat; Quia non proindè necessarium est Sacerdotium, sed suffi-
28 cit ætas quatuordecim annorum, dum Cura prædicta residere dicitur penès Canonicos, & Capitulum in habitu, non verò penès singulos in actu, vt in puncto ex Iuris dispositione, & mente *Sac. Concilij Tridentini* consuluit *Quintilianus Mandos. cons. 20. per tot., Zerol. in Praxi Episc. in verbo Canonia §. 9., Lara in Compend. Vit. Hom. cap. 29. num. 1., Narbon. de ætate ann. 14. quæst. 55. per tot., Rot. coram Arguell. decis. 34. n. 34., & 35., & decis. 31. in fine part. 10. Rec.*, in qua tunc Scribens idem affirmauit *Card. de Luca de Benefic. disc. 17. num. 17., & disc. 95. num. 18.*

Minùsque turbat prætensa Constitutio Capitularis, per quam iniungitur onus Canonicis, Confessiones audiendi, & Sacramenta ministrandi, diuisa inter eos obligatione per
29 Turnum: Tum quia prædictæ Constitutiones, tamquàm Iuri communi contrariæ, fieri nequeunt, nisi saltèm Episcopi, seù veriùs Apostolica auctoritate concurrente vti prosequitur *Mandos. d. cons. 20. num. 11., & 12., Grat. discept. 482. num. 7., Coccin. dec. 1486. num. 4.*, & habetur firmatum in specie in celebri *Nicien. Canonicatus cor. Celso dec. 393. num. 3.* confirmata *cor. clar. mem. Card. Taya decis. 169. part. 14. Rec.*

Tùm etiam, quia ex præd. Constitutione nequaquā resultat positiua necessitas Ordinis
30 Sacerdotalis, sed facta censetur ad commodiorem laborum partitionem, & ad nudum exercitium refertur illorum, qui sint habiles, & de facto constituti in Ordine Sacerdotali, nulla tamèn obligatione inducta Præsentandis, quod esse debeant Sacerdotes, ex traditis *in Maioricen. Celebrationis Missarum coram Bichio decis. 522. num. 11., & 13., & decis. 543. num. 21., & 22., & coram Ottbob. decis. 58. num 13., & 14.*, & in puncto huic obiecto respondetur *in dicta decis. 393. num. 5. coram Celso, & in dicta decis. 169. num. 9. part. 14.*

Neque demùm refragari vllo modo posse videtur consuetudo, seù obseruantia, quod semper præsentati fuerint Sacerdotes: Quia præterquod ex deductis in facto contrarium potiùs seruatum reperitur, profectò huiusmo-
31 di consuetudo nullum habet in Iure fundamentum, nisi doceatur, Sacerdotes fuisse præsentatos per Patronos ad id coactos iuxtà necessitatem inductam à consuetudine, optimè *Mandos. dicto cons. 20. num. 10. vers. Sic non sufficit*, vbi quod non valet argumentum, omnes Canonici sunt Sacerdotes, ergò omnes debent esse tales, quodque proindè Canonicatus non possint conferri alijs non Sacerdotibus, vt pariter post *Merlin. dec. 825. num. 23., & 24., & decis. 162. num. 19., & 20. part. 12.* dixit in puncto *Rot. dicta decis. 393. num. 9., & 10. coram Celso, & in dicta decis. 169. num. 3., & 4. part. 14.*

Eòque clariùs, quia numquàm Canonici pro tempore admissi in actu institutionis se subiecerunt examini, proùt facere teneren-
32 tur, quotiès singuli Canonicatus annexam haberent Animarum Curam, iuxtà decreta *Sac. Conc. Trident. sess. 24. cap. 18., Barbos. in tract. de Episcop. part. 3. alleg. 60. num. 86., Bich. decis. 377. num. 2.*

Imò quod Cura, & Sacramentorum Ministerium actu exerceatur per Archipresby-
33 terum, & duos Sacristas ostenditur etiam in facto, proindèque fortiùs verificatur præsuppositum, quod Cura resideat penès Archipresbyterum in actu, & penès Capitulum, & singulos Canonicos in habitu, vt ad rem deducunt *Mandos. dicto cons. 20. num. 13., Rot. d. decis. 58. num. 3., & seqq. cor. Eminentissimo Ottbob., Bich. decis. 645. num. 23., & 24., Card. de Luca de Benefic. disc. 55. n. 18., & seqq.* Hucusquè progreditur Responsum.

Prosequendo autem materiam, quando nempè quis debeat esse actu Sacerdos, necnè, vel esse valeat simplex Clericus, vel sal-
34 tèm sufficiat, quod intrà annum promoueri possit, & sic existat habitu tantùm Sacerdos, multifariam, & multipliciter euenit occasio inquirendi, itaùt nihil frequentius disceptari audiatur in cunctis Tribunalibus Ecclesiasticis, & præsertim Romanæ Curiæ, & signantèr *in Sac. Rota*, & in ipsa *Sac. Congregatione Concilij*, cuius *Resolutiones* variè inter se quandoquè iuxtà casuum diuersitates per ora, & manus omnium quotidiè circumferuntur: Et in rei veritate cùm totum pendeat Iudicium ab interpretatione Testamentorum, & Fundationum huius, vel alterius Be-

Beneficij, seù Cappellaniæ, & ab omnium, in dubio, fideliori interprete obseruantia, consequentèr nequit stabiliri vlla certa, & determinata regula, cùm nimium inter se diuersa soleant esse earumdem fundationum, & dispositionum verba, atque præscripta, & diuersimodè idcircò in vnoquoque casu, Beneficio, seù Cappellania subalternantèr contigerit practicari obseruantia; Nihilomiuùs proderit fortasè intereà aliquid tangere, quod non sit inopportunum intelligentiæ, & occurrentiæ casuum: In genere quidèm, retinendo figuram, & exercitium Aduocationis, plurièś sortitus sum etiam in hac quæstione, pro vna, alteraue Parte scribere, seù respondere; ast huiusmodi Responsa transcribere nimis oblongum foret, & improbum Mihi, & Lectori laborem præseferret, indicabo tamen pro nùnc primam controuersiam, quam desuper expertus in Foro fui, in vna scilicet *Cremonen. Iurispatronatus*, quæ diù exarsit *in Sac. Auditorio coram Emerix Iun.* coram quo (quia diù fuit conflictata Causa) vsquè nouem prodiere *Decisiones*, nempè *la 168., 212., 224., 248., 263., 278., 312., 353., & 364.*, vndè ad eas habendo Me remissiuè poterunt multa desumi, quæ materiam dilucident, & explanent.

Nuperrimè autem extitit in *Sac. Auditorio* habita disputatio in vna *Meleuitana Beneficiorum 15. Iunij 1710. coram R. P. D. Falconerio*(nunc impress. inter suas *tom.2.tit.19. decis.7.*) in qua etsi tractaretur de dispositionibus, seù fundationibus factis in diuerso Testamento per Virum, & Vxorem nonnullorum Beneficiorum sub expressione, quod ex respectiuè fiebant his verbis more partìm Patrio, partìm Siculo, partìm Latino expressis = *Animagio more Ecclesiastico de Sacerdote in Sacerdotem*, & rursùs = *De Presbytero in Presbyterum, qui teneatur canere Missam*, ac demùm = *Lassati in Animagio à due Parrini, idest Preti, e che ciaschun Parrino dica due Messe*: Attamèn decisum fuit, ob id non requiri, quod Præsentandi forent actu Sacerdotes, sed sufficere, quod essent Clerici simplices; intercedebat etenim in primis obseruantia, ex quo
35 in præteritis vacationibus apparebat, fuisse præsentatos ad huiusmodi Beneficia Clericos simplicitèr, ideoquè, & consequentèr standum erat eidem obseruantiæ, quotièś verba non fuissent adeò clara in contrarium, vt non indigerent vlla minima interpretatione, seù non inuoluerentur sub aliqua minima dubietate, cùm id, ex suprà notatis, efficiat semper obseruantia, & præcipuè in hac ipsissima materia, seù quæstione, sicuti ad effectum eliciendi, Beneficium non esse Sacerdotale, tradiderunt *Scribentes in Cap. Cùm de Beneficijs, de Præben. in 6.*, & signanter *Geminian. in fin.*, *Lottber. de re Beneficiar. lib.2. quæst.47. num.28.*, *Gonzal. ad regul.8. Cancellar. gloss.5. num. 84., & seq.*, *Viuian. de Iurepatron.part.2.lib.6.cap.6. num.37.*, *Rota coram Mantica decis.129. per tot.*, *& in Rec. decis.162. num.18. cum seq. part.12.*, *& coram Cels. decis.367. num.19.*, *& in Mediolanen. Iurispatronatus 3. Iulij 1684. cor. bon. mem. Paulucci o impress. apud modern. Roman. Discept. Eccles.38. num.13.*

Addito, quod eadem obseruantia fuerat etiam practicata, & canonizata iudicialitèr, & signanter super eisdem dispositionibus adamussim aliàs in *Rota*, vt in *decis.170.*, *& decis.180. part.3. Rec.*, *& decis.96.*, *& decis.206. part.13.*

Neque existimauit *Tribunal* obsistere verba fundationum, seù dispositionum, de quibus suprà; non enim ex illis desumi poterat, quod Fundatores effectiuè voluerint efficere Beneficium Sacerdotale, siuè ad illud præsentari actu Sacerdotem, cùm non fixè fuerit expressum, & volitum Sacerdotium, vel iniunctum onus Missarum eligen-
36 dis cùm obligatione celebrandi Missas per se ipsos, quemadmodùm constito de hac enixa voluntate, vel repetitione, vel alia æquipollenti demonstratione in contrarium dixerat *Rota coram Durano decis.290. num.4.*, *coram Buratt. decis.680. num.5.*, *& 6.*, *coram Dunoz. Iun. decis.956. num.10.*, *& seq.*, & priùs *coram Seraphin. decis. 871. num.1.* Et
37 obseruatum fuit, concurrisse in casu resolutionis Sac. Congregationis Concilij relatæ per *Fagnanum in Cap. Vt Abbates num.71. de ætate*, *& qualit.*, in qua fundatio cantabat, eligi debere *Cappellanum Presbyterum*, *& quod Cappellanus debeat*, *& teneatur celebrare in ea Missam*, stante quippè hac geminatione verborum = *Cappellanum, Presbyterum* = cum immediato onere celebrationis Missæ eidem adiuncto tamquàm Cappellano, rectè congruebat, quod Beneficium esset reputandum prorsùs Sacerdotale, maximè non aduersante contraria obseruantia.

Præfatæ namquè dispositiones vel latino, vel vernaculo sermone quasi semper vsurpauerant citrà vllam geminationem vocabulum *Presbyteri*, seù *Parrini*, cumquè non emicaret, quod obligatio celebrandi Missas inhæreret personæ eiusdem Presbyteri, itaùt quodammodò foret illius industria praele-
38 cta, & requisita, succedebat regula inconcussa, quod non addita dictione = *per se ipsos* = posset electio congruere etiam Clerico, qui satisfaceret oneri celebrationis Missarum per alium, vt perpetuò tàm de mente *Rotæ*, quàm *Sac. Congregationis Concilij* testata fuit *eadem Rota coram Mantica decis.129.n.4.*, & in plenissima omnium *decisione 825. per totam coram Merlino*, *& in decis.162. num.13.*, *& seq. part.12.*, *& in Ortonen. Beneficij*

23. Mar-

23. Martij 1708. §. *Quæ quidem voluntas, coram Card. Scotto*, confirmata 10. *Iunij* 1709. §. *final. coram Eminentissimo D. Card. de Polignac*.

Adhibitio autem vnica vice facta de ver-
39 bo *Sacerdote*, quando in tot alijs dispositionum partibus fuerat prætermissa, atque illa dumtaxàt vsurpata *Presbyteri*, nequaquàm valuit mutare *Tribunalis* Sententiam ex duplici circumstantia: Primò, quia tale verbum *Sacerdotis* legebatur in ea parte, in qua inuitabantur illi de Familia Testatorum; perpetuò autem exprimebatur, & præsertim in casu subsidiario extraneorum eligendorum, vox *Presbyteri*, vndè nimium fuisset absurdum, quod mediante prolapsu pro vnica vice verbi *Sacerdotis*, Beneficia censenda essent Sacerdotalia quoàd illos de Familia
40 Fundatorum, quandò talia non debuissent reputari per simplex verbum *Presbyteri* respectu extraneorum: Posito namquè hoc intellectu, benigniùs, seù largiùs fuissent tractati extranei, quàm ij de Familia, quod numquàm est præsumendum, ad tradita per *Tiraquell. in præfat. ad Leg. Si vnquam n.*3. §. *Igitùr, vers. Nè exteros*, cum alijs adductis per *Rot. in Romana Renunciationis* 10. *Decembris* 1710. §. *Quod autem, cor. Card. Priolo*, & in eius confirmatoria 11. *Ianuarij* 1712. §. *Verùm, coram Me*, & in hoc sensu hasce dispositiones interpretatus fuerat Ordinarius in prima vacatione, seù institutione.

Secundò quoniàm verbum *Sacerdos* non
41 est adeò tenacis, & arctatiuæ naturæ, vt de sui semper rigida significatione præseferat verum Sacerdotem, seù faciat Beneficium Sacerdotale; vltrà enim quod potest istud verbum esse synonimum cum illo *Presbyter*, vt post *Rot. in dicta decis.*825. *nu.*12., *& seqq. cor. Merlin.* agnouit *Card. de Luc. disc.*61. *n.*8. *de Benefic.*; Nihilominùs potest etiam aptari latino idiomate conceptum in sua amplitudine Clericis inferioribus, iuxtà *Text. in Cap. Si quisquam, de cohabitat. Cleric., & Mulier.* vbi *Gloss. in verbo Sacerdotum*, ait nomine *Sacerdotum* intelliguntur Inferiores; & maximè concurrente obseruantia, quod admissi quandoquè fuerint Clerici simplices, vti subnectit *Rot. decis.*174. *num.*15. *par.* 12. *Recent.* cum alijs in prædicta *Meleuitana Beneficiorum* 16. *Iunij* 1710. §. *penult. coram R.P.D. Falconerio* (*d. tom.*2. *tit.*19. *decis.* 7. *num.*10.)

In omnem verò casum in hypothesi huius
42 disputationis fuit consideratum, quod electus erat in ætate habili ad assumendum Sacerdotium; cumquè vlteriùs esset de sanguine Fundatorum, in quibus terminis assistebat
43 eidem electo, seù præsentato doctrina æquitatiua *Amostazz. de Caus. pijs lib.*3. *cap.* 3. *num.*32., necnon *Pacion. alleg.*3. *num.*9. nimirùm, quod etiamsi Beneficium de stricto rigore censeri debuisset Sacerdotale, adhùc si concurrat aliquis de sanguine, qui sit in ætate idonea ad Sacerdotium, præferri de-
44 beat extraneo actu Sacerdoti, vt videre est in prædicta *Decis.* 16. *Iunij* 1710. *sùb* §. *Deniquè, coram R. P. D. Falconerio* (*d. decis.*7. *num.*5. *tom.*2. *tit.*19. *inter eius impress.*), quæ Causa fuit posteà terminata per Sententiam, siuè expeditionem demandatam sub *die* 1. *Augusti eiusdem anni* 1710.

In hac ipsa benigniori interpretatione resedit *Tribunal* etiam post, nempè in illa *Melphiten. Beneficij* 26. *Iunij* 1711. *coram Card. Priolo*, cum successiua pronunciatione Sententiæ, necnon confirmatione postmodùm subsecuta sub *die* 21. *Iunij* 1712. *coram R.P.D. Lancetta*, etsi Causa adhùc pendeat de præsenti: In his quippè geminis *Decisio-*
45 *nibus* fuit repetita regula, quod vbi non agitur de Canonicatu, vel Beneficio residentiali, sed de simplici Beneficio, præsumptio militat, quod illud existat Clericale, & non Sacerdotale, quodque tali Iuris præsumptioni sese Testatorem confirmasse semper censendum sit, ex collectis per *Pignattell. Consult. Canon. tom.* 7. *consult.* 2. *num.*4., *Barbos. de Iur. Eccles. vniuers. par.*3. *cap.*5. *nu.*3., *Rot. dicta decis.*825. *num.*16. *coram Merlin.*, *& in d. Ortouen. Beneficij* 23. *Martij* 1708. §. *Minùs demùm, coram Card. Scotto*.

Nec officere putauit *Sac. Auditorium*, quod Fundator prædicti Beneficij *Melphiten.* vsus fuerit aliquibus vicibus verbo *Sacerdos*, etiam cùm adiuncto *idoneus Sacerdos*, in quibus terminis in oppositum dabantur nonnul-
46 læ Resolutiones *Sac. Congreg. Concilij*, per quas diffiniri videbatur, quod quandò Beneficium fundatum legitur pro *Sacerdote*, illud censeri debeat Sacerdotale, sicuti legebatur ab eadem *Sac. Congregatione* affirmatum in vna *Tudertina die prima Aprilis* 1649., *in Canen. Cappellaniarum* 19. *Decembris* 1682., & in alijs.

Præterquàmquod enim afferebantur etiam in oppositum aliæ non minùs recentes Resolutiones eiusdem *Sac. Congregationis*, & præcipue in vna *Tyburtina Cappellaniæ* 9. *Decembris* 1690., absquè eo, quod admirationem, vel quodammodò scandalum progignere queat hæc variatio Resolutionum, cùm id prouenire soleat, & quandoquè necesse sit ex diuersitate subiecti, siuè tenoris fundationis, vel obseruantiæ, cùm, vt præmisimus, nulla profectò certa, & infallibilis regula statui possit in hac quæstione: Vlteriùs tamèn respondebatur, quod etiam illæ Resolutiones, quæ definire videbantur, quod per tale verbum *Sacerdos*, seù *pro Sacerdote* Beneficium efficitur Sacerdotale, vt congruebant illi casui, in quo videbatur per Fundatorem sublata difficultas, dum non dixerat simpliciter *Sacerdos*, *qui celebret*, verùm

verùm alternatiuè subiunxerat, *vel celebrari faciat*, qui sanè loquendi modus demonstrabat, non curasse effectiuè de Sacerdotio actuali, sed quasi vaticinando induebat spiritum ipsius *Congregationis*, profitendo expressè id, quod illa mirificè interpretata fuerat, quod nempè ad efficiendum Beneficium Sacerdotale non sufficiat obligatio celebrandi Missas, nisi adsit illa particula, siuè adiunctum, *per se ipsum*, vndè si Fundator
47 expressè dixerat, *vel per alios*, quæ maior
48 *Glossa*, quæ melior interpretatio, quàm Exponentis, qui se ipsum glossauit? vt inquit *Bart. in L. Centurio num.27. ff. de vulgar., & pupill., Paris. cons.73. num.48., & cons.86. num.55. lib.2.*, & aliàs ponderatum fuit in *Cauallicen. Donationis 21. Nouembris 1707. §. Potissimè, coram Me*.

Eoquè fortiùs, quia versabatur casus circà eum electum, qui erat idoneus ad assumendum Sacerdotium intrà annum; quamobrèm
49 si verbum illud *Idoneus* adiunctum *Sacerdoti* nihil addit vltrà ipsi Sacerdoti, ad tradit. per *Rot. coram Buratt. decis. 92. num.3., & decis.41. num.11. coram Priolo, & in d. Cremonen. Iurispatronatus coram Emerix Iun.*, & signantèr *decis.248. in princ., & decis. 263. num. 1.* cum alijs *in prædicta Decis. 21. Iunij 1711. §. Quibus ità, coram R. P. D. Lancetta*, & priùs *in altera Decis. coram Cardin. Priolo §. Et aliquam*.

Quid dicendum, vbi idem Præsentatus erat adeò idoneus *habitu* ad assequendum Beneficium Sacerdotale, vt esset etiam idoneus, & capax mediante huiusmodi præsentatione ad obtinendum Beneficium Parochiale, dum talibus Præsentatis non solùm tribuitur Institutio, sed etiam conceditur
50 dispensatio ad accipiendum Caracterem Sacerdotalem mediante ea Gratia Apostolica, quæ nuncupatur *pro Arctato*, iuxtà formulam apud Expeditores, de qua *Gratian. discept. for.591. à num.40. cum plurib. seqq., Tondut. quæst. Benef. par.2. cap.3. §.12. num.3., Rosa de Exequt. Litt. Apost. lib.1. cap.5. num.182., & seq., Corrad. in prax. Benef. lib.2. cap.10. num.82., & seq.*

Aliquam ingesserat difficultatem in hac ipsa *Melphyten.*, quod dispositionem, de qua erat quæstio, reperiebatur extendisse, siuè correxisse *Cæsarem Lambertinum* Episcopum Insulanum, & celebrem Scriptorem in materia *Iurispatronatus* (infelicitèr tamen in tot *articulis*, *quæstionibus principalibus*, *partibus*, & *libris* per eum potiùs inuoluta, quàm subdiuisa, atque distincta); Quamobrèm cùm ipse in præfato suo *Tractatu* opinaretur, quod quotiescumquè præsentandus
51 veniat Sacerdos, Beneficium semper censendum veniat Sacerdotale, etiamsì adsint verba = *qui celebrare faciat*, vt liquebat *lib.2. par.1. quæst. princip. 7. artic.27. num.8. §. Vnum ergò, & num.9. vers. sequitur ergò, & artic.30. eiusdem quæst. princ. 7. in corollar. d. quæst.7. §. Sit igitur ampliat.3., & 4.* hinc congruum foret accipere eamdem fundationem, seù dispositionem in eo sensu, quo ille tamquàm Doctor opinabatur.

Ast huiusmodi argumentum, de cætero non apparens in præfatis *Decisionibus coram Priolo, & Lancetta*, apud *Dominos* parùm inualescebat; aliqualem etenim animaduersionem sibi promeruisset, quotiès Testator, seù Fundator *Lambertino* illi manifestasset
52 suam intentionem, quam postea eius extensioni, Doctrinæ, & publicationi commisisset, ad normam similitudinariam *L. Theopompus ff. de Dot. præleg.*, vel, proùt contigit (Ex: Gr:) practicari per *Card. de Luca*, qui efformauit, & extendit *Constitutionem* (Ex: Gr:) *Innocentianam super exclusione fæminarum à successionibus Statutarijs, & Intestatis*, edendo etenim, proùt fecit, *Commentarium super eadem Constitutione*, ei multa fides super eiusdem Constitutionis interpretatione esset dubio procul præstanda.

Verùm Fundator, nec *Lambertino* declarauit suam intentionem, nec propalationem suæ voluntatis, seù illius explicationem ei commisit, at solummodò iniunxit, seù rogauit, quod prò firmiori validitate actus illius Testamentum subijceretur collationi, additioni, correctioni, & emendationi faciendæ per ipsum *Lambertinum*, cum hac solemni modificatiua, & refrenatiua Clausula = *Dummodò substantia non mutetur*: Cùmque proindè tota substantia fundationis, & prædictæ controuersiæ vnicè resideret, an Beneficium foret Sacerdotale, nec nè, & appareret ex alijs partibus, & circumstantijs vltrà regulam Iuris, quod esset censendum Clericale, vel ad summum Sacerdotale habitu, (de qua distinctione *habitus*, vel *actus* nunquam somniauit in suo Libro *Lambertinus*) quomodò credendum erat, quod dictum verbum *Sacerdos* semèl prolapsum, regulandum foret cum disparata eius opinione, quam tenuit in suis *Voluminibus*; maximè quia *Sac.*
53 *Congregatio Concilij*, verum oraculum eiusdem Concilij, & S. Sedis, nusquam affirmauit, quod si verbum *Sacerdos* esset coniunctum cum phrasi = *vel per alios celebrari faciat*, quod Beneficium reputandum sit non solùm Sacerdotale, sed actu Sacerdotale, quin potiùs, vt suprà, pluriès declarauit, quod si oneri celebrandi Missas non fuerit copulata Clausula, seù dictio = *per se ipsum*, Beneficium existat Clericale, & non Sacerdotale.

EADEM SVPER MANVTENTIONE.

Veneris 26. Iunij 1699.

ARGVMENTVM.

Capitulo, & non Prouisis, seù Præsentatis ad aliquem Canonicatum datur manutentio in quasi possessione exigendi fructus Canoniæ vacantis, si ijdem Prouisi, seù Præsentati non habeant qualitates requisitas pro assequendo Canonicatu, & non sint in præfata quasi possessione. Reintegratio non compatitur cum Manutentione, nec Manutentio peti potest ab eo, qui voluntariè cecidit à sua possessione, vel in ea se intrusit, vel eam obtinebat nomine alieno: Et aliqua de vi, & importantia Decreti irritantis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio concedi potest, & expostulari in qualibet parte Iudicij, ac etiam in gradu restitutionis in integrum.*

2 *Manutentio non potest peti ab eo, qui voluntariè cecidit à sua possessione, vel quasi.*

3 *Manutentionis petitio præsupponit in petente actualitatem possessionis, seù quasi ciuilis, vel naturalis.*

4 *Reintegrationem petens implicitè fatetur, se actu non possidere.*
Manutentionem regularitèr postulare non valet, qui reintegrationem petijt, ibidem.
Limita in multis casibus, num. 19.

5 *Manutenibiles non sunt actus possessorij turbatiui, & intrusiui.*

6 *Manutentionem petere non valet, qui fassus fuit, se non possidere.*
Et maximè in precibus Principi porrectis, ibidem.

7 *Mandatum suscipiens ad exigendum pro alio non potest allegare vllam quasi possessionem pro se.*

8 *Manutentio concedi nequit existenti in possessione, seù quasi precario, vel administratorio nomine alterius.*
Imò manutentio in hoc casu tribuenda venit Principali, cuius nomine initus fuit actus importans possessionem.
Limita in Officijs, & Dignitatibus, vt nu. 23.
Amplia limitationem, vt num. 24.

9 *Manutentionem obtinere non potest actus, qui habet contrà se Decretum irritans appositum in aliqua Constitutione, vel alibi per Summum Pontificem; Et de ratione*, ibidem.
Fallit, vt num. 10.

11 *Manutentio sepè disputatur in Rota vnà simùl (licèt in Dubio ad partes) cum negocio principali, seù petitorio.*

12 *Manutentio solet in consequentiam concedi ei, qui vincit Causam super petitorio, seù negocio principali, vbi etiam* remissiuè.
Amplia, licèt Signatura Gratiæ, seù Iustitiæ rescripserit = De cumulatione petitorij cum possessorio arbitrio, num. 15.

13 *Manutentio regularitèr proponitur, & definiri debet antè petitorium.*

14 *Rota quando rescribat* = Dilata, & videatur de bono iure, etiam ad effectum manutentionis.

16 *Immissionem petens fatetur, se non possidere, vndè non potest posteà petere manutentionem.*
Fallit, & latè declaratur num. 18.
Et de ratione, num. 19.

17 *Iurisprudentia, & non Iurisperitia vocatur facultas legalis, & quarè.*

20 *Signatura Gratiæ, vel Iustitiæ discernit quale Iudicium verè competat, & ad normam illius rescribit.*

21 *Constitutio Ægidiana denegat appellationem in Iudicijs possessorijs.*

22 *Appellatio non datur in Iudicio manutentionis, etiam de Iure Canonico.*

25 *Manutentio competens alicui ratione Officij, vel Dignitatis transmittitur ad Successores in eodem Officio, & Dignitate.*
Et de ratione, ibidem.

26 *Tutor finito officio non potest petere manutentionem pro Pupillo, nec Maritus pro Vxore soluto Matrimonio.*

DECISIO CII.

Blandientes adhùc sibimetipsis Ioseph Antonius, & Franciscus in hac tertia, & probabiliter vltima Instantia, vltrà Prouinciam efficaciter assumptam defendendi propria Iura super meritis, ac negocio principali, mordicùs quoquè institere præsidio manutentionis, quæ adeò fauo-
1 rabilis est, vt, non obstante iterata succumbentia, possit in quacumque parte Iudicij, & vsquè ad extremum agonem, videlicet etiam in gradu restitutionis in integrum, peti, & obtineri, sicuti docent *Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 64. num. 10., Posth. de Manut. obseruat. 8. num. 94., Rot. coram Gregor. decis. 458. num. 8., decis. 167. n. 5. part. 15. Rec., & decis. 365. n. 12. par. 19.*

At citò resistentiam facti non minùs, quàm Iuris, ab huiusmodi blandimento decidêre; quoniàm in ordine ad factum, clarissimè visum est Dominis, non posse attribui manutentionem in exactione redditu um Canonicalium, de quibus agebatur, nisi Capitulo: Distinguendo etenim Personas contendentium, quatenùs pertinebat ad Franciscum, res erat manifesta, quia is agnoscendo insubsistentiam suæ prætensionis, de qua plenè in altera resolutione, seù *Decisione* promulgata sub hac eadem die, longè priùs abdicauerat à se etiam nudum ministeriale factum exactionis, reddendo rationem Capitulo, siue

 eius

eius Camerario cum poſitiua refuſione reliquatus, *Summario Capituli ſuper Bono Iure num.* 7. Quapropter neutiquàm valebat pro
3 Manutentione conſequenda inſiſtere, ac inniti illi poſſeſſioni, à qua ſpontè ceciderat, iuxtà paſſim firmata apud *Io: Bapt. Antonell. conſ.96. num.37., Scacc. de Iudic. lib.2. cap.9.num.1278., Rot. deciſ.15. num 5.,& deciſ.215. num.27. apud Poſtb. de manut., & deciſ.468. num.14. coram Priol., & in Toletana executionis Teſtamenti ſuper Manutentione, ſeù Reintegratione 25. Iunij 1696. §.2. cor. bon. mem. Emerix*.

Addito, quod idem Franciſcus præcedentèr quoquè ad hodiernam reſtaurationem ſuæ petitionis efflagitauerat coram proprio Ordinario Albanen. reintegrationem, ſiuè (vt alij nuncupant) intentauerat remedium recuperandæ poſſeſſionis, vndè eò euidentiùs nequibat poſtulare manutentionem, quæ præſupponit actualitatem poſſeſſionis, ſeù quaſi, ciuilis, vel naturalis, *vulg. Iur.*, de quibus *idem Antonell. conſ.52. num.2., Poſtb. de manut. obſeruat.16. num.1., & ſeq., Mell. obſeru. for.73. num.18.* petens namquè reintegrationem implicitè, & neceſſariò fatetur, ſe actu non poſſidere, ad notat. per *Marche-*
4 *ſan. de Commiſs. par.1. tit. de Commiſſ. appell. in poſſeſs. §. 1. ſub num. 93. verſ. ſed quando, Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 64. num. 7., & 8., Capyc. Latr. deciſ.190. num.5., Rot. coram Vbald. deciſ.312. num.1. ad 5., & coram Bich. deciſ. 428. num. 5., & deciſ. 160. num.3. par.11. Rec.*, & alibi frequentèr.

Reſpectu verò Ioſephi Antonij, prætèr illud conſortium, quod habebat cum Franciſco, pariformitèr agnitum eſt, in illius Perſona deficere principium cuiuslibet manutentionis, cùm nullibi demonſtraſſet, nedùm effectiuè exegiſſe, ſed nequè quod Camerarius Capituli illi aſſignaſſet ad exigendum huiuſmodi fructus, & idcircò, ſi quæ de facto ſubſequutæ apparebant exactiones,
5 veluti prorsùs intruſiuæ, iniuſtæ, potiuſuè turbatiuæ, non erant allegabiles ad finem aſſequendi manutentionem, quemadmodùm perpetuò reſponſum fuit, & ſignantèr *in deciſ. 70. num. 75. par. 13. Recent., deciſ.128. num.7. coram Priol., in Nullius Prouinciæ Tarraconen. Iuriſdictionis ſuper Manutentione 30. Aprilis 1694. §. final. coram bon. mem. Emerix, & in Surrentina Iuriſdictionis 21. Februarij 1698. §. Eòque euidentiùs, cor. Me.*

Et hanc veritatem ipſemet pendente huiuſmodi lite faſſus fuit in precibus Sanctiſſimo Domino Noſtro porrectis, ſupplicando namque pro reportanda reſtitutione in integrum aduersùs omiſſam publicationem ſuæ reſignationis, ſiuè prouiſionis, præcisè aſſeruerat, ac enarrauerat, ſe nullos percepiſſe
6 fructus proprij Canonicatus, & Præbendæ; proindèque non erat ambigendum de negatiua huius quaſi poſſeſſionis ſtante tàm clara confeſſione per eum in ſupplici emiſſa libello, ad *Text. in L. Cùm precum, C. de liber. cauſ., Magon. deciſ. Florent. 77. n.15., Rot. deciſ.115. num.13. coram ſan. mem. Alexandro VIII., & deciſ.390. num.8. par.19. Rec., & in Colonien. Præcedentiæ 22. Martij 1697. §. Nec iterùm, cor. R.P.D. meo Muto*.

In Iure pariter manca noſcebatur vtriuſque prætenſio; quia cùm ex vberrimè deductis in altera *Deciſione* ſuper negocio principali præfulgeret, factum exactionis radicari in quodam Decreto, ſeù Mandato Capituli directo ad Camerarium ad hoc, vt is adhæſiuè ad ſupplicationem vtriuſque Canonici, legitima cæteròquin ætate deſtituti, illis aſſignaret prædictos redditus *ad eſiggere* (ſunt verba præciſa) *per il noſtro Capitolo*, profectò ſequebatur, quod nulla quaſi poſſeſſio, quæ foret manutenibilis, etiam quan-
7 do ſequuta eſſet aſſignatio actualis, cenſeri poſſet transfuſa in eoſdem Canonicos: quotiès enim tractatur de actu precario, & adminiſtratorio nomine geſto, eidem Domino, & Principali, non autem Adminiſtra-
8 tori debita eſt manutentio, ex deductis per *Poſtb. de manut. obſeruat.52. ex num.25. cum pluribus ſequen.*, & præcisè *num. 32., Rot. poſt eumdem deciſ.135. num.1., & 2., & in Recen. deciſ.677. num.6. par.2., & deciſ.59. num.1. coram ſan. mem. Alex. VIII., & deciſ.61. num.2., & 3. coram Zarat., & deciſ.284. n.4. cum duobus ſequ. cor. Card. Cerr.*

Ineluctabilitèr demùm, ex quo in eadem conceſſione, ac facultate exigendi præſeruabantur Statuta, & Conſtitutiones Capituli, & Eccleſiæ; quamobrèm cùm eædem Conſtitutiones communitæ legerentur Apoſto-
9 lica confirmatione continente decretum irritans, vt fuit etiam conſideratum in Deciſione ſuper meritis, vtiquè per gladium eiuſdem Decreti irritantis, ad effectum impediendæ manutentionis, quæcunque poſſeſſio remanebat reciſa, & inefficax, vt tradunt *Lottber. de re Benefic. lib.2. quæſt. 46. n.70., & ſequ., Poſtb. de manut. obſeruat.46. n.5., Rot. poſt eumdem deciſ.186. n.4., & 5., & coram Dunozzet. Iun. deciſ.899. num.10., & in Colonien. Iuriſdictionis 17. Aprilis 1679., & 29. Martij 1680. vtrobiquè §. final. coram bon. mem. Albergato*; quidquid dicendum eſſet, vbi legitimè dubitaretur de applicatione Legis, ſiuè Conſtitutionis, & conſe-
10 quentèr prædicti Decreti irritantis ad caſum, ſuper quo vigeret controuerſia, proùt limitando habetur *in deciſ.80. num.4., & 5. coram Card. Vbald., & coram Coccin. deciſ.354. num.7., & 8., & deciſ.158. num.16. & 17. coram ſan. mem. Alex. VIII., & in Barchinonen. Parochialis de Albiniana prima Iunij 1696. §. Minoris releuantiæ, coram R.P.D. meo Muto*.

Atque

Atque ità, Capitulo è conuerso, mediante organo proprij Camerarij de facto (vt ostendebatur) non minùs, ac de Iure possidenti, non verò Canonicis attributa fuit manutentio, vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R.P.D. AVTHORIS.

Contenta in hac *Decisione* plenarium obtinuerunt effectum cùm acquiescentia succumbentium, nàm sequuta expeditione huius *Decisionis* vnà simul cùm negocio principali, de quo in præcedenti, Partes ab indè conquieuerunt.

Plura de cætero fuerunt insinuata in hac *Decisione*, quæ concernunt etiàm plures practicas conclusiones frequenter cadentes in huiusmodi Iudicijs Summarijssimis, seù possessorijs, vulgò *Manutentionis*: Et sanè persæpè contingit, præsertim *in Sac.*
11 *Rota*, quod in eadem Audientia disputetur sub vno Dubio separato negocium principale, & in altero Manutentio, & hoc secundum pendere solet plerumquè à primo, siuè à negocio principali, videlicèt vt illi tribua-
12 tur regulariter manutentio, qui vincit in eodem negocio principali, seù bono iure, vt de hoc stylo latiùs vnà cum suis limitationibus fuit dissertum in *decisione* 81., & successiuis *Additionibus* ad eamdem *Decisionem* Tomi præcedentis, & latè posteà fuit dictum *in Constantien. Præcedentiæ super Manutentione* 17. *Ianuarij* 1713. *coram Me*, In qua alia habentur de hac materia.

Quandòque verò iuxtà Causarum circumstantias Dubium Manutentionis non proponitur in eadem Audientia vnà cum Dubio
13 super negocio principali, sed ratione etiam priuilegij, & præfatarum circumstantiarum, & maximè stante suspensione petitorij facta per alteram ex Partibus, proponitur simplex Manutentio, eaque priùs examinatur, vt in in illa *Cracouien., seù Sandomirien. Manutentionis* 1. *Iulij* 1712. *coram Me*, & passim in alijs.

Nisi Tribunali videatur, quod controuersiæ necessitas exposcat simultaneè degustationem, vel cognitionem boni iuris, iuxtà ea, quæ latè fuerunt examinata in illa *Romana Communantiarum, & Fontanilis* 20. *Ianuarij* 1702. *ex §. Et idcircò cum plurib. seqq. co-*
14 *ram Me*, vbi de frequenti Rescripto Rotæ = *Dilata, & videatur de bono iure etiam ad effectum manutentionis*, cum nonnullis obseruationibus, & practicis exemplis in eadem materia ibidem relatis.

Immò & idipsum priuilegium præcedentis discussionis retinet Manutentio, licèt Pontifex in sua delegatione, seù Commissione plerumquè proueniente ab eius Signatura
15 Gratiæ rescribat = *De cumulatione petitorij cùm possessorio*; & licèt eadem Signatura Gratiæ præfato rescripto adiciat = *Arbitrio*: quod Iuris rigorem aliquantulùm relaxat, per ea, quæ dicit *Card. de Luca de Fideicomm. disc.* 13. *num.* 9., & *disc.* 138. *num.* 1., & antè eum *Posth. de manut. obser.* 7. *num.* 74., & *seqq.*, & pleniùs *Rota in Camerinen. Censuum* 10. *Martij* 1698. *§. Quibus circà redditionem rationis, &* 23. *Iunij eiusdem anni §. Nec pro redditione rationis cum plurib. seqq. coram bon. mem. Molines Decano, &* 20. *Martij* 1699. *§. finali, &* 2. *Decembris eiusdem anni §. Et hæc omnia, coram Pio*, & fusiùs reassumpta materia habetur in præcitata *Romana Communantiarum, & Fontanilis* 20. *Ianuarij* 1702. *sub enunciatis §§. coram Me*, quæ vtrumque rescriptum vel Signaturæ Gratiæ, vel Rotæ latè examinat.

Cæterùm quod dictum fuit suprà de reintegratione, nempè quod illam petens nequeat prætendere posteà manutentionem,
16 pari passu locum sibi vindicat contrà petentem Immissionem; eò etenim ipso, quod aliquis poscit immitti in possessionem, per necessarium antecedens fatetur, se non existere in eadem possessione, & ideò brachium Iudicis implorat pro ea assequenda, ex collectis per *Posth. de manutent. obseru.* 57. *n.* 73., *Rota post ipsum decis.* 579. *num.* 6., *decis.* 235. *num.* 2. *coram Priolo, decis.* 698. *num.* 6. *coram Emer. Iun., & in Nullius, seù Fulden. Iurisdictionis super bono Iure prima Iunij* 1708. *§. Et respectu* (aliàs *§.* 163.) *coram Me*.

Ast quia titulus nostræ facultatis inscribi-
17 tur *Iurisprudentiæ*, non *Iurisperitiæ*, idcircò pariter non semper, quod aliquis petierit reintegrationem, siuè immissionem, ei ex hoc capite, quod fassus fuit non possidere, denegatur manutentio; Verùm copulatiuè, &
18 ratione boni iuris impartiri solet immissio, simulque in eadem Audientia per Dubium ad partes Manutentio, vel, quod idem est, reintegratio, ex rationibus, de quibus in terminis Immissionis post *Bartol. in Leg.* 1. *num.* 2. *C. de Carboniano Edict.*, & *Rot. coram Card. Cerro decis.* 764. *n.* 2., & vberrimè in *Vrbeuetana Manutentionis* 26. *Iunij* 1711. *§. Attamen, coram Me*, vbi clara ratio assignatur.

Quin etiam non sunt adeò contradictorij termini reintegrationis, & manutentionis,
19 vt non possint insimùl compati, ac etiam cumulari, itaùt frequenter, & altera Partium petat, & petere possit manuteneri, & quatenùs opus sit reintegrari, & respectiuè Iudex concedat manutentionem, & quatenùs opus sit reintegrationem, sicuti videre est apud *Posth. de manutent. obseruat.* 57. *n.* 82., & *seq.*, & dixit *Rota penès Marchesan. de Commission. part.* 1. *de Rescript. Sign. Grat. fol.* 103. *n.* 3., & 4. cum alijs cumulatis *in dec.* 136. *n.* 6. *coram Emer. Iun.*, & de stylo etiam Sac. Rotæ rescri-

rescribentis, concedendam esse manutentionem, & quatenùs opus sit reintegrationem, testatur *Card. Cerrus decis.*414. *n.*9., *&* 10.

Et ratio est valdè rationabilis, atque æquitatiua, vt nempè illi, qui forsàn de toto Iuris rigore, vel ex defectu plenariæ probationis non potest liberè omninò, & tutè efflagitare manutentionem, saltèm agnita iustitia eius prætensionis in confirmanda, vel recuperanda possessione ei debita, vicè manutentionis subsidiariè quodammodò in omnem casum detur reintegratio, decernere posteà debente Superiore, seù eius Tribu-
20 nali committente, (vt in Curia est Signatura Iustitiæ, vel Gratiæ) quale mandatum, videlicèt an illud de manutenendo, seù potius alterutrum de reintegrando, vel immittendo respectiuè sit demandandum executioni, quia de reliquo in ordine Iudicij non leuis est differentia (præcisinè à Constitutio-
21 ne, quæ nuncupatur *Ægidiana*, de qua alibi loquuti sumus, & Deo dante loquemur, quæuè negant appellationem in Iudicijs possessorijs ad formam Iuris Ciuilis, *Menoch. de retinend. possess. remed. vlt. num.*48., *&* *de recuperanda remed.*15. *num.*641., *Modern. Asculan. ad Statut. Vrb. annot.*52. *art.*1. *sect.*3. *num.*129.) inter immissionem, & rein-
22 tegrationem ex causa appellabilitatis, quæ non datur in Iudicio Manutentionis etiam de Iure Canonico, sicuti in alijs præmissis, quemadmodùm connotarunt idem *Modern. Asculan. ad Statut. Vrb. annot.*54. *art.*1. *sect.*3. *num.*132. latè in sua materia *Posth. de manutent. obseruat.* 106. *à principio vsquè ad finem*, *Cardin. de Luca de Iudic. disc.*37. *sub num.*56., *Rota decis.*641. *num.*8. *part. prima diuers.*, *&* *in Recent. decis.*404. *num.*4. *&* 5. *part.*2.

Animaduersum quoquè fuit, atque firmatum in *Decisione*, quod possessio exercita nomine alieno non tribuat exercenti manutenibilitatem, & vera est propositio in se, sed
23 intelligenda venit, quando idem exercitium possessionis respiciat aliam personam penitùs diuersam tàm materialiter, quàm formaliter, & repræsentatiuè de Iure, quoniàm si de Iure aliquis repræsentat eam personam
24 formalem, seù nomen alienum, vt puta existens in aliqua Dignitate, non solùm nomine Dignitatis, siuè Officij valet petere, & obtinere manutentionem pro se ipso, sed etiam manutenibilitatem transferre Succes-
25 soribus in eodem Officio, in eadem Dignitate, quia illa Persona formaliter, seù ciuiliter repræsentata, quemadmodùm est Dignitas, siuè Officium, numquàm moritur, vt pluribus modis exemplificando admonet idem *Posth. de manutent. obseruat.*55. *n.*90., *&* *seq.*, *Garz. de Benef. part.*5. *cap.*5. *num.*9., *&* *seq.*, *Rota decis.* 675. *num.* 9. *coram Card. Caualer.*

Præmissa Iuris propositio, quod possidens nomine alieno non possit pro se petere manutentionem, verificatur in pluribus contin-
26 gentijs, nedùm in illa, de qua agebatur in præsenti *Decisione*, quæ loquitur de Canonico exigente nomine Capituli non ratione Officij, seù Dignitatis Canonicalis, sed etiam finito illo munere, proùt quotidiana sunt exempla Tutoris possidentis pro Pupillo, vel Mariti pro Vxore, in his namquè casibus finita tutela, necnon soluto Matrimonio manutentio obtineri non potest ex capite antiquæ exercitæ possessionis ab ipso Tutore, vel respectiuè Marito, proùt videre est *in Ariminen. Manutentionis, &* *Redditionis Rationis* 11. *Decembris* 1705. *§. Quandoquidem*, confirmata 17. *Martij* 1706. *§. Quò enim*, *coram bon. mem. Molines Decano*.

EADEM SVPER ATTENTATIS.

Veneris 26. *Iunij* 1699.

ARGVMENTVM.

Attentata, quæ hinc indè commissa asserebantur, excusantur ratione boni iuris, vel quia actus gesti fuerant in continuationem possessionis præcedentis, & cum Iudicis auctoritate, ac respectiuè propter aliqualem iustam credulitatem; vel excluduntur ex defectu concludentis probationis.

SVMMARIVM.

1 *Non attentat, qui in sua possessione continuat.*
2 *Attentatum dici non meretur, quod gestum fuit auctoritate Iudicis.*
3 *Per appellationem legitimè interpositam omnia suspenduntur.*
4 *Appellatio non admittitur à decretis prouisionalibus.*
5 *Attentata de æquitate quandoquè remittuntur ratione vitandi circuitus.*
6 *Attentata excusantur propter bonum ius fauore attentantis contemporaneè canonizatum nisi grauiores facti circumstantiæ aliter suadeant.*
7 *Attentata, cùm præseferant delictum, sunt concludenter probanda.*
8 *Attentatorum rigorosa purgatio relaxatur, vbi adsit in attentante aliqualis iusta credulitas.*
9 *Attentata Patris filio collitiganti non præiudicant.*
10 *Dominus non tenetur pro attentatis commissis per Procuratorem absquè speciali mandato.*
11 *Attentata non dantur siuè actuali lite inter Partes vigente.*
12 *Attentata commissa ab vno nequeunt opponi aduersùs alium, qui nullam habuit partem in huiusmodi innouationibus.*

Se-

Secùs, si in attentando intercesserit suggestio, & instigatio eius, cui attentata obijciuntur, num.17., & 18.

13 *Attentata per aliquem commissa in vna Causa nequeunt ei obijci in alia diuersa Causa.*
Declara, vt num.15., *iuncto* num.29.

14 *Inhibitio non est de proprio capite spernenda, sed recurri debet ad Iudicem inhibentem pro illius moderatione.*

16 *Inhibitio Iudicis siuè iusta, siuè iniusta, semper est timenda.*

19 *Attentata afficiunt nedùm attentantem, sed etiam ab eo causam habentem, &* num.20.

21 *Attentata committuntur nedùm ab eo, qui de facto attentat, sed etiam ab eo, qui se intrudit in possessionem rei litigiosæ.*

22 *Regula* = qui continuat non attentat = *non procedit, vbi clarè non constat de præcedenti possessione, quæ prætenditur continuata.*
Item non procedit, vbi quis continuat in possessione diuerso modo, aut ex diuerso iure, & titulo, num.23.

24 *Attentata non cadunt in his, quæ sunt connexa, & dependentia à negocio principali deciso fauore prætensi attentantis.*

25 *Cessante interesse alterius Partis potest Index ex aliqua rationabili causa abstinere à reuocatione attentatorum, &* num.26., & 27.

28 *Attentata facti, quæ resultant ex spretu inhibitionis, æquiparantur spolio violento in ordine ad rigorosam illorum purgationem.*
Immò taliter attentans existimatur magis criminosus, quàm violentus spoliator, num.30.
Amplia, vt num.31.
Et declara, seù intellige, vt num.32.

DECISIO CIII.

EXactionem redditum Canonicalium factam pendente lite, tàm per Camerarium Capituli, quàm per Canonicos Franciscum, & Iosephum Antonium, vitio attentatorum subiacere vtrinquè prætendebatur; Verùm seriò libratis actibus ab vna, alteraue Parte desuper adductis, *non constare de attentatis hinc indè* Domini responderunt.

Respectu namquè Capituli ex triplici capite videbatur à labe attentatorum remanere præseruatas exactiones factas per eius Camerarium; primò nempè, quia cùm, ex animaduersis in alia contemporanea *Decisione super Manutentione*, ostensum fuerit, idem Capitulum reuerà, & in effectu semper extitisse in possessione, seù quasi exigendi, mediante organo eius Camerarij, redditus Præbendarum, de quibus agitur, & hac de causa ipsimet Capitulo decreta fuerit manutentio, de plano consequebatur, quod exactiones factæ per Camerarium lite pendente, per speciem continuationis primæuæ, ac nunquam auulsæ ab ipso Capitulo possessio-
1 nis, neutiquàm possent obiurgari de attentatis, iuxtà notissimam regulam, de qua *Rot. dec.10.num.13.coram Merlin.*, *& coram Peutinger. decis.28. per tot., in Colonien. Beneficij super Attentatis 27. Iunij 1696. §.2. coram R.P.D. meo dell'Olmo, & in Hydruntina Cappellaniæ super Attentatis 10.Maij 1697. §.1. coram Eodem.*

Secundò, quia Capitulum, cautiùs agendo, & vt propriæ indemnitati consuleret, nè scilicet interim eius debitores efficerentur non soluendo, & insimul vt scrupulos, seù crimen quorumcumque attentatorum effugeret, prouidè reportauit per anteà ab Ordinario, seu Vicario Albanen. & successiuè pariter à Me Decretum prouisionale concessiuum, vt sinè præiudicio Iurium ambarum Partium exigere valeret mediante ministerio proprij ipsius Camerarij redditus controuersos; Quamobrèm nullo modo poterat dijudicari attentatum, quod fuerat sub debita
2 submissione impetratum, & gestum Superiore authorizante, vt ait *Rot. dec.300. n.2. par.4.tom.2. Rec., dec.75.num.2., & 7.par.14., dec.179.num.4. & 5. par.18., & in Paduana Sedilium 30. Maij 1616. §. 1. coram Card. Sacrato.*

Et istud reuerà sanctum, & salubre temperamentum videtur, per quod, implorantes prouisionale Iudicis officium, Partes conseruant Iura sua, nè aliàs animosè, proprioque Marte procedentes, incidant in laqueum temeritatis, & Attentatorum, eodemque tempore euitent durissimum quandoquè appellationis effectum, quæ cuncta suspendit,
3 iuxtà *Text. in L.Appellatione, C. de appellat.* ex quo per oppositum ab huiusmodi prudentialibus temperamentis, & prouisionibus re-
4 gulariter appellatio non admittitur, teste *Scacc. de Appell.quæst.17.limit.7.sub num.3. versic.Sed à Sententia prouisionali, & sub n.4. versic.Quintus casus, in fine, Card. de Luc. de Iudic. disc.37. num.6., Rot. coram Merlin. decis.694. num.3., & decis.28. num.7. coram Bich.*

Tertiò tandem, quia cùm, ex latiùs recensitis *in altera decisione sub hac eadem die coram Me super meritis*, agnitum plenè fuerit bonum Ius Capituli super eo, quod redditus vtriusque Canonicatus Francisci, & Iosephi Antonij, donèc isti ad Sacerdotij fastigium fuerint promoti, in ipsius Capituli vtilitatem cedere deberent, hinc præcisiuè etiam à præcitatis duobus fundamentis, æquitas non patiebatur, vt Capitulum per asperum caput
5 Attentatorum restituere teneretur id, quod contemporaneè definiebatur illi deberi, quemadmodùm nupèr responsum fuit *in Romana, seù Reatina Fideicommissi super Attentatis 28. Aprilis 1698. §. Altera verò ratio, coram R.P.D. meo de la Tremoille*; regulare etenim est, quod ad circuitus euitandos, nonnisi de raro, (ità nempè exigentibus atrocioribus

ribus facti circumstantijs, & non aliàs) canonizentur attentata, quotiès iu contemporanea
6 discussione meritorum constat de bono Iure eius, qui attentasse prætenditur, vt habetur apud *Royas dec.446. sub num.13.*, *&* *dec.64. num.final. part.17. Rec.*, *& in Romana prætensorum Attentatorum 4. Iulij 1681. §. Secundò quia, coram bon.mem. Emerix Iun.*, *& in Compostellana Parochialis super Attentatis 25. Iunij 1696.*, *& 28. Iunij 1697. vtrobique §. final. coram R.P.D. meo Priolo*.

Nulla paritèr ex parte Canonicorum Collitigantium commissa fuisse attentata Domini reputarunt; Quò enim ad Iosephum Antonium, res erat extrà amaritudinem, cùm Capitulum minimè demonstrauerit, eundem Iosephum Antonium, vel obulum exegisse post præsentatam sibi inhibitionem Vicarij Albanen., quando tamen attentata, veluti delictum, seù contumeliam in Iudicem, vel legem inuoluentia, debent plenè,
7 & concludentissimè in facto comprobari, vt ait *Rot. in Ferrarien. Restrictionis Ghetti super Attentatis 30. Aprilis 1694. §. Quandoquidèm*, *& in Senogallien. Donationis super Attentatis 15. Aprilis 1695. §. 1. cor. R.P.D. meo Muto*.

Quò verò ad Franciscum, licet Capitulum præsumeret, ipsum dupliciter attentasse post intimatam sibi prælaudatam inhibitionem, scilicet & per exactionem cuiusdam Canonis in summa scut.10., & per citationem ad soluendum, executioni demandatam aduersùs nonnullos alios Debitores Capituli, contentos in notula sibi præcedenter ad inhibitionem assignata per Camerarium eiusdem Capituli; Nihilominùs neuter ex actibus præno-
8 minatis, stante etiam tali quali iusta credulitate Collitigantium, corrigi, & increpari merebatur tanquàm rigorosè attentatus, quia exactio Canonis facta dignoscebatur non iam ab ipsomet Francisco, sed ab illius Patre, veluti legitimo Administratore; factum autem Patris, in quantum est criminosum,
9 & punibile, non posse Filio præiudicium irrogare, passim obseruarunt *Boss. de Patr. potest. cap.3. num.221.*, *Modern. Lucen. consult. 338. num. 15. cum duob. seq.*, *& consult.595. num.13. vbi concordan.*; Citatio demùm ad soluendum expleta apparebat per quemdam Iacobum, tanquàm Procuratorem Francisci, absquè tamen eius speciali Mandato, prout requiritur, ad hoc, vt Procura-
10 tor incurrere faciat Dominum in pœnam, seù reatum attentatorum, ex communitèr notatis per *Lancellot. de Attentat. par.1. cap.1. num.6.*, *& seq.*, *& num.13. cum seqq.*, *Sous. de reuis. cap.11. num.3.*, *Altimar. de nullit. rub.11. quæst.26. num.235.*, *Rot. decis.562. num.3. par.2. Rec.*, *& dec.294. n.11. par.16.*, *& in Spoletana Hæreditatis de Rainaldis 8. Aprilis 1680. §. Nec relevat, in fine, coram clar.mem. Card. Matthæio*, (*est decis.547. n.7. part.19. Rec. tom.2.*)

Et ità vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R.P.D. AVTHORIS.

QVoniàm *Decisio* hæc emanauit inter easdem Partes, de quibus in duabus *Decisionibus* antecedentibus, & illæ acquieuerunt negocio principali, acquieuerunt etiam huic resolutioni super Attentatis, & sic tota Causa remansit pænitùs terminata.

Circà eorumdem attentatorum materiam licèt in dies nascantur noui casus, qui indigerent particulari adnotatione, attamen superfluum quodammodò videtur aliquid ampliùs desuper attingere, cùm tàm *in decis.87.* quàm in eius *Additionibus impressis in primo Volumine*, plura fuerint disserta, & in eis signantèr nonnulla magis singulariter practicabilia, quæ etiam posteà fuerunt reassumpta in illa *Cracouien.*, *seù Sandomirien. Iurispatronatus super Attentatis 1. Iulij 1712. coram Me*, quæuè, quando occasio præberet, posset multùm inseruire pro explanatione materiæ.

Excusari etenim prætendebat in prædicta Causa *Cracouien.* Reus, ex quo quantumuis extitisset ei præsentata quædam inhibitio obtenta per PP. Societatis Iesu coram Me ergà Parochum, seù potiùs Vicarium Sandomirij (qui erat Reus) vigore antiquæ litis pendentiæ, immò mandati de manutenendo reportati ab eisdem Patribus *in nostro Tribunali* nihilominùs cessare viderentur quælibet attentata, ex quo prædicta antiqua lis poterat dici terminata, dùm Parochus, seù Vicarius paruerat prædicto antecedenti mandato de manutenendo, vt ex *decis. 244. co-*
11 *ram Carillo*, & abindè citrà effluxi erant anni ferè 70., ad id allegando *Lancellott. de Attentat. part.2. in præfat. cap.4. num.281. & seqq.*, *Rot. coram Cerro decis.75. num.3.*, *& decis.169. n.1.*, *& in Rec. decis.108. n.5.*, *& 6. par.18.*

Potissimè, quia non ipse Parochus, seù Vicarius, sed Officiales Regij fuerunt, qui reiuindicare tentauerant Iuspatronatus, vn-
12 dè non merebatur puniri idem Vicarius tanquàm attentans per facta, & gesta ab alia persona diuersa, ex *Menoch. cons.123. n.2.*, *& seq.*, *Lancellott. vbi suprà cap.12. limit.2. num.10.*, *Gratian. discept. for. cap.914. n.31.*, *Ferentill. ad Buratt. decis.644. num.10.*, *Rot. coram Coccino decis.130. num.9.*, *& 10.*, *& coram Emerix Iun. decis.172. n.5.*, *& in Rec. decis.103. num.1.*, *& 5. cum seq. par.16.*

Addito, quod in antiqua lite agebatur dumtaxàt de Iurepatronatus, & attentata, quæ prætendebantur gesta per eumdem Vicarium, respiciebant quasdam functiones

Ec-

Ecclefiafticas per illum expletas, & de qui-
bus decifum nihil fuerat in *Sac. Auditorio*,
vti liquebat ex antecedenti *decif.217.coram*
13 *Carill.*, ideòque data diuerfitate Caufæ
etiam attentatum commiffum fuper vna non
parit attentatum quòad alteram,ex animad-
uerfis per *Pofth. de Manut. obferu.1. n.85.*,
Rot. coram Mantica decif.184. num.1. in fine,
& coram Priolo decif.120. num.17., *& in*
Rec. dec.687. num.1., *& feq. par.4. tom.3.*

Verùm, vltràquod in facto refpondebatur,
& benè per Patres, quod antiqua lis non fo-
lùm verfabatur fuper Iurepatronatus,fiuè Iu-
re præfentandi, fed etiam fuper alijs depen-
dentibus ex caufa Regiæ donationis obtentæ
ab eifdem de prædicta Parochia Sandomirij
cum fucceffiua integrali vnione Parochiæ fa-
cta Collegio, vt in altera *Decifione* tùnc con-
textualiter *ædita fuper Manutentione*, vndè
defacto eadem lis in vim antiquæ Rotalis
Commiffionis *coram Cardinali Panzirolo* fu-
per iure præfentandi ad Ecclefiam Parochia-
lem S. Petri Sandomirien., ipfiufque Eccle-
fiæ adminiftratione, virtualiter inuoluebat
etiam cætera iura, functionefque, quæ emer-
gere poterant ab eadem vnione, & refpecti-
uè Iurepatronatus vnito Collegio Patrum
Societatis Iefu,maximè ob illa verba præno-
minatæ Commiffionis: *De, & fuper iure præ-
fentandi &c.*, *& illarum occafione &c.*, ac
etiam perfpecta efficacia Claufulæ *quam*, *&
quas* latiffimè extenfæ, vt pleniùs *in d. Deci-
fione 1. Iulij 1712. fuper Attentatis §.fin.*

Nihilominùs ceffabat omnis hefitatio,quia
cùm Vicarius fuiffet fpecialiter inhibitus per
Me de nouo reaffumptiuè ad prædictam
14 Commiffionem,illius partes erant abftinen-
di, & obtemperandi eidem inhibitioni, non
iudicandi de per fe, vtrùm lis antiqua *coram
Cardinali Panzirolo*, & fucceffiuè *coram Ca-
rillo* foret extincta, vel penderet, fique fe
putabat grauatum, tenebatur infiftere pro
opportuna declaratione, vel moderatione,
ex *Mantica decif.168. num.2.*, *& decif.345.
num.4.*, *Seraphin. decif.654.num.2.*, *Coccin.
decif.14. num.9.*, *decif.171. num.1.*, *& de-
cif.380.num.2.*, *& in Rec. decif.114.num.1.*,
& decif.216. num.2. part.3., *decif.102. n.2.
part.5.*, *decif.75.num.4.part.6.*, *& dec.257.
num.3. part.17.*, *& decif.125.num.2.par.19.
tom.1.*

Id ipfum concludendum erat in fequelam
15 alterius excufationis, quod Caufa erat di-
uerfa: Quia paritèr hoc difcernere, & defi-
nire non attinebat ad Vicarium, cùm id ad
fummum licuiffet, quotiès attentatum fuif-
fet attentatum Iuris vigore folius litis pen-
dentiæ, fed dum aderat expreffa inhibitio
Sac. Tribunalis, recurrebant omnia ea, de
16 quibus fuprà fuit animaduerfum, ex quo
inhibitio hominis, feù Superioris, à qua re-
fultat attentatum facti, femper eft timenda,
aliàs inexcufabilia, femperque temeraria ef-
ficit attentata, vt inquit *Pofth. de Manutent.
obferu.48.num.28.*, *Card.de Luca de Iurifdict.
difc.49. fub num. 11.*, *& de Iudic. difc.16.
num.5.*, *& difc.18.num.38.* cum reliquis no-
tiffimis, fruftràque idcircò transcribendis.

Circà deniquè ad diuerfitatem perfonæ
committentis attentata, regula quidem, de
qua fuprà,erat certa, videlicèt quod per at-
tentatum patratum ab vna perfona, alia di-
17 uerfa plecti non valet; verùm quando adeft
euidens fufpicio, quod ille, qui attentauit,
id expleuerit ad fuggeftionem, & inftigatio-
nem alterius,attentat etiam alter inftigator,
& fuggeftor, proùt de hac fuggeftione appa-
rebat, plufquàm euidentèr, à recurfibus per
Vicarium habitis ad Officiales, & Tribuna-
lia laicalia, vt plenè in fimilibus refponfum
fuit in illa *Neapolitana Ampliationis Ecclefiæ
13.Maij 1712.§.Nulli fiquidem, cor. D.Card.
Priolo*, & pleniùs *in dicta decif. Cracouien. a
§.Abfquè eo, quod, cum feqq. cor. Me*.

Hinc pariter è conuersò cadit fub attenta-
18 tis, & obligatione illa purgandi etiam ille,
qui non fuit inhibitus, fed collufit cum inhi-
19 bito, & attentante, vel habet ab eo caufam,
vt fuit refponfum in illa *Bononien. Attenta-
torum 30. Iunij 1704. §. Nihil obftante,coram
bo:me: Molines Decano*: Cùm enim in illo cafu
Syndici nuncupati *Gabellæ Groffæ* Ciuitatis
Bononiæ attentatè iniuerint quamdam con-
ceffionem retentionis cuiufdam Nauilij, feù
Nauis in Canali nuncupato *Malalberghi* ad
fauorem Com. Senatoris Signi, & is immi-
ferit, feù retinuerit in eodem Canali prædi-
ctam Nauim, *Rota* cenfuit, talem immif-
fionem, feù retentionem effe attentatam,
20 tùm quia prædictus Com. habebat caufam
21 ab Attentante, tùm etiam, quia Tertius
quoquè fefe intrudens in poffeffione rei liti-
giofæ, dicitur attentare, adducendo circa
primam rationem *Lancellott. de Attentat.
part.1. cap.3. num.16. cum feq.*, *& num.23.*,
& quòad fecundam *Lancellott. vbi fupra
num.69.*, *Afflict. decif.354.num.21.*, *Rot.co-
ram Buratto decif.258.num.2.*, ibiquè *Adden.
litt.A.*, *coram Gregor. decif.14. num.6.*, *&
decif.169. num.7. cor. Bichio*.

Præfens *Decifio* adducit illam regulam
vulgarem, quod *qui continuat non attentat*:
fed,prætèr cæteras limitationes tribui regu-
22 læ confuetas,vna notabilis eft; quando liqui-
dè non apparet, quod qui allegat continuaf-
fe in fua antiqua poffeffione reuerà fuerit in
hac præcedenti poffeffione, vt paritèr deci-
fum fuit in eadem *Bononien. Attentatorum
30. Iunij 1704. §. Etenim in fin.: coram Moli-
nes*, in qua allegantur *Farinac. in Fragment.
Criminal. part.2. verbo Inhibitio num.338.*,
*Lancellot. de Attentat. part.2. cap.4. limit.1.
num.104.*, *Rocca Difput.Iur. Select.cap.169.
num.4.*, *Card. de Luca de Iudic.difc.18.n.43.*,

Rot. coram Coccino decis.399. num.2., *& coram Peutinger. decis.260. n.6.*

Regula eadem, *qui continuat &c.* pariter
23 locum sibi non vindicat, quotiès continuatio, quæ prætendatur excusari ab attentato, diuersificet circà modum, vel circà ius, aut titulum ab illo, quo priùs, idem prætendens simpliciter continuare, stabat in possessione, quemadmodùm post *Lancellot. de Attentat. part.1. cap.4. limit.1. num.113.*, *Rot. coram Caualer. decis.615. n.3. in fin.*, *& decis.466. num.64. part.19. tom.2. Rec.* dictum fuit in *Illerden. Iuris Votandi super nouis attentatis 24. Nouembris 1704. §. fin. cor. Card. Scotto.*

Ast sicuti hucusquè aliquid tetigimus pro substentatione attentatorum, illorumque demandanda purgatione contrà Attentantes, ità contingunt aliqui casus è conuersò, qui promerentur excusationem, seù non exposcunt hanc purgationem, pròut signanter est ille, quando prætendatur esse attentatum aliquid, quod fuerit expletum in consequentiam imploratæ, & obtentæ Iudicialis Auctoritatis: Cùm enim contigisset, quod in Tribunali A.C. fuisset concessa nonnullis facultas, & mandatum expellendi Colonum ex quodam Prædio, pendente autem prouocatione ad *Sac. Rotam* ijdem, qui Colonum expulerant, procurauerint amotionem quoquè Animalium, siuè illorum descriptionem, vnâ pariter cum descriptione mobilium, & frumenti existentium in eodem Prædio, cæpit prætendere ille, qui passus fuerat prædictam iudicialem expulsionem, seù mandatum de expellendo Colonum, quod prædicta amotio Animalium, & descriptio respectiuè mobilium, ac frumenti foret attentata; sed con-
24 trarium decisum fuit, quia omnes prædicti actus, qui obiurgabantur tamquàm attentati, tendebant in expulsionem Coloni, vndè ab eo Victor solummodò in substantia procurabat recuperare, & in consequentiam adimere quidquid ille occupabat de pertinentibus ad idem Prædium, à quo iudicicialiter iam fuerat (vt præmisimus) expulsus, & sic prodijt in ea Causa rescriptum = *Non constare de attentatis*, nempè in *Auximana*, *seù Camerinen. Bonorum super Attentatis 1. Iulij 1709. cor. R.P.D. Crispo.*

Attentata quandoquè verificarentur, & non essent ità facilè excusanda, sed æquitas, & tolerantia Iudicum quodammodò clausis oculis illa prætermittit, vel non studet illa purgari: Ex.gr. quotiès Iudex primæ, vel secundæ instantiæ, in cuius spretum possent de rigore censeri perpetrata attentata, ea reuocare non curauit; existimatur siquidèm, eumdem antecedentem Iudicem huiusmodi
25 præcedentia attentata remittere voluisse, quod vtiquè (cessante interesse Partium) cuilibet Iudici permissum est, per ea, quæ dixit *Rota coram Caualer. decis.499. num.6.*, *coram Ninot. decis.56. num.5.*, *& 6.*, *& in Recent. decis.206. num.5. part.8.*, *& in Leodien. Iurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. final. cor. bon. mem. Molines Decano*, & sic in concreto resoluit eadem *Rota in altera Leodien. Nunciationis noui operis super Attentatis 22. Iunij 1712. §. Tantòque magis, coram R.P.D. Aldrouando.*

Ex non dissimili ratione contingit aliquandò, quod Iudex pariformiter dissimulet attentata, etiamsi sit ille idem, qui posset, veluti contemptus, iniungere illorum purgationem; datur enim casus, quod instet pro purgatione huiusmodi attentatorum illemet, qui Iudicem, à quo petit hanc purgationem, totis viribus declinare sategit, vnde stante
26 firma prædicta propositione, quod Iudex possit remittere attentata commissa in sui quemdam contemptum, valet id faciliùs practicare, quando purgatio redundaret in fauorem illius, qui quodammodò læsit eum, à quo posteà petit tale beneficium, & cui de cætero, introspecto bono iure, nullum detrimentum irrogatur per hanc remissionem, sed solùm aufertur illa satisfactio exercendi
27 quemdam rigorem Iuris contrà Aduersarium, reuocandi nimirùm, & destruendi illud, quod posteà esset de nouo faciendum, vt ad exemplum contumacis post *Bart. in Leg. Vbi cæptum, vers. Item aduerte, ff. de Iudicijs, & in Leg. Quamuis num.8., ff. de damno infect.*, *Felin. in Cap. Ex tenore n.15.*, *& seq. de rescript.*, cum alijs per *Lancellott.* adductis *in prædict. tract. de Attent. part.2. cap.4. limit.18.* videre est *Rot. decis.142. n.7. in fin. coram Vbaldo*, & fuit tentum *in Romana Hæreditatis de Ruspolis super Attentatis 2. Martij 1705. coram bon. mem. Molines, & 14. Maij 1706. §. Quæ eò magis, & 2. Iulij eiusdem anni §. Maximè, coram bon. mem. Cassarello.*

Obitèr notandum quoquè videtur, quod
28 cùm passim *Doctores* affirment, attentata facti prouenientia à contemptu inhibitionis, & *facti* nuncupata, æquiparari Spolio violento in ordine ad refusionem fructuum, expensarum, damnorumque, vt etiam firmatum fuit in præallegata *Cracouien.*, *seù Sandomirien. Iurispatronatus super Attentatis 1. Iulij 1712. §. Alter verò rigor, coram Me.*

Vtiquè, procedendo cum eadem paritate,
29 inter cæteras pœnas Attentans in hunc modum parificabilem Spolio violento super vna, licèt diuersa Causa, non potest, nec debet audiri super altera, etsi pariter diuersa, quemadmodùm in proposito Spolij violenti vnanimitèr voluerunt *Abb. in Cap. Cùm dilectus 2. num.12. vers. Conclude ergò, de Ordin. cognit.*, *Gabr. de restit. spoliat. concl.2. num.24.*, *Adden. ad Buratt. decis.731. n.8.*, *Card. de Luca de Iudic. disc.10. num.4.*, *Rota coram Gregor. decis.336. num.8.*, *& decis.88. num.5.*

num.5. apud Posth. de Subhast. Immò verè, 30 & de facto attentans magis criminosus existimatur, quàm spoliator, vt prætendit post *Ripam*, & alios *in Leg. Naturaliter §. Nihil comune, ff. de acquir. possess.*, *Lancellott. de Attentat. part.3. cap.30. de priuil. attentat. num.276.*, itaùt in concursu Spolij, & atten-
31 tati adeò præcellat crimen attentatorum, vt si Spoliatus commiserit posteà attentata, non possit interim petere purgationem eiusdem Spolij, ad sensum eiusdem *Lancellotti de Attentatis part.2. cap.4. limit.2. num.69.*, & latiùs *d. part.3. cap.31. num.195., & 196.*

Hæc omnia tamen congruunt, & vera
32 sunt, quando Spolium sit in rei veritate violentum, & quando attentatum sit verè attentatum facti prouenientis à contemptu inhibitionis sui Superioris; nàm quando Spolium est merè iudiciale, & attentatum est solùm Iuris ratione litis pendentiæ citrà inhibitionem hominis, progressio, vel actio non impeditur in negocio, & Causa diuersa, per ea, quæ distinguunt supra relati, *Card.* nempè *de Luca de Iudic. dicto disc.20. num.4. in fin.*, *Adden. ad Buratt. dicta decis.731. num.9.*, *Rota apud Posth. dicta decis.88. à n.2. ad 5.*, *& coram Gregor. decis.281. num.2.*, & ità fuit resolutum, & practicatum distinguendo in concessione expeditionis Causæ sequutæ *die 7. Iulij 1713.* in illa *Ferrarien. Bonorum super Liberatione à Molestijs coram Me* suo loco inferiùs apponenda.

ROMANA, SEV LIMANA CAMBIORVM.

Mercur. 1. Iulij 1699.

ARGVMENTVM.

Reuidentur tres Decisiones editæ in tertia instantia super legitimitate Cambiorum, de quibus agebatur; Hic autem præcipuè examinatur, an, & quando licita sit anticipata solutio vsurarum; & quantitas fructuum eorumdem Cambiorum ab iniustitia vindicatur secundùm peculiares facti circumstantias.

SVMMARIVM.

1 *Rota in materia vsurarum circumspectè, & magna cum maturitate procedit.*

2 *Vsuræ, propter incertitudinem futuri euentus, nequeunt anticipatè solui, seù pro solutis haberi, eas in sortem computando.*
Declara tamen, vt num.9.

3 *Substantia Cambiorum maritimorum consistit in periculo Nauis, super qua traijcienda est pecunia,* remissiuè.

4 *Ideoque huiusmodi periculo cessante, eadem Cambia censentur illicita.*
Intellige, vt num.1.

5 *In materia Cambiorum, tanquàm diuidua, vsuræ excessiuè conuentæ sustinentur intrà limites iustitiæ.*

6 *Scientia probata quòad vnam personam, non extenditur ad aliam, quia scientia vnius non est scientia alterius.*

7 *In contractibus stricta facienda est interpretatio, & verba tantum ligant, quantum sonant.*

8 *A scientia de præsenti non rectè arguitur ad scientiam etiam de præterito.*

9 *Cambia maritima vsuraria non redduntur per anticipatam solutionem fructuum, constito de eorumdem Cambiorum fructiferorum duratione.*
In societatibus Officiorum licita est anticipata fructuum exactio citrà labem vsurariam, ibidem.

10 *Licita est anticipata solutio fructuum Census voluntariè facta per Debitorem.*

11 *Pactum tamen de soluendis anticipatè fructibus Censualibus reprobatum hodiè est per Bullam san.mem. Pij V.*

12 *Pactum appositum in impositione Census de soluendis fructibus anticipatè, vitiatur, non autem vitiat contractum.*

13 *Contractus societatum Officij, ac censuum sunt approbati per Constitutiones Apostolicas.*

14 Rota *in casu, de quo agitur, reduxit conuentionem Cambiorum de maritimis ad nundinalia.*

15 *Cambia maritima pro pecunijs ad nouum Orbem transmittendis consueuerunt regulari ad rationem petiarum 82. pro quolibet centenario.*

16 *De praxi Cambiorum nundinalium, vel platealium,* remissiuè.

17 *Vsuræ possunt taxari in certa quantitate vsquè ab initio secundùm illud interesse, quod moraliter verum, seù verisimile reputatur.*

18 *Error circà denominationem contractus, non præiudicat illius substantiæ, & veritati.*

19 *Vsuræ præteritæ possunt per speciem alterius liciti contractus redigi in sortem ad producendos nouos fructus,* remissiuè.

20 *Fructus societatum officij, & Cambiorum possunt licitè conuerti in nouam sortem per distinctum contractum Recambij ad producendos alios fructus.*

21 *Morosus Debitor non debet esse melioris conditionis, quàm is, qui soluit.*

22 *Scientia probata contrà Procuratorem ex lite aduersùs eumdem introducta, non debet nocere illius Domino.*

23 *Sientia meliùs probari nequit, quàm per confessionem Partis in illius præiudicium.*

24 *Solutio anticipatè facta in minori quantitate à Debitore, cui data erat dilatio ad soluendum maius debitum, an sit vsuraria, seù potiùs licita.*
Et resoluitur affirmatiuè, ibidem, *&* nu.25.
Et de ratione, num.26.

Cum declaratione tamen, de qua num. 27.

28 *Vsura inuoluit regulariter suffocationem vnius, vel alterius ex contrahentibus.*

29 *Debitor in diem, si antè diei aduentum à Creditore vrgeatur ad soluendum, an licitè possit minus soluere pro toto debito.*

30 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, & rem manifestam.*

31 *Fructus recompensatiui debentur Venditori post traditionem rei venditæ pro rata pretij per Emptorem non soluti.*

Et è conuerso huiusmodi fructus debentur Emptori pro rata rei non traditæ à Venditore, qui totum pretium conuentum ab eo recepit, num. 32.

33 *Soluens anticipatè censetur plus soluere.*

34 *Commodum quis reportare non debet ex facto alterius, in quo ipse nullum sentijt incommodum, &* num. 36., & 37.

35 *Lucrum facere ex aliena industria, ac solertia nemini permittitur.*

38 *Alimenta, quæ petuntur iure sanguinis, quo tempore sint præstanda, potest Iudex ex officio declarare.*

39 *Alimenta annua debita iure actionis præstari debent in principio anni.*

Limita, vt num. 40.

41 *Alimenta annua in Testamento relicta quando præstari possint partim in speciebus, & partim in pecunia.*

Sed ad euitandas altercationes, & præsertim inter sanguine coniunctos, potest Iudex demandare, quod integrè præstentur in pecunia, num. 42.

Et plura desuper afferuntur exempla, seù res indicatæ, ibidem.

43 *Alimenta annua relicta Scholaribus ex causa studiorum, debent anticipatè præstari.*

Sed vide casum, in quo Rota *mandauit illa præstanda esset anticipatè quidem, sed de trimestre in trimestre*, ibidem num. 44.

45 *Alimenta legata an sint præstanda anticipatè, vel posticipatè, pendet à prudenti Iudicis arbitrio.*

46 *Census vitalitius substinetur, licèt non constet de numeratione pecuniæ, neque de subingatione fundi fructiferi certis finibus designati, &* num. 47.

Et respondetur contrarijs, num. 48.

49 *Censuum vitalitiorum materiam, qui tractent,* remissiuè.

DECISIO CIV.

OBstrepentibus adhùc defensoribus Capituli Limani aduersùs ter resoluta in hac Causa, & vberiùs contrà vltimam Decisionem editam sub die 12. Ianuarij proximè præteriti coram Me (*est decis.* 68. *tom.* 1.) Domini non sunt dedignati pro quarta vice illos audire: Sed & pro quarta vice dignouerunt, nil prorsùs extitisse de nouo superallatum, quod vsquè ad radicem non appareret euersum in præcedentibus Decisionibus; quamobrèm in illis seriò persistentes, ad easdem Iure meritò circà reliqua obiecta pro euitanda inutili trascriptione, seù repetitione, habuerunt sese remissiuè.

Solùm itaquè, quia, vt dictum fuit in *Romana Cambij* 26. *Iunij* 1697. §. *Quamuis enim, coram Me* (*tom.* 1. *dec.* 23. *nu.* 1.) Tribunal nostrum duriùs insistit in examine Iuris, & Facti, quandò agitur de contractibus inuoluentibus suspicionem vsurariæ prauitatis; pronas idcircò aures præbuere postremæ obiectioni, quæ in hac de cætero laboriosa Audientia vehementiùs promouebatur per Defensores eiusdem Capituli: Dicebatur etenim primò, quòd non posset ab huiusmodi labe vsuraria præseruari primum Cambium petiarum 20. mil. exaratum de anno 1682. & alterum confectum sub eodem anno de petijs 2300., ex quo ad huiusmodi summas conficiendas calculare oportuerat importantiam Cambiorum maritimorum, quæ suprà sortem effectiuè exbursatam non erant tunc temporis debita, neque decursa, quandò omnia Iura clamant, nè fructus, & vsuræ, etiam legitimæ, anticipatè soluantur, seù habeantur pro solutis, iuxtà ab initio considerata *in celebri Voto Sac. Pœnitentiariæ impress. post decis.* 160. *par.* 4. *tom.* 2. *Recent.*, & concordant *Castren. in Leg. Eos qui* 26. §. *Super vsurarum n.* 4. *Cod. de vsur.*, *Roderic. de ann. reddit. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 12., & *ex num.* 20. *vsquè ad* 27., *Scacc. de Commerc. & Camb.* §. 1. *quæst.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 87., *Gibalin. de vsur. lib.* 2. *cap.* 5. *artic.* 6. *num.* 12., *Modern. Lucen. consult.* 667. *num.* 12., & *consult.* 670. *n.* 22. *in fin.*, *Rota dec.* 420. *sub n.* 7. *versic. quæ cuncta*, & *n.* 8. *par.* 14. *Rec.*

1 (margin, beside "Romana Cambij") · 2 (margin, beside "etiam legitimæ")

Secundò fortiùs insistebatur super eo, quod prorsùs illegitima forent in semetipsis huiusmodi Cambia maritima, perperàm de cætero, vt præmisimus, antè diem calculata in præcitato Instrumento anni 1682.; cùm enim subiectum, & basis huiuscè rigorosi contractus secumferentis exorbitantem correspondentiam petiarum 55. pro quolibet centenario vnicè solidetur in periculo Nauis, super qua traijciatur pecunia, vel effectiuè, vel saltèm implicitè super ipsa Naui, secundùm firmata *in Romana Assecurationis* 4. *Iunij* 1681. *ex* §. *Non obstat*, *vsquè ad* §. *Proùt etiam*, confirmata 19. *Ianuarij* 1682. §. *Non suffragante cum seq. cor. bon. mem. Emerix Iun.* (*inter impressas cor. Emerix Iun. decis.* 484., & *dec.* 515.)

3 (margin, beside "ctiuè, vel saltèm")

Profectò cùm ipsa pecunia ad Cambium per Equitem Franciscum Nicolaum data, & respectiuè suscepta per Procuratorem prædicti Capituli non fuerit super vlla Naui asportata, itàut traijcere deberet immensa Æquoris vsquè ad nouum Orbem inter-

teruallа, sed ocularitér conuersa appareret in extinctionem æris alieni promanantis ab expensis pro Canonizatione Venerabilis Alphonsi Toribij in Vrbe subsecutis; quodque plus est, nequè etiam vllum periculum subiret Eques, nedùm si hæc, vel illa Nauis, sed etiamsi vniuersæ Naues maria transfretantes
4 perijssent, quia semper remanebat saluum illius creditum, consistens in iustificationibus solutionum, & in ipso Instrumento Cambii: hinc proindè non videbantur vllo modo subsistere, & computari posse talia Cambia maritima, vt per *Text. in Cap. Nauiganti, de vsur.* benè in his circumstantijs admonent *Azor. Institut. Moral. par. 3. lib. 5. tit. de vsur. cap. 5. §. Sequitur ex dictis, Scacc. de Commerc., & Camb. §. 1. quæst. 1. n. 506., Francisc. Rocc. de Assecur. notab. 75. num. 284.*

Tantummodò autem (vt ab aliquibus obseruabatur) poterat contractus hic substantiari respectu petiarum 7828., quas in partem extinctionis suæ obligationis exsoluerat Creditori Archiepiscopus Limanus; quia dum eædem petiæ erant ad Ciuitatem Gadicen. effectiuè traducendæ super aliquo Ligno, congruum sanè videbatur, quòd Creditori, cui satisfieri debuisset in Alma Vrbe, saltèm à die oneratæ pecuniæ, & ad proportionem huiusmodi quantitatis, & respectiuè periculi liquidandi per Peritos in Arte, Cambia maritima bonificarentur, sed non per hoc valebat substentari iustitia horum Cambiorum pro reliqua quantitate, itàut ad summum ex benignitate potiùs in hac diuidua mate-
5 ria vtile per inutile non vitiaretur, ad regulam *Text. in Cap. Non debet, de reg. iur. in 6.* de qua in proposito *Card. de Luc. de vsur. disc. 3. num. 5.*

Tertiò tandem, & ad omne peius subdebatur, defalcandum esse biennium, scilicet ab anno 1686. ad annum 1688. in quo, & non priùs fuerat ad notitiam Capituli deductum Cambium exaratum in Vrbe per eiusdem Capituli Procuratorem Vagliadolid; Duo namquè erant distinguenda tempora Cambiorum, aliud scilicet computatum vsquè ab initio in prædictis Cambijs petiarum 20. mil., & respectiuè 2300., contrà quorum legitimitatem vrgebant superiùs insinuatæ exceptiones: Et aliud postquàm præcessisset huiusmodi notificatio facta Capitulo, quæ non poterat vllo modo reduci ad annum 1686., de quo tempore tantummodò Eques edocebat mediante responso suscepto ab eius Correspondali, per eum extitisse litem introductam contrà Bona Procuratoris Vagliadolid, qui se æquè principaliter obligauerat; Non enim idcircò per actum externum gestum cum alijs personis extorquerì valebat scientia, siuè subextendi de
6 persona ad personam, contrà vulgaria principia, de quibus in fortioribus terminis *Posth. de manutent. obseru. 40. sub n. 30. vers. progt respectu Capituli, Rota post eumdem decis. 598. num. 3., & 4., & in Vicen. Scribaniarum 25. Februarij 1695. §. Vndè hoc, coram bon. mem. Vrsino, confirmata 15. Iunij 1696., §. penult. coram Reuerendissimo D. meo Molines Decano.*

Altera verò iustificatio, cui nitebatur Eques insistens super bonificatione sibi facienda ab anno 1686., solummodò concernebat quamdam responsionem super hoc negocio habitam à Capitulo: Sed eadem responsio noscebatur subsignata de anno 1688., vndè non valebat retrotrahi ad annum 1686., vel aliud quodcumque tempus antecedens; Ex quo, præcipuè in hac materia exorbitanti, & odio-
7 sa, nulla potest fieri præiudicialis illatio, sed verba tantum ligant, quantum sonant, vt inquit *Celsus I. C. in Leg. Quidquid adstringendæ 99. ff. de verb. oblig. cum reliquis vulg.* Et est regulare, quod vbi etiam ex hac responsione oriretur præsumptio, vel iustificatio scientiæ
8 in Capitulo debitore, non tamen à scientia de præsenti potest detorqueri, & allegari scientia de præterito, vt prosequuntur *Cranett. consf. 6. num. 74., Cost. de retrotract. cap. 8. cas. 30. num. 13. vers. Ego autem, Schrader. de Feud. par. 9. cap. 1. nu. 91., Rota dec. 574. num. 7. coram Dunozett. Iun.* cum alijs *in Carpentoraten. Parochialis de Mazan 13. Februar. 1699. §. Respectu verò, coram Me (tom. 1. decis. 72. num. 17.)*

Verùm ex hiscè tribus obiectionibus nulla inuenta est habere firmitatem: Non quidem prima circà supputationem Cambiorum maritimorum in primo, & secundo Cambio anni 1682. quoniàm vbi fructus reuerà legitimè debentur pro pecunia suscepta per debitorem, nullibi in vtroque Foro legitur interdictum, quominùs posita duratione contractus, ac respectiuè securitate productionis fructuum, valeant ijdem fructus etiam anticipatè, siuè etiam antè diem nedùm fictè, sed etiam realitèr exbursari Creditori, quemadmodùm in familiari proposito societatum
9 officij perdurantium ex pacto vsquè ad aliquod tempus præfinitum in Instrumento, communitèr admisere *Boccacc. de Societ. Offic. num. 38., Zacch. eodem tractat. num. 358., & seq., Gratian. discept. 679. per tot., Sanctarell. variar. resolut. quæst. 47. sub num. 18. in septim. obiect. per tot., Leotard. de vsur. quæst. 63. n. 24., Gibalin. eodem tractat. lib. 4. cap. 6. artic. 20. sub num. 5. vers. & sanè,* & conclusit *Votum S. Pænitentiariæ,* de quo suprà *impress. post dec. 160 par. 4. tom. 2. Rec. ex num. 6. vsquè ad fin.,* & dixit successiuè *Rot. decis. 160. ex num. 4. pariter vsquè ad fin., repetit. decis. 388. post Cenc. de Cens.*

Immò & hoc ipsum de iure non erat vetitum in Censibus consignatiuis; quia quod fructus deincèps per sex menses, vel annum decur-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

10 decurrendi poſſent citrà vſuram recipi à
Creditore, pluriès paritèr firmauit *Rot.* vt in
dec. 115. *num.* 7., & *dec.* 123. *num.* 3., & *ſeq.*
apud eamdem Cenc., & *cor. Caualer. dec.* 509.
num. 2., & *dec.* 173. *num.* 23 *cum* 2. *ſeqq. coram*
Dunozzett. Sen., itànt ſuperuenta Conſtitu-
tione Beati Pij V. moderatoria abuſuum in
hac materia Cenſuum, quotidiè definitum
fuerit, voluntariè, & citrà pactum accipi poſ-
ſe fructus per Creditorem, ex quo Bulla pro-
11 hibet dumtaxat ſanciri pactum de ſoluendis
fructibus anticipatè, ſicuti legitur in *dec.* 95.
num. 8., & *dicta dec.* 123. *num.* 5., & *ſeqq. poſt*
Cenc. de cenſ. & *deciſ.* 365. *num.* 19. *cum* 2. *ſeqq.*
par. 11. *recent.* & cum *Azor. Bonacin.* & alijs
comprobant *Pinheir. de cenſib. par.* 1. *diſput.* 2.
ſect. 3. *num.* 34. *Leotard. de vſur. dicta quæſt.* 63.
ſub num. 14. *verſ. primus eſt*, *Gibalin. eodem*
tract. dicto lib. 4. *cap.* 6. *art.* 20. *num.* 4. *Roſignol.*
de contract. tit. 4. *prænot.* 21. *ſect.* 5. *num.* 52.;
quandò autem Partes contrà tenorem Con-
ſtitutionis pepigiſſent de huiuſmodi fructuum
anticipata ſolutione, reſponſum fuit, pactum
ſolummodò, veluti non reſpiciens ſubſtantia-
12 lia Contractus, corruere, & vitiari, non au-
tem ipſum contractum, vt in *d. dec.* 95. *nu.* 9.
dec. 116. *num.* 1. *cum* 2. *ſeqq.* & *dec.* 388. *num.* 21.
apud Cenc. de cenſ. & *dicta dec.* 173. *num.* 35. *co-*
ram Dunozett. Senior. & notant communiter
Gratian. diſcept. 141. *num.* 23. *idem Cenc. quæſt.*
54. *nu.* 18. *cum duobus ſeq. Leotard. dicta qu.* 63.
num. 13. *Gibalin. vbi ſuprà num.* 7. *Roſignol. loc.*
cit. ſub d. num. 52. *aſſert.* 4.

Vindicata igitùr prima parte obiectionis,
controuerſiæ cardo reduci poterat ad legiti-
mitatem eorumdem fructuum ad finem, vt
vim ſortiri poſſet parificatio ſocietatum of-
13 ficij, ac Cenſuum, qui ſunt Contractus vnde-
quaquè Pontificia authoritate ſuffulti, & ap-
probati: ſed & in hoc iuſtiſſima viſa eſt con-
14 uentio Cambiorum, quæ Sacra Rota de ma-
ritimis reduxit ad Nundinalia; obſeruatum
quippè fuit, quod vera Cambia maritima
ab Vrbe ad nouum Orbem longè plus aſcen-
diſſent, quàm ad petias 55., quia ex recenſitis
in *Summ.* Equitis ſuper fructibus, dato in
propoſitione habita coram bon. mem. Eme-
rix *num.* 2., & 3. ratione tàm longi, nimiùm-
15 que probabilis periculi practicabatur huiuſ-
modi Cambium vſque ad petias 82. pro quo-
libet centenario: quapropter, cùm Eques
Franciſcus Nicolaus Creditor valens, vti
Campſor, extradere ſuam pecuniam Cambio
verè Maritimo ad longè maiorem rationem,
illam limitauerit in adeò conſiderabili quan-
titate, profectò abfuit euidentiſſimè animus
fœnerandi, abfuitque pariter re ipſa ſuſpicio
vſuræ; dum vltrà diſcrimen, quod in ſe aſſu-
mebat, recuperandi valorem pecuniæ effecti-
uè exburſatæ in diſtantia adeò à noſtro Orbe
diuiſa, poſitiuè conuenerat, nè vllos fructus
eiuſdem Cambij poſſet prætendere, donèc
idem contractus Cambij notificaretur Ar-
chiepiſcopo, & Capitulo Limano, quæ ſanè
notificatio poterat per infortunia Maris,
aliaque innumera accidentia differri vſquè
ad præſentem diem, pròut dilata fuit ad an-
num 1686. & ſic, cum interim Creditor Cam-
pſoriam Tabulam exercens, maximè in his
Maritimis negociationibus, amplecteretur
periculum detinendi ſinè fructu proprias pe-
cunias, aliàs quotidiè paratas ad honeſtum
lucrum, etiam ſimpliciter girando eaſdem
16 pecunias per Cambia Nundinalia, vel pla-
tealia, de quibus *Card. de Luca de Camb. di-*
ſcurſ. 1., & *diſc.* 27. *per tot.*, & *in Summ. eiuſ-*
dem tit. in ſupplem. par. 2. *n.* 28., vtiquè omni-
bus hiſcè ſimul iunctis legitimum apparuit
intereſſe conuentum pro petijs 55.; quando
etenim intereſſe conuentum inter Partes eſt
à principio taxationis moraliter verum, ſeu
17 veriſimile, & ex circumſtantijs facti remanet
liquidatum, ſemper ad fauorem Mercatorum
ſubſtinetur, vt apud *Gratian. diſcept.* 387. *n.* 1.
cum plur. ſeqq., *Staiban. de intereſs. lib.* 2. *tit.* 11.
quæſt. prima ex num. 138. *cum ſeqq.*, *Gibalin. de*
vſur. lib 2. *cap.* 5. *art.* 6. *num.* 8., & 9., *Ioſeph de*
Roſa conſult. 13. *ex num.* 12. *vſquè ad* 29. *tom.* 2.
Epiſcop. Rocca Select. Diſput. Iur. cap. 159.
n. 25., *Panimoll. dec.* 108. *n.* 8., & *ſeqq.*, *Rot. cor.*
Vbald. dec. 118. *per tot.*, & ſignantèr *num.* 8., &
num. 11., & *in Rec. dec.* 13. *nu.* 14. *par.* 5, & *de-*
ciſ. 47. *num.* 17. *cum duob. ſeqq. coram Vbag.*, &
in Romana Fabricæ 4. *Iulij* 1696. §. *Conuentio*
namquè, & *ſeq. cor. bon. mem. Vrſino* (*in Mantiſs.*
ad Card. de Luc. tit. de Vſur. lib. 5. *dec.* 1. *num.* 1.
tom. 3.)

Atque ex his conſecutiuè cadebat ſecunda
obiectio quòad pecuniam nec explicitè, nec
implicitè traiectam, aut traijciendam: Quia
reaſſumendo eadem duo tempora antè, &
poſt notificationem Capitulo faciendam, ſiuè
factam, quòad tempus præcedens ipſam no-
tificationem, iam ex hucuſquè firmatis di-
xerunt *Domini* pluſquàm apparere de legiti-
mitate taxationis, & complicationis eorum-
dem fructuum ab initio, prætèr neceſſitatem
immorandi ſuper quidditate veri Cambij
Maritimi, quia de facto tale non erat Cam-
bium, ſeù intereſſe conuentum ab Equite
Creditore, ſolùmque tale nomen eidem ha-
betur ſuperimpictum ex ingenua confeſſione
ipſius Equitis, qui fortè errauit, tamquàm in
Iure non peritus, in nomine; Siquidem con-
tractus ſupponit numerationem totius pecu-
niæ, ac intantùm exorta eſt hæc amaritudo
ſupputationis Cambiorum antè diem facta,
inquantùm voluntariè ità exhibuit, & pro-
feſſus eſt Creditor in quodam ſuo calculo
extrà Inſtrumentum ad Partes dato: Quam-
18 obrèm remanente firma ſubſtantia, & veri-
tate contractus nil officit veritati, ſi fuit er-
ratum in nomine, ad *Text. in Leg. Idem Pom-*
ponius 5. §. *Cùm in rem*, *ff. de rei vindicat.*, &
in

in Leg. Si in nomine 4. C.de Testam., Rot.cor. Cris.decis.126. nu.3., & in Romana Assecurationis Nauis S.Bonauentura 13.Maij 1697. §.Quamuis enim, & §. fin. cor. R.P.D. meo dell'Olmo.

Post factam verò notificationem ipsi Capitulo nullatenùs obsistebat consideratio, quòd pars capitalis primorum Cambiorum conflaretur ex fructibus per quandam speciem Anathocismi. Quoniàm nil magis est familiare,
19 quàm quod (præsupposita implicita solutione fructuum, iuxtà not.per *Gloss.in L.fin.verb. ponere in fin. Cod.de vsur.*) fructus tàm Socie-
20 tatum Officij, quàm Cambiorum per Recambia canonicè reducantur in sortem ad parturiendam legitimitatem nouorum fructuum, sicuti latè ostendunt *Gibalin. de vsur. lib. 5. cap.1. artic.15. consect.7. per tot., Rosignol. de Camb. tit.2.prænot.7. ex num.2. vsquè ad fin. Card.de Luc.eodem tract.disc.3.num.8.*, & fuit nuper discursum in *Romana Cambiorum 26. Iunij 1697. cor. bon.mem. Vrsino*, & magis ex professò *in altera Romana Cambiorum die 21. eiusdem mensis, & anni, & 13. Ianuarij 1698. coram R.P.D.meo Caprara (inter suas impressas dec.346., & dec.368.)* & latiùs *in earum confirmatoria edita sub die 16. Ianuarij proximè præteriti cor. R.P.D.meo Muto*.

Minusq; releuabat subalterna animaduersio, quod vltrà summam petiarum 7828., de qua Limanus Archiepiscopus reimbursauerat Equitem Creditorem, non posset Cambium Maritimum propriè iustificari. Militabant etenim non solùm eædem rationes suprà ponderatæ in euersione primæ obiectionis, verùm peraugebantur ex omnibus alijs expensis, & periculis, de quibus facta fuit mentio *in antecedenti Decisione dies 12. Ianuarij præterlapsi §. Cæterùm, & seqq. coram Me*; Maximè superaccedente obseruatione, quòd si videbatur indubium, Equiti Creditori deberi Cambium etiam Maritimum respectu ratæ solutæ per Archiepiscopum, multò magis æquitas, & iustitia exposcebat, vt deberentur à Capitulo, nisi vellemus, quod Ar-
21 chiepiscopus effectiuè soluens, & non morosus ad plus teneretur, quàm Capitulum non soluens, & morosum, recalcitrante regula *Text.in Cap.Mora, de Reg.Iur.in 6.*, de qua in proximis terminis *Ancharan. cons.272.nu.4. Contrius discept.32.num.48. in fin.* benè *Rot. dec.31.nu.2.in fin.par.2.Rec.*

Deniquè tertia, seù nouissima obiectio promota ex parte Capituli in ordine ad subtrahendum biennium respectu notificationis factæ eidem Capitulo, agnita est laborare eadem insubsistentia; optimè namquè *in Decisionibus* editis *coram bon.mem. Vrsino* firmatum fuit, ac constantèr præsuppositum, notificationem ergà Capitulum prodijsse de anno 1686., vt constat *ex prima Decisione 26.Februarij 1694. §.fin., & ex secunda diei 4.Iulij eiusdem anni §.penult.* Quia licèt lis excitata
22 contrà Patrimonium Procuratoris nequiuisset infundere scientiam præiudicialem Capitulo, attamen, cùm ex demonstratis tunc coram bon.mem. Vrsino in *Summ.* Responsionis dato sub prædicta die 4. Iulij anni præteriti *num. vnico*, liqueat, Capitulum respondisse nouo eius Agenti sub anno 1688., quòd Eques Creditor litem instituerat mediante eius Procuratore tàm contrà Procuratorem Vagliadolid, eiusque bona, quàm aduersùs *le rendite di questa Metropolitana*, certè cùm lis pari passu exagitata contrà Procuratorem Vagliadolid extiterit de anno 1686. (vt erat incontrouersũ) pariformiter scientia nedùm extraiudicialis, sed & iudicialis mediante eadem lite insurgebat ergà Capitulum in eodem ipso Iudicio lacessitum ex confessione
23 prædicti Capituli, qua nulla maior datur probatio, *vulg. Leg. Cùm te, C. de Transact. L.Generaliter, C. de non numer. pecun., Cap. Per tuas, de probat.cum suis notiss. concord.*

Et ità pro quarta vice, vt suprà, Domini responderunt, vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

VLtrà præcedentes *Decisiones*, quæ in hac Causa prodierunt *cor. Vrsino sub die 26. Februarij, & 4. Iunij 1698*, emanauerat etiam altera confirmatoria *coram Me*, quæ habetur impressa *in primo Volumine* in ordine *la 68.*; cùmque nihilominùs benignitas *Tribunalis* concesserit Capitulo Limano iterùm, seù quartò audiri, parùm profuit huiusmodi rescriptum eidem Capitulo, quia (vt apparet ex eadem præsenti *Decisione*, quæ etiam extat impressa apud *Palm. Nep. in eius collectanea decisionum sub titulo Decisionum Rotæ Lucensis decis.261. tom.3.*) perstitum fuit in resolutis, cum subsequuta expeditione, & prolatione Sententiæ *sub die 31. Iulij huiusmet anni 1699.*, absquè eo, quod Causa vlteriorem progressum habuerit.

Materia, de qua tractatur principaliter in præsenti *Decisione*, est valdè singularis, cùm agatur nedùm, vtrùm valeat solutio anticipata fructuum Cambij maritimi, sed insuper, si eadem solutio ficte sequatur per approbationem Debitoris, an ea redigi possit in sortem, & exindè creari nouum Cambium; cùmque decisum fuerit, vt suprà, *affirmatiuè*, & tradita fuerint quamplura exempla in proposito Societatis Officij, & in altero Census, præcipuè antè Bullam S.Pij V., non erit absonum connotare nonnulla alia concernentia eamdem anticipatam solutionem: Et alter casus valdè quoquè peculiaris extitit in *Sac. Auditorio* disceptatus in celebri olim *Ferrarien. Pecuniaria 31. Martij 1669. coram Beuilaqua*: Cùm enim Serenissimus D.Dux Muti-

Mutinæ Franciscus Estensis promisisset soluere Iosepho Tornaquincio scut.144. mil. in duodecim ratis, interim verò assignasset eidem Tornaquincio annuos redditus cuiusdam Tenutæ, nuncupatæ *Diamantina* positę in Agro Ferrariensi, ex post idem D. Dux distraxit eandem Tenutam in Carolum Mariam Frescobaldum pro scut.185.mil. cum obligatione satisfaciendi, seù dimittendi Tornaquincium pro præfata quantitate scutorum 144.mil. sub eisdem duodecim ratis, & temporibus, vt etiam prænarratur in prædicta *Ferrarien. Pecuniaria*, quæ habetur in ordine *la* 110. *part.16. Rec. in principio.*

Euenit igitùr, quod idem Frescobaldus conuenit cum Tornaquincio actualiter ei persoluere scut.76664., vndè quęsitum posteà
24 fuit, an per hanc anticipatam solutionem assequi valuerit à Tornaquincio liberationem à tota integra summa prædictorum scutorum 144.mil., & non obstante, quod desuper magna insurrexerit, atque legatur altercatio inter *Theologos*, *Canonistas*, & *Iuristas*, censentibus nonnullis, id importare, seù redolere vsuram, replicante verò *Card. de Lugo de Iustit. & Iur. disp.26.sect.7.num.96.* quæstionem hanc esse potiùs speculatiuam, quàm practicam, ex rationibus per eum adductis:
25 *Rota* tamen in prædicta *decis.* 110. *part.16.* existimauit, substineri conuentionem, & peritle legitimam vndiquè liberationem à præfato maiori debito scut.144.mil., sequendo Sententiam *eiusdem Card. de Lugo vbi suprà num.*100. cum alijs plena manu relatis *in prædicta decis.*110. *num.9., & seqq.*

Ratio, cui innixa est *Decisio*, resedit in
26 commodo, quod eueniebat Creditori in recipiendo anticipatam solutionem, & ex opposito in periculo, quod idem Creditor euitabat amittendi creditum durante dilatione ob plures casus, qui de facili contingunt in exactione facienda cum tempore huiusmodi Creditorum, & maximè, quando in considerabile tempus differtur solutio, vndè etiam lepidè in *Decisione* affertur illud Carmen Claudiani,,

,, *Omne futurum*
,, *Despicitur, suadentque sui*
,, *Præsentia fructum*,

de quo etiam *Glossa in Leg. Cùm hi, vers. Modico præsente, ff. de transact., Hieron. Laurent. decis. Auen.* 154. *num.*1.

Huiusmodi tamen propositionem *Rota* in-
27 tellexit, quotiès Creditor voluntariè ità pepigisset, & contemplatione anticipatæ solutionis relaxasset maius debitum; secùs verò, quotiescumquè Debitor coegisset Creditorem ad recipiendam minorem summam anticipatè, & eiusdem anticipationis gratia impulisset eumdem Creditorem ad sibi relaxandum aliquam partem eius maioris debiti, vti videre est *in dicta decis.*110. *sub n.*10.,
28 *& seq. part.16.*, & reuerà vsura semper inuoluit explicitam, vel implicitam suffocationem vnius, vel alterius Partis, vt monet *Card. de Luca de Vsur. disc.37. num.17., & de Dot. disc.200. sub num.3.*

Et ob id à contrario, quotiès antè diem
29 Debitor à Creditore compellatur soluere debitum, potest idem Debitor expetere restaurum, & interesse eiusdem sibi impositę, seù illicitæ anticipationis, dummodò posteà de eodem interesse, seù quod tanti intererit, priùs soluisse per coactionem, edoceat, vt in debitoribus Fiscalibus est *Textus in Leg.1. C. de condict. ex Leg., Peregrin. de Iur. Fisc. lib.6. tit.7. num.27.*, & post eos, aliosque generalitèr *Leotard. de Vsur. quæst.30. n.13. & 14.*

Sed redeundo ad prædictam resolutionem Rotalem, quæ fuit postmodùm reassumpta, & semper confirmata sub eodem titulo = *Ferrarien. Pecuniaria* = admissis, seù comparentibus in Causa Creditoribus præfati Iosephi Tornaquinci, illius iura induere satagentibus, proùt sub *die* 12. *Maij* 1690., 2. *Martij* 1693.. *&* 16. *Ianuarij* 1696. *cor. Vrsino*, *&* 10. *Ianuarij* 1698., *&* 20. *Aprilis* 1700. *coram bon. mem. dell'Olmo Episcopo Conchen.*

Ego, qui in illa Causa *Ferrarien. Pecuniaria*, & in altera, seù in eadem posteà compellata = *Ferrarien. Tenutæ Diamantinæ* = scripseram coràm Arbitro tamquàm Aduocatus illorum de Frescobaldis, & signanter occasione tractatus concordiæ, quæ deindè fuit conclusa inter D. Ducem Mutinæ, eosdemque Frescobaldos vsquè ad deletionem vinculorum, quæ fuerant apposita in inuestimento confecto de pecunijs, quas D.Dux soluerat Frescobaldo, quemadmodùm liquet in successiua colluctatione desuper habita super hac vinculorum abrogatione in altera, seù eadem *decisione Ferrarien. Pecuniaria* 19. *Iunij* 1702. *cor. D.Card. della Tremoille*; iuxtà multiplicitatem articulorum plura deduxi, quorum aliqua roborabant prædictam resolutionem *Rotalem*, & respectiuè detegebant æquiuocum, quo mediante Defensores, seù Ministri D. Ducis curabant perfrui beneficio prænarratæ reductionis, quam ex industria conquisiuerant Frescobaldi à Tornaquincio mediante prædicta anticipata solutione; & hæc aduectenda subcensui, omissis cæteris, quæ memoratos alios articulos concernunt: Verba sunt hæc =

Quamuis ex parte Frescobaldi numquàm fuerit euitata, immò semper exoptata Concordia, ideòque libentem animum ipse submittat declarationi arbitramentali faciendæ; nihilominùs nè eadem Concordia contra sensum *Sac. Rotæ* tàm de præsenti, quàm in futuris contingentijs peior amissione litis euadat, subiungere, & obseruare compellimur, quod quatenùs pertinet ad summam, quæ

quæ in præfata declaratione reducitur ad
scut.128250. 34. monetæ veteris Ferrariæ,
clarus dignoscitur error desumptus in facto,
& in calculo: In facto siquidèm, quia præ-
supponitur, quod pretium Diamantinæ fue-
rit dumtaxàt scut.117.mil., & tamèn reuerà
venditio celebrata fuit pro pretio scuto-
rum 202.mil., pròut aliàs fuit in plena *Rota*
comprobatum; quinimmò saltèm quòad
summam scut.185.mil. id ipsum apparet ex
eodem publico Instrumento emptionis, &
30 venditionis, quod ex vulgatis vndiquè facit
probationem probatam, & manifestam, vt
per *Rot. decis.9. num.2., & decis.437. n.11.
coram Priolo, & decis.763. num.3. part.18.
Rec.*, & in tanta summa paritèr canonizauit
Sac.Rota in decis.110. part.16. Rec.

Cùmq; præd. quantitas deberetur vnâcum
fructibus, ex quo saltē pro maiori parte Fre-
scobaldi caruerunt re, & pretio, hinc proindè
ex calculo benè efformato, & aliàs exhibito
palàm resultat, integrum creditum insimùl
31 ascendere ad scut.275800.; non enim de
hiscè fructibus pretio adaugendis valet vllo
modo dubitari, ob claram determinationem
Textus in Leg. Curabit, C. de action. empt.,
cum quo in terminis ratæ pretij processit
*Rota coram Mauzaned. decis.500. num.2., &
in Rec. decis.260. num.10. part.10.*, cum re-
liquis per *Adden. ad Pamphil. decis.52. sub
num.11. vers. Quod si soluta, & decis.720.
32 num. 16.*, vbi quod æquitas *prædictæ Le-
gis* æqua lance militat fauore Emptoris, ac
Venditoris, quotiès è conuersò Venditor,
soluto sibi integro pretio per Emptorem,
totam rem emptam, & respectiuè venditam
ei non tradidit.

Æquiuocum autem, quod circà hoc irre-
psit in facto, priori loco consistit in eo, quod
cùm bon. mem. Carolus Maria actu persol-
uerit Tornaquincio scut.76.mil., & ob id
ex pacto inito cum eodem Tornaquincio in
vim anticipatæ solutionis reportauerit quie-
tantiam pro tota quantitate scut.144.mil.,
quæ sibi accollauerat, prætenditur, quod so-
la scut.76.mil. reficienda sint Frescobaldis:
Verùm id nullam habet Iuris subsistentiam,
quia cùm præfata quietantia pro tota summa
scut.144. mil. prouenerit ex causa dictæ an-
ticipatæ solutionis, & iuxtà illam propo-
33 sitionem, quod plus soluere dicitur, qui an-
ticipatè soluit, ad *Textum in §. Plus autem,
Instit. de action.* cum concordan. per *Rot. co-
ram Gregor. decis.65. num.3., & in Recent.
decis.138. num.1. part.3., & decis.41. n.12.,
decis.236. num.18., & decis.309. num.11.,
& seqq. part.9.*, & approbauit in specie
Sac.Rota d.decis.110.part.16. Rec., non debet
34 Pars Aduersa gaudere commodo anticipatæ
solutionis, dum illius incommodum non
sentijt, vulg. *Leg. Nihil tàm naturale, ff. de
reg. Iur.*

Clariùs verò, quoniàm Frescobaldus hu-
iusmodi reductionem obtinuit à Tornaquin-
cio ob propriam industriam, suoque nomi-
ne, & pecunia absquè vllo prorsùs mandato
Serenissimi D. Ducis, ideòque nulla ratio
suadet, quod existente ipso D.Duce debito-
re Tornaquincij in summa scut.144.mil., ea-
que accollata per Frescobaldum, si iste
35 postmodùm ob prædictam industriam con-
secutus est reductionem, debeat illâ perfrui
D. Dux, qui nullam solertiam, aut operam
adhibuit, vt benè vltrà mox relatam regu-
lam considerauit *Gratian. discept.733.n.17.*,
vbi plures, *Rot. decis.364. num.20. part.4.
tom.2., & decis.34. num.8., & 9. part.7.,
& decis.247. num.20. part.14. Rec.*

Ac deniquè ad euidentiam, quia vlteriùs
ista non fuit mera, & simplex industria, sed
lucrum cessans, & respectiuè damnum emer-
gens; sicuti enim Tornaquincius conuenit,
quod eidem sinè dilationibus soluerentur à
Frescobaldo scut.76.mil. loco scut.144.mil.,
ex quo, vt ait *dicta decisio 110. part.16.* eadem
pecunia promptè soluta, & Venetijs in locis
Zecchæ implicata, tantumdem reddidisset,
ità eadem ratio videtur efflagitare, quod
idem Frescobaldus Mercator Florentinus de
eodem lucro sibi cessànte reintegretur, non
36 autem illo pergaudeat D. Dux, qui nihil
exbursauit, ad tradita per *Rot. decis.225.
num.4. coram Seraphino, & decis.378. n.23.
part.18. Rec.*

Quinimmò debitum est omni Iure ipsis
Frescobaldis tantumdem respectu damni
emergentis, cùm ad effectum satisfaciendi
Tornaquincium sub rigorosis Cambijs Nun-
dinalibus, & Platealibus eamdem summam
37 receperit; quarè enim valet Serenissimus
consequi lucrum istius reductionis, si passus
non est damnum, vti Frescobaldus? ex notis-
simo *Textu in cap. 38. de reg. Iur. in 6.* cum
alijs, de quibus suprà. *Et ità de facto sequutum
est, cùm per eamdem Concordiam D. Dux exsol-
uerit ferè totum id, quod importabat obtenta
liberatio à Frescobaldo.*

Licèt autem non omnis anticipata solutio
secum ferat discursum, & terminos Vsuræ,
adhùc fortè non iniucundum erit nonnulla
tangere, quæ eamdem materiam in genere
respiciunt, & sunt quotidiè practicabilia, &
signantèr celebrem controuersiam, quæ in
dies haberi solet super præstatione alimen-
torum, vel alterius annui legati, vtrùm
nempè eadem alimenta, vel annuum lega-
tum subministrari debeat alimentario, seù
legatario in principio, vel in fine anni, & sic
anticipatè, vel posticipatè: Et regula quidèm
est (præcisiuè ab illis alimentis, quæ submi-
nistrari demandentur à Iudice ex Officio,
quia tùnc cessare solet omnis disputatio, cùm
idem Iudex, qui ex Officio, nimirùm ex cau-
sa paupertatis, & boni iuris in litigante, vel

ex coniunctione sanguinis iubet præstari vel
38 certam summam *in causam*, vt dici solet, *declarandam*, vel hanc, & illam quantitatem distributam menstruatim, vel annuatim, semper eodem tempore decernit quoquè, quomodò, & de quo tempore fieri debeat, vt suum arbitrium, & prouisio opportunè succurrant indigenti, vti liquet ex trad. per *Surd. de Alim. tit.8. priuil.2. num.6.*, *Menoch. de arbitrar. Iudic. cas.52. num.12.*)

Quod vbi peragatur de annuis legatis, vel
39 alimentis debitis iure actionis, ea præstentur in principio anni, iuxtà illud notissimum Carmen „

„ *Annua si debes, tùnc*
„ *Respicias caput anni*,

& ità vno ore conueniunt post *Text. in L. A vobis*, *& Leg. In singulos, ff. de annu. legat.*, *Surd. de Aliment. tit.4. quæst.12. num.6.*, *& 7.*, *Valenzuel. cons.197. num.47.*, *Cancer. var. resol. part.1. cap.16. num.32.*, aliijque apud *Conciol. alleg.26. num.4.*, *& Rot. in Tudertina Legati 20. Iunij 1712. §. Natura siquidem, cor. R. P. D. Crispo*.

Nisi tamen resistat voluntas Testatoris,
40 aut subiecta materia, siuè res designata, ex qua percipi debeant pecuniæ, seù fructus implicabiles ad præstationem eorumdem alimentorum, & annuorum legatorum, (ex. gr.) si dictum fuerit in Testamento, vel in contractu, quod eadem præstatio facienda sit de fructibus illius Prædij, illius Negocij, quod non solet parere fructus in principio anni, vt relatis concord. limitando docent *Altograd. cons.72. num.17. lib.2.*, *Surd. de Aliment. tit.4. quæst.17. num.21.*, *& 22.*, *Gratian. discept.62. num.7. cum duob. seqq.*, *& tit.9. quæst.6. num.12.*, *Camarell. de legat. lib.3. verb. Annua quæst.10. num.3. fol. mihi 264.*, *Altimar. ad Rouit. cons.36. num.7. lib.1.*, *Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.43. n.15.*, *Conciol. dicta alleg.26. num.15. cum duob. seqq.*, *Bondeu. collect.19. num.93. lib.1.*

Et ob id, quia perscrutari voluntatem Disponentis, & facti circumstantias pertinet ad religionem Iudicis, diuersimodè in *Tribunali nostro* iuxtà singulos casus practicatum fuit, & signanter *in decis.680. num.6.*, *& seqq. part.4. tom.3. Rec.*, in qua cùm ex
41 patrimonio, à quo desumenda erant alimenta, seù annua legata, fructus partìm posticipatè, partim anticipatè exigi solerent, ad eamdem quoquè proportionem temporis demandatum fuit bipartiri exactionem, itaùt quamuis alimenta consueuerint, & debeant etiam de Iure præstari pro minori incommodo obligati in ipsis speciebus, nempè grani, vini, olei, lignorum, cum similibus, inspecto tempore, quo illa colligantur, reliquum verò necessarium suppleri oporteat in quantitate, vt ex *Bart. in Leg.1. ff. de aliment.*, *& cib. legat.*, *Roland. cons.22. circà fin. lib.1.* dixit *Rota in dicta decis.680. num.15. part.4.*
42 *num.3. Rec.*, adhùc tamen non impeditur Iudicis arbitrium pro resecandis altercationibus, quæ possunt, præcipuè inter Consanguineos, oriri, quò minùs omnia iubeat tradi in pecunia, vt in prædicta *decis.680. num.15.*, *& 16. part.4. tom.3. Rec.*, & non diuersimodè practicauit A.C., & Signatura Iustitiæ in illa, quæ hodie pendet *in Rota coram Me*, nempè *Romana Alimentorum* inter Fratres de Anguillaria proposita *sub die 20. Ianuarij 1712.*, & in pecunia fuit pariter decretum in illa *Ferrarien. Alimentorum*, *& Dotium 15. Maij 1713. coram Card. Scotto.*

Iuridicum paritèr arbitrium adhibuit *Tribunal* in præallegata *Tudertina Legati 20. Iunij 1712.*, *coram R. P. D. Crispo*, in qua cùm Dominicus Lutius in Testamento præcepisset ali quatuor Adolescentes de sua Familia, vt studijs operam possent nauare, ex fructibus cuiusdam Census in sorte scut.6000., & quæreretur, de quo tempore facienda esset hæc solutio hùicè Adolescentibus, ex vna quidèm parte considerabatur, quod regula pro anticipatione assisteret alimentarijs, quodquè propterea legatum relictum
43 ex causa studiorum anticipatè præstandum sit, nè interim pauperes Adolescentes nequeant, nisi militarent proprijs stipendijs, studia incipere contrà verisimilem voluntatem Testatoris, vt in specie *Horat. Lut. de priuil. Scholar. priuil.16. ampl.12.*, *Lara de Anniuers.*, *& Cappell. lib.1. cap.9. num.11.*, *Parlador. quotidian. quæst. tit. de legat. Scholar. relict. quæst.14. num.6.*, *Amostaz. de Caus. Pijs lib.4. cap.13. num.48.*, *Boss. de Matrimon. cap.12. tit. de Aliment. oblig. §.1. num.775.*

Cæterùm quia fructus eiusdem Census exigi non valebant anticipatè, sed exigebantur posticipatè de semestre in semestre, hinc, iuncta etiam obseruantia quandoquè practicata ipsorum hæredum, vel Executorum, qui non respuerunt aliquandò soluere huiusmodi
44 legatum anticipatè, iniunctum, & decisum fuit ad minùs grauandum hæredem, & ad minùs lædendam vtilitatem, siuè necessitatem studere debentis, & ità conciliandam, vel exequendam verisimilem mentem Testatoris, quod solutio fieret anticipatè quidèm, sed de trimestre in trimestre, sicut in similibus circumstantijs, in quibus totum
45 remittitur prudenti Iudicis arbitrio, vt ait *Rebuffus tom.1. de Sententia prouis. in præfat. num.105.*, *Surd. de Aliment. tit.4. quæst.17. num 18.*, *Amostaz. de Caus. Pijs lib.4. cap.12. n.45.*, *& 46.*, etiam distinguendo tenuerunt, & aduerterunt cùm *Bart. in Leg.1. §. Diuus, ff. de var.*, *& extraordinar. cognit.*, *Francisc. Marc. decis. Delfin. part.1. decis.797.*, *Caualcan. de Vsufruct. Mulier. relict. num.166. versic. Nisi legatarius indigeret*, *Lancellott.*

Gallia

Gallia in Confuet. Alexand. quæst.6. n.118., Surd. de Aliment. dicto tit.4. quæst.17. n.18. Et hæc Causa absquè alia prosequutione vlterioris appellationis fuit expedita *sub die prima Augusti 1712.coram eodem R.P.D.Crispo.*

Et quoniàm super præsenti *Decisione*, quæ peragit, vt diximus, de excludenda vsura, allatum fuit exemplum Census (consignatiui tamen) non videtur inopportunum indi-
46 care articulum latè decisum *in nostro Auditorio*, vtrùm nempè substineretur quidam Census vitalitius, seù temporalis ad vitam tradentis pecuniam (seù in eo casu quasdam merces) foret, nec nè licitus non seruata ad hoc Piana Constitutione ob non interuentum pecuniæ, & ob non factam subiugationem peculiaris fundi certis finibus designati, itaùt intrarent potiùs termini Census merè personalis ab eadem Sancta Constitutione damnati: Et licèt *Rota coram Arguelles decis.101.* videretur stare pro nullitate hu-
47 iusmodi Censuum; attamen examinato profundiùs articulo prodijt resolutio pro validitate, vt eueniente casu poterit amplè recognosci *in Bononien. Contractus 20. Ianuarij 1712. coram R. P. D. Falconerio* (inter eius nunc nouitèr impressas *tom.1. tit. de Censib. decis.2.*) cum successiua expeditione iniuncta *sub die 13. Maij eiusdem anni*; & hæc *decisio* fuit confirmata 10. *Martij 1713. cor. R.P.D. Aldrouando*, cum simili expeditione sequuta 5. *Maij eiusdem anni*.

Atque in vtraque fuit responsum ad *Deci-*
48 *sionem Arguelles* reuocatoriam alterius *coram Card. Virile*, aliàs *la 514. post Cenc.de Cens.*, quod in casu prædictæ *decisionis coram Arguelles* aderant pacta redolentia vsuram, & signantèr ad nostrum propositum faciendæ solutionis anticipatè, quod erat vtique illicitum, vtpotè diuinatorium eius, quod sequi poterat per possibilem intermediam mortem Creditoris, vti videre est *in dicta decis.20. Ianuarij 1712. §. Absquè eo, quod, cor. R.P.D. Falconerio (inter suas dicta decis.2. vbi suprà num.21.) & 10. Martij 1713. §. fin. cor. R.P.D. Aldrouando*.

Reliqua de huiusmodi Censibus vitalitijs
49 ad varios effectus videri possunt apud *Mart. cons. 68., Spad. cons.152. lib.3., Gratian. discept.756., Cyriac. controu.1., Merend. de Camb. Nundin. cap.29., & seqq., Sanctarell. var. resol. quæst.46., Rosignol. de Contract. tit. de Emphyt., & Censib.prænot.14.per tot., Torr. de pact. fut. success. lib.3. cap.9., Saminiat. contr.32.*, ibiquè *Rot. Ianuen., & Florentin.contr.33., & 34., modern.Casareg. de Commerc. disc.96.*

ROMANA IVRIS PASCENDI SVPER ATTENTATIS.

Merc. 1. Iulij 1699.

ARGVMENTVM.

Decisio hæc principalitèr agit de Attentatis, de quibus vterquè ex Collitigantibus incusabat suum Aduersarium; & incidentèr tangit materiam prætensi Iuris Pascendi in alieno Territorio, necnon de damnis reficiendis ab eo, qui propria Animalia immiserat in Pascua non sua, sed aliena. In Additione autem Extensor *Decisionis* superadijcit concernentia eamdem materiam Attentatorum, & Pascuorum, necnon Cauthelæ Angeli, Chartæ Dotalis, ac styli Agriculturæ circà Affictus Tenutarum, eorumque initium die 29. Septembris, quamuis in illorum stipulatione fuisset conuentum, quod incipere deberent à die prima eiusdem mensis; cum alijs, de quibus *in sequ. Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Auditores Rotæ quandoquè præuia Commissione Papæ eliguntur in Consultores Magistratus Agriculturæ.*
Auditor autem sic in Consultorem electus exquirit Votum suorum Correspondalium, prout practicatur in alijs Causis Rotalibus, ibid., & num.13.
2 *Pasturagium an quis prætendere valeat in ampliori Territorio sui Vicini, quotiès proprium Territorium non est sufficiens pro substentatione eius Animalium*, remissiuè.
3 *Probationes necessariæ, & ad causam facientes non sunt coangustandæ.*
4 *Attentata non dantur sinè præcedenti lite, aut præambula inhibitione Iudicis.*
5 *Iudicis authoritas excusat ab incursu Attentatorum.*
6 *Attentata sunt omnia gesta per citatum pendente citatione* = ad videndum sibi inhiberi ad statim &c. = *quotiès Iudex ex post de facto inhibuit.*
7 *Iudex, interloquendo super vna dumtaxat ex pluribus instantijs in citatione complicatis, censetur reliquas reiecisse.*
8 *Impugnans aliquem actum, vel Iudicis decretum, nequit posteà in eo se fundare.*
9 *Damna data per Animalia fortuito casu, vel ex socordia Pastorum irrumpentia in alienum Territorium, an, & quomodò sint reficienda*, remissiuè.
10 *Inhibitio à Iudice obtenta, posteàque ab eodem circumducta, aut reuocata, non causat Attentata.*
11 *Attentata non dantur sinè positiua inobedientia, aut claro Iudicis contemptu.*

12 *Damnum datum ab Animalibus alicuius in alienis Pascuis refici debet à Domino ipsorum Animalium.*
Et circà liquidationem talium damnorum stari debet iudicio Peritorum, num.15.
14 *Peritorum æstimationi standum est in omni materia.*
16 *Damnum non est reficiendum ab eo, qui illud non intulit, aut patrauit.*
17 *Attentata quandoquè reuocantur per viam nullitatis, & dantur exempla*, ibidem, & num.18.
19 *Cadauerum exhumatio rarò conceditur ex capite Attentatorum.*
Quidquid sit quòad restitutionem emolumentorum Parochialium, num.20.
21 *Cauthela Angeli non reddit attentatam executionem, nisi fuerit notificata, vel intimata Parti exequi volenti.*
22 *Inhibitio in vim Cauthelæ Angeli præsentata in Vrbe non inficit executionem factam in Partibus antequàm superueniret notitia dictæ inhibitionis.*
23 *Inhibitio si appareat præsentata sub eadem die, in qua facta fuit executio, præsumitur priùs facta executio, postea que fuisse præsentatam inhibitionem.*
24 *Charta Dotalis præsentata per Vxorem Creditoribus Mariti quandò sit apta ad impediendam, nec nè executionem*, & num.25.
26 *Cauthela Angeli ad finem impediendi executionem allegari debet coràm Iudice Mandati.*
Idemque procedit etiam in Chartis Dotalibus expediri solitis per Vxores ad impediendam executionem super Bonis suorum Maritorum, ibid.
27 *Custos apponi, & retineri potest à Domino in proprijs Bonis rusticis, nè in eis damnum inferatur ab alienis Animalibus.*
Amplia, vt num.28.
Sed declara, vt num.29.
30 *Pascui Domino an liceat facere Defensam, seù Bannitam ad finem impediendi pasculum alienis Animalibus.*
Et declaratis contrarijs Authoritatibus *resoluitur affirmatiuè*, ibid. à num.31. ad 36.
Præsertim, vbi Dominus Pascui indiget herbis pro depascendis proprijs Animalibus, num.47.
37 *Pascua in alieno Territorio desumere an liceat ob meram necessitatem, quotiès Animalia pertranseunt de vno loco ad alium*, & n.38., & 39.
40 *Respublica, tamquàm corpus politicum, & fictum, regulatur ab anima rationis.*
41 *Pascendi Ius nemo prætendere potest in alieno Territorio, præcisiuè à seruitute vel conuentionali, vel legitimè præscripta.*
42 *Pascendi Ius in alienis Bonis non acquiritur ex vsu longi temporis, nisi constet de possessione immemorabili, aut centenaria.*
An autem huiusmodi immemorabilis, aut centenaria possessio obliget in futurum, quotiès concurrit magnum damnum Domini Pascui, num.43. cum 2. seqq.
46 *Seruitus Iuris pascendi non est vllo pacto exercibilis, quotiès herbæ vix sufficiunt pro depascendis Animalibus Domini Pascui.*
Et desuper adducitur exemplum seruitutis aquæ ducendæ, vel hauriendæ, ibid.
48 *Oblatio adimplendi contractum facta post tempus in eo præfixum sub pacto resolutiuo, non attenditur.*
49 *Tempore certo præfixo ad aliquid agendum, si id fiat extrà tempus non valet.*
50 *Pactum resolutiuum adiectum in contractu, quatenùs aliquid infrà certum terminum non adimpleatur, elapso termino statim resoluit contractum.*
Tuncquè idem contractus perindè habetur, ac si celebratus non fuisset, num.51.
52 *Affictus Tenutarum de stylo Agriculturæ regulariter incipiunt die 29. Septembris.*
Et de ratione, ibid.
53 *Terminus ad aliquid agendum non currit à die stipulati contractus, sed solùm postquàm ille suam recipit perfectionem.*
54 *Terminus ad soluendum pretium in contractu Emptionis non incipit currere, nisi post traditionem rei venditæ.*

DECISIO CV.

SVborta ad terminos non dissimiles *Text. in Leg. Venditor* 14. §. *Si constat, ff. commun. Prædior., Leg. Præses, C. de Seruit., & Aqu., & in L. 2. C. de Pasc. publ., & prin. lib.* 11. ancipiti controuersia ex parte D. Lelij Falconerij, veluti satagentis pro substentatione Animalium inseruientium amplissimæ eius Tenutæ nuncupatæ *Turris Petræ* pascua desumere, vel inuitis DD. Duce, & Ducissa Zagaroli, à locis limitrophæ Tenutæ Maccaresij de eorumdem DD. Ducum dominio existentis, Agriculturæ Magistratus ad publicam Annonæ, reique Agrariæ vtilitatem vetustissimè erectus, & à Summorum Pontificum sollicitudine commendatus Viris Nobilibus Almæ Vrbis, plura super eadem controuersia salubriter edidit decreta, sapientia potiùs temporale remedium, seù prouisionem: Verùm obdurata disputatione placuit vtrique litigantium Commis-
1 sionem de consensu impetrare à Sanctissimo D. N. mihi directam in gradu (vt vocant) Consultoris eiusdem Magistratus; quapropter Ego obtemperans inconcusso stylo nostri Auditorij, exoraui DD. meos Correspondales, vt grauari dignarentur exhibitione proprij etiam suffragij, tàm circà merita, quàm super attentatis hinc indè prætensis; propositaque idcircò Causa sub hodierna die, differendam resolutionem, necnon coadiuuandas esse probationes circà negocium prin-

principale, minimè autem constare de attentatis, solùmque fore reficienda damna iuxtà liquidationem legitimè faciendam, cum assueta maturitate existimarunt.

Ratio differendi resolutionem promanabat, ex quo lis erat de articulo admodùm exemplari, & vsquèdum formiter ad trutinam Iuris, & Statutorum eiusdem Magistratus Agriculturæ indeciso, nec etiam poterat abstractiuè definiri per ea, quæ simpliciter annotauere *Doctores* interpretando
2 *Textus* suprà laudatos, quosuè bene in subiecta materia reassumit *Otter. de Pasc. cap.27. per tot.*; Sed exigi videbatur iustificatio particularium circumstantiarum vtriusque fundi, proût etiam consuetudinis, & obseruantiæ in similibus practicatæ, vel per eumdem Magistratum, vel per alios Tenutarum possessores, & in hac præclara arte Peritos: vndè cùm hinc indè desiderarentur huiusmodi maiores dilucidationes in facto, æquum
3 erat illas expectare, ex ea prudentia Iuris, iuxtà quam in casuum contingentia solet, ac debet Iudex locum præbere semper necessarijs,& ad Causam facientibus probationibus, vt per *Text. in Leg. Quoniàm multi in fin. C. de Hæret.*, *& Manich.* dictum fuit *in Æsculana Beneficij 5. Martij 1698. §. Idcircò, coram Me (quæ est la 35. num.5. tom.1.)*

Motiuum verò respondendi, nulla ex alterutra parte adesse attentata, statim præfuigebat per singillare examen prætensionis vtriusque contendentis; respectu namquè D. Lelij ad oculum corruebant Attentata, quæ per ipsum commissa dicebantur ob immissionem propriorum Animalium ad depascendum in loco, quem appellant *Quarto delle Pagliete*; non tantùm, quià nulla per anteà desuper aderat pendentia litis, proût
4 nec etiam vllum Iudiciale præceptum, vel inhibitio intercedebat, in quibus terminis cessat quicunque titulus Attentatorum tàm Iuris, quàm facti, ad limites distinctionis enucleatæ per *Card. de Luca de Iudic. disc.18. num.6.*, *& num.37. cum seqq.*, *Rot. in Nullius, seù Terræ Pontiani successionis super Attentatis 4. Maij proximè præteriti ex §. Dum enim, vsquè ad §. Ad speciem itaquè coram Me (dec.87. num.1., & seqq. d. tom.1.)*

Ast etiam, quià potiùs è conuerso D. Lelius positiuè obtinuerat in Tribunali Agriculturæ præceptum, seù inhibitionem, nè ab vllo molestari posset in faciendo depasci propria Animalia super præcitato Quarto *delle Pagliete*, ideòque prorsùs inanis rema-
5 nebat prætensio Attentatorum; ab eorum namquè labe semper immunis existit, qui aliquid agit iudiciali suffultus authoritate, vel permissione, quemadmodùm nuperrimè dictum fuit *in Albanen. Canonicatus super Attentatis 26. Iunij mox delapsi §. Secundò quià, cor. Me, suprà dec.103.n.2.*

Parùm refragante, quod ex post DD. Dux, ac Ducissa transmiserint D. Lelio citationem *ad videndum reponi à Decreto assignationis prædicti Quarti*, *& insimul sibi inhiberi ad statim*, cum alia vlteriori complicata Instantia pro electione, seù deputatione Peritioris: Huiusmodi namquè citatio valuisset fortè progignere Attentata, quotiescumquè idem Magistratus, seù Consules petitis annuissent
6 simpliciter, quià tùnc, superueniente Decreto fauorabili petenti, omnia etiam de medio gesta remanent attentata, ex firmatis per *Rot. in Imolen. Bonorum 16. Iunij 1688. §. Cùm enim, & sequ. cor. bon. mem. Vrsino*: sed cùm appareret ex *Summ.* D. Lelij sub *num.7.*, quod solùm Consules prædicti fuerunt ad beneficium Instantium interlocuti circà depu-
7 tationem Peritioris, potiùs censebantur binas alias Instantias reprobasse, ac reiecisse, vtì firmant communiter *Scribentes in Cap. Nonnè, de præsumpt.*, & dixit *Rot. dec.2251. nu.13.*, *& seq. cor. Coccin.*

Dùm itaquè D. Lelius ex hac tacita reiectione potiùs confirmabatur in sua bona fide, & in primæua Cerealium Iudicum, siuè Ædilium concessione, nil operabatur, quod successiuè ijdem Ædiles præuia repositione à Decreto præcedenti circà Quartum *delle Pagliete* subrogauerint, siuè assignauerint Quartos *della Polledrarella*, *Quarticciolo*, *e dell' Ara*: Quoniàm cùm & hoc posterius Decretum DD. Dux, & Ducissa impugnauerint, veluti propugnantes libertatem totius Tenutæ Maccaresij, de plano sequebatur,
8 quod vigore Decreti impugnati, & consequenter adhùc pendentis, neutiquàm valebant refundere in D. Lelium vllum piaculum Anttentatorum, ad *Text. in Cap. Ex eo 38. de reg. Iur. in 6.*, *Rot. in Romana rescissionis contractus 5. Aprilis 1677. §. Et licèt, coram bon. mem. Bourlemont*, *& in Bononien. redditionis rationis 8. Aprilis 1680. §. Minùs suffragatur, cor. bon. mem. Albergato*.

Minùsque è conuerso criminari poterant de aliquo Attentatorum incursu DD. Dux, & Ducissa; perperàm namquè illa fundabantur in eo, quod non obstante inhibitione reportata per Lelium, nè deturbaretur super libera fruitione depastus in quarto *delle Pagliete*, quandòque nihilominùs reperta ibidem fuerint Animalia prædictorum Dominorum:
9 Non tantùm quià consimiles plerumquè irruptiones casu, vel ex Pastorum socordia contingunt, vndè potiùs censeri promerentur in classe illorum damnorum, de quibus loquitur idem Statutum Agriculturæ *cap.41. 44., & 51.*, & censura *Text. in Leg. Quintus Mutius, & seq. ff. ad Leg. Aquil.*; Sed etiam quià dum nunquam ijdem DD. Duces acquieuerunt prouisionali assignationi eiusdem Quarti *delle Pagliete*, & deincèps assecuti sunt de facto repositionem à memorata prouisio-

10 uisione, vel corruebat omninò efficacia præcedentis inhibitionis, veluti circumductæ, & reuocatæ, ex adductis per *Mandos. de Inhib. quæst.* 41. *num.* 1., *& seqq.* cum alijs
11 per *Ridolphin. in prax. par.* 3. *cap.* 5 *num.* 291.; vel saltèm non poterat impingi labes Attentatorum, quæ formalem præsupponunt inobedientiam, & indubium Iudicis contemptum, ad not. per *Leoncill. decis. Ferrar.* 20. *num.* 17. *vers. & ratio est*, *Rot. decis.* 443. *num* 4. *coram Card. Cerr.*, *& decis.* 429. *nu.* 7., *&* 8. *par.* 18. *Rec.*

Exclusis proindè vtriusq; Partis Attentatis, efflagitabat è conuerso Iustitia, quod damna per alterutrū ex litigantibus illata reficerentur damnificato: ac proindè prouidè, & prudentèr Domini descenderunt ab Attentatis ad restaurum huiusmodi damnorum, quæ palàm erat, incubuisse DD. Duci, & Ducissæ; cùm enim Tenuta Maccaresij ad ipsos pertineret, & in circumdario eiusdem Tenutæ subsecuta dumtaxat extitisset depastio positiua, non poterat D. Lelius vllam refe-
12 ctionem ex hoc titulo prætendere, sed is è contrà omni Iure compellebatur reficere totum id, quod posset importare pluriès interpolata plurium Animalium immissio in prælaudata Tenuta Maccaresij, ad ea, quæ secundùm Iura superiùs allegata annotarunt *Aneudan. de exequ. Mandat. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 28., *Otter. de Pascuis cap.* 12. *num.* 15., *& cap.* 13, *num.* 3., *& seqq.*

Verùm, quia Consilium tantummodò fue-
13 rat à Me, & per consequens de stylo à Sac. Rota expetitum in hoc iurgio, æquissimè Domini Mihi demandarunt, vt eorumdem damnorum liquidationem remitterem eidem Magistratui, qui tutiùs, & frequentiùs ad mentem municipalium sanctionum introspicere solet essentiam talium damnorum, ac practicam illorum emendationem, innitentes idcircò optimæ regulæ, quod in qui-
14 buslibet materijs adhærendum veniat Peritis, ad monitum *I.C. in Leg. Septimo mense*, *ff. de stat. Hominum*, *& in Leg. Semel*,
15 *C. de re militar. lib.* 12., & in his terminis *Otter. de pasc. cap.* 15. *num.* 21., *& seqq.*, & signantèr *num.* 22.

Animaduertendo pro coronide, siuè pro maiori dilucidatione resolutionis, quod in ordine ad eamdem liquidationem *Domini* opinati sunt, sub illa cadere debere, nedùm illata damna, seù præiudicia per Animantes D. Lelij in Quarto *delle Pagliete*, ast etiam in alijs Quartis *della Poledrarella*, *Quarticciolo*, *e dell' Ara*, itàut pretium Herbarum absumptarum in qualibet parte Tenutæ Maccaresij foret à D. Lelio refundendum, exclusa dumtaxat vlteriori illa prætensione Dominorum de Rospigliosijs in ordine ad illud habituale, siuè intrinsecum detrimensum proueniens ab abstensione depastus in præcitatis posterioribus Quartis *della Poledrarella &c.* sub ea satis palpabili ratione, quod D. Lelius tàm de Iure per continuatam Iudicialem luctam, quàm de facto per subsecutas pignorationes (vt is asserebat) ab ipso momento immissorum Animalium nequiquit vti frui libera perceptione Herbarum huiuscemodi Quartorum; quamobrèm
16 nulla Iustitia, nulla æquitas patiebatur, quod ipse solueret illud pretium, siuè restauraret illud damnum, quod non patrauerat, & respectiuè siuè vti, siuè patrare ex facto DD. Ducum remansit interdictus, quemadmodùm in proposito respondit *I.C. in L. item Mela*, *Leg. Qui fuscas*, *& L. Si putator*, *ff. ad Leg. Aquil.*, *& in Cap. fin. de Iniur.*, *Cyriac. contr.* 688. *num.* 75., *& seq.*, *Mart. Medic. decis. Sen.* 44. *num.* 7., cum reliquis vulg.

Et ità, dilata (vt diximus) resolutione negocij principalis, super hiscè incidentibus Domini reputarunt, vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

NImia, vt ità dicamus, Litigantium libido est in causa, quod sæpiùs audiantur in foro huiusmodi quæstiones super Attentatis, quoniàm illorum alteruter inhians properè obtinere, quod desiderat, priuata auctoritate sibi Ius quodammodò dicit, non obseruando, quod desupèr adsit antiqua litis pendentia, vel quod Iudex ad instantiam vnius, vel alterius præceperit nihil innouari; & è conuersò altera quædam species æmulationis, & animositatis, quæ ferè semper exoritur inter eosdem Litigantes, efficit, vt vnus, licèt perperàm, alterum criminetur, seù se mutuò accusent de attentatis, vt accidit in hac Causa: Verùm Iudex, religiosè custodiens Iustitiæ lances, non sinit, Partium studia, seù passiones expleri, vsquè ad respondendum, proùt hìc, *non constare de Attentatis hinc indè*; Itàut pro mea notitia (cùm Causa vlteriorem etiam super negocio principali non habuerit progressum) probabile existat, quod extinctis fauillis huius enascentis incendij per reiectionem attentatorum vtrinquè prætensorum, Partes acquieuerint, vel mediante amicabili concordia, vel rem composuerint, iuxtà illud Torquati

,, *E pria ch'aquisti forza*,

,, *La fiamma rinascente affatto ammorza.*

Solet quandoquè etiam *Tribunal*, iuxtà laudabilem tanti Consessus prudentiam, non solùm per viam simplicis nullitatis reuocare ea, quæ vsquè ad sydera proclamabantur *Attentata*, sed etiam respondere = *Constare de attentatis, vel non iuxtà mo-*
17 *dum*, qui sanè est, vt omnia reponantur in pristinum absquè alio strepitu, & prosequu-

tione

tione attentatorum, quemadmodùm signantèr practicatum fuit nuperrimè in quadam *Leodien. Iurisdictionis super Attentatis, & Spolio die 23. Iunij 1713. coram R.P.D. Scotto Almæ Vrbis Gubernatore*, posteàque S.R.E. Cardinali: Cùm enim inter cætera diffidia suborta super Iurisdictione, & respectiuè exemptione Abbatiæ S. Trudonis inter Curiam Episcopalem Leodij, & Abbatem eiusdem S. Trudonis, & præsertim occasione Visitationis cuiusdam Seminarij, super cuius administratione aderat quædam antiqua concordia, & cæteròquin conquereretur Abbas, quod violato eius tenore, dè facto Ministri Curiæ Episcopalis amouissent Ministros deputatos ab Abbate, *Tribunal* dignoscens, quod omnes hæ reclamationes Attentatorum, & Spolij proueniebant ex amaritudine conflictus super vtrinquè prætensa Iurisdictione, & respectiuè exemptione, rescripsit quidèm, vt suprà, *constare iuxtà modum*, sed insimùl declarauit, quod citrà aliam effectiuam purgationem iudicialem cuncta de bono, & æquo restituerentur ad tenorem prænominatæ concordiæ, vt ex *Decisione* sub dicta die ædita, & cuius demandata fuit expeditio sub *die 4. Augusti eiusdem anni*.

Ex eadem fermè ratione non multiplicandi litigia, & quodammodò rixas inter Personas Ecclesiasticas, & sic semper scandalorum productiuas in præiudicium Diuini Cul-
18 tus, & salutis Animarum; Cùm pendente lite in Sac. Rota inter Episcopum Caputaquen., & Abbatem Priorem Cudoxiæ Ordinis Carthusiani, fuerit ex parte Cleri eiusdem Episcopi assumptum, & tumulatum quoddam Cadauer, quod erat in Territorio litigioso, vndè Abbas ad tuendam suam Iurisdictionem fulminauerit Censuras contrà eumdem Clerum, siuè aduersùs Abstractores eiusdem Cadaueris, Episcopus verò ex capite deficientis Iurisdictionis publicauerit similes Censuras contrà Abbatem, itàut ad vtriusque conquestionem proponeretur Dubium = *An constaret de Attentatis hinc indè* = Tribunal respondit = *Negatiuè in omnibus* = ex præmissa ab initio ratione, ac tribuendo potiùs stimulo pietatis præfatam tumulationem, necnon quia non debebant Partes ipsæ, sed Iudices euaginare gladium Censurarum, dum, pendente lite in *Tribunali*, ad illud tenebantur recurrere pro consequenda Iustitia, & non indirectè Ius dicere, vt latiùs videre est in *Decisione* ædita sub titulo = *Nullius, seù Caputaquen. Iurisdictionis super Attentatis, & nouis Censuris 26. Iunij 1712. coram Me*.

Addito, quod cùm species irreligiosæ cru-
19 delitatis existat exumare Cadauera, rarò *Scribentes*, & ipsa *Rota* ex capite attentatorū illa mandat exhumari, vt inquit *Lancellott. de Attent. part. 2. cap 4. limit. 13. num. 8.*, *Rot. coram Gregor. decis. 276. num. 5.*, eadem-
20 que *Rota* sæpè sæpiùs restrinxit purgationem ad ea, quæ extrà exhumationem rigorosam concernunt interesse emolumentorum Parochialium, vt patet ex *decis. 439. num. 12. coram Bich.*, & *decis. 429. num. 4. part. 18. tom. 2. Rec.*, & in ordine ad Quartam funeralem ità in substantia distinctum, & practicatum fuit *in Hildesimen. Iurisdictionis super Attentatis 4. Iulij 1704., & 24. Aprilis 1705. coram Card. Caprara* (inter eius posteà impressas *in ordine 693.*, & *717.*) & recentiùs *in Bononien. Iurium Parochialium super Attentatis 1. Iulij 1718. §. Verum tamen est, coram R.P.D. Herrera*.

Et quoniàm diximus, regularitèr requiri ad parturienda attentata, quod vel adsit inhibitio legis, iuxtà *Textum, & Rubricam vt lite pendente*, vel Iudicis, seù Superioris, datur quædam tertia species impropriæ, vel nimiùm genericæ inhibitionis, vt quando quis dubitans, nè super re sua, vel ab eo possessa mandatum aliquod executioni demandari contingat, sibi præcauet de illa cauthela, quæ *Angeli* nuncupatur, eamque producat in Actis, & nihilominùs subsequuta executione sæpiùs ambigitur, an eadem executio subiaceat vitio Attentatorum; & tùnc distingui solet, quod si eadem obtenta Cauthela *Angeli*, vel per ipsum Reum quomodolibet allegata in Actis, fuit Parti postmodùm exequenti notificata, etiamsi de cætero carens formali inhibitione Iudicis, ex se
21 ipsa causet Attentata, secùs autem, quotiès non extiterit notificata eidem Parti exequi volenti, proùt distinguendo tenuit *Rota in Eugubina Cauthelæ Angeli super Attentatis 22. Februarij 1712. coram R.P.D. Aldrouando sub §. Nec profuit*.

Stabilitur etiam in eadem *Decisione Eugubina* cùm *Lancellott. de Attent. part. 2. cap. 4. num. 9.*, & *cap. 20. limit. 25. num. 1.*, *Androsill. Vot. 3. num. 23. post decis. Remboldi*, *Rot. decis. 1096. num. 2. coram Seraphin.*, & *decis. 499. num. 1. coram Caualer.*, & *in Auenionen. Saluiani super Attentatis 13. Martij 1705. §. Non obstante, cor. bon. mem. Muto*, quod vbi concurrat vera ignorantia in exequi faciente, ea semper excuset à labe Attentatorum, & consequentèr quod si scientia, vel in præmissis proximè terminis notifica-
22 tio Cauthelæ *Angeli* facta fuerit in Vrbe priusquàm notitia eiusdem allegationis, dè reliquo notificatæ Procuratori, aut etiam Principali, peruenire potuerit in Partibus, vel ad locum, in quo expleta fuerit executio, tùnc non intrent Attentata; immò etiam firmatur in genere, quod si eadem
23 die sequuta fuerit notificatio, vel in suis casibus præsentata etiam formalis inhibitio Iudicis, adhùc nisi constet, quod executio reuerà

verà facta fuerit post notificatam, vel præsentatam inhibitionem, semper pro exclusione attentatorum præsumendum veniat, præsentationem inhibitionis sequutam fuisse post iam factam executionem, ad id referendo eumdem *Lancellott. de Attentat. post inhib. part.2. per tot.*, *Ursill. concl.46. n.12.*, *Adden. ad Pamphil. decis. 121. num.8.*, *& decis.350.num.9.*, *Rot. decis.583.num.5. penès Postb. de Manut.*, *& decis.487. n.2. part.2.*, *decis.88. num.1. part.10.*, *& decis.266. n.1. part.12. Rec.*, *& in Romana Dotis, & Legatorum super Expensis 28. Iunij 1709. §. Attamen*, *coram Card. Priolo*.

Similis allegationi Cauthelæ *Angeli* est illa Inhibitio, vulgò *Charta Dotalis*, quam obtinere solent Mulieres verentes, nè ob æs alienum Mariti illorum Bona propria, vel verè constituentia fundum dotalem, vel etiam illis hypothecata pro earum dotibus, executioni subijciantur; tuncquè distingui 24 consueuit, & practicari, quod vbi eadem Charta Dotalis, vel inhibitio Iudicis exprimat, hanc, vel illam rem compræhensam sub eadem Charta, & inhibitione esse propriam eiusdem Mulieris vel titulo extradotali, vel etiam ratione fundi dotalis, eoque casu non poterit expleri executio citrà vitium Attentatorum, nisi demonstret Creditor, quod ipse titulus sit fictitius, & vertatur in Ius pignoris, vt post *Rot. decis.627. num.3.*, *& 4. cor. Buratt.* comprobat *Modern. Asculan. ad Statut. Vrb. in sua particulari tractatu, seù titulo de Cauth. Angeli post annot.63. art.2. disc. vnico n.104.*

Quod si in rei veritate Mulier non habeat super Bonis contentis in sua Charta Dotali 25 vllum dominium, sed simplicem hypothecam, siuè Ius pignoris ratione Dotis constitutæ in simplici quantitate, & non in vero fundo dotali, & in his terminis non solùm attentata non erit executio, sed poterit consumari vsquè ad subhastationem, & deliberationem inclusiuè, dummodò mediante solito Decreto deueniatur ad hæc omnia cum Clausula = *Non amota Muliere à possessione prout de Iure*, nisi remaneat satisfacta pro suo credito, per ea, quæ videri poterunt apud *Gratian. discept. for. cap.941. num.3.*, *Card. de Luca de Dot. disc.166. n.76.*, *& disc.200. num.10.*, *& 11.*, *Modern. Asculan. ad Stat. Vrb. in dicto disc. vnico de Cauthel. Angel. n.101*, *& 102.*, *Rot. apud Posth. de Subhast. decis.171. num.2.*, *& 3.*, *& decis.234. n.1.*, *& 2.*, *& in Rec. dec.182. num.2. part.10*:

Tempore, quo Ego fungebar munere Auditoris san. mem. Innocentij XII. prodijt Decretum, quod cognitiones huiusmodi Cau-26 thelarum *Angeli*, & Chartarum Dotalium remitterentur examinandæ ipsi Iudici, qui relaxauit Mandatum contrà Debitorem, cuius Bona prætenduntur cooperiri à Tertio, vel ab Vxore, non autem Iudici, qui fuit impartitus inhibitionem in vim Cauthelæ *Angeli*, vel Chartę Dotalis, vt priùs eueniebat cùm magno detrimento Iustitiæ, & defatigatione Creditorum, qui debebant substinere duo Iudicia, alterum coràm Iudice Cauthelæ, vel Chartæ Dotalis, & alterum posteà coràm Iudice Mandati, cum maximo periculo incurrendi quotidiè in attentata, cum hac Iudicum confusione, vt recognosci valet ex *Bullario paruo* eiusdem Innocentij XII., nempè ex Decreto *in ordine il 61.* inter alia Decreta ædita super Reformatione Tribunalium *fol.225.*, & refert idem *Modernus Asculanus* (post varias antiquiores opiniones haberi solitas præcedentèr in Curia, & in *Rota*) *in d. disc. vnico de Cauth. Angeli ex num.108. cum seqq.*, & signantèr *§. At hodiè*, & ità in praxi seruatur, quidquid videatur perperàm in contrarium clamitare idem *Auctor*, ità semper Iudicante, & auctorizante Signatura Iustitiæ.

Cæterùm redeundo ad materiam *Decisionis*, quæ in substantia versatur super materia Iuris Pascendi, cuius nonnullæ tanguntur conclusiones, & propositiones, ad illam proindè redeundo, absonum non erit adnectere quoddam Responsum pro veritate, quod exaraui sub initio meæ tunc susceptæ Aduocationis in vna *Florentina Desensæ*, *seù Bannitæ*, in qua plura forsàn non incuriosa, & ad eamdem materiam intrinsecùs pertinentia disseruntur. Tenor verò Responsi erat, vt sequitur:

Quamuis in hac Causa facilis, & plana posset patere via Giuntinis pro tuitione propriæ Tenutæ, & Saltus, qui à vicinis Animalibus, & ab extraneis transeuntibus in dies deuastari contingit, apponendo scilicèt 27 Saltuarium, seù Custodem etiam authoritate priuata ad effectum, vt damno per supradicta Animalia hactenùs sequuto, agere possent pro opportuna refectione, capiendo quoquè, seù retinendo eadem Animalia tamquàm pro pignore, maiorique verificatione delicti, iuxtà eam facultatem, quam cuicumque priuato Domino Iura permittere consueuerunt, ad plenè tradita per *Bald. in Leg.1. C. de Locat.*, *& Conduct. in princip.* cum relatis per *Rendell. de Pascuis part.4. cap.3.*, *Otter. eodem tract. cap.19. num.2.*

Idque adeò verum, vt *Scribentes* in hac materia vlteriùs procedendo indulserint ei-28 dem priuato Domino propriam Possessionem ab Animantium insultibus, & Pastoribus armata manu tueri, absquè vllo periculo punitionis, & excessus, prout esse de consuetudine Italorum testatur *Cassanæ. ad consuetud. Burgund. rubr.13. §.5. tit. des Forest. verb. Ne peuuent prætendere*, & est doctrina *Bartol. in Leg.3. ff. de aquir. rer. dom.*, cum qua pertranseunt citati apud *Rendell. de Pasc.*

part.4.

part.4. cap.2. vers. Potest ipse Dominus fol.mibi 139., *Panimoll.decis.25. annot.2. num.25.*, *Antunez de Donat. Reg. lib.3.cap.9.num.82.*, *& seq.*, *Ganauer. decis.37. num.25.*

Nihilominùs prò magis roboranda prohibitione, atque prò rixis, scandalisque, &
29 expensis euitandis, tutius existimarem, Iudicis Officium, eiusque brachij assistentiam implorare, quæ proculdubio ex eisdem motiuis tuendj priuatorum Bona, & auferendi iurgiorum, & actuum hostilium occasionem, semper impartiri solet, & debet, pròut in puncto aduertit post *Ardizzon.*, *& Iacobin. de Sanct. Georg.*, *Rendell. de Pasc. part.4. cap.2. §. Est hic vnus fol. mibi 239.*, *Capiblanc. de Baron. Pragmat.11. tom.1. n.248.*

Neque valent in contrarium obesse ea, quę per *Doctores*, præsertim *Neapolitanos*, &
30 *Hyspanos*, habentur deducta super prohibitione faciendi Defensam, seù Bannitam, impediendique Animalibus pascere volentibus opportunitatem, ad ea, quæ latè habentur firmata per *Capiblanc. de Baron. dicta Pragmat.11. num.31.tom.1.*, *Barbat. de diuis.fruct. part.1. cap.1.*, *Rouit. in Pragmat. prima de Offic. Baiul. ex num.13. cum seqq.*, *Sess. decis. Aragon. 74.*, *Carol.Ant. de Luca in obseru. ad Vincent. de Franch.decis.301.num.7.*, *Larræa alleg. Fiscal.110. ex n.8. cum plur. seqq.*

Quoniàm huiusmodi *Authoritates* cum
31 diuerso præsupposito loquuntur; vnicè enim fundantur super particulari Lege, & Pragmatica illorum Regnorum, quæ præfatam prohibitionem etiam ad Barones Territoriorum fæudalium, & ad ipsa corpora Vniuersitatum extendunt, & præcipuè in Regno Neapolitano, in quo adest *Pragmatica sub tit. de Salar. eorum, qui mittuntur &c. Pragm.prima §. Et cùm nec Comitibus*, registrata penès *Capiblanc. de Baron. dicto tom.1. Pragm.11.*, & in Regno Aragoniæ habetur ex *Sesse dicta decis.74.*, *Rendell.*, *& Otter. de Pasc. vbi suprà*, & de Regno Granatæ meminit *Larr. dicta alleg.110. num.13. in fin.*

Prædicta verò prouisio localis, seù Constitutio procedit cum gemina ratione prorsùs extranea à casu nostro, vna nempè, quod Pascua non sunt in dominio Baronali, neque ipsius Vniuersitatis in genere, sed singulis Hominibus de eadem Vniuersitate competunt, ipseque Baro intantùm perfrui valet commoditate pascendi propria Armenta, inquantùm ratione eiusdem Baronalis qualitatis tamquàm primus Ciuis gaudet omnibus priuilegijs, & iuribus Hominibus de
32 eadem Vniuersitate concessis, vndè in præiudicium singulorum Bannita fieri non potest, ad fusè cumulata per *Crauett. cons.154. per tot.*, *Vrsill. ad Afflict. decis.190. n.12.*, *Rouit. in Pragmat. sub tit. de Pasc. num.8.*, *Cobell. ad Bullam Bon. Regim.cap.50.n.198.*, *Card. de Luca de Seruitut. disc.38. num.4.*, Et altera, quod in Regno, & præsertim in partibus Apuliæ, quarum occasione signanter emanauit Pragmatica, peragitur de locis planis, & apertis absque vitibus, & arboribus, & vt plurimùm Campestribus, vn-
33 dè in eisdem locis, quando Seges recollecta sit, nullum infertur detrimentum ipsi Terreno, ex vberrimè notatis in proposito per *Couarr. pract. quæst. cap.37. num.3.*, *Capyc. Latr. consult.83. num.10.*, *Card. de Luca de Seruitut. disc.37. num.4.*, *& d.disc.38. num.6.*, *Alter de Luca ad Franch. d.decis.301. num.7. §. Suffragatur, vers. Vbi ait.*

Verùm, cessante particulari Constitutio-
34 ne, nulla subest difficultas, quod, attentis terminis Iuris communis, in arbitrio Domini localis reponatur potestas faciendi Defensam, & Clausuram, nè Exterorum, vel Finitimorum Animalia alienum fundum inuito Domino ingrediantur, & inuadant, *Capoll. de Seruit. tract.2.cap.9.num.46.*, *Couarr. pract. quæst. d. cap.37.num.3. vers. Hinc sanè fit*, *& num.4.*, *Card. de Luca de Seruit.dicto disc.38. num.5.*

Clariùs autem, & sinè vlla difficultate, quotiès cessant præfatæ rationes, quod nempè loca, vbi pascendi facultas prætendatur, de dominio Baronali non sint, neque sub altero totius Vniuersitatis existant, sed ha-
35 beant (vt ad præsens) priuatum dominium, vndè à Regnicolis nuncupari mereantur *Appatronata*, hoc enim casu etiam in ipso Regno, vbi contraria, vt suprà, viget Pragmatica, constitui potest Defensa, ad *Text. in Leg. Per Prouincias C. de ædific. priuat.*, *Rouit. ad Prægmat. in rubric. de Pascuis in loco allegato* per *Barbat. de diuis. fruct. cap.6. num.76.*, *& 79. in fin.*

Et deniquè magis, quoniàm, ex Mihi præsuppositis, adsunt in Tenuta, de qua agitur, duæ species Quercuum, vulgò *Terragnole, e Capitozze*, ac propterea, nisi Exteris, & Vicinis Animantibus frenum per publicum Principis, siuè Iudicis Bannimentum imponatur, magnum in dies damnum resul-
36 tat ipsis de Giuntis, cùm præfata Animalia, quæ sunt de maioribus, & molestioribus, excrescentia virgulta, tenerosque ramos euellant, & lacerent; in his quippè terminis concedendam esse Defensam constantissimè firmauit ex *Textu in Leg. Instrumenta 8. in fin.*, ibi = *Si fundus saltus, pastionesque habeat, Greges Pecorum, Pastores Saltuarij, ff. de fund. instruct.*, ibiquè *Gloss. verb. Saltuarij*, *Rendell. de Pasc. part.4.cap.2. §. Aduertimus fol. mibi 239.*, & facit *Card. Tusch. litt.P. concl.112. n.6.*, *& 7.*, *Couarr. pract. quæst. d.cap.37. num.5.*, *& seq.*, *De Luca ad Franch. d.decis.301. num.8. in fin.*

Minùsque poterit obsistere hactenùs ponderatis, quod Animalia, quæ in maiori numero per modum transitus ab extera Regio-

37 ne descendunt, tamquàm in Via, siuè in motu existentia, debeant habere potestatem accipiendi necessarium alimentum, nè pereant, & consequentèr Reipublicæ afferant præiudicium, pròut communitèr desumunt ex *Textu in cap. 1. §. fin. de pac. teuen. in vsibus Feudor.*, *Cæpoll. de Seruit. dicto tract. 2. cap. 9. n. 12.*, *Card. Tusch. litt. P. concl. 111. num. 3.*, *Couarr. pract. quæst. dicto cap. 37. num. 4. versic. Octauò probaui*, *Nouar. de Grauam. Vassall. tom. 1. grauam. 152. num. 2.*, *Roman. singul. 234.*, *Gratian. Discept. For. cap. 80. num. 20.*

Id enim verissimum est in se; sed dispositio præfati *Textus*, & Conclusio firmata 38 per *Doctores* cum ipso procedentes temperanda venit, & intelligenda de illis herbis, quæ propè Viam, & in vicinioribus locis inutilibus, & apertis reperiuntur, non autem quando, vt ad præsens, sequitur Arborum excrescentium deuastatio, iuxtà limitationem, quàm in indiuidualibus terminis præfatæ doctrinæ tradunt *Barbat. de diuis. fruct. part. 1. cap. 6. num. 86.*, *Staiban. Sen. consf. 91. num. 8. cum seqq.*, *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 2. rub. 2. num. 8. in fin.*

Magis verò, dùm ex ijs, quæ pariter Mihi 39 præsupponuntur in facto, Animalia, vt suprà, à Maremmis, seù Exteris locis descendentia, congruam habent opportunitatem desumendi Pascua in alijs locis priuatis infructiferis, & in adiacenti Ripa Fluminis, seù Torrentis nuncupati *Mugnone*, quo casu 40 lex ipsa, seù Respublica, quæ tamquàm corpus politicum, seù fictum à rationis anima semper informatur, numquàm pati solet, vt cum alterius iactura efficiatur, quod sinè Tertij præiudicio potest expleri, pròut sinè alia Allegatione de per se patet ad sensum.

Istaque omnia locum sibi indubitanter vindicant aduersùs Vicinos propria expellentes Animalia in dictam Tenutam, & Saltum, cùm eadem in vtroque casu militet ra- 41 tio, & nisi positiua seruitus appareat constituta, liceat Domino proprium fundum vicino pecori denegare, ad ea, quæ post *Text. in Leg. Quintus, ff. ad Leg. Aquil.*, & *L. fin. C. de pasc. public. lib. 11.* aduertunt *Surd. decis. 236. num. 5.*, *Gratian. dicta discept. 80. num. 1.*, *Pigant. ad Statut. Ferrar. d. rubr. 2. lib. 2. num. 9.*, *Io: Coppen. pract. obser. 77. num. 32. part. 1.*

De seruitute autem expressa in præsenti non docetur vel ex pacto, vel ex aliquo præ- 42 cepto, aut legato Testatoris; tacita verò desumi nequit ex frequenti, ac diutina immissione Animalium ad pascendum absquè vlla reclamatione Domini Tenutæ: Primò, quia ad hunc effectum oporteret iustificare centenariam possessionem, seù illam, quæ omnium excederet memoriam, iuxtà in specie not. per *Cassan. ad Consuetud. Burgund. tit. de les Forestes rub. 13. §. 5. glos. 3. num. 2.*, *Barbat. de diuis. fruct. part. 1. cap. 6. num. 29.*, *Cancer. part. 3. var. cap. 4. num. 50.*, *Castill. de Vsufruct. cap. 68. num. 18.*, & plenè *Dexart. decis. Sardin. 70. per tot.*, *Card. de Luca de Seruit. dicto disc. 35. num. 4.*, *Rota* in celebri *Narnien. Iuris pascendi coram Verospio*, aliàs *decis. 300.*, & *347. part. 9. Recent.*

Secundò, quià etiamsi de huiusmodi immemorabili, seù centenaria possessione dari posset exaduersò aliqualis in facto iustificatio, quæ Mihi prorsùs ignota est, adhùc releuare non posset in Iure; quoniàm dictus pascendi modus, per spatium longissimum continuatus, nequit importare pernecessè seruitutem, & continuationem in posterùm, 43 ex ea nimis clara ratione, quod huiusmodi Pascua ex Vicinorum vrbanitate prohiberi non solent, quando nullum damnum infertur Domino fundi, sed iure cuiusdam Ciuicæ, & promiscuæ libertatis permittitur, vt vnus ergà alterum depascendi præstet opportunitatem, vt benè *Tusch. lit. P. conclus. 112.*, *Capyc. Latr. consult. 82. num. 10.*, *Nouar. de grauam. Vassall. tom. 1. grauam. 32.*, *Card. de Luca de Seruit. dicto disc. 37. num. 4.*, & *seqq.*

At quandò è conuersò ex eorumdem Ani- 44 mantium pastura detrimentum adeò læsiuum emergat, nequit vmquàm allegari præscriptio, ob eam palpabilem rationem, quod ea, quæ quotidiè grauant, quotidianum etiàm remedium exposcunt, vt in simili de vmbra Arborum quotidiè nociua sub hac consideratione respondit *Rota Florent.* penès *Magon. decis. 6.*, & *Rota nostra in Romana Sæpis*, & *Arborum 15. Ianuarij 1668. impress. decis. 34. post Pacichel. de Distant.*, & 45 quod in hoc casu non intret seruitus, obseruat egregiè *Card. de Luca de Seruit. disc. 38. num. 6.*, & priùs *in dicto disc. 37. n. 4.*, & *5.*

Vltimò tandem cessat pro meo iudicio quælibet ansa dubitandi, dùm asseritur, quod 46 si quæ loca sunt opportuna depastui, illi de Giuntinis habent Armenta propria, proindèque etiàm in casu, quo de explicito pacto, ac positiua seruitute constaret, illa deberet cessare, iuxtà æquitatem ponderatam ab Imperatore *Claudio in Leg. Præses 6. C. de seruit.*, & *aqu.*, vbi dicitur, durum, & crudelitate proximum esse, Aquam sitientibus Agris ipsius Domini necessariam, ad alios vicinos Campos diffundi debere, pròut in terminis Pascuorum annotarunt *in Comment. ad eamd. Leg. Præses*, *Anton. Padill. num. 13.*, *Augustin. Barbos. num. 3.*, *Brunneman. sub princ. vers. Hinc etiam colligunt*, & prætèr ab eis relatos connotarunt quoquè *Paris. consf. 27. num. 134. lib. 1.*, *Afflict. decis. 290. num. 9.*, & *per tot.*, *Cobell. ad Bullam Bon. Regim. cap. 21. num. 64.*, *Card. de Luca de Seruit. disc. 29.*

disc.29., *& disc.35.* vtrobiquè *num.16.*, &
47 in puncto, quod in hoc casu possit fieri Bannita, vt nemo sub pœna introire audeat, firmat *Capiblanc. de Baron. Pragmat.11.cap.74. tom.2.*

Licere igitùr Instantibus Defensam, siuè Bannitam implorare, eamque ab Iudicis consueta rectitudine sperandam esse, etiàm in sensu veritatis, censerem. *Hactenùs Responsum.*

Prætèr hæc, quoniàm præsens *Decisio* sæpiùs occasione excludendi Attentata, de quibus erat quæstio, meminit de Officio, seù Magistratu Agriculturæ Vrbis, ac de stylis eiusdem Magistratus, non erit iniucundum indigitare casum singularem, in quo cùm DD. de Mutis locassent quamdam Tenutam Fratribus de Allegrinis sub obligatione, quod isti infrà tres menses obstringerentur præstare cautionem prò solutione Affictuum, aliorumque contentorum in Instrumento eiusdem locationis sub implicito pacto resolutiuo, prædictum verò Instrumentum locationis appareret celebratum sub *die 29. Augusti 1712.*, & fuisset vlteriùs expresse in illo conuentum, quod locatio incipere deberet *a die prima Septembris subsequentis*, euentus autem præbuerit, quod per aliquot dies vltrà prædictos tres menses ijdem Fratres conductores defecerint in implendo promissa; hinc DD. de Mutis vtendo eorum pacto, & recedendo proindè à prædicta locatione facta Allegrinis, nouum concesserunt, ac diuersum Affictum etiàm cum diuersis pactis, ac conditionibus Ioanni Baptistæ Prophetæ: vndè exorta fuit lis inter primum, & secundum Affictuarium, quis nàm eorum esset præferendus, proponente in *Tribunali* negocio *R. P. D. Scotto* tùnc *Almæ Vrbis Gubernatore*, & posteà *Cardinali* sub præciso Dubio = *An*, *& quale Instrumentum substinecretur*; quamobrèm Propheta, qui erat secundus Affictuarius, totis viribus insistebat, quod præterlapsum erat tempus oblatæ ex post cautionis ab Allegrinis contrà formam
48 prædictæ conuentionis, quodquè propterea reijcienda esset eadem oblatio, veluti facta extrà tempus præfixum, *Episcopus Rocca Disput. Iur. cap.62. num.17.*, *Ronit. dec.53.*
49 *num.11.*, vndè inoleuit Axioma, quod id, quod fieri debet in tempore, si fiat extrà illud non valet, ex *Surd. cons.97. num.20. cum seq.*, *Tiraquell. de retract. lignager. §.3. glos.4. num.2.*, *Grat. Discept. For. cap.710. num.18.*, *& seq.*, *& discept.725. num.13.*, *Magon. decis. Florent. 10. num.24.*, *Franch. decis.626. num.2.*, *& 4.*, ibiquè *Ricc. in addit. vers. Tamen si dictum sit*, *Rot. decis.414. num.3. coram Coccino*, *& coram Duran. decis.365. num.15.*

Atquè hinc (vti subiungebant) in planam descendebat consequentiam, quod ex opposito ob non obseruationem prædictæ formæ, & conuentionis licitum fuerat DD. de Mutis nouum Affictum celebrare cum eodem Propheta, & quocumque alio sibi beneuiso; nàm sicuti prædictum pactum præstandi cau-
50 tionem restrictum ad certum tempus præseferebat præcisam voluntatem, & potestatem contrahentium recedendi à contractu, eumdemque contractum resoluendi, tempore præfinito statim elapso, ex *Dec. cons.452. num.17.*, *Grat. cons. 93. num.61.*, *& 77. vol.1.*, *Gabriel. commun. concl. tit. de Transact. concl.1. n.24.*, *Cyriac. contr. 239. n.18.*, *& contr.240. num.14.*, *Card. de Luca de Emphyt. disc.26.*, *& disc.40.* vtrobique *n.9.*, *Rot. coram Gregor. decis.559. num.6.*, ibiquè *Adden. num.10. vers. Limitatur tertiò, coram Bichio decis.670. num.26.*, *& in Romana prætensæ Reintegrationis 6. Iunij 1712. §.30. coram Me.*

Ità reponebat in libertatem DD. de Mutis alteri, vel cuicumque mallent, locandi eamdem Tenutam, perindè ac si prima locatio
51 expleta fauore illorum de Allegrinis sequuta numquàm fuisset, ad mentem *Text. in L.2. & tot. titul. ff. de leg. commiss.*, *Leg. Voluntate ff. quibus modis pign. vel hypoth. solu.*, *Gratian. discept. 307. num.4. cum seqq.*, *& discept.515. num.1.*, *& seqq.*, *& num.24.*, *Rot. coram Puteo decis.66. num.1. lib.3.*, *coram Priolo decis.358. num.2.*, *& seqq.*, *in Recent. dec.107. num.8. part.18.*, *& decis.64. num.3.*, *& seqq. par.19.*, *& in Romana, seù Albanen. Bonorum 27. Iunij 1707. §. Præsertim*, *coram R. P. D. Aldrouando.*

His tamen minimè refragrantibus contrarium resolutum fuit sub *die 23. Iunij 1713.*, *coram eodem R. P. D. Scotto*, ex quo, non obstante prædicta expressa conuentione, quod Affictus inchoare deberet à die 1. Se-
52 ptembris, adhùc stylus Agriculturæ erat, quod in rei veritate inciperet à Festo S. Michaelis, nempè die 29. eiusdem mensis Septembris, quia de eo tempore, & non priùs in similibus Affictibus Tenutarum ad vsum herbarum, & Pascuorum tantummodò sequitur Affidatio, & immissio Animalium depascendorum, nec priùs præcedens Conductor liberam, & vacuam relinquit Tenutam Successori: Et de facto eidem expressæ cæteròquin conuentioni, quod nempè Affictus initium sumere deberet die prima Septembris, fuerant adiecta illa verba = *Ad vsum Artis Agriculturæ*, quodque non minus est, copulatiuè docebatur in facto, quod vetus Conductor vacuam non dimiserat Tenutā peranteà, & per consequens cùm computato tempore, siuè illius initio à prædicta die 29. Septembris fuerit satisfactum promissioni per oblationem, seù præstationem cautionis intrà tres menses, non erat in potestate DD. de Mutis infringere contractum, & sti-

& stipulari nouum Instrumentum cum prædicto Profeta: præfati namquè tres menses
53 non poterant decurrere, seù decurrisse, nisi à die perfectionis contractus, qui non obstante memorata conuentione (attentâ consuetudine, & stylo Artis Agrariæ, in cuius conformitatem exaratus erat contractus vt suprà) nequibat reputari perfectus, nisi aduentâ prædicta die 29. Septembris, & insimùl posita euacuatione, seù dimissione Tenutæ per Antecessorem Affictuarium, vt post *Bartol. in Leg. Si cui legetur, §. fin. ff. de legat. 1.* monent *Ruin. cons. 63. num. 1. vol. 5., Cancer. variar. resol. part. 3. cap. 1. num. 159., Vincent. de Franch. decis. 626. num. 8. in fin., Giurb. decis. 80. num. 15., Rot. cor. Durano decis. 365. num. 33., & 34.*

Regula autèm erat, quod in contractibus
54 vltrò, citròque obligatorijs, nusquàm istorum perfectio incipit à die stipulationis, sed dumtaxàt à die rei traditæ, ex congestis per *Cyriac. contr. 290. num. 12., Antonell. de tempor. legal. lib. 1. cap. 22. num. 2., & lib. 4. cap. 6. à num. 2. vsquè ad 6., Cancer. vbi proximè d. cap. 1. num. 157.*

TRIVENTINA IVRIVM PAROCHIALIVM.

Mercur. 1. Iulij 1699.

ARGVMENTVM.

Agitur in præsenti Decisione, cui nàm competat exercitium Iurium Parochialium in Loco existen. inter duas Parochias, & examinantur actus, qui hinc indè per ambos Parocos prætendebantur gesti ad finem probandi pertinentiam eiusdem Loci ad propriam Ecclesiam Parochialem. In *Additionibus* verò plures recensentur casus ad eamdem materiam pertinentes, necnon agitur de priuilegijs competen. exteræ Confraternitati aggregatæ ab Archiconfraternitate Vrbis, ac demùm de PP. Cappuccinis munus Cappellanorum supplentibus in Triremibus Pontificijs; cum alijs, de quibus in *sequ. Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Parocus habet Iuris assistentiam quoàd exercitium Iurium Parochialium intrà limites suæ Parochiæ.*
Et in vim huiusmodi assistentiæ Iuris ei debetur manutentio, ibid.

2 *Parocus habet fundatam intentionem super exercitio Iurium Parochialium in toto circumdario suæ Parochiæ, donèc compareat alius Parocus, qui contrarium iustificet.*

3 *Ecclesiæ Parochiales Congregationis Cassinensis, an sint exemptæ*, remissiuè.

4 *Exemptio alicuius Loci semper restringitur intrà proprios limites, absquè eo, quod extendi valeat ad alienum Territorium.*

5 *Iurisdictio temporalis nil commune habet cum Iurisdictione spirituali, nequè à limitibus temporalis dominij licet inferre ad limites spirituales.*

6 *Situatio alicuius Loci intrà limites vnius, vel alterius Diœcesis probatur ex confessione per alterutram ex Partibus emissa, & præsertim, si confessio sit antiqua.*

7 *Institutio ad Beneficia est vnus de potioribus actibus denotantibus Iurisdictionem, & qualitatem Territorialem.*

8 *Situatio alicuius Loci intrà Diœcesim probatur eo ipso, quod Clerus talis Loci soluit Cathedraticum Episcopo, necnon contribuit suam quotam Spoliorum.*

9 *Iurisdictio æquiparatur nebulæ stanti suprà paludem.*

10 *Locum esse intrà fines alicuius Parochiæ probatur ex sepultura data Hominibus eiusdem Loci.*

11 *Actus habentes pro se Iuris assistentiam præferuntur actibus contrarijs illam non habentibus, ad effectum manutentionis.*

12 *Rota persæpè denegat nouam audientiam illis, qui reportarunt contrà se Decisionem contumacialem.*
Et quando plerumquè hoc contingat, num. 13., 14., & 16.
Quandoquè verò similitèr mandat Causam expediri extensa breui Decisione, num. 15.

17 *Castrum, & quilibet alius Locus non amittit sua Iura, & priuilegia, licèt habitatores alibi se contulerint ad habitandum.*

18 *Priuilegiorum communicatio operatur, ac si illa fuissent directè concessa ei, cui fuerunt communicata.*

19 *Sepelire Cadauera mortuorum, quæ reperiuntur insepulta per Vias, & Plateas, est vnum ex potioribus operibus Misericordiæ*, & num. 21.

20 *Priuilegium superueniens eximit ab onere, quod quis anteà habebat.*

22 *Priuilegium concessum Ciuitati, Collegio, aut Monasterio non amittitur per actus contrarios gestos ab aliquibus particularibus de eadem Ciuitate, Collegio, vel Monasterio.*

23 *PP. Cappuccini, qui degunt in Triremibus Pontificijs tamquàm simplices Cappellani, non possunt inibi exercere Iura Parochialia.*
Et desupèr adducitur Decretum declaratorium, quod emanauit sub Pontificatu san: me: Innocentij XII., ibid. num. 24.

25 *Cappellani existentes in Triremibus subijciuntur Visitationi Ordinarij illius Loci, vbi Triremes solent habere stationem.*

26 *Episcopus habens Iurisdictionem spiritualem in Portu, an illam habeat etiam in Mari.*

27 *Pi-*

27 *Piscantes in Mari tenentur soluere Decimam Piscium Ecclesiæ Parochiali Terræ propinquioris.*

28 *Maris Iurisdictio tàm spiritualis, quàm temporalis extenditur vsquè ad centum milliaria.*

Amplia, & declara, vt num.29., & 30.

DECISIO CVI.

MAnutentionem, quam respectu Loci *Montis Medij* in exercitio Iurium Parochialium coràm A.C. reportauerat Archipresbyter Oppidi Vasti Girardi in temporalibus titulo Feudi nobilis detenti per D. Carolum Petra (ob tot expleta munera, & Typis demandata monumenta optimè de legali Republica emeritum) rursùs hodiè Domini confirmandam, siuè concedendam esse censuerunt.

Edocuit quippè prædictus Archipresbyter, clarè ad sui fauorem militare Iuris assistentiam in conflictu Rectoris Regularis Ecclesiæ S.Petri de Auellana Congregationis Cassinen. illam controuertere satagentis; Stante autem assistentia Iuris competere, siuè
1 Episcopo tamquàm Parocho vniuersali, siuè Parocho tamquàm districtuali paruæ suæ Diœcesis, præsidium manutentionis in exercitio Iurium eiusdem suæ paruæ Diœcesis, seù Parochiæ, plena sunt volumina, vt liquet apud *Carol. Marant. respons.21. ex num.57. cum plur. seqq. par.4., Panimoll. decis.5. numer.3., & seqq., & decis.10. num.46., Rot. decis.552. num.22. par.5. Rec., & decis.214. num.6., & 7. par.12., & cor. Zarat. dec.45. num.1.*, & alibi milliès.

Quod verò huiusmodi Iuris assistentia apertissimè vigeret pro Archipresbytero, palàm constitit apud *Dominos* ex ipsa situatione huiusmodi Loci, seù Feudi Rustici nuncupati *Monte di Mezzo*; quemadmodùm enim idem Locus existebat non iam de temporali Dominio PP. Cassinensium, sed attinebat ad Congregationem Chartusianam, ità in Spiritualibus subiacebat Iurisdictioni, ac dubio procùl includebatur in Diœcesi Triuentina; in quibus sanè terminis, cùm nullus alius Parochus prædictæ Diœcesis Triuentinæ extaret, qui concurreret cum Archipresbytero, de plano sequebatur, quod is vel
2 tamquàm vnicus, vel tamquàm vicinior, haberet fundatam intentionem, Iurisque assistentiam pro se, cùm Loca præsumi non possint acephala, sed, non docto de alia accidentali pertinentia, vel exemptione, subijciantur Iurisdictioni illius, in cuius adiacentia, & circumdario reperiuntur, vt fuit dictum *in decis.483. num.4. cum seq. par.14. Rec., & decis.338. num.10. coram Priol., in Gerunden. Iurisdictionis 13. Iunij 1692. §.Etenim subsistere, & in Leodien. Iurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Præbuit namquè, coram R.mo D. meo Molines Decano.*

Potissimè, quià è conuersò Rector memoratæ Ecclesiæ S. Petri Ius suum metiebatur à deputatione sibi facta per Monachos Cassi-
3 nen.; Vndè quidquid dicendum esset respectu propriæ Ecclesiæ, an esset exemptus, vel posset induere speciem Nullius, iuxtà in similibus disputata *in Capuana, seù Montis Casinen. Parochialium 10. Martij 1679. coram bon.mem. Bourlemont, & 17. Iunij 1686. cor. cl.mem. Card. Matthæio.*

Certè quod tàm in vno, quàm in altero casu nequibat Rector fimbrias dilatare ad alienam Diœcesim, & capessere Beneficia, & Loca alieni Territorij Spiritualis; exemptio
4 namquè, ac etiam Loca *Nullius* intrà propria septa restringuntur, proprijsque semper limitibus separantur, & idcircò nuncupari solent *Territoria separata*, ex his, quæ habentur apud *Abb. in Clem.1. §. Volumus numer.15.*, ibiquè *Vitalin. num.4., de for. compet., Lotther. de Re Benef. lib. 1. quæst. 24. num.134., & seqq., Tamburin. de Iur. Abb. tom.1. disp.15. quæst.9. num.16.*

Absquè eo, quod ex parte eiusdem Rectoris hodiè non informantis, sed congruo tempore expectati, & lacessiti, impugnari valeret situatio prædicti Feudi Rustici de *Monte Medio* intrà circumdarium Triuentinæ Diœcesis: hoc enim liquidissimè demonstrabatur in primis à Iurisdictione, quam ibidem exercebat Gubernator Oppidi Vasti Girardi, ex recensitis *in Summario Archipresbyteri num.8.*; quamuis enim à diuisionibus, &
5 limitibus Temporalis Dominij non liceat rigorosè inferri ad diuisiones, & limites Spirituales, vt ait *Rot. coram Royas decis. 218. num.8., & decis.70. num.52. par.13. Recen., & in dicta Gerunden. Iurisdictionis 13. Iunij 1692. §. penult. cor. Reuerendissimo D. meo Decano.*

Negari tamen non potest, quod hæc circumstantia aliquale non præbeat fulcimentum, & maximè quandò (proùt hìc) seorsìm conuincebatur superlatiuè ex eademmet fundatione simplicis Beneficij sub inuocatione *S. Donati* facta in Loco prædicto de *Monte Medio* per DD. de Carafa sub anno 1525. cum positiua confessione, quod huiusmodi Locus esset in, & de Diœcesi Triuentina;
6 confessio enim tàm peruetusta optimè facit pro probanda situatione, Teste *Rot. coram Buratt. decis.578. num.4., & coram Carill. decis.126. num.5., & in Fauentina Iurium Parochialium 28. Iunij 1697. §. Et ob id, coram Me*, (aliàs *dec.14. num.6. tom.1.*)

Eòque magis concurrente ex post irrefragabili obseruantia, per quam Episcopi Triuentini concesserunt semper institutionem præsentatis ad huiusmodi Beneficium S.Do-
7 nati, cùm institutio ad Beneficia censeatur, & fit

& sit de maioribus inter actus præseferentes Iurisdictionem, & qualitatem Territorialem, iuxtà not. apud *Barbos. de Offic., & potest. Episc. par. 3. alleg. 72. nu. 174., & seqq., Vivian. de Iurepatr. lib. 12. cap. 2. num. 1. cum seqq., Rota decis. 800. num. 1. coram Merlin.*; Addito, quod idem Rector Beneficij S. Do-
8 nati iugitèr exsoluit suam quotam pro compositione Spoliorum Cleri Triuentini, nec non quotannis præstitit Cathedraticum ipsi Episcopo Triuentino: ex horum namquè onerum solutione situationem comprobari dixit *Rot. decis. 268. num. 2. par. 1. Rec.*, & concordant *Gratian. discept. 620. num. 1., Faguan. in Cap. Conquerente ex nu. 43. cum plur. seqq. de Offic. Ordin., Card. de Luca de Iurisd. disc. 38. num. 2.*

Stabilita igitùr situatione, & consecutiua Iuris assistentia pro Archipresbytero, nullatenùs releuare poterat obiectum, quod ipsemet Archipresbyter sibi ingenuè proponebat, nempè quod eadem Iuris assistentia destituta forsàn remaneret fulcimento actuum Iurisdictionalium, quos pro tempore, vel ipse, vel eius Antecessores exercuerint in prædicto Feudo Rustico: Id enim promanabat ex eiusdem Feudi Rustici tenuissima qualitate, dùm in eo dumtaxàt reperiebatur vnica Domus habitabilis, vnicus commorabatur Incola à PP. Carthusianis deputari solitus pro bonorum Custodia; vndè quià similes homines assiduè mutantur, nec continuè permanent in loco, possibile non erat ità de facili demonstrare, si qui actus Parochiales gesti fuerint per ipsius Archipresbyteri Antecessores: quamobrèm dùm ex opposito per Rectorem Ecclesiæ S. Petri minimè docebatur, exercita vnquàm fuisse huiusmodi Iura Parochialia, satis erat Archipresbytero pro manutenenda sua habitualitate in casibus contingentibus firmare situationem, & subie-
9 ctionem materialem; Iurisdictio namquè non tantùm ad personas respicit, sed principalitèr ad Territorium, ex quo (vt dicunt nostri *Doctores*) Iurisdictio se habet tamquàm nebula suprà Paludem, ad notat. per *Natt. cons. 49. num. 19., Merlin. Pignatt. Contr. For. cent. 1. cap. 99. sub num. 15., Capiblanc. de Baron. part. 1. pragm. 8. num. 55., Francisc. Rocc. de Offic. rubr. 12. num. 110.*

Et nihilominùs etiàm ostendebat Archi-
10 presbyter, aliàs tumulasse Cadauer ex accidenti repertum in dicto Loco de *Monte Medio*; qui sanè actus dubio procul & importat Iurisdictionem, & comprobat, Locum esse situm intrà fines Parochiæ Tumulantis, ad tradita per *Barbos. de Paroc. cap. 26. num. 33., & 34., Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 95. num. 11., Hippol. Maia obseru. 10. num. 136., & seqq., Rot. coram Vbald. decis. 366. num. 9.*

Parùm releuante, quod etiàm Rector Ecclesiæ S. Petri iustificet, se aliud tumulasse Cadauer: Quià, vltrà cæteras responsiones datas per Archipresbyterum, quod id contingere potuerit clàm, & inscio eodem Archipresbytero, vel ex causa electæ sepulturæ, cum similibus; Placuit *Dominis* animad-
11 uersio, quod, etiàm in conflictu actuum hinc indè, illi mereantur manuteneri, & anteferri, qui habent pro se Iuris assistentiam ex qualitate Territoriali (sicuti suprà fundauimus) resultatem, sicutì in his terminis pluries dictum fuit, & signanter *in Leodien. Iurisdictionis super Manutentione 23. Ianuarij 1679. §. fin. coram bon. mem. Emerix Iun.* (nunc inter suas *decis. 395. num 18.*) *in Surrentina Manutentionis 25. Iunij 1696. §. Potissimè quià in fin. coram R. P. D. meo Muto, & in Leodien. Iurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Secundò quià, coram Reuerendissimo Domino meo Molines Decano.*

Et ità, Archipresbytero dumtaxàt, vt suprà, Informante, responsum fuit &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

ARchipresbytero Oppidi Vasti Girardi tantùm iura sua deducente, & informante prodijt hæc *Decisio*, quæ idcircò nuncupari solet contumacialis, vndè regularitèr resolutâ contumaciâ per Aduersarium postea comparentem, & petentem nouitèr audiri, à Iustitia, & benignitate *Dominorum de Rota* plerumquè concedi solet noua Audientia, vt sequutum est in præsenti, nàm successiuè adueniente Rectore Ecclesiæ Regularis S. Petri de Auellana Congregationis Cassinensis, repropositata per Me fuit Causa sub *die 15. Februarij 1700.*, sed perstitum tunc fuit *in decisis*, vt Deo dante apparebit inferiùs in suo loco.

Dixi *plerumquè*, quia non semper: Immò
12 & in dies denegatur noua Audientia illis, qui prima vice non comparuerunt, quamuis in die expeditionis posteà illam efflagi-
13 tent, & hoc contingit, vel ex quo per *Dominos* animaduertitur versutia Partis, quæ prima vice neglexit comparere ad finem, vt interìm detegat arma, seù Iura eius Aduersarij Informantis, tamquàm de cætero sibi facilè suadens, quod opportunè, immò validiùs, discoopertâ defensione eiusdem Aduer-
14 sarij, poterit victoriam adipisci: Vel etiàm ex quo posteà in die petitæ expeditionis per Partem prima vice Victricem, altera, quæ succubuit, nihil in Memoriale, quod solet distribuere prò obtinenda noua Audientia, deducit, quod possit remouere resolutionem editam etiàm in sui contumacia, vtì signantèr euenit nuperrimè in vna *Baren. Beneficij*; licèt enim sub *die 12. Decembris 1712. coram R. P. D. Aldrouando* emanauerit vnica *Decisio* con-

contumacialis, attamèn, Me faciente verbum pro expeditione tamquàm in locum ipsius per eius absentiam subrogato, iniuncta fuit expeditio, seù ordinatio pronunciandi Sententiam; solùmque nè in vlterioribus recursibus eadem Pars succumbens conclamaret, quod aliquid non fuisset sublatum in præcedenti *Decisione* contumaciali, (quod certè fieri non poterat sinè spiritu Propheti-
15 co) copulatiuè demandatum Mihi extitit, vt extenderem breuem *Decisionem* responsiuam cuidam obiecto nouitèr deducto, & insimùl agnito pro irreleuanti ad finem ponendi præteritam *Decisionem* contumacialem in dubio, & in quo consistit eiusdem nouæ Audientiæ impartitio, vtì de hac re liquet ex prædicta *Decisione* breui, quæ prodijt sub *die* 10. *Iulij* 1713., idquè sæpius etiàm fuit practicatum in alijs Causis, & signantèr in *Romana Annuæ Præstationis super Alimentis, & sumptibus litis* 15. *Iunij* 1711. *coram Eminentissimo Priolo, & in Auximana, seù Camerinen. Fideicommissorum prima Iulij* 1712. *coram R.P.D. Lancetta*.

Faciliùs hìc stylus deueniendi ad expeditionem quòad *Decisionem* euulgatam vna tantùm Parte Informante practicatur, quan-
16 dò in alia Instantia præcessit alia Sententia, vel in eadem, de qua agitur, altera *Decisio* vtraque Parte comparente firmata, quoniàm tùnc lucidiùs enitescit, extare non posse, seù non subsistere motiua iam euacuata, quæuè refricantur ad solum finem præpediendi expeditionem, vtì præcipuè coruscat in vna *Aueniouen. Saluiani* 11. *Aprilis* 1712. *coram R.P.D. Scotto Almæ Vrbis Gubernatore expedita sub die* 28. *Octobris eiusdem anni*, præcesserat enim Partibus vtrinquè Informantibus altera *Decisio* 5. *Martij* 1705. *coram Muto*, & idipsum subsequutum est in illa *Bononien. Contractus* circà Censum vitalitium, de qua fuit habitus sermo in proximè præterita Additione ad *decis.* 105.

Cæterùm deueniendo ad materiam, de qua disseritur in præsenti *Decisione*, quæstio principalis, vt legitur, residebat in eo, quisnàm censendus esset Parochus cuiusdam Loci, vel Territorij Limitrophi, seù medij inter duas Parochias, de qua sanè re pleniùs tractabitur inferiùs occasione enunciatæ subsequentis *Decisionis* confirmatoriæ, sed in simili ad altiorem effectum, nempè Iurisdictionis Episcopalis, seù quasi, celebris in *Sacro Auditorio* fuit controuersia in vna *Nullius, seù Caputaquen. Iurisdictionis* inter Priorem, seù Abbatem Carthusianum Abbatiæ nuncupatæ *di Cadossa*, & Episcopum Caputaquen.; Cùm enim huiusmodi Abbatia sita reperiretur in confinio duarum Cathedralium *Policastri*, & *Caputaquen.*, vulgò *di Capaccio*, vterque ex eisdem Episcopis satagit vindicare, siuè auferre à prædicto Priore Carthusiano Iurisdictionem Episcopalem super præfato intermedio Territorio *di Cadossa*, & respectiuè alterius Oppidi compellati *Casal Nuouo*, eademque controuersia promota fuit ab initio in Sac. Congregatione Concilij, sed postmodùm commissa, seù remissa Iudicio *Sac. Rotæ*, in qua priùs pendebat etiàm de tempore *Raynaldi Petruccij* de anno 1556. & in eadem triumphauit Prior, seù Abbas Carthusianus, censente *Tribunali*, quod ad neutrum ex prædictis Episcopis pertineret Iurisdictio vtriusque Territorij, de quibus suprà, sed ad ipsum Priorem in vim immemorabilis consuetudinis, Priuilegiorum, Instrumentorum, aliorumque Iurium, de quibus plenè dissertum fuit *coram R.P.D. Falconerio*, vt in *Decisione* ab ipso edita *die* 21. *Februarij* sub prædicto Titulo *Nullius, seù Caputaquen. Iurisdictionis* (quæ modò est inter suas *tom.* 2. *tit.* 23. *decis.* 2.) cum successiua expeditione ordinata 4. *Iulij eiusdem anni*, atquè in eadem *Decisione* plenè firmatur, quod eadem Abbatia esset verè in statu *Nullius*, & examinantur plures consimiles Articuli concernentes situationem, necnon declarantur, seù vindicantur actus hinc indè gesti, qui prętendebantur iurisdictionalitèr exerciti per Collitigantes, & adamussim intèr hos agitur de tumulatione Cadauerum hominum interfectorum, seù decumbentium in Loco habitatoribus destituto, vndè occurrente opportunitate inibi, iunctis alijs mox referendis, habebitur tota fermè materia explanata.

Verùm Episcopus Caputaquen. non destitit ab appellando à prædicta Sententia *R.P.D. Falconerij*, commissaque mihi proindè fuit Causa in secunda Instantia cum subsequuta confirmatione Sententiæ antecedentis, vt in lata *Decisione* 26. *Iunij* 1711. vt præmisi, *coram Me*; Adeòque fuit quodammodò scrupulosa Religio *Dominorum*, vt deindè petita expeditione, & respectiuè nouâ Audientiâ, ex quo clariores, & fermè palpabiles apparebant probationes Territorij separati quòad *Casale Nouum*, ad quod ferè omnes defluxerant habitatores antiquæ *Cadoxæ*, fuerit rescriptum *pro expeditione* quòad *Casale Nouum*, & pro *noua Audientia* quòad *Cadoxam*, donèc restaurato certamine particulari super *Cadoxâ*, fauore Prioris idipsum determinatum fuit in subsequenti *Decis. sub die* 14. *Decembris eiusdem anni* 1711. paritèr *coram Me*; & in ea signantèr dilucidè demonstratur, quod potiùs à maioritate rationis concludendum erat, quod esset in Statu *Nullius* Abbatia Cadoxæ, tamquàm Caput totius Territorij, quàm Oppidum *Casalis Noui*, quod erat illius
17 membrum: Nec enim ex quo habitatores de vno Loco defluebant ad alium, in eodem tamen Territorio, fiebatque prior Locus,

fiuè habitatio deferta, deperdebat idem prior Locus vllam antiquam prærogatiuam, ex notatis per *Bald. in L. Ciuitates*, *§. In Decurionibus num. 3. ff. quod cuiusque Vniuerf. nomin.*, *Innocent. in Cap. Cùm ex iniuncto num. 2. verf. si autem ab Hostibus, de nou. oper. nunc.*, *Gratian. Discept. For. cap. 396. num. 1.*, *Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 3. quæst. 6. num. 83.*, *Modern. Romanus Discept. Eccles. 8. num. 18.*, *Rota in Moguntina Canonicatus impress. ad ornatum Card. de Luca ad mater. de Benef. decis. 7. num. 12.*

Quinetiam fequuta expeditione fub *die 13. Februarij 1712.* paritèr *coram Me*, rursùs prouocatum fuit pro parte Episcopi *coram R.P.D. Lancetta*, fed dein'comparere neglexit, vndè fuit extenfa alia *Decisio* confirmatoria fub *die prima Iulij 1712.* cum tertia prolatione Sententiæ; & nolente aquiefcere Epifcopo, quartò fuit quoquè perpenfa Caufa, & fignantèr fub die 13. *Martij 1713. coram R.P.D. Crispo*, cum quarta paritèr finali Sententia mediante illius Caufæ expeditione demandata fub die 13. *Aprilis eiusdem anni*.

Cafum, & magis fingularem examinandum habuere *Domini* in quadam *Aretina Iurium Parochialium* pariformiter *coram Me*, proùt infrà (Deo femper dante) loco, & tempore fuo elucefcet: Cùm enim in Aretina Diœcefi extaret quædam Villa nuncupata *S. Leonis*, in qua adeft quædam Ecclefia recta, & adminiftrata per quemdam Sacerdotem, qui inibi apponebatur per Rufticos, fiuè homines, eorum Poffeffiones, & Domos de proximo habitantes, fubminiftrando eidem Sacerdoti cuncta ad victum neceffaria per contributum; Epifcopus verò Aretinus dignofcens oculariter (vifitatione expleta in faciem eiufdem Loci) quod Parochia fita in Ciuitate Aretij nuncupata *S. Mariæ in Gradibus*, & à qua in rei veritate pendebat præfata Villa, & Locus *S. Leonis*, nimis diftabat ab eodem Loco, itàut redderetur nimiùm difficilè, & fermè impoffibile, quod illi homines poffent recipere Sacramenta à prædicta Ecclefia S. Mariæ, approbauit deputationem eiufdem Sacerdotis, fequi de cætero confuetam præuiâ licentiâ Ordinarij: & quia infimùl declarauit, huiufmodi Ecclefiam Parochialem *S. Leonis* fubiacere prænominatæ Ecclefiæ S. Mariæ, prælaudati homines id egrè ferentes, & recurrentes defenfioni proprij Sacerdotis, caufam dederunt excitationi plurium defuper diffidiorum iudicialium, vfquè ad prolationem fex Sententiarum in Partibus inter fe difcrepantium fuper exercitio Iurium Parochialium intèr Parochum S. Mariæ, eumdemque Sacerdotem *S. Leonis*; donèc, confcenfo Iudicio ad *Tribunal*, quatuor æditæ fuerunt *Decisiones coram Me*, tres fuper Bono Iure, & altera fuper Manutentione, & hæ fuerunt fub diebus *15. Ianuarij 1703.*, *27. Februarij 1704.*, *& 16. Aprilis 1706.*, & fuper manutentione *sub eadem die 16. Aprilis 1706.* adeòque prudentes extitêre Refolutiones captæ in eifdem *Decisionibus* fub exquifitis temperamentis, quæ fingularitèr recognofci valebunt ex lectura earumdem *Decisionum*, vt ambæ Partes, citrà aliam expeditionem, Rotali aquieuerint Oraculo.

Titulus, de quo agitur in præfenti *Decisione*, quiuè eft *Iurium Parochialium*, fortafsè non abs re exigeret, quod plura connotarentur concernentia examen eorumdem Iurium Parochialium, an, quandò, & quæ reverà fpectent ad Parochum, vel ad alios fiuè de Iure, fiuè in vim Priuilegij: fed quià materia hæc frequens eft, & fæpiùs tàm in Sac. Congregatione Concilij, quàm in *nostro Auditorio* difpungitur, commodius fortafsè erit tangere aliqua in præfenti *Additione*, & alia remittere, feù differre ad fubfequentes Annotationes, quæ, Summo Deo largiente, probabilitèr faciendæ erunt deinceps.

Intereà fiet mentio de controuerfia, quæ fuit agitata intèr Archipresbyterum, Capitulum, & Canonicos Ecclefiæ Collegiatæ fitæ in celebri Portu, aut Traiectu Terræ *Finarij*, & Confraternitatem Mortis eiufdem Loci fuper pluribus redolentibus Iurifdictionem Parochialem, & fignantèr circà facultatem, quam prætendebat Confraternitas, eligendi prò fuo feruitio, & minifterio Cappellanum fibi beneuifum, & ad nutum amouibilem, cum poteftate deferendi Cottam, & Stolam in affociatione Cadauerum etiam præfente Parocho, fiuè Archipresbytero: Et quoniàm eadem Confraternitas reperiebatur aggregata Archiconfraternitati Orationis, & Mortis Vrbis cum communicatione Priuilegiorum ipfi Aggregatrici competentium vigore Conftitutionis *Pij IV.* in ordine *in 22.*, Confraternitas fuper prædictis cunctis articulis triumphauit in *Tribunali*; examinata quippè validitate Aggregationis, & fucceffiua poteftate conceffâ prædictæ Archiconfraternitati Vrbis aggreganti, communicandi nempè cuncta priuilegia fimilibus Confraternitatibus fubalternis, non fuit dubitatum, quod communicatio Confrater-
18 nitati *Finarij* per illam facta non operaretur illum eumdem effectum, perindè ac fi idem Priuilegiū Apoftolicum explendi fupradictos actus directè, & æquè principalitèr fuiffet attributum ipfimet Confraternitati *Finarij*, iuxtà *Consil. Oldradi 300. sub num. 5. versic.*, *& præsertim*, *Paris. consil. 22. n. 5. lib. 4.*, *Crescent. decis. 9. num. 5. vers. secundò quia, de priuileg.*, *Rot. in Valentina Decimarum coram Lancellotto*, apùd *Marchef. de Commiss.*

Ap-

Appell. part. 1. §. 2. *fol.* 639. *num. primo, decis.* 337. *num.* 4. *par.* 10., & *decis.* 348. *num.* 20. *par.* 11. *Recent.*

Maximè, quià peragebatur de Instituto admodùm pio, ac laudabili exercendi opus Misericordiæ valdè commendabile, peruagandi nimirùm Vias, & Loca publica extrà Ciuitates, & Oppida ad finem asportandi,
19 necnon posteà tumulandi Cadauera ibibi insepulta, & consequentèr exposita Tempestatibus, & Ferarum dentibus, vt in proposito *Fagnan. in Cap. Olim tibi num.* 25. *de verbor. signif.* cum alijs motiuis, & fundamentis pleuissimè adductis in *Decisionibus* illius Causæ nuncupatæ *Sauonen. Aggregationis*, & præsertim sub die 27. *Iunii* 1698., 9. *Ianuarij*, & 19. *Iunij* 1699. *coram Pio*, necnon 15. *Ianuarij* 1700. *coram dell'Olmo* posteà *Episcopo Concben.*; quin etiàm in prædicta *Decis.* 9. *Ianuarij* 1699. *coram Eodem* fuit vlteriùs superaddita, & approbata facultas condendi Statuta, & exponendi in certis stabilitis diebus, vel occurrentijs Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, adeòut eidem Confraternitati *Finarij* reputatum fuerit non obsistere, quod cùm ea appareret erecta auctoritate Ordinarij, idem verò Ordinarius illam approbasset cum certis, & determinatis legibus de prædictis actibus Iurisdictionalibus, vel Parochialibus nihil obloquentibus, vndè non potuerint quodammodò alterari leges fundamentales appositæ in limine erectionis; responsum quippè fuit, ideò non impedire, quo minùs, per Priuilegium Summi Pontificis Ordinariorum Ordi-
20 narij superuentum, eadem Confraternitas *Finarij* non potuerit eo perfrui, & quatenùs opus eximi ab onere, vel obligatione, qua peranteà reperiri valebat obstricta, ad mentem *Textus in Leg. Spadonem* 17. §. *Scire oportet, vers. Si quis autem Tutor, ff. de excusat. Tutor.*, *Oldrad. cons.* 4. *num.* 1., *Gratian. Discept. For. cap.* 226. *num.* 20., & 21., *Panimoll. decis.* 14. *adnot.* 3. *num.* 4.

Prædictæque *Decisiones* in tertia quoquè Instantia promota in *Nostro Auditorio* adeò fuerunt approbatæ, & confirmatæ, vt sub *die* 13. *Iunij* 1701. *coram bon. mem. Molines Decano* negata fuerit restitutio in integrum, Archipresbytero, & Capitulo Aduersario, vbi latè materia reassumitur, & laudatur
21 summoperè memoratum Institutum, & ostenditur, quantùm à *Diuinis Scripturis*, & *Sacrosanctis Patribus* simile opus misericordiâ plenum extollatur.

Cùmque deinceps similis controuersia adamussim exorta fuerit in Ciuitate, seù Terra Castilionis *Diœcesis Brixien.* inter alteram Confraternitatem aggregatam dictæ Archiconfraternitati Orationis, & Mortis de Vrbe ex vna, & Archipresbyterum, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Nazzarij eiusdem Loci ex altera *coram R.P.D. Lancetta*, idipsum fauore Confraternitatis aggregatæ stabilitum fuit, vt liquet ex *Decisionibus* tàm super manutentione, quàm super bono iure desupèr editis sub Titulo *Brixien. Aggregationis*, & signantèr in prima diei 22. *Iunij* 1712. *cor. prælaudato R.P.D. Lancetta*.

Quinimò in eadem prima *Decisione* super bono Iure, necnon in subsequenti confirmatoria, quæ vnâ cum alia super manutentione emanauit sub *die* 2. *Iunij* 1713., fortiùs insistitur super legitima facultate vigore præfatæ communicationis Priuilegiorum exponendi Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum prorsùs independentèr ab Archipresbytero, & Capitulo, & quolibet alio Parocho, & respondetur quibusdam Decretis particularibus, seù Synodalibus Ecclesiæ Mediolanen. publicatis de tempore, quo illam regebat Metropolim *Diuus Carolus Borromeus*; Statuerat quippè idem zelantissimus Pastor certa confinia, in quibus sese continere deberent huiusmodi Confraternitates, earumque Cappellani, non admittentia huiusmodi facultates: sed responsum fuit, quod minimè poterant præfata Decreta lata per inferiorem quidquam demere superioribus, & supremis Priuilegijs Summi Pontificis diuersimodè indulgentis, vt fecerat Pius IV., adamussìm & Papa, & Auunculus eiusdem *Diui Caroli Borromei*, quem certè præsumendum non erat etiàm aliam habere potuisse intentionem, metiendo voluntatem, & humilitatem suam à potestate, nec non respondetur quoquè prætensæ obseruan-
22 tiæ in contrarium, ex quò per assertum non vsum alicuius ex istis priuilegijs, ob negligentiam eò temporis Confratrum, non poterat censeri irrogatum præiudicium ipsi Confraternitati, nec Almæ Vrbis Archiconfraternitati per non vsum Sodalitatis inferioris, iuxtà not. per *Tamburr. de Iur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 16. *quæst.* 14. *num.* 15., *Pasqualig. quæst. Canon.* 339. *num.* 22., 30., & 45. *cent.* 4., *Card. de Luca de Benef. disc.* 29. *n.* 24., *Rot. coram Royas decis.* 327. *sub num.* 5., & *coram Seraphin. decis.* 951. *num.* 1., & 2. cum alijs adductis in supradicta *Sauonen. Aggregationis* 27. *Iunij* 1698. *cor. Pio*, & in eadem *super Remissoria* 15. *Ianuarij* 1700. vtrobiquè §. *fin. coram dell'Olmo Episcopo Concben.*

Reticendus etiàm non videtur alter casus exercitij Iurium Parochialium, ac administrationis Sacramentorum, qui de facili potest contingere in Portibus Maritimis, & propè littora Maris, prout de facto contigit in illo Ciuitatis Vetulæ, qui in Spiritualibus subiacet Iurisdictioni Episcopi Viterbiensis: Cum enim Pietas Ven. Serui Dei Innocentij XI. ad finem consulendi indigentijs Spiritualibus illorum, qui existebant condemnati in

in Triremibus, vel accidentalitèr inibi reperiebantur, ordinasset, vt super illis degerent quamplures Religiosi Cappuccini non sinè tali quali amplitudine verborum; hinc suborta fuit inter Parochum Ecclesiæ S. Catharinæ Ciuitatis Vetulæ, protegente eius iura, & vindicante clar. mem. Cardinali Episcopo Viterbij Brancaccio, & præfatos
23 PP. Cappuccinos controuersia, ad quem nempè spectarent Iura Parochialia exercibilia in prædictis Triremibus circà personas, de quibus suprà, tuncquè Congregatio Particularis super hoc negocio deputata, inter quos præ cæteris interfuerat *Prosper Faguanus* notorius, & Doctus Compilator Commentariorum Decretalium, & *Card. de Luca* celeber Iuris Consultus, & eiusdem Summi Pontificis de eo tempore Auditor, declarauit, huiusmodi exercitium pertinere ad Parocum, & non ad PP. Cappuccinos, quibus solùm relinquebatur Sacramentum Pœnitentiæ ministrare, tamquàm eiusdem Parochi Coadiutoribus, idquè in quibusdam etiàm casibus limitatis, vt ex tenore *editarum resolutionum* lucidiùs apparet *diebus 30. Iulij, & 12. Octobris 1678.*

Verùm restauratis nouis diffidijs de tempore gloriosæ mem. Innocentij XII., & respectiuè felic. record. Cardinalis Vrbani Sacchetti Episcopi Viterbiensis inter Partes prædictas, placuit eidem Innocentio XII. dirimendam Mihi, tùnc illius Auditoris munere fungenti, committere cognitionem; vndè fa-
24 ctò successiuè per Me verbo cùm eodem Sanctissimo declaraui sub *die 13. Februarij 1692.*, pròut sequitur =

RR. Patres Cappuccinos deputatos pro assistentia in Triremibus Pontificijs, iuxtà litteras fau. mem. Innocentij XI. sub die 15. Maij 1684. fuisse simpliciter subrogatos in locum Cappellanorum Sæcularium, & proindè circà Iura Parochialia, & Iurisdictionalia esse subiectos Eminentissimo Episcopo Viterbien., & Paroco Loci Centum Cellarum respectiuè, ad tenorem resolutionis Congregationis Particularis deputatæ à fau. mem. Innocentio XI. inter Eminentissimum Vrbis Vicarium, & prædictos Cappellanos deputatos ex vnâ, & Eminentissimum Episcopum Viterbiensem, & Parocum ex alterâ; solùmque pro meliori, & salubriori administratione Sacramentorum posse Parocum de die spontè, vel vocatum administrare Sacramenta tam existentibus super Triremibus, quàm in Hospitalibus, vel aliàs in ipsa Terra, necnon intra ambitum centum milliarium in Mare; posse verò, & debere eumdem Parocum abstinere de nocte ab administratione Sacramentorum super Triremibus, relinquendo circà hoc Curam Patribus Cappuccinis, citrà tamèn præiudicium Iurisdictionis, & Iurium Episcopalium, & Parochialium.

Notandum est, quod in præfato Decreto, seù declaratione fuerunt apposita illa verba = *Necnon intrà ambitum centum milliarium in Mare*; ad effugiendas namquè possibiles quæstiones in futurum facta fuit huiusmodi expressio, sicuti enim non est dubium, quod
25 Prælatus Ordinarius illius Ciuitatis, seù Loci, in cuius Portu Triremes stationem agunt, visitat Cappellanos earumdem Triremium, eosquè habet sibi subditos, nisi iidem Cappellani ex priuilegio Summi Pontificis subijciantur alteri Prælato, ex *Nauarr. cons. primo de Cleric. peregrin. in antiquis, aliàs 4. de for. compet. in nouis, Sayrus decis. 1. eodem tit. de Cleric. peregrin.*, & post eos eruditè *Fulu. Constantius ad lib. 11. Cod. Leg. vnica titul. de Classicis num. 16.*

Ità non leuis conflictatio est, vtrùm eadem
26 Iurisdictio, quæ Prælato Ordinario competit in Portu, extendatur etiàm in Mari, & vsquè ad quem terminum: Communiùs autem receptum est, Iurisdictionem etiàm procùl dubio in Mari competere ei, qui illam habet, siuè exercet in Terra propinquio-
27 ri, itàut de factò *Alexander Tertius* occasione concessionis piscandi in diebus festis, quandò ingruat necessitas, præscripserit, quod Decima piscium soluatur Ecclesijs Terræ propinquioris, vt legitur in *Cap. Licèt, de Ferijs*, & aduertit præ cæteris *Roderic. Suar. in cons. 1. de vsu Maris num. 2. impress. post Stracc. de Mercat. fol. mihi 852.*, idemque *Fulu. Constant. in d. Leg. vnica num. 15. C. de Classicis lib. 11.*

Et in ordine ad terminum conueniunt
28 *Scribentes*, quod eadem Iurisdictio, siuè sit temporalis, siuè spiritualis, extendatur ad centum milliaria, volentes, reliquum remanere posse Imperatori in vim fortè primæui vniuersalis dominij à nullo alio Principe in illis interminis spatijs occupati, ac legitimè quæsiti, ex doctrina *Bart. in tract. de Insul., Felin., Osasch., Capoll.*, aliorumquè, quos paritèr refert, & sequitur idem *Fulu. Constant. vbi proximè sub num. 18., & 19.*

Quod secùs esset, vbi infrà præfatum terminum centum milliarium adesset alia Ter-
29 ra, quoniàm tùnc prò medietate inter Principes, & Iusdicentes in dictis Terris diuidenda foret intermedia Iurisdictio, ad instar eorum, quæ habentur in *Leg. Adeò, §. 1. ff. de aquir. rer. domin.*, quemadmodùm prosequitur mox pluriès relatus *Fulu. Constant. in cit. Leg. vnic. num. 19.*, vbi plura alia in ordine ad præuentionem, & in suis casibus remissionem delinquentium more suo solidè, & eruditè pertractat, & concordat *Schrader. pract. quæst. §. 28. num. 4.*, vbi quod ha-
30 bens Iurisdictionem in Terra, cui adiacet Mare, illam habet in ipso Mari etiàm vltrà centum milliaria, *eousquè nimirùm* (sunt eius præcisa verba) *quousquè illud Mare alteri*

Terræ

Terræ magis vicinum non est, quod & post eum, & alios notat *Albert. Maulins de Iur. Maritim. inter eius tract. var. tit.6. sub n.2. vers. Verùm*, necnon *Bellon. Iun. cons.* 14. *num.34., & 35., Valenzuel. cons.100. sub num.55. col.5. propè fin. vers. Immò quandò, Francisc. Ansald. de Iurisd. part.4. tit.10. cap.1. num.40., & 41., Solorzan. de Iur. Indiar. tom.1. lib.3. cap.3. num.41.*

TVDERTINA CENSVS.

Mercurij 1. Iulij 1699.

ARGVMENTVM.

Debitor censuarius paciscens cum creditore creditoris sui, se ad eiusdem Census extinctionem non deuenturum, nisi præuia interpellatione, & consensu ipsius creditoris paciscentis, quatenùs huiusmodi pacto contraueniat, ad iteratam solutionem obstringitur. An autem teneatur etiam ad fructus post extinctionem decursos, rationum momenta hinc indè adducuntur, sed anceps stetit *Rotæ* iudicium, re maturiori examini reseruata. Census impositus fauore Conuentus, aut Monasterij, an possit validè per Debitorem extingui in manibus illiusmet Religiosi, vel Monachi, qui Censum emerat nomine ipsius Conuentus, seù Monasterij: cum alijs ad materiam validæ, vel inualidæ extinctionis Census fideicommissarij, de quibus in *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest supplere in his, quæ sunt Iuris.*
2 *Promittens aliquid facere, vel non facere sub obligatione Camerali, tenetur in casu contrauentionis ad damna, & interesse.*
Exemplifica in Debitore Census, qui illum extinxit irrequisito Tertio, qui erat Creditor Creditoris Censuarij, quemuè interpellare pepigerat, num.3., & 10.
4 *Liquidum dicitur, cuius certificatio pendet ex puro calculo arithmetico.*
5 *Pœna conuentionalis debetur, & exigi potest pro quanti interest, pactum non fuisse seruatum.*
6 *Pacta restringentia libertatem extinguendi Census sunt prohibita ex dispositione Bullæ Pianæ.*
7 *Obligatio, quantumuis generalis, non compræhendit nisi Bona, & Iura propria ipsius obligantis.*
8 *Census extinctus cum persona illegitima, vel aliàs contrà pactum conuentum, adhùc parit fructus loco damnorum, & interesse fauore Creditoris Censuarij, vel Tertij paciscentis.*
9 *Solutio facta per Debitorem suo Creditori contrà inhibitionem per Tertium à Iudice obtentam, non liberat soluentem.*
Et de ratione, num.12.
11 *Creditor potest agere contrà Debitorem sui Debitoris prò consecutione eius crediti.*
13 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in inuestimentis pecuniarum spectan. ad Ecclesias, Monasteria, aliaque Loca Pia.*
14 *Census impositus fauore Conuentus, vel Monasterij non potest validè extingui in manibus vnius Religiosi, vel Monaci non habentis ad id legitimam facultatem.*
15 *Mandatum speciale requiritur ad recipiendam retrouenditionem Census.*
16 *Monasterium non repræsentatur per vnum dumtaxat Monacum, nequè Conuentus per vnum Religiosum.*
17 *Disdicta Census impositi fauore alicuius Collegij, Monasterij, vel Vniuersitatis quomodò fieri debeat à Debitore volente illum retrouendere.*
18 *Assertioni Abbatis, vel aliàs vnius ex Monacis non statur in præiudicium Monasterij.*
19 *Soluens ei, cum quo contraxit, liberatur, quamuis sciat, pecunias ad alium pertinere.*
Limita, vbi ageretur de pecunijs spectantibus ad Ecclesiam vigore contractus directè eius fauore celebrati, num.20.
21 *Census fideicommissarius, an possit validè extingui cum hærede grauato etiàm in præiudicium vocatorum ad fideicommissum*, remissiuè.
Distingue inter extinctionem voluntariam, & necessariam, vt num.22.
Et quando extinctio est necessaria, non tenetur Debitor Censuarius esse sollicitus de inuestimento pecuniarum, num.23.
Declara, vt ibid.
24 *Census extinctio facta in manibus hæredis, Tutoris, vel Prælati putatiui, an liberet Debitorem*, remissiuè.

DECISIO CVII.

Prodierat vsquè de anno 1659. *Decisio* fauorabilis hæredibus Ægidij *coram clar. mem. Card. Taya*, eaquè decernens, exequendum esse mandatum ab A.C., non minùs pro sorte, quàm pro fructibus relaxatum aduersùs hæredes Nicolai: sed deincèps, nempè sub *die* 10. *Martij 1664., & 19. Iunij 1665.* perstitum quidèm fuit in decisis respectu pretij, seù capitalis, immutata verò resolutio in ordine ad fructus, vti liquet ex eisdem *Decisionibus*, quarum vltima legitur impressa in *parte* 14. *Rec. decis.336.*; quamobrèm cùm ab indè citrà Causa remanserit absquè vlteriori expeditione, vel progressu, expergefacti tandèm hæredes prædicti Ægidij Dubium à Me tanquàm Successore eiusdem Cardinalis subscribendum porrexêre: *Instan-*

standum foret, vel recedendum à decisis, vel potiùs (ad maiorem cauthelam) *relaxandum esset nouum mandatum pro sorte, & fructibus.*

Difficultas, si qua aderat, residebat in ipsa varietate resolutionum præcedentium, quia de cætero ex parte hæredum Nicolai, non sinè vehementi suspicione studiosæ procrastinationis, & contumaciæ, non obstante bina dilatione vltrò illis ex benignitate Auditorij nostri concessa, nulla prorsùs etiam hodiè exhibita fuit oppugnatio, siuè Informatio; Quarè DD. rimantes ex officio merita negocij, nedùm comprobarunt vltimas *Decisiones*, sed pro nunc certò certiùs iudicarunt, liberè relaxandum esse quoquè

1 nouum mandatum pro fructibus saltèm vsquè ad diem extincti Census, de quo agebatur, iuxtà *Rubr. Vt quæ desunt Aduoc. &c.* de qua *Rot. in Lycien. Fructuum Dotalium 21. Aprilis 1698. sub princ. coram Me (decis. 40. num. 1. tom. 1.)*

Ratio fundamentalis vtriusque resolutionis, seù rescripti versabatur in eo, quod cùm prædicti hæredes Nicolai, Reique ad præsens conuenti, repræsentarent ipsum Nicolaum, qui sese per publicum Instrumentum impositionis Census obstrinxerat nunquam deuenire ad actum retrouenditionis, nisi præuia interpellatione, scientia, & consensu prædicti Ægidij ob interesse nimis palmare, quod desupèr percutiebat eumdem Ægidium, nempè, vt non deperderet Capitale sibi vinculatum ab ipso Nicolao pro securitate, & cauthela reparandæ euictionis nonnullorum Bonorum, quæ coemerat ab Accursio Creditore præfati Census; hinc eo ipso, quod Nicolaus, neglecta huiusmodi pactione, effectiuè ausus est eumdem Censum reemere, profectò in primis manifestissimè effluxit, non posse hæredes eiusdem Nicolai euitare, quò minùs standum veniret in vtrobiquè Decisis, & respectiuè quatenùs opus esset, relaxari deberet nouum mandatum pro ipsa

2 sorte, siuè pretio; Contraueniens quippè propriæ, & iuratæ promissioni initæ sub obligatione Camerali, compellitur refundere totum id, seù quanti interest, promissionem non fuisse seruatam, ad notiss. *Text. in L. Stipulationes non diuiduntur*, ibiquè communitèr *Patres, ff. de verb. oblig., Grat. discept. 240. num. 34., Rot. decis. 286. num. 4., & 5., & decis. 479. num. 1. cum duobus seqq. post Cenc. de Censib., & coram Buratt. decis. 913. n. 1., & decis. 116. num 1. part. 13. Rec., & in Romana Pecuniaria 4. Iulij 1696. §. Vlteriùs, cor. R. P. D. meo Pio*, & magis in specie, siuè

3 in hoc ipso proposito *Amat. decis. March. 50. sub num. 10. à §. Vlteriùs tamèn, vsquè ad fin., Giurb. decis. 79. num. 46., Card. de Luc. de Cens. disc. 23. per tot., Rot. decis. 215. n. 1., & seqq. cor. Card. Cerro, & in Rec. dec. 77. num. 15. part. 16., in Romana Census 14. Aprilis 1690. §. Potissimùm, & §. Quoniàm*, confirmata *3. Iulij eiusdem anni, coram bon. mem. Vrsino, & in Vrbeuetana Censuum 26. Martij 1696. §. Insubsistens paritèr, cor. R. P. D. meo Caprara* (modò inter suas *decis. 243. num. 16.*)

Liquidatio autèm eiusdem interesse ad oculum incontinenti desumebatur ex ipso calculo, seù valore, & quantitate Capitalis

4 perperàm, & contrà legem à Promissore susceptam extincti; quemadmodùm generale est in omni materia, quæ dependeat ex calculo, seù certificatione resultante ex lectura publici Instrumenti, ad *Rot. decis. 201. n. 4. coram san. mem. Alexand. VIII., & dec. 395. num. 12., & 13. part. 13. Rec., & in Viterbien. Prædij 1. Iulij 1682. §. Neque tertia, coram bon. mem. Guaxardo, & 9. Aprilis 1685. §. Minùs obstare, coram bon. mem. Benincasa (inter eius impress. decis. 33. num. 7.)* & in his eisdem terminis clarè firmant superiùs adducti, & signantèr *Grat. d. discept. 240. ex num. 35. vsquè ad fin., Rot. d. decis. 116. n. 4. part. 13. Rec.*

Maximè, quià prætèr legalem, & consecutiuam obligationem mox insinuatam, intercedebat vlteriùs pactum cubitale, quo mediante Nicolaus in positiuo casu contrauentionis sese ad commodum Ægidij præcisè subiecerat iustissimæ pœnæ iteratæ solutionis, *Summario hæredum Actorum n. vnico;* proindèque cùm nihilominùs successiuè irrequisito Ægidio redemerit huiusmodi Censum in sorte scutorum 509., non erat ambigendum, quin etiam eamdem quantitatem in sequelam prædictæ rationabilis pœnæ iterùm refundere, siuè soluere teneretur Ægi-

5 dio, eiusquè hæredibus; vbi enim agitur de pœna conuentionali, quæ dignoscatur apposita ex iusta causa, indubitati Iuris est, illam tutò exigi posse, ac citrà scrupulum deberi ad quanti reuerà interfuit, pactum non seruari, vt per *Fenson. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 163. num. 1., Caren. resol. 92. num. 3., & seqq., Sperell. decis. 131. num. 6. cum seqq., Rot. decis. 170. num. 4., & 5. part. 11. Rec., in Bononien., seù Firmana Olei 26. Iunij 1679. per tot. coram bon. mem. Rondinino, & in Romana Incisionis Arborum 25. Iunij 1696. à §. Non obstat vsquè ad fin. coram R.mo D. meo Molines Decano.*

Verùm secundo loco circà fructus eiusdem Census extincti contrà pactum conuentum ab Ægidio, cùm prima *Decisio* ædita (vt suprà) in hac Causa *coram Taya* indefinitè approbasset supradictum mandatum ab A.C. in prima Instantia relaxatum, etiam quòad fructus, perindè ac si Census adhùc in odium Nicolai viguisset, & vigeret, secunda verò *Decisio*, præuio recessu, illud infirmaret absolutè, & indistinctè respectu eorumdem

fru-

fructuum; tertia tandèm *impressa* (vt diximus) *decis.336. part.14.* superadderet, malè per Nicolaum solutos esse fructus decursos vsquè ad diem dissoluti contractus,seù extinctionis, stante præcisa inhibitione facta Nicolao, nè vlli personæ, tàm sortem, quàm fructus exbursaret, non benè de reliquo affirmando, imò potiùs denegando, quod ijdem fructus solui deberent hæredibus Ægidij in executionem prædicti mandati; *Domini* idcircò firmiùs introspectâ litterâ conuentionis, necnon importantiâ prælaudatæ inhibitionis, meritò censuerunt, liberè dumtaxàt relaxandum esse pro nùnc nouum mandatum pro fructibus maturatis à die ipsius inhibitionis, vsquè ad alterum extinctionis: Solida namquè, vel saltèm vlteriori examine condigna apparuerunt motiua vtriusque postremæ *Decisionis* circà fructus post eamdem extinctionem decursos, siuè decurrendos, quia nempè Nicolaus nusquam promiserat Censum abstractiuè non extinguere, quasi volens in perpetuum huiusmodi
6 catenâ mancipari, aduersante probabiliùs Bulla Piana, quæ resistit coercitioni libertatis semper, & quandocumquè reluendi Censum, ex *Ceuc.*, *& Duard.*, alijsque relatis in secunda *Decisione diei 10. Martij 1664. §. fin.*, & in tertia *impress. d. decis. 336. n.2. part.14.*

Obligatio siquidèm suscepta per Nicolaum fauore Ægidij pro securitate euictionis de non extinguendo Censum absquè consensu eiusdem Ægidij, ad effectum implicandi pecunias in aliud simile Inuestimentum, non videbatur ità de facili posse subextendi vltrà sortem ad ipsos fructus, qui neutiquàm attinebant ad Ægidium, dum nequè Dominus actu, vel habitu, nequè Creditor præcisus erat prædicti Census; nequè paritèr spectare poterant ad Nicolaum, veluti illorum Debitorem, non Creditorem, pròut latiùs in
7 eisdem posterioribus *Decisionibus*: Vndè videmus, familiare esse in omni obligatione, quod nunquàm sub ea veniat, quod non est in dominio, nequè alio modo spectat ad sese obligantem, iuxtà *Text. in Leg.1. §.1., ff. de pignor.*, *Negusan. eod. tract.part.2.membr.3. num.52.*, *Merlin. de Pignor. lib.2. quæst.65. num.1.*, *& 7.*, *Pacific. de Saluian. inspect.3. cap.2. num.394.*, *Rot. post eumdem decis.133. num.4.*, & alibi passim.

Quidquid dicendum foret,quotiescumquè debitor alicuius Census illud extinxisset cum persona illegitima, vel contrà pactum
8 in præiudicium veri Domini, in quibus sanè terminis Censum extinguens ergà verum Dominum obstringitur etiam in futurum fructus exsoluere, vel in sequelam Dominij, vel ex altero motiuo consecutiuo, quod in odium malæ fidei, vel indebitæ extinctionis, ratione saltèm damnorum, & interesse, Censsus reputatur vigere, ac perdurare ad commodum ipsius Domini, seù veri Creditoris, etiam habitualis, seù futuri, ex firmatis per *Grat. discept.636. num.1.*, *& seq.*, *Salgad. in Labyr. Credit. part.1. cap.27. num.43.*, *& seqq.*, *Mastrill. decis.143. num.5.*, *& seqq.*, & signantèr *num.13.*, *Fontanell. decis. 540. num.2.* Et ad hoc rectiùs conferunt rationes in hac hypothesi consideratæ per *Card. de Luca de Censib. disc.25. sub num.5. vers. Firmato igitùr*, *& seqq.*

Suspensa itaquè per DD. in hodierna Audientia ex his ponderationibus maturiori trutinæ reseruatis resolutione huius articuli, planam è conuerso existimarunt alteram de fructibus à die inhibitionis subsecutæ sub die 29. Nouembris 1611. vsquè ad illum extinctionis, siuè extinctionum in varia tempora initarum, & quarum postrema contigit sub die 26. Maij 1620.; Quoniàm cùm Ægidius mediante specialissima inhibitione sibi cauerit,(vt præmisimus,) nè Nicolaus sortem, aut fructus cuicumque personæ restitueret, ac
9 respectiuè exbursaret, vtiquè non solùm eadem Inhibitio efficiebat,vt nullæ,& attentatæ redderentur eædem solutiones, etiam in ordine ad fructus, sicuti per *Text. in L. final. ff. de leg. commiss.* habetur *in d.decis.336.n.4.*, *& 5. part.14.*, & concordat *Episc. Rocca Select. Disput. Iur. cap. 27. num.19.*, *Vincent. de Franch. decis.204. num.22.*

Ast etiam nulla suppetebat ratio, quarè ad hunc effectum,etiam citrà importantiam, & considerationem Dominij, adhùc, vel
10 loco damnorum, & interesse, vel ratione pacti, seù pœnæ iteratæ solutionis, non esset executioni demandandum Mandatum A.C., aut aliud respectiuè ex integro relaxandum pro hiscè fructibus decursis, & non solutis vsquè ad prædictam diem extinctionis; Cùm etenim Ægidius ex causa molestiarum, & euictionis haberet apertum, ac indubitatum exercitium actionis in longè maiori summa, quàm importaret nudum pretium, & capitale Census, profectò quemadmodùm idem Ægidius agere valuisset directè contrà Accursium de prædicta euictione obligatum,
11 eiusque effectus, ac Bona pro consecutione sui crediti, ità pariformitèr eamdem actionem exercere poterat contrà Nicolaum ex titulo Census debitorem fructuum vsquè ad effectiuam solutionem decursorum ergà Accursium, tanquàm contrà Debitorem Debitoris, ex celebri *cons. Surd. il 4. sub num.17. ex vers. Quibus tamen, vsquè ad num.24.*, *Pacific. de Saluian. inspect.3. cap.2. num.195.*, *& seqq.*, *Rot. decis.703. num.2. part.3. Rec.*, *& coram Buratt. decis.913. num.2.*

Itaquè dum spreta indiuiduali inhibitione Nicolaus exbursauit Accursio debitori Ægi-
12 dij huiuscemodi fructus maturatos, eccè quod ex facto propriè nullo, & illicito hi

fru-

fructus ex capite nullæ, & attentatæ solutionis habendi erant pro extantibus, ac non solutis, & consequentèr super eis valebant hactenùs hæredes Ægidij exequi vetus, siuè nouum omni Iure reportare mandatum, ex his, quæ optimè, & (vt dicitur) rectiùs ad hoc propositum ratiocinatur *Card. de Luc. d. disc.25. de Censibus sub num.6. §. Dupliciter*.

Et ità pro hæredibus Ægidij dumtaxàt informantibus responsum fuit &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

QVemadmodùm hæc Causa obdormiuerat peranteà, ità quieuit in posterùm, dum solùm petita, & obtenta per Ægidium expeditione sub *die 16. Nouembris eiusdem anni 1699.* abindè citrà nihil actum fuit, & probabilitèr Nicolaus soluendo, quod *Rota* præscripserat, effecit, quod etiam Ægidius ab altera prætensione fructuum Census post sequutam extinctionem sibi reseruata abstinuerit.

Frequentes audiuntur in Foro, & in *Nostro Sac. Auditorio* quæstiones super bona, vel mala extinctione, seù redemptione Censuum; inualidam quippè etiam alteram nuper in vna *Aueniouen. Census*, reputauit *Tribunal*, disputato articulo sub formali Dubio: *Vtrùm constaret de legitima extinctione Census*: *coram Eminentissimo Priolo* die 8. Maij 1711. inter Conuentum SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum Ciuitatis Auenionensis ex vna, & Annam Catharinam Noiel de Silfredis ex altera, vtì præfulget ex *Decisione edita coram eodem Cardinali sub prædicta die*, cum successiua illius confirmatione sequuta sub *die 31. Martij 1713. coram D. Card. Scotto*, tunc *Almæ Vrbis Gubernatore*.

Agebatur siquidèm de pecunijs non solùm eiusdem Conuentus, implicandis semper
13 sub assueta licentia, seù Auctoritate Apostolica iunctìm cum causa necessitatis, vel vtilitatis eiusdem Conuentus, ad terminos celebris *Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccl. non alienan.*, ex trad. per *Card. de Luca lib.7. de alien., & contract. prohibit. disc.1. num.19.*, *Rot.* in quadam *Veneta Pretij Bonorum, seù Nullitatis Contractus coram Pamphilio Sen.* impress. apud *Spad. cons.123. lib.2.* cum alijs in prædicta *Decisione Aueniouen. Census, coram D. Cardinali Priolo 8. Maij 1711. in princ.*

Verùm etiam in vim oneris inuestiendi demandati per pium Testatorem, qui eamdem pecuniam inuestiri præceperat ad effectum erogandi fructus, seù redditus in opera pia: cùmque propterea eædem pecuniæ fuerint nomine prædicti Conuentus traditæ ad Censum præfatæ Annæ Catharinæ, & paulò post apparerent restitutæ tantummodò cuidam P. Madon Religioso eiusdem Conuentus, præter cæteras considerationes, & vrgentissimas circumstantias, quæ suadebant, simulatam fuisse, & non veram restitutionem pecuniæ effectiuæ; nihilominùs de per se
14 etiam fuit resolutum, talem extinctionem Census in manibus solius P. Madon substineri non posse: tenebatur etenim Anna Catharina perquirere, an ille, cui soluebat, haberet, necnè potestatem recipiendi, aliàs consequi non poterat vllo modo liberationem, iuxtà trad. in specie per *Thomat. decis.263. num.15., Rot. decis.414. num.10. post Cenc. de Censib., & coram Bich. decis.50. num.9., & in Rec. decis.27., & decis.226. per tot. part.13.*, cum alijs alleg. *in dicta Decisione Eminentissimi Prioli §. Etenim*.

Idquè adeò verum, vt nec in hoc casu sufficiat, quod recipiens fortè haberet mandatum præsumptum; quia quando pecunia ad Censum recepta directè non restituitur vero
15 Domino, sed alteri cuicumque, satis non est mandatum præsumptum, sed requiritur speciale, & expressum, vt præcisè notat *Cenc. de Censib. quæst.109. num.51.*, & dixit *Rot. post eumdem decis.186. num.1., & coram Seraphino decis.831. num.1., & seqq., & per tot., & coram Bichio dicta decis.50. num.9., & in Recent. dicta decis.226. num.1., & 2. part.13.*, & tetigeram *in Tract. de Commerc. disc.25. num.43.*

Neque obstare visum fuit, quod in Instrumento impositionis eiusdem Census legeretur adiectum pactum, quod extinctio fieri posset in manibus eiusdem P. Madon; cùm id semper foret intelligendum ad formam Iuris, & Constitutionum Ordinis, quæ certum modum, certamque solemnitatem iniungebant ad finem, vt possent legitimè fieri solutiones, & liberari Debitores soluentes: eo etenim ipso, quod in eodem Instrumento euincebatur, ac etiam dicebatur, pecunias pertinere ad Conuentum, eiusque nomine celebrabatur actus, profectò erat fa-
16 cienda restitutio in manibus repræsentantium (iuxtà Constitutiones Ordinis), ipsum Conuentum, qui erant Capitulum, alijque Officiales ad id destinati, ad latè trad. per *Rot. coram Merlin. decis.887.* confirmata *coram Dunozett. Iun. decis.731.* vtrobiquè *n.1., & 2.*, vbi quod Conuentus non repræsentatur per vnum dumtaxàt Religiosum, neque Monasterium per vnicum Monacum.

Fortiùs verò, cùm præcedere deberet ad tenorem Bullæ Pianæ solita disdicta, quæ tamèn nullatenùs facta apparebat; ideòque dum pecuniæ, & Census ex ijs creatus pertinebant indubitantèr ad Conuentum, satis
17 non extitisset, quod eadem disdicta sequuta demonstraretur in persona solius P. Madon, sed

ſed erat explenda in loco ſolito, in quo con-
gregari conſueuerant Capitulares eumdem
Conuentum eſformantes, iuxtà punctualitèr
not. per *Cenc. de Cenſib. quæſt.* 111. *ſub n.*8.
verſ. Quod ſi, *Rot. deciſ.*624.*num.*5.*ſub princ.*
*part.*4. *tom.*1. *Rec.*, repetita poſt eumdem
*Cenc. deciſ.*389. *num.*7., & generalitèr in
terminis cuiuſcumque citationis facien. con-
trà quodlibet corpus Collegiatiuum com-
probant *Vbert. de Citat. cap.*7. *num.* 133.,
*Card. de Luca de Iudic. diſc.*9. *num.*41., &
reliquis omiſſis *Rot. in Bareu. Cenſus* 14. *Iu-
nij* 1717. *§. Et quidèm*, *cor. R.P.D. Cerro.*

Addito, quod cùm aliundè conſtaret,
Capitulum præfati Conuentus eſformari à
pluribus alijs Religioſis, non poterat in præ-
ſenti theſi, maximè ex cauſa prædictæ ſuſpi-
cionis, ſeù colluſionis, credi aſſertioni factæ,
18 quod cæteri forent abſentes; huiuſmodi
quippè ſuppoſitionibus, vel expreſſionibus
non erat fides adhibenda in actibus Eccle-
ſię, ſeù Monaſterio præiudicialibus, iuxtà
in ſpecie firmata per *Turricell. de reb. Eccleſ.
non alien. cap.*5. *num.*10., *Rot. coram Merlin.
dicta deciſ.*887. *num.*4., *&* 5., *& cor. Dunoz.
Iun. dicta deciſ.*731. *n.*12., *&* 13. cum cæ-
teris relatis in præcitata *Auenionen. Cenſus*
8. *Maij* 1711. *§. Hæc, quæ, coram Card.
Priolo.*

Deniquè nullatenùs pro validanda hac
extinctione congruè adaptari viſa eſt illa re-
gula generalis, quod cùm pecuniæ traditæ
fuerint ad Cenſum à prænominato Madon,
19 in eius idcircò paritèr manibus ſieri value-
rit extinctio, cùm (vt diximus) regularitèr
benè diſtrahatur, cum quo contractum eſt,
ad not. per *Surd. deciſ.*229. *ex num.*8. *ad* 12.,
*Rot. coram Caualer. deciſ.*345. *num.* 2., *&
coram Vbald. deciſ.*233. *num.*1., *& in Rec.
deciſ.*202. *num.*8. *part.*12., *& poſt obſeru.
foren. Mellij deciſ.*137. *num.*7., *& in Roma-
na Pecuniaria* 10. *Ianuarij* 1708. *§. Inutilitèr*,
coram Me, & habetur *in cit. diſc.*25. *de Com-
merc. num.*41., *& ſeq.*

Etenim, quotiès tractatur de pecunijs ad
Eccleſiam quomodolibet ſpectantibus, poteſt
quidèm ſubſtineri actus, vbi illa velit, reci-
piendo fortaſsè vtilitatem ab eodem actu,
etiamſi factus ſit ab aliquo ſinè mandato, vel
20 cum præſumpto; ſecùs autem, quando ius
per contractum aquiſitum Eccleſiæ auellitur
per diſtractum, vt diſtinguendo habetur
apud *Cenc. de Cenſib. quæſt.*109. *num.*46., *&
ſeq. §. Nec refert*, *Card. de Luca eod. tract.
diſc.*24. *num.*3., *Surd. dicta deciſ.*229. *n.*28.,
*Rot. poſt d. tract. Cenc. de Cenſib. deciſ.*528.
*num.*3., *& coram Seraphino deciſ.*831. *n.*2.,
*& in Rec. dicta deciſ.*27. *num.*9. *part.*13., cum
alijs in ſæpedicta *Auenionen. Cenſus coram
Eminentiſſimo Priolo ſub §. Non obſtante.*

Fuit etiam in hoc propoſito retrouendi-
tionis Cenſus, ſiuè illius extinctionis, quan-
do ſcilicèt ea dici poſſit valida, necnè, diſce-
ptatum, vbi illa fuerit celebrata quòad Cen-
ſum fideicommiſſarium cum hærede graua-
to, itàut afficiat ſucceſſores ex propria per-
ſona vocatos ad fideicommiſſum, ſignantèr,
ſi eadem extinctio exarata noſcatur per viam
confeſſionis de recepto; cùmque huiuſmodi
21 articulus pendere ſoleat à perſcrutando,
vtrùm eadem extinctio facta fuerit volunta-
riè, vel neceſſariè, & an vllæ prò, vel con-
trà adſint coniecturæ incluſiuæ, vel excluſi-
uæ ſimulationis, latè proindè materia hæc
examinata noſcitur *in deciſ.*214. *part.*18. *Rec.
tom.*1., & priùs *deciſ.*393. *part.*15., *& coram
Vbago deciſ.*1., 4., *&* 11., repetit. *in dicta
part.*15. *deciſ.*394., 395., *&* 396.

Cæterùm non dubitatur, quod vbi neceſ-
22 ſariò deuenitur ad extinctionem ex parte
hæredis grauati (pròut intelligi debet hæc
diſtinctio inter contractum voluntarium, &
neceſſarium) regula eſt, quod extinctio va-
leat, & rectè celebrari poſſit cum hærede
grauato etiam in præiudicium quorumcum-
que ſucceſſorum, non obſtante qualibet pro-
hibitione alienandi, vt per *Text. in L. Antè
reſtitutam* 104., *ff. de ſolut.* tradunt *Cenc. de
Cenſib. quæſt.*109. *num.*57., *& ſeqq.*, *Roderic.
de ann. reddit. lib.*2. *quæſt.*15. *num.*87., *Card.
de Luca de Cenſib. diſc.*23. *num.*1., *Rot. poſt
præcitatum Cenc. de Cenſib. deciſ.*351. *num.*4.,
*& deciſ.*363. *num.*1., *& in Rec. deciſ.*557.
*num.*3., *& ſeqq. part.*4. *tom.*3., *& coram
Dunozett. Iun. deciſ.*858. *num.*4., *& coram
Celſ. deciſ.*116. *num.*15. *cum ſeq.*

Valida paritèr eſt extinctio facta per De-
bitorem, etiamſi Creditor pactum iniuiſſet
de pecunia retracta inueſtienda, vel aliud
onus acceptaſſet inueſtiendi occaſione præ-
cepti ſibi iniuncti in fideicommiſſo, quamuis
de eodem fideicommiſſi præcepto ſcientiam
23 haberet idem Debitor, dummodò tale præ-
ceptum, tale onus non ſit appoſitum in ipſa
conſtitutione, ſeù creatione Cenſus, cuius
formam debet obſeruare, ac eſſe de ea ſolli-
citus, non verò de pactionibus, conuentio-
nibus, conditionibus, & oneribus ab extrà,
pròut plenè firmant relatis concordanti-
bus *Epiſc. Rocca Select. Diſput. Iur. cap.*127.
*num.*6., *& ſeqq.*, *& per tot.*, *Rot. in Aue-
nionen. Saluiani* 15. *Maij* 1713. *§. Iniuſtitiam
verò cum ſeq.*, *& in Romana Cenſus* 19. *No-
uembris* 1717. *§. Non obſtante cum duobus
ſeqq. coram R.P.D. meo Falconerio* (nunc inter
ſuas *tom.*1. *tit. de Cenſib. deciſ.*3. *n.*5., *&* 6.,
*& dec.*12. *n.*2., *&* 3.) *& in Romana Tenutæ
Campi Merli ſuper Aſſociatione* 7. *Decem-
bris* 1722. *§. Prout reuerà*, *coram R.P.D. meo
Aldrouando.*

Circà extinctionem verò factam in mani-
24 bus hæredis putatiui, vel Tutoris, ſeù Præ-
lati paritèr putatiui, videri poterunt non
incomptè enucleata per *Modernum Foroli-
uien.*

nien. Marcum Antonium Paulucciū dissert. 57. per totam.

NVLLIVS, SEV TERRÆ PONTIANI SVCCESSIONIS SVPER ATTENTATIS.

Lunæ 16. Nouembris 1699.

ARGVMENTVM.

Institutio hæredis cum facultate disponendi non potest coerceri intrà limites nudi vsusfructus, eo quia Testator in substitutione eundem hæredem denominauerit vsufructuarium vita durante. Remedium purgationis attentatorum complicari potest cum interdicto retinendæ possessionis. Attentata propter iustam credulitatem excusantur. Eligens vnum ex contrarijs remedijs, an sibi præiudicet, quominùs posteà valeat ad alterum conuolare.

SVMMARIVM.

1 *Gesta lite pendente subiacent vitio attentatorum.*

2 *In dubio pronunciandum est pro exclusione attentatorum.*

3 *Vsusfructus per mortem vsufructuarij expirat.*

4 *Vsusfructus cùm fuerit extinctus, ipso iure consolidatur cum proprietate.*

5 *Hæres grauatus cum facultate disponendi non censetur simplex vsufructuarius, eo quia Testator in substitutione illum talem nuncupauerit.*

6 *Hæres grauatus interim reputatur verus Dominus.*

7 *Hæres grauatus, pendente restitutione fideicommissi, fruitur solo commodo fructuum.*

8 *Facultas disponendi compatibilis non est cum solo legato vsusfructus.*

9 *Hæres grauatus cum facultate disponendi, non obstante mentione vsusfructus, censetur institutus etiam in proprietate cum grauamine fideicommissi.*

10 *Propria credulitas contrà ea, quæ fuerunt in Iudicio stabilita, non excusat ab attentatis.*

11 *Decisiones Rotæ sunt supponendæ, vsquèdum impetretur facultas eas reuidendi.*

12 *Bona, lite pendente, nemini licet propria auctoritate occupare, citrà vitium attentatorum.*

13 *Actor, excepto Iudicio executiuo, vna via electa, non potest variare.*
Nisi plura remedia tendant ad eundem finem, num. 14.

14 *Remedium purgationis attentatorum non est incompatibile cum mandato de manutenendo præcedenter obtento, cùm vtrumque remedium ad eundem finem dirigatur.*

15 *Manutentio aduersùs molestantem lite pendente vtiliùs petitur, quàm purgatio attentatorum, & assertur ratio.*

16 *Obtinens manutentionem aduersùs turbantem in possessione lite pendente, non impeditur, quin per viam purgationis attentatorum deindè consequatur expensas, ac fructus attentatè perceptos.*

17 *Petens purgationem Spolij tenetur iustificare suam possessionem præcedentem.*

18 *Attentata, quia offendunt etiam maiestatem Iudicis, possunt ab eo reuocari ex officio.*

19 *Refectio expensarum factarum in summarijssimo possessorio reseruatur in fine Iudicij petitorij; Si tamen expensæ petantur per viam purgationis attentatorum, sunt incontinenti reficiendæ.*

20 *Lis extinguitur per transactionem.*

21 *Ab attentatis excusat quælibet iusta causa.*

22 *Inhibitio cadens super ipsa possessione, impedit etiam illius continuationem.*

23 *Inhibitio siuè iusta, siuè iniusta, timenda est.*

24 *Hæres grauatus, pendente conditione fideicommissi, reputatur (licèt reuocabilitèr) verus Dominus Bonorum fideicommissariorum.*
Amplia, vt facultas alienandi per Testatorem concessa hæredi grauato non tribuat illi nouum dominium, sed dumtaxàt de Domino reuocabili faciat irreuocabilem, num. 27.

25 *Hæres grauatus licèt pendente conditione fideicommissi reputetur Dominus Bonorum fideicommissariorum, non tamen illa hypothecare valet pro suis debitis.*
Neque super illis imponere potest Census consignatiuos vltrà eius vitam duraturos, num. 26.

28 *Variatio de vno Iudicio ad alterum permissa est, quandò ambo tendunt ad consequendum eumdem finem.*

29 *Electio vnius ex contrarijs remedijs an impediat, nè quis possit subindè ad alterum conuolare, &* num. 30. *iuncto* num. 40., & duob. seqq.

31 *Immissio in vim Saluiani est incompatibilis cum Immissione vigore* Leg. fin. C. de Edict. D. Hadr. tollen.
Amplia, vt num. 33.
Sed contrarium tenuit Rota, *vt* num. 35.
Et de ratione, num. 36., & seqq.

32 *Sententia lata in vno ex contrarijs, seù incompatibilibus Iudicijs, parit exceptionem rei iudicatæ in alio.*

34 *Protestatio contraria facto non attenditur.*

37 *Variatio de vno Iudicio ad aliud etiam incompatibile permittitur, dummodò tamen reficiantur expensæ primi Iudicij.*

38 *Manutentio an possit cumulari cum petitione immissionis, vel reintegrationis, &* num. 39.

DE-

DECISIO CVIII.

REassumentes Domini methodum retentam in resolutione habita 4. Maij proximè delapsi (*inter impressas coram eodem Ansald. decis.*87. *tom.*1.) tàm circa distinctionem personarum, quàm respectu Attentatorum, quorum purgatio postulabatur ex parte Margaritæ, agnouerunt quidem, necessariam esse partialem saltèm reformationem eiusdem præteritæ resolutionis ex nouitate circumstantiarum lucidiùs panditarum pro eorum tuitione à filijs Petri Pauli quòad illam magis rigidam attentatorum speciem, quæ nuncupantur facti; Sed in reliquis æquo animo perstiterunt in decisis.

Cùm enim ex fundamentis vberiùs animaduersis, & stabilitis in Decisione præcedenti, inexcusabilia viderentur illa Iuris attentata, quæ patrauerat ex propria particu-
1 lari persona, siuè interesse Dominicus, ob claram pendentiam litis in Sacro Tribunali nostro pendentis vsquè de tempore *bon.mem. Ninot*, iuxtà latiùs examinata in supradicta Decisione antecedenti ex §. *Ad speciem itaquè, cum pluribus seqq.* Parùm iuuit Dominicum singularitèr, siuè seorsim hodiè informantem, duplex excusatio, vna videlicet in facto, & altera in Iure, & quarum præsidio fretus conclamabat, etiam vbi vtraque excusatio conuinceretur ambigua, nihilomi-
2 nùs in hac ipsa ambiguitate respondi debere pro ipsorum attentatorum excusatione, ad terminos illius epycheiæ, cum qua passim in dubio processit *Rota*, vt in *Ferrarien. Restrictionis Ghetti super Attentatis* 30. *Aprilis* 1694. §. *Quandoquidèm*, *& in Senogallien. Donationis super Attentatis* 15. *Aprilis* 1695. §.1. *in fin. coram R.P.D. meo Muto, & in Romana, seù Reatina Fideicommissi super Attentatis* 28. *Aprilis* 1698. §. *fin. coram R.P.D. meo de la Tremoille*.

Siquidèm in facto nullam firmitatem visa est habere suppositio, quòd cum Carolus præ-defunctus, qui sibi vniuersalem scripserat hæredem Margaritam, bona possideret, partim ab Angelo Patre, ac partim à Roberto Auo prouenientia; hinc proindè, quidquid dicendum foret de bonis eiusdem Roberti, profectò circà bona Angeli fecesserit quodlibet Attentatum, ac nullibi applicaretur asserta per Margaritam litis pendentia, ex eo signantèr, quòd idem Angelus instituisset Carolum (de cuius filiatione quæstio erat *in decis.*13. *coram Ninot*) solummodò in vsufructu. Vndè esto milliès, quòd præcitata pendentia litis neutiquàm abstractiuè censeri posset extincta, quemadmodùm per anteà contendebat Dominicus: Attamen, quia huiusmodi lis egredi non poterat cancellos ipsius relicti, siuè institutionis sonantis in merum vsumfructum; per mortem idcircò
3 Caroli vsufructuarij illo expirato, valuerit Dominicus ex vi suæ institutionis, siuè substitutionis factæ in proprietate, licitè attrahere eundem vsumfructum, eundemque citrà necessitatem vllius restitutionis in se per adeptionem possessionis actualis consolidare, se-
4 cundùm ea, quæ in terminis vno ore tradiderunt allati per *Peregrin. cons.*142. *num.*4. *lib.*5., *Adden. ad Pamphil. decis.*569. *n.*10., *seq.*, *Rot. decis.*538. *num.*7. *apud Posth. de Manut.*, *& coram Card. Cerr. decis.*70. *n.*1., *&* 2. *cum seqq.*, *& decis.*94. *num.*3. *cum duobus seqq.*, *& in Aquinaten. Primogenituræ* 10. *Decembris* 1696. §. *Mouebantur*, *coram R.P.D. meo Pio*.

Claudicare etenim illicò enituit huiusmodi præsuppositum ex lectura Testamenti conditi per Angelum; In eo namquè Testator solùm nuncupauit Carolum hæredem, eique, quod magis est, non obstante onere superiniuncto substitutionis in casu obitus, concessit facultatem liberè disponendi de quibuscunq; mobilibus, & semouentibus, ac etiam de certa quantitate stabilium; Quamobrèm, etsi postmodùm, restrictiuè in ordine ad alia bona stabilia, quæ vinculo restitutionis subiugabat secundario loco fauore Dominici, eiusque fratrum, compellauerit ipsum Carolum, tanquàm eius vita durante vsufructuarium, adhùc manibus palpabatur, hanc loquendi
5 formulam fuisse dumtaxàt vsurpatam ad finem magis solidandæ substitutionis in reliquis stabilibus, non autem quia intendisset efficere proprietarios, atque hæredes vsquè ab initio Dominicum, & fratres secundo lo-
6 co expressè appellatos substitutos: licèt enim hæres grauatus fideicommisso, certitudinariè restituendo, propriùs, ac ad omnes iuridicos effectus dici potiùs mereatur Dominus, quàm vsufructuarius, vt per *Text. in Leg. Generalitèr* 29. §. *Sub conditione, ff. qui, & à quibus manumiss.*, *& Leg. Non ideò* 66. *ff. de rei vindic.*, & omissis generalibus præcisè notat *Card. de Luca de Credit. in supplemen. part.*2. *disc.*157. *num.*5.

In veritate tamen, data certitudine grauaminis, hæres grauatus sentit tantummodò commodum fructuum, siuè vsusfructus, absq;
7 eo quod ad præcitatos iuris effectus deperdat nomen, & essentiam veri hæredis grauati; Sicque prædicta verba Testamenti emissa per Angelum ad alium finem, ac veluti ex opposito fulcita, & conflictata suprà iteratam nuncupationem in Carolo hæredis, ac instituti
8 tàm ampla facultate disponendi nusquam competente simplici vsufructuario, §.1. *Inst. de vsufruct.* nullo modo in rei, ac Iuris
9 quidditate valebant trahi ad efficiendos substitutos hæredes, vt præmisimus, vsquè ab initio, & ipsum Carolum effectiuè institutum merum legatarium vsusfructus, ex his, quæ punctualitèr obseruarunt *Soccin. Sen.*

*confil.*210. *poft med. verf. primò*, *quia data eft poteftas alienandi lib.*2., *Curt. Iun. conf.*14. *antè num.*1, *verf. Sic etiam confuluit, Menoch. conf.*10.*num.*8., *&* 9., *Mantic. de Coniectur. lib.*9. *tit.*5. *num.*14., *Gratian. difceptat.*216. *num.*7. *cum duobus feqq.* optimè *Bellon. de iur. accrefcen. cap.*7, *quaft.*16. *ex num.* 382. *cum feqq.*, & in fortioribus de facultate alienandi reftricta ad fola mobilia *Andreol. contr.*22. *num.*9.

Fortiùs verò, quia neque fubfiftebat affumptum, quod bona, quorum Dominicus aufus fuerat apprahendere poffeffionem, promanarent ab Angeli hæreditate; Contrarium namquè dictum, & admiffum apparebat in *decif.*5. *fub num.*6, *verf. Præterea, coram Ninot*, ideòque, cùm tunc dubio procul vrgerent infinuata *in præcedenti Decifione ex §. Siquidèm cum feqq* nullatenùs valebat proprio marte
10 Dominicus oppofitum fibi eblandiri, atque ad fui fauorem canonizare; Non folùm quia de ftylo Rotæ quidquid in præcedentibus Decifionibus affirmatum dignofcitur, debet pro certo, & indubitato fupponi, nifi impetrata
11 in altero Iudicio facultate reuidendi Decifiones antiquas, iterùm indulgente Tribunali, reuocentur ad trutinam, vti millies præmonuit *eadem Rota*, & fignantèr *in Vicen. Hebdomadariæ* 4. *Iulij* 1698. *§. Verùm*, *coram R.P.D. meo Muto*, *& in Romana Beneficij* 20. *Martij proximè præteriti §. Nec fubfiftit*, *cor. R.P.D. meo dell'Olmo*.

Verùm etiam, quia ftatim ac, fiuè eo ipfo, quòd de veteri pendentia litis, ac refpectiuè intelligentia fuper hifcè fucceffionibus, ac bonis *coram prædicto bon. mem. Ninot* dubitari non poterat, vt patet ex *decif.*13., 30., *&* 40. *inter eius impreff.* profectò femper temerè, & attentatè fe gefferat Dominicus in occupando illa eadem bona, quæ per quandam
12 fpeciem appofitionis manus (vt dicitur in Beneficialibus) erant affecta Rotali Iudicio, ibidemque ftabant indecifa, vetante lege, nè quifpiam de facto fibi ius dicat, quinimmò præcipiente, vt adeatur ille Iudex, fub quo manent bona pendula, & indecifa, vt habetur *in Leg.*1., *& tot. tit. Cod. Nè quis in fua Cauf.*, & aliàs dixit *Rota cor. Buratto decif.*386. *num.*5., *& coram Royas decif.*493. *num.*1., & alibi paffim.

Minùfque in Iure releuare poterat altera excufatio, deprompta ex quo iam Margarita reportaffet contrà ipfum Dominicum manutentionem fuper hifcemet bonis coram bon. mem. Vrfino cum fucceffiua canonizatione mandati de manutenendo facta per Signaturam Iuftitiæ cum claufula *S.P.*, quafi quod in fequelam eiufdem mandati de manutenendo teneretur potiùs Margarita confummare ipfum iudicatum manutentionis, non autem per hanc viam attentatorum Iuris ex eodem capite deturbare Dominicum, cùm, præcifiuè à Iudicijs executiuis, non liceat in alijs variare prælectum à principio
13 remedium, tùm repugnante ipfa æquitate, tùm etiam vi legaminis, quod per quafi contractum in quibuslibet iudicijs interponitur, iuxtà perpenfa per *Mar. Antonin. var. refol. lib.*2. *refol.*17. *num.*8., *Ofafcb. dec.*163, *n.*17., *Rot. in Toletana Decimarum de Capilla quòad Dignitatem Archiepifcopalem* 23. *Martij proximè præteriti §. fin. cor. Me* (*decif.*79. *n.*22. *tom.*1.)

Quoniàm præfens Margaritæ petitio fuper declaratione Attentatorum, quæ ex præmiffis erant clariffima, minime repugnabat
14 mandato de manutenendo, antecedentèr per ipfam obtento, fed veluti ad eundem finem intendens, refectionis fcilicet expenfarum, & confecutionis fructuum, pluiquàm compatibiliter poterat iterari; mandatum quippè de manutenendo vtiliùs ab initio operabatur, quod interim Iudex definiret, illam nufquam fefe habuiffe pro fpoliata, & idcircò recuperaret incontinenti poffeffio-
15 nem de facto fibi præreptam, ex his, quæ poft *Cancer. var. refolut. par.*3. *cap.*14. *n.*72., *& feqq.* notauit *Pofth. de Manut. obferu.*10. *num.*83., *& feq.*, fed hoc non oberat, quin, firmata retentione nufquam amiffæ poffeffionis, adaperta quoquè remaneret alia le-
16 gitima via recuperationis expenfarum, & fructuum attentatè perceptorum ab Aduerfario, quemadmodùm exprefsè tradit *Rot. coram Scraphin. decif.*1179. *num.*6., & profequuntur *Fontanell. de Pact. Nupt. clauf.*7. *glof.*3. *part.*10. *n.*10., *Pofth. de Manut. dicta obfer.*10. *num.*83., *& feq.*, *Card. de Luc. de Iudic. difc.*18, *num.*9. *in fin. verfic. Poftquam verò*.

Et fanè, quotiès Margarita primordialitèr inftetiffet pro purgatione Attentatorum, iam adhùc pro reuocatione obtinenda debuiffet declarari facere fuam præcedentem
17 poffeffionem, à qua fuiffet lite pendente depulfa: vndè tantum abeft, quod electio remedij manutentionis, per quod fubfequitur huiufmodi declaratio, præiudicet alteri remedio purgationis attentatorum, quin potiùs inferuiat pro bafe magis proficua eiufdem purgationis, fiuè refufionis expenfarum, ac fructuum; non tantùm ex quo conqueftio fuper Attentatis fauorabiliùs implicat etiam
18 Maieftatem Iudicis, qui poffet quoquè ex officio de per fe illa reuocare, vt ait *Rot. cor. Bich. decif.*524. *n.*8., *& in Legionen. Attentatorum* 14. *Nouembris* 1698. *§. fin. coram Reuerendiffimo D. meo Decano*, fed etiam, quia expenfæ prouenientes ab Iudicio poffefforij fummariffimi, referuntur ad finem principalioris Iudicij petitorij, quando huiufmodi expenfæ circà Attentata fub eorum
19 feparata purgatione ftatim includuntur, fecundùm ea, quæ habentur apud *Ridolph.*

in

in prax. par.1. cap.13.n.613., & feq., Card. de Luc. de Iudic. dicto difc.18. n.6. cum feqq.

Atque ex his transcundo ad alterum ordinem perfonarum, videlicèt Petrum Paulum, eiufque filios, cùm in hodierna colluctatione ijdem filij rectiùs edocuerint de importantia tranfactionis aliàs enunciatæ *in præcedenti Decifione §.Neque maioris*, compertum proindè eft, reformandam effe refolutionem, tàm quòad ipfum Petrum Paulum, quàm refpectu eorundem filiorum vfquè ad diem formalis inhibitionis memoratis filijs præfentatæ de menfe Iunij 1699.; Cùm enim quæftio reduceretur ad prætenfam refolutionem eiufdem tranfactionis ex capite non implementi, non effulfit tàm limpida, vt opus erat, huiufmodi refolutio, cùm deeffent verba litteraliter præfeferentia vim pacti, fiuè Claufulæ exprefsè refolutiuæ, itàut faltèm defupèr requireretur Iudicis declaratio: Quamobrèm, cùm mediante eadem tranfactione, ficque per factum voluntarium Margaritæ, Petrus Paulus, eiufque filij fuerint adepti poffeffionem bonorum ab ipfa Margarita dimifforum, vtiquè donèc & quoufquè de infubfiftentia eiufdem tranfactionis ex prædicto motiuo non implementi, vel alio lucidiùs eniteret, non poterat nequè de Iu-
20 re, nequè de facto maculari vitio Attentatorum eadem poffeffio; quælibet namquè litis pendentia per fubfecutam tranfactionem expirat, & quælibet iufta caufa, in his terminis fuperabundans, benè excufat ab eorundem Attentatorum purgatione, vt in propofito primæ conclufionis *Text.* eft *in Leg.Fratris tui, & in L.Caufas, C.de tranfact.* cum concord. per *Rot. cor. Caualer. dec.550. num.2., & 3., & decif.86. num.1. cum plu-*
21 *ribus feq. par.6. Rec.*, & in fpecie fecundæ rectè firmat *Card. de Luca de Iudic. difc.18. num.16. verf.Verùm, & Rot. in Leodien. Iurifdictionis fuper Attentatis 4.Februarij currentis anni §. Minùs fubfiftere, coram R.P.D. meo Priolo.*

Diximus, vfquè ad diem formalis Inhibitionis: In hac fiquidem parte coacti fuerunt Domini perfiftere in decifis; cùm enim prædicti filij remanferint fpecialiter inhibiti à fuperiùs memorato bon.mem. Vrfino, profectò eadem Inhibitio pronam efflagitabat
22 venerationem apud ipfos filios inhibitos, qui loco perfeuerandi in prohibita detentatione, quantumuis de cætero forfan fuffulti fundamento continuandi, nihilominus omninò reuerenter obftringebantur adire Sacram Rotam, vel ipfum inhibentem pro eiufdem inhibitionis moderatione; ad hunc enim ef-
23 fectum, nè iudicialis authoritas eludatur, communitèr dici, & practicari folet, quod inhibitio, fiuè iufta, fiuè iniufta, fit timenda, vt per *Rot. dec.257. num.3. par.17. dec.125. num.6. part.19. in Lucen. Attentatorum 28. Februarij 1698., & in Legionen. Attentatorum 14. Nouembris eiufdem anni, vtrobiquè §. Et ratio eft, coram Reuerendiffimo Domino meo Decano.*

Et ità Partibus triangularitèr informantibus &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

Decifio hæc eft illa, de qua meminimus in *Addit. ad decif.87. tom.1. in princ.*, & quia eft confirmatoria alterius, & tractat de eadem materia Attentatorum, fuper qua cafus præbuit, quod plures in hoc *fecundo Tomo* coinciderent *Decifiones* (vt feruarem ordinem temporis, in quo editæ fuerunt) & illic connotaui propofitiones defuper cadentes, idcircò exiftimaui fuperfluum, aliud adiungere in præfenti circà eamdem materiam, folùmque fubnectam, quod demandata fucceffiuè expeditione, mediante *breui Decifione*, quæ fuo loco, & tempore regiftrabitur, Caufa abindè filuit, & Pars fuccumbens acquieuit in hoc puncto Attentatorum.

Tangitur in hac *Decifione* quæftio, an hæres fideicommiffo grauatus, cenfendus potiùs veniat vfufructuarius, vel fit perfectè Dominus; Et certè, licèt quòad effectum, & quando fignantèr eft prohibita Trebellianica, parùm huiufmodi hæres grauatus differat ab vfufructuario, cùm, dempta ab homine, vel ab Iure poteftate alienandi Bona fubiecta oneri reftitutionis, aliud ipfe non retrahat, feù percipiat, quàm meram fruitionem fructuum ipfius vita durante:
24 Nihilominùs verior, & maiori calculo recepta eft fententia, quod reuerà hæres, etfi grauatus poft mortem, exiftat, & cenfeatur verus Dominus, quamuis non abfolutè, fed reuocabilitèr, eueniente fcilicèt cafu reftitutionis, vt tradunt per *Text. in Leg. Generaliter, verf. Sub conditione, ff. qui, & à quibus manum., Bald. in Leg. Voluntas, C. de fideicom. num.10., Card. de Luca de Fideicom. difc.59. num.6., Molin. de Primogen. lib.1. cap.19. num.4. cum feqq., & Rot. in Recent. decif.54. num.18. part.16., & in Romana Primogenituræ de Bubalo fuper reliquis Bonis ad Cloacam 8. Maij 1705. §. Hifcè tamen, coram Me*; Et ob id, infpecta huiufmodi reuocabilitate, fuper ijfdem Bonis Fideicommiffarijs nequàquam valet imprimi hypotheca pro debitis, & contractibus grauati, nequè
25 conftitui ille Cenfus, qui dicitur confignatiuus, ficuti refpectu hypothecæ habetur per *Negufant. de Pignorib. membr.4. fecund.part. princip. num.151., Tiraquel. de retract. conuent. §.1. glof.7. num.10., Rot. coram Seraphin. decif.757. num.2., & coram Buratt. decif. 223. num.7., & in Recent. part.9. de-*

decis.153. num.1., & per tot., & part.15.
26 *decis.18. num.1., & seqq.*, & in ordine ad Censum, per *Text. in Leg.fin., C.de reb.alien. non alienan.* notant *Bart. in Leg. In quorum, ff. de pignor. num.1., Socin.cons.75. num.2., & 3. lib.1., Mantic. de Tacit. lib.11. tit.4. num.17., Rot. coram Seraphin. dicta dec.757. num.3., & decis.620. num. final.part.2.Rec., & decis.178. num.6. part.4. tom.1., & decis.953. num.1. cor.Emerix Iun.*

Si verò per Testatorem attributa fuerit facultas eidem hæredi grauato alienandi, seù disponendi, tunc secuta alienatione, seù dispositione, neutiquàm existimatur concess-
27 sum, vel efformatum in hærede nouum dominium, sed continuari radicalitèr dicitur primum ex suì natura infixum hæredi grauato, remoto solùm obstaculo, quod aliàs sinè tali facultate, & subsecuta alienatione aderat reuocabilitatis, vt perbellè distinguit *Card. de Luca de Fideicom. disc.57. num.17., & dicto disc.59. num.7.*, quod est notatu dignum in proposito Bullæ Baronum, per ea, quæ subdit, ratiocinatiuè tamen, *idem Card. de Luca de Feud. disc.89. num.19.*

Habetur etiam sermo superiùs *num.13., & seqq.* de facultate promouendi instantiam pro purgatione Attentatorum, quantumuis
28 præcedentèr fuisset institum pro obtinendo mandato de manutenēdo, quasi quod nequeat fieri hæc variatio: Verùm quando Iudicia tendunt ad eumdem, & maximè pinguiorem finem, non censetur inesse vlla incompatibilitas, & licita prorsùs redditur variatio de vno ad alterum Iudicium, vti limitarunt *Dec. cons.517. num.7., Card. Albit. de inconstant. in Iudic. quæst.13. num.95., Rot. in Tyburtina Castrorum super Fructibus 25. Iunij 1703. §. Minùs obstat, coram bon. mem. Muto, & in Illerden. Hæreditatis de Gomar 4. Februarij 1705. §. Quod si in concretione, coram Me, & in Eugubina Bonorum 15. Iunij 1705. §. Proùt, cor.bon.mem. Molines.*

Atque super hoc pulchra fuit controuersia in *Sac. Auditorio cor. R.P.D.* nunc *S.R.E. Card. Scotto*, in quadam *Perusina Fideicommissi* inter Camillum de Valentinis, ac Dionysium, & Fratres de Crispoltis; Cùm enim pratèr merita concernentia fideicommissum ex vna, & prætensam eximitionem ex altera, ob dationem in solutum cuiusdam Prædij ex causa restituendi quamdam dotem, opponeretur etiàm Camillo Actori, quod dùm ille priori loco intentauerat immissionem vigore *Leg. final. C. de edict. D. Hadr. toll.*, & è conuerso *Rota* censuerat, tale remedium non competere, sed potiùs alteram Immissionem, quæ conceditur in vim *vtilis Saluiani Interdicti*, sub ea ratione, quod huiusmodi Prædium remansisset exemptum à præfato fideicommisso in vim memoratę dationis in solutum, & idcircò potiùs intraret præcitata altera Immissio in Saluiano ex alio capite, nimirùm Crediti, quod Camillus adhùc sortiebatur, vti Creditor ex causa reintegrationis eiusdem fideicommissi ob alias alienationes perperàm factas per Authores Possessorum Prædij, & postremò compertum fuerit, Sententiam desupèr prolatam extitisse nullam, Camillus acceptauit huiusmodi Sententiam nullitati innixam, sed contextualitèr declarauit velle prosequi super Iustitia vtramque Causam, scilicèt tàm illam super Immissione in Saluiano, quàm alteram in vim prædictæ *Leg. final.*

Dubitatum igitur fuit in ea Causa per plures vices, & signantèr *sub die 18. Iunij 1714.*, vtrùm Camillus, qui destiterat à prosecutione Iudicij in Saluiano, posset conuolare ad alterum *Leg. final.*; Videbatur enim repugnans, quod Camillus, qui agendo in vim *vtilis Saluiani* supposuerat, Prædium esse liberum, valeret posteà illud prætendere fideicommissarium: Quidquid enim foret
29 de illa distinctione fieri solita, an electio vnius viæ ex contrarijs, siuè incompatibilibus sit facta coactè, vel voluntariè, nimirùm, vt in primo casu liceat variare, in altero non, vt habetur ad mentem *Text. in Leg. In seruitutem 16. §. Si petierit, ff. de Bon. libert.* apud *Roxas de incompatib. Regnor. part.6. cap.1. sub num.14. limit.4.* cum alijs pluribus allegatis, & collaudatis in prædicta *Decisione diei 18. Iunij 1714. §. Cessante, coram Domino Card. Scotto*: Et maximè, quotiès ipse
30 voluntariè eligens fuerit deuictus in prima petitione, per ea, quæ in terminis prioris petitionis factæ de Bonis tanquàm liberis, & posteà expostulatis tanquàm fideicommissarijs prosequitur idem *Roxas vbi proximè dicto cap.1. num.15.*

Vtiquè in præsenti casu videbatur, quod
31 Iudicium *in Saluiano* exercitum implicaret manifestam incompatibilitatem cum illo *Leg. final.*, itàut acceptatio facta de eodem *Iudicio Saluiani*, seù nullitatis Sententiæ super eo pronunciatæ, pareret exceptionem *rei Iudicatæ* quòad Iudicium vigore eiusdem *Leg. final.* successiuè intentatum; Nimis enim repugnabat, quod quis peteret, & prætenderet, aliqua Bona sibi competere tanquàm libera, & posteà satageret illa vindicare tanquàm fideicommissaria, vt perbellè subnectit idem *Roxas dicta part.6. cap.1. num.15., & num.22., Sanfelic. decis.72. n.15., Rot. decis.251. num.3. part.1.*
32 *diuers.*, & generalitèr, quod Sententiæ prolatæ in vno Iudicio contrario pariant exceptionem rei iudicatæ in alio, *Bart. in Leg. edita num.14., & 20.* ibique *Alciat. n.98., Cagnol. num.273., Alex. num.16., C. de eden., Roman. cons.245.num.3.*, idem *Roxas in cit. part.6. cap.1. num.14., Sanfelic. dicta decis.72. num.31.*

Quin

Quin aduersaretur, quod in acceptatione
prædictæ Sententiæ latæ *in Saluiano* emissa
fuisset per Camillum protestatio, seù præser-
uatio Iuris prosequendi, seù non deserendi
Instantiam, & Iudicium Immissionis vigore
33 *Leg. final.*; Quia prædicta protestatio, seù
præseruatio arguebat, aut præseferebat qui-
dèm animum in Camillo nolendi renuncia-
re Iudicio Immissionis ex capite fideicom-
missi promoto, sed præiudicium, quod eui-
tare intendebat per huiusmodi præseruati-
uam, non pendebat ab animo eiusdem Ca-
milli Actoris, sed ab intrinseca incompati-
bilitate vnius instantiæ cum altera, vna
siquidèm alteri diametraliter opposita alte-
ram suffocabat, & respuebat, vndè passim
34 dicimus, quod protestatio, vbi dignoscatur
esse contraria facto, numquàm attenditur,
ad *Textum in Leg. Pacta nouissima, C. de pact.
Rot. coram Burat. decis.*848. *sub num.*10.,
*coram Cerro decis.*97. *num.*4., *cor. Peutinger.
decis.*269. *num.*8., *& in Pisauren.*, *seù Bo-
nonien. Pecuniaria* 8. *Aprilis* 1707. *§. Etenim
Domini*, *coram D. Card. Scotto*, & in specie
non absimili *Surd. decis.*317. *num.*27.

Cæterùm contrarium, quidquid innuerit
in oppositum *Decisio*, quæ prodijt *sub die* 25.
Aprilis 1701., *§. Istamque*, *coram R. P. D.
meo Lancetta* (modò inter suas *dec.*177. *n.*7.)
Sacrum Tribunal existimauit, licere nimi-
35 rùm Camillo regredi ad Iudicium *Leg. fin.*,
quod ab initio promouerat, non obstante in-
termedia petitione facta per eundem in vim
Saluiani, & non aduersante paritèr diffor-
mitate effectus inter vnum, alterumuè Iu-
dicium, ex quo vnum tendat ad consequen-
dam rem expostulatam tamquàm propriam,
alterum verò tamquàm alienam, & ad finem
auocandi illius detentationem à tertio Pos-
sessore, assequendiq; fructus non iure proprij
dominij, vti contingit in Iudicio *Leg. final.*,
sed ad hoc, vt veluti soluti per Debito-
rem, idcircò imputentur in creditum Acto-
ris, per ea, quæ distinguendo vnam Immis-
sionem ab altera docuerunt *Pacific. de Sal-
uian. inspect.*1. *cap.*1. *num.*24., *&* 26., *Mer-
lin. de Pignorib. lib.*3. *quæst.*14. *num.*53.,
*Peregr. de Fideicom. art.*45. *num.*49., & ob-
seruauit etiam *Rot. in prædicta Decisione sub
die* 25. *Aprilis* 1701. *coram R. P. D. Lancetta.
§. finali*.

Ratio stetit in eo, quod vbi Actori plura
36 competunt Iura, nulla equitas, nullaque
Iustitia patiatur, quod sub prætextu incom-
patibilitatis huius, vel alterius remedij in
rigore actionis, ipse Actor consequi non va-
leat, quod sibi debetur, vndè, quotiès
37 vnum sibi minùs fauorabile Iudicium absol-
uerit, nequeat (refectis tamen expensis pri-
mi Iudicij) alterum intentare, & experiri,
ex *Rot. in Placentina Aquarum coram Ari-
gonio apud Marchesan. de Commission. part.*1.
*fol.*232. *§. fin.*, *& decis.*414. *part.*4. *diuersor.
in fin.*, *& in Romana Fideicommissi Prosperi
Sen. de Caffarellis* 25. *Iunij* 1703. *§. Læsio*,
coram Me.

Indèque videmus, quod etsi petente ali-
quo Immissionem, vel etiàm reintegratio-
nem, & simultaneè manutentionem, hæc
38 remedia de stricta Iuris censura videantur
incompatibilia, ex quo efflagitans Immissio-
nem, vel reintegrationem fateri censeatur,
se non possidere, vt ait *Rot. decis.*105. *n.*8.
*part.*17. *Recent.*, *& coram Priolo decis.*235.
*num.*2., *& coram Emer. Iun. decis.*698. *n.*6.;
Adhùc magna Tribunalia, quando agnoue-
39 rint, expetentem reuerà non cecidisse à sua
possessione, contempta omni subtilitate,
permittunt omnia cumulari, & manuten-
tionem quoquè cæteròquin debitam impar-
tiuntur, vt fuit practicatum *in Vrbeuetana
Fideicommissi super Manutentione* 20. *Aprilis*
1711. *coram Me*, *& in Narnien.*, *seù Sabi-
nen. Bonorum* 13. *Februarij* 1713. paritèr *co-
ram Me*.

Iunctis præsertim memoratis geminis cir-
cumstantijs, altera nimirùm, quod origi-
nariè Camillus intentauerat Immissionem
vigore *Leg. final.*; Ast quia hæserat *Tribunal*
ex causa præfatæ dationis in solutum exem-
ptiuæ ob titulum dotis à quolibet fideicom-
misso ascendentali, vt erat istud, à conce-
denda in ijsdem terminis Immissione, hinc
vt eam magis expeditè reportaret, conuo-
lauerat ad illam *in Saluiano*; & consequen-
40 tèr subintrabat enunciata superiùs limitatio,
quod regula prohibitiua cumulationis con-
trariarum actionum non procedit, quando
Actor non spontè, sed coactè fuit obstrictus
deserere primam actionem, & recurrere ad
secundam, ex *Castrens. in Leg. final.*, vbi
etiàm alij Scribentes, *C. de Codicill.*, *Soccin.
Iun. cons.*74. *n.*33. *lib.*2., *Vrsill. ad Afflict.
decis.*53. *num.*1., vltrà cæteros superiùs alleg.
*num.*29.

Et altera, quod in ipso limine inchoatio-
nis noui Iudicij Camillus salubritèr protesta-
tus fuerat, sese nolle habere pro derelicto
ipsum Iudicium *Leg. final.*, illudque pro-
primereà pluriès præseruauerat; vndè durum
41 nimis fuisset, vt contrà eius expressam vo-
luntatem, & contrà sensum iudicare deben-
tis deorbaretur Camillus iure suo, & maxi-
mè pinguiori ex causa fideicommissi, ten-
dentis, vt præmisimus, ad perceptionem
fructuum vigore proprij Dominij, & non in
extenuationem crediti, quemadmodùm
fuisse innixam æquitati in proposito de-
clarauit *Rot. in decis.*204. *num.*3., *& seqq.
part.*16. *Recent.*, vbi *sub num.*6. signantèr
in idem allegantur *Textus in Leg. Si quis
stipulatus* 112., *ff. de verbor. obligat.*, *&
in Leg. Et an eadem Causa* 14., *ff. de except.
rei iudicat.*

Et.

Et in hoc sensu stetit, ac perdurauit *Tribunal* in repropositione huius Causæ *sub die* 28. *Nouembris eiusdem anni* 1714. *cor. eodem Card. Scotto* rescribens = *In decisis* : Idemque
42 posteà in valdè proximis terminis censuit in vna *Perusina Cambij* 21. *Iunij* 1709. *cor. Me*, vbi præ cæteris firmatur ex *Card. Albitio de Inconst. in Iudic. quæst.* 14. *per tot.*, quod etiàm si quis elegerit alterum de remedijs cæteròquin incompatibilibus, si tamen ille congruam non reportauerit satisfactionem ex remedio electo, numquàm censeatur impeditus introducere secundum, siuè alterum, cui non præsumitur ab eo tali casu renunciatum, vt etiàm relatis concord. dixit *Rot. decis.* 60. *num.* 45. *coram Duran.*, & *dec.* 161. *ferè per tot. part.* 6. *Recent.*, & *in Romana Pecuniaria* 11. *Martij* 1701. §. *Nec obstat*, *cum seqq. coram clar. mem. Card. de la Tremoille*.

FIRMANA IMMISSIONIS.

Veneris 20. *Nouembris* 1699.

ARGVMENTVM.

Saluianum competit pro damnis, atque interesse sub hypotheca promissis. Recipiens pecuniam retractam ex venditione rei fructiferæ cum obligatione præstandi Emptori euictionem, euictione secuta, tenetur pretium refundere vnà cum fructibus non solùm à die contestatæ litis, sed ab ipso etiam tempore secutæ euictionis. Et in *Addit.* plura habentur super eadem materia euictionis ad varios effectus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio, super qua fuit quis condemnatus per Sententiam acceptatam, est contrà eundem supponenda.*

2 *Fructus debentur à die contestationis litis, per quam Reus in mala fide constituitur.*

3 *Fructus loco damnorum debentur per obligatum de euictione à tempore passæ euictionis.*

4 *Stipulatio damnorum, atque interesse, contenta sub promissione euictionis, committitur, statim ac euictio sequatur.*

5 *Promissio euictionis rei emptæ continet fructus, quos Emptor fuisset percepturus.*

6 *Saluianum competit contrà tertium possessorem fundi hypothecati.*

7 *Saluianum conceditur, vt creditor possit ex fructibus sibi satisfacere de integro credito.*

8 *Creditor non tenetur restituere creditori anteriori etiam fructus perceptos ex pecunia*, & num. 13.

9 *Promissio euictionis æquiparatur promissioni indemnitatis.*

10 *Volenti, & scienti nulla fit iniuria.*

11 *Subrogatum assumit vicem eius, in cuius locum subrogatur.*

12 *In euictione rei fructiferæ, veniunt etiam fructus pro restauratione damnorum.*

13 *Interesse non debetur ex simplici credito pecuniario, non iustificatis requisitis* Pauli Castren.

14 *Damnum emergens probatur ex euictione, per quam nostrum patrimonium diminuitur.*

15 *Acceptans simpliciter sententiam fauorabilem, non potest eandem in parte contraria deindè impugnare.*

16 *Dictio* = pro nunc = *adiecta in Sententia condemnatoria, præseruat alia credita deducenda.*

17 *Iudex, qui debitorem condemnauit cum Clausula* = pro nunc, & sinè præiudicio &c. *potest deindè super reseruatis ad vlteriorem condemnationem procedere.*

18 *Taxam fructuum ante annum* 1679. *regulatam ad rationem scut.* 5. *pro centenario, Rota deindè reduxit ad scuta* 4.

19 *Exequiæ anniuersariæ defunctorum RR. PP. DD. Sacræ Rotæ Auditorum vbi, & quo tempore fiant.*

20 *Mandatum excessiuè relaxatum, & expeditum, quando non est executioni demandatum, substinetur pro summa verè debita.*

Si verò fuerit executum, tunc executio reuocatur in totum proptèr indiuiduitatem Spolij, num. 21.

Amplia, vt Debitori executionem passo succuratur mediante remedio possessorio manutentionis, num. 22.

23 *Datio in solutum fraternizat cum contractu emptionis, & venditionis.*

24 *Emptor, cui promissa fuit liberatio à molestiis, habet, iis superuentis, plura remedia aduersùs Venditorem, de quibus* ibid., & numeris seqq.

29 *Emptor, detecta seruitute super re ei vendita tamquàm libera, an cogi valeat à Venditore, vt recipiat aliam rem æquè commodam, & liberam*, remissiuè.

30 *Variatio de vna actione ad aliam licita est stante obligatione Camerali.*

Et præsertim, quotiès in contractu apparet expressè conuenta huiusmodi facultas variandi, ibid.

31 *Emptor, post electam viam agendi contrà Venditorem pro liberatione à molestijs, nequit ampliùs contrà eumdem agere pro rescissione contractus.*

Limita, si Emptor in Instrumento emptionis sibi reseruauerit facultatem variandi, n. 32.

Sublimita, quoties Emptor tali facultate expressè, ac specialitèr vsus non fuit, num. 33.

34 *Euictio non præstatur à Venditore ob immissionem passam ab Emptore in Iudicio Saluiani.*

Et

Et tali casu Emptor nequit à Venditore plus prætendere vltrà importantiam passarum molestiarum, num. 36., & 38.

35 *Sententia præsumitur à Iudice lata ad normam Iuris, seu prout de Iure.*

37 *Emptor, agnita iustitia imminentis euictionis, potest illam præuenire dimittendo cum proprijs pecuuijs Creditorem eum molestantem, posteàque agere pro sui reintegratione contrà Venditorem.*

39 *Emptor, qui non adhùc soluit pretium rei sibi venditæ, ac traditæ, quomodò possit sibi præcauere, si ei superueniant molestiæ ex parte Creditorum Venditoris*, remissiuè.

40 *Emptor, detecto Canone super Vinea, vel Domo sibi vendita tamquàm libera, potest petere rescissionem contractus, Vineamque Venditori dimittere, &* num. 44.

Amplia, vt ratione promissæ refectionis damnorum, & interesse recuperare valeat à Venditore melioramenta per eum facta super tali Domo, vel Vinea, num. 41.

Subamplia, vt num. 42., 43., & 45.

46 *Euicto fundo censito an, & quando debeantur Creditori censuario damna, & interesse loco fructuum Census*, remissiuè.

47 *Fructus Census non ampliùs debentur post illius extinctionem.*

48 *Emptor, secuta euictione rei emptæ, habet actionem aduersùs Venditorem ad damna, & interesse.*

Et loco huiusmodi damnorum ei debentur fructus, quos percepisset ex re empta, si euicta non fuisset, ibid.

Declara, id procedere, quotiès res euicta erat fructifera, aliàs secùs, num. 51.

49 *Euictio proueniens ex natura rei non debetur, & de ratione.*

Fallit conclusio, si euictio fuerit specificè promissa etiam in casu, quo sequeretur ex natura rei, num. 57.

50 *Fideiussor non tenetur ad plus, quàm ipse Debitor principalis, pro quo intercessit.*

52 *Cessionarius Census, eo euicto, habet actionem aduersùs cedentem ad damna, & interesse, &* num. 53.

Et huiusmodi damna liquidantur ad eamdem rationem, in qua conuenti fuerant fructus Census cessi, num. 54.

55 *Interesse ab initio conuentum debetur etiam non concurrentibus requisitis* Pauli de Castro.

56 *Fructus Census, etiam facto deposito sortis, debentur, & currunt, donèc eadem sors peruenerit ad manus Creditoris censuarij.*

DECISIO CIX.

EVictionem passa Ioanna, alijque de Zucconis super quodam Prædio nuncupato *Acqua Santa*, restauratiuum eiusdem euictionis Iudicium instruxere per hypothecariam actionem ex remedio Saluiani aduersùs Laurentium, vti possessorem alterius Prædij *del Colmaretto* prouenientis à Papirio de ipsa euictione obligato; adeòque felicitèr, vt, non consumpto adhùc eodem Iudicio, Laurentius nòn minùs propriæ defensioni, & Causæ renunciauerit, sed etiàm solatio degustandi vlteriora fundamenta pandenda per Me ad normam resolutionis habitæ sub die 24. Ianuarij *1698.* super Sententiæ Rotalis confirmatione, Ast Ioanna, alijque in actione Consortes, minimè contenti præcedentis victoriæ, cui collum subiugauerat Laurentius in ordine ad tolerandam Immissionem, subeundamque condemnationem, mediante dictione *pro nunc* prouisionalem ad fructus à die motæ litis, postularunt à Dominis quoquè, loco damnorum, & interesse, fructuum reintegrationem vsquè à principio subsecutæ euictionis, & non minori felicitate, quàm Iustitia etiàm in hac successiua petitione triumpharunt.

Iam enim stante robore Decisionum, & Sententiarum, quæ in Causa præcesserunt, non poterat ampliùs esse quæstio, vtrùm Laurentius ratione fundi repræsentans Papirium teneretur de simplici euictione; Superabundantèr namquè hoc apparebat stabilitum in Sententijs antecedentibus, & magis præcipuè in Decisionibus R.P.D. mei Capraræ editis sub diebus 25. Iunij *1696.*, necnon 8. Februarij, & 14. Iunij *1697.* (*inter suas impress. dec. 299., 327., & 341.*) quippè eo ipso quòd Laurentius liti cessit, & noluit confirmatoria motiua sentire in enunciata Decisione extendenda coram Me, nequibat vllatenùs in contrarium

1 refricari hæc firmè retinenda suppositio, vt in his terminis habetur in *decis. 97. sub num. 10. vers. Quæ dicuntur, coram Dunozett. Sen.*

Incontrouertibili igitùr remanente iustitiâ petitionis ex causa euictionis passæ per Actores, in nihilo refragabatur, quòd fructus, vt ab initio pronunciauerat A.C., minimè deberentur ijsdem Actoribus, nisi à die litis contestatæ, ob illam malam fidem, quæ per eandem contestationem infigitur in Reo conuento, tueri perperàm satagente propriam possessionem, quando per Iura ab Agente producta sciuit, vel scire debuit, prædictam possessionem in litem fuisse deductam, & iustè illius auocationem prætendi per Agentem in Saluiano vigore hypothecæ legitimè impressæ per Debitorem, antequàm transferret ipsam rem hypothecatam in dominium, & possessionem Tertij lacessiti, iuxtà regu-

2 lam deriuantem ex *Leg. 2., & 3., ff. de Interd.* iuncta *Glos. in d. L. 3. in princ. verb. Non retrò*, & magis litteralitèr *in L. Si fundus 16. §. In Vendicatione, ff. de pignor.* cum concord. plenissimè per *Modern. Mantuan. consult. decis. 123. ex num. 9. cum plur. seqq.*, alijsque in sub-

substantia firmatis per *Rotam in Melenitana Bonorum* 8. *Iunij* 1682. *§. Deniquè*, *& seq. cor. bon. mem. Vrsino Decano*.

Palmare siquidem æquiuocum in proposito capiebant Informantes pro Laurentio; non enim hodierna Actorum prætensio versabatur in eo, quod Laurentius refundere obstringeretur Instantibus illos fructus, quos ipse perceperat antè motam litem; in his namquè terminis erat indubitatum, quod tanquàm Dominus, & Possessor, & adhùc non positus in vlla mala fide, eosdem fructus effecerat suos; sed solùm expetebant, loco
3 damnorum, & interesse, canonizari debitos illis esse fructus scutor. 600., quæ Papirius Auctor Laurentij sub effrenata formula reparandæ euictionis Prædij *di Acqua Santa* susceperat de pretio proueniente à distractione eiusdem Prædij coempti per Ferronos Authores eorumdem Instantium: cùm enim secuta illius euictione incontinenti commissa
4 foret stipulatio damnorum, & interesse contenta sub eadem latissima promissione euictionis, vt dictum fuit in hac Causa 25. *Iunij* 1696. *§. Creditum, coram R. P. D. meo Caprara* (*inter suas impressas dec.* 299. *nu.* 2. *tom.* 1.) *& in Spoletana Census super fructibus* 15. *Maij currentis anni §. Ratio sic decidendi*, *coram R. P. D. meo dell'Olmo*; Nuncupatione idcircò prædictorum damnorum, & interesse veniebant etiam fructus, quos percepissent Ferroni, siuè Zucconi à prædicto Prædio
5 *di Acqua Santa*, nisi illius contigisset euictio, vt prosequitur eadem *decis. R. P. D. mei Capraræ sub §. Admissa*, & magis de recenti firmatum fuit *in Fauen. Pecuniaria* 20. *Februarij* 1698. *§. Constare siquidèm, cor. R. P. D. meo Pio*, & latiùs *in Bononien. Euictionis super fructibus* 10. *Martij eiusdem anni ex §. Nitebantur, vsquè ad §. Eiusdemque, coram Reuerendissimo D. meo Molines Decano*.

Et ob id sicuti Zucconi directè agendo contrà Papirium promissorem iustè insistere potuissent, nedùm pro dicto pretio promanante ex re fructifera, sed etiam pro fructibus restauratiuis damnorum, & interesse ab ipso puncto subortæ euictionis, ità pariter Dominis æquum visum est agi per eos valuisse
6 se contrà Laurentium, tanquàm possessorem alterius fundi *del Colmaretto*, ab ipso Papirio hypothecati non tantùm pro memorata sorte, sed etiam pro hiscè damnis, seù fructibus vsquè ab initio inflictæ euictionis, sicquè eadem immissio in Saluiano, quæ erat innegabilis respectu sortis, concedenda non minùs esset pro hiscè fructibus constituentibus verum creditum in præcitatis Actoribus spo-
7 liatis; ad hunc quippè dumtaxat effectum tribuitur Immissio per viam Saluiani, qua mediante non debetur, nisi creditum, pro quo Agens experitur, ex not. per *Conciol. de hæred. art.* 1. *nu.* 143., *&* 189. *Modern. Mantuan. d. consult.* 123. *num.* 21., *Rot. decis.* 376. *sub num.* 2. *par.* 2. *Rec.*, *& decis.* 268. *num.* 9., *& seq. post Ceuc. de Cens.*, & solidè in his præcisis terminis nupèr definiuit eadem *Rot. in præcitata Bononien. Euictionis super Fructibus* 10. *Martij* 1698. *§. Proindèque cum duob. seq. cor. Reuerendissimo D. meo Decano*.

Frustràque pro conuellenda radice eorumdem damnorum, & interesse, seù fructuum, secundariò consolabant ijdem Defensores Laurentij ad impugnandam promissionem refusionis etiam horum damnorum, quasi quod cùm Papirius ipse non vendidisset Auctoribus illorum de Zucconis Prædium *di Acqua Santa*, sed tantummodò exegisset illius residuale pretium pro scut. 600., incongrui redderentur termini prædictorum damnorum, & consequentèr fructuum, sed ad summum teneretur Papirius retronumerare prædictam à se receptam quantitatem, ad normam simillimæ disputationis fundatissi-
8 mè dispunctæ in illa *Vrbeuetana Census coram bon. mem. Ghislerio*, aliàs *dec.* 232. *par.* 8. *Recent.*

Quoniàm antè explicationem, seù retorsionem mox enunciatæ Decisionis Domini ponderarunt, quod promissio suscepta per Papirium, à quo (vt præmisimus) causam habet Laurentius, nullo modo restringebatur ad nudam restitutionem habitæ pecuniæ, sed amplissimè in litera continebat obligationem (sunt verba præcisa) *eximendi, & liberandi, & indemnes penitùs, & siuè damno conseruandi Ferronos &c.*, *& in se omnem litem, & controuersiam suscipiendi*, *aliàs ad omnia damna &c.* Quamobrèm vltrà resultantia in quacumque promissione euictionis, cui fraternizat promissio indemnitatis, & litis
9 suscipiendæ, teste *Mangil. de euict. quæst.* 2. *num.* 13. litera adeò erat clara etiam quòad damna reficienda, vt non posset de hoc dubitari, quemadmodùm etiam latiùs ostensum fuit in præcitatis Decisionibus R. P. D. mei Capraræ hodiè supponendis, & signanter in prima diei 26. Iunij 1696. ex *§. Non obstat* (*inter impressas dicta decis.* 399. *num.* 5. *tom.* 1.) *&* 14. *Iunij anni* 1697. *§. Non resistente* (*inter eiusdem impressas dec.* 341. *n.* 5. *tom.* 1.)

Sibique idcircò debebat imputare Papirius, si promissionem tàm amplam, & literalem subire maluit, etiam quando non valuisset de Iure compelli; volenti quippè non
10 fit iniuria, vt ait *I.C. in Leg.* 1. *§. Vsquè adeò, ff. de Iniur.* Et nihilominùs accedebat etiam ratio subeundæ huius promissionis, nàm nisi eam subire intendisset Papirius, potuisset ad instantiam Emptoris Prædij *di Acqua Santa* pluribus debitis, siuè hypothecis intricati, repelli à libera consecutione prædicti pretij residualis, & per Iudicem decerni, quod idem pretium inuestiretur sub obligatione

multi-

multiplici ad tuitionem Emptoris nimiùm probabilitèr de proximo euictionem expauentis; in quibus sanè terminis, ficuti Ferroni consequi potuissent etiam hodiè prætensa damna contrà Inuestimentum, eiusque fructus, eodem pariformitèr modo recuperare valent eadem damna per hypothecam, & obligationem Papirij, quæ fuit ex voluntaria conuentione subrogata loco inuestimenti; ac multiplici, retorquendo in propo-
11 sito regulam subrogatorum, de qua per *Text. il Leg. Si eum*, §. *Qui iniuriarum*, *ff. Si quis caut. cum concord.*, *Rot. dicta dec.* 232. *num.* 9. *par.* 8. *Rec.*

Quapropter, vt diximus, vel eadem *decisio* 232. *par.* 8. non applicatur, vel ex diametro retorquetur ex duabus potissimè substantialissimis circumstantijs, quarum prima est, quod in illo casu Theodorus Maldacchinus Actor non contentabatur simplicitèr assequi sortem sui census vnà cum fructibus super Locis Montium, quæ Scotti Concreditores comparauerant de pretio Vallis Montanæ, sed vlteriùs tentabant extorquere ab eisdem Scottis Emptoribus fructus eorumdem Locorum Montium, vt legitur ibidem in facti narratiua: Ad præsens autem Zucconi dumtaxat anxiè aspirant recuperare sortem, & fructus deperditos per iniuriam euictionis aliòquin legitimè subortæ, & consequentèr omni æquitate suadente agunt pro illo re-
12 stauro, quod ipsa lex rei fructiferæ euictionem passo subministrat, vt prætèr suprà allegatos prosequuntur *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 79. *num.* 5., *Posth. resol.* 113. *n.* 95., *& seqq.*, *Castald. consult.* 7. *num.* 25., *Mart. Medic. decis. Senen.* 43. *num.* 3., *Rot. decis.* 214. *num.* 1. *part.* 18., *& decis.* 149. *n.* 21. *part.* 19. *Rec.*

Altera non minùs vrgens substantialissima differentia est, quod in prædicta *decis.* 232. Scotti receperant ratam enunciati pretij sub sola, ac sicca promissione restituendi eamdem quantitatem Creditoribus anterioribus, & potioribus, posteàque pro mera cauthela, & hypotheca loco eiusdem cautionis subiugauerant tot Loca Montium ex eodem pretio coempta; ideòque plusquàm optimè affirmatur, quòd hypotheca non excedit limites personalis obligationis, quòd eadem personalis obligatio erat restricta ad puram
13 quantitatem sterilem, & infructiferam, quodq; demùm Maldacchinus non iustificabat requisita lucri cessantis, & damni emergentis: Vndè nimis ad oculum palpatur, quòd in parte eadem decisio remanet extranea, quia Papirius se se obligauit de euictione, & expressè ad damna reficienda; & in
14 posteriori parte retorquetur, quia Zucconi damnum emergentissimum demonstrant per iacturam fructuum Prædij *di Acqua Santa*, quod illis substulit euictio, vt patet ad sensum, & liquet ex ipsa definitione, quid sit damnum, de qua per *Text. in Leg.* 3. *& Leg. Proculus*, *ff. de damn. infect.*, *Bald. consil.* 182. *num.* 2., *& seqq. lib.* 1. *cum reliq. vulg.*

Deniquè ad offuscandam præsentem resolutionem minimè officit postremum refugium eorumdem Informantium pro Laurentio, quod R.P.D. Lancetta, tunc A.C. Locumtenens, & nunc plusquàm emeritus Collega, nedùm abstinuerit à relaxatione mandati pro fructibus, seù damnis à die toleratæ euictionis, sed etiam deleuerit à Cedula sententiæ verba id importantia; quamobrèm
15 nequiuerint Actores eandem Sententiam ipsis fauorabilem ampliùs impugnare, iuxtà animaduersa per *Rot. in Romana Fideicommissi Mutij de Bubalo* 23. *Iunij* 1698. §. *Posita enim*, *cor. prædicto R.P.D. meo Lancetta*.

Placuit quippè responsio duplicitèr obiecto huic de cætero nimiùm leui attributa, primò nempè ob discrimen actionis tunc, & posteà intentatæ per Actores. Siquidèm coram R.P.D. meo Lancetta Iudicium apparebat potiùs promotum contrà Laurentium, quàm contrà Prædium *del Colmaretto*; quod ad præsens secus est: Sed & fortiùs, & ineluctabilitèr secundò arrisit, quod cùm in posteriori Sententia R. P. D. mei Capraræ confirmata quidèm fuerit anterior R.P.D. mei Lancettæ, at vlteriùs quoquè superaddita dictio *prò nunc*, & quod plus est, adiecta cubitalis illa præseruatio = *Sinè præiudicio*
16 *aliorum Iurium quomodolibet dd. de Zucconis competentium quòad damna, & interesse*, hancque Sententiam posteriorem, & nouissimam resolutionem, quæ emanauerat coram Me, quæuè eandem Sententiam posteriorem approbauerat, Laurentius expressè acceptauerit, ipse est, qui non potest à facto, & approbatione sua posteriori resilire, vt ostendimus à principio, & consequentèr cùm eadem postrema Sententia, & resolutio per Laurentium mediante cessione liti confessata, & admissa præseferat explicitam reseruationem, nihil est, quod impediat, quominùs Iudex, seù Rota queat, & ad instantiam
17 Partis compellat iudicare super punctis, sinè articulis reseruatis, ad tradita per *Rot. decis.* 140. *num.* 7., *&* 8. *cor. Priol.*, *& dec.* 50. *n.* 2., *&* 3. *part.* 19. *Rec.*

Benignè solùm pro coronide *Domini* fauore Laurentij temperarunt rigorem *Gloss. in Authen. perpetua, verb. Iusta*, *C. de Sacros. Eccles.*, quæ cùm indiscriminatìm fructum bonorum stabilium ad rationem vigesimam intrinseci veri valoris, & sic ad quinque pro centenario præfiniuisset quolibet anno importantiam eorumdem fructuum; in hodierno tamen casu æquiùs reputarunt indulgendum esse Laurentio, vt ab anno 1679. gauderet illa rationabili ob mutationem tempo-

rum diminutione à quinque ad quatuor,
18 quam prouidè, & salubritèr Rota pro successiuis sanciuit occurrentijs, nisi alia in futurum variatio rerum alitèr exposcat, vt in *Fanc. Fructuum* 8. *Maij eiusdem anni* 1679. *coram bon. mem. Pauluccio*, cum qua passim posteà processum fuit in decernenda proportionabilitèr sub hac distinctione temporum calculatione fructuum, vt reliquis omissis videre est in *Asculana Dotis* 6. *Martij* 1684. *§. Quo verò ad secundum*, *&* 20. *Iunij* 1685. *§. Posito igitur, cor. clar. mem. Card. Matthæio*, & magis de recenti *in Pisauren. Successionis* 1. *Iunij proximè præteriti §. Quo verò ad fructus, cor. R. P. D. meo dell'Olmo*.

Et ità vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

HVius *Decisionis* demandata fuit expeditio sub *die* 7. *Ianuarij* 1700., sub qua
19 die singularitèr, & priuilegiatiuè per *Tribunal* celebrantur Exequiæ prædefunctorum *Auditorum*, quamuis de ritu Ecclesiæ intrà Octauam Epiphaniæ vetitæ sint huiusmodi Exequiæ, cæteraque Sacrificia pro Defunctis; Accedit enim prædicta die idem *Tribunal* post sessionem habitam in *Rota* super hiscè Causis expediendis, alijsque negocijs prouisionalibus, quæuè idcircò nuncupatur *Rota Memorialium*, estque prima post Festiuitates, & vacationes eiusdem *Tribunalis* indictas ratione, & occasione Festorum anniuersariæ memoriæ Sanctissimi Natalis Domini Nostri Iesu Christi, accedit inquam ad effectum assistendi celebrationi dictarum Exequiarum vnà cum Cætu Aduocatorum, necnon spectabili Collegio Patronorum Causarum Sac. Palatij Apostolici, ad Ecclesiam SS. Laurentij, & Damasi, quæ sita est propè Palatium Apostolicæ Cancellariæ. De huiusmodi verò Causa actum ampliùs non audiui, quia fortè Pars succumbens liti cessit.

Et quoniàm pertractatur hìc de materia euictionis super Articulo, seù facto valdè peculiari cæteròquin concernente damna, & interesse, absonum non erit adnotare casum acritèr disputatum, ac diuersimodè decisum in eodem puncto euictionis in vna *Ferrarien. Bonorum super Manutentione*; Cùm enim Fratres de Macchiauellis dedissent clar. mem. Cardinali Francisco Barberino pro satisfactione eius Crediti nonnulla Bona in solutum super Possessione, siuè Tenuta nuncupata *di Quinto* sita in Ditione Venetiarum, Creditores autem eorundem Fratrum molestauerint in Iudicio *Saluiani* successores prędicti Cardinalis pro summa scutor. 10400. hi verò deuenissent ex capite liberationis à molestijs ad subhastationem Bonorum, quę Ferrariæ detinebant Macchiauelli pro integra summa scutorum 28000., pro quibus eadem Tenuta data fuerat in solutum, opposuere memorati Fratres, quòd successores præfati D. Cardinalis excessissent simbrias eiusdem pastæ liberationis à molestijs ab ijsdem intentatæ, ac proindè, quasi perperàm, & excessiuè spoliati, essent manutenendi in eorum antiqua possessione; Cùm
20 enim prætensus excessus non stetisset in simplici Mandato per Iudicem relaxato, in quibus terminis, ex quadam epychæia *Tribunalium*, substinentur similia Mandata pro summa verè debita, pròut de stylo A.C. testantur *Ridolphin. in Prax. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 23., *Card. de Luca de Dot. disc.* 58. *num.* 7., *Adden. ad Buratt. decis.* 91. *num.* 6., & de stylo, ac æquitate nostri Tribunalis *idem Card. de Luca* paritèr *de Dot. disc.* 29. *num.* 14., *Rot. coram Royas decis.* 440. *sub num.* 8. *vers. Quinlicèt*, *&* *coram Bich. decis.* 562. *num.* 22., *&* *in Recent. decis.* 1181. *num.* 9., *&* *seqq. par.* 19. *tom.* 2., *&* *in Romana, seù Ciuitatis Plebis Pecuniaria* 3. *Iunij* 1715. *§. Inanis, cor. Me*; sed subsequuta appareret executio effectiua, tunc faceßente qualibet consideratione equi-
21 tatis eadem executio remanet excessiua, ideòque reuocanda omninò veniat in totum proptèr indiuiduitatem spolij, vt dictum fuit *in Romana Saluiani* 16. *Martij* 1703. *§. Ex quippè, coram Me*, *&* *in Romana Dotis* 2. *Iulij* 1708. *§. Quò spectat, coram bon. mem. Mo-*
22 *liues*, etiàm mediante remedio possessorio manutentionis, quemadmodùm plenè habetur in *decis.* 303. *num.* 2., *&* *seqq. part.* 19. *Recent.*

Cæterùm prænominati Successores prætendebant euadere hanc excessiuitatem, seù nullitatem sub eo fundamento, quod, cùm molestiam passus super re sibi vendita, siuè data in solutum, (fraternizat enim, tamquàm
23 translatiua dominij, datio in solutum cum ipsa emptione, & venditione, teste *Card. de Luca de Credit. disc.* 64. *num.* 7., *Rot. coram Buratt. decis.* 372. ibiquè *Adden.*, & in hac eadem Causa *super Liberatione à Molestijs sub die* 8. *Maij* 1713. *§. penultimo, cor. Me*) triplicem exercere valeat actionem, vel
24 agendi pro liberatione à molestijs, & traditione rei liberæ etiàm antè executionem, faciendo condemnare Venditorem ad deponendum pretium exsolutum pro cautione eiusdem Emptoris, donèc liberatio sequatur, ad *Textum*, ibiquè *Glos. in Leg. Ex ijs Prædijs, C. de euict.*, *Vrceol. de Transact. quæst.* 42. *num.* 7., vbi multipliciter ampliat, vt in *numeris sequentibus*, & signantèr siuè molestiæ, vel euictio fuerit in tota re, siuè
25 in illius parte tantùm, quia adhùc in hoc casu satisfactum non censetur obligationi rem vndequaquè, & penitùs liberam extra-
26 dendi; Vel agere contrà Venditorem actione,

quæ

quæ compellatur *ex empto*, videlicèt pro refusione eius, seù quanti minoris coempta extitisset illa res absquè tali vinculo causatiuo molestiarum, seù euictionis, ex plenè deductis per *Mangil. de Euict. quæst. 23. num. 22., & quæst. 122. n. 23., & 24., Negusan. de Pignor. in primo memb. 5. part. n. 24., Osasc. decis. 26. num. 5., Rot. coram Seraphin. decis. 321. num. 7.*

Vel deniquè insistere pro rescissione con-
27 tractus, ac consequutiua restitutione integri pretij ob fidem non seruatã, necnon ratione damnorum, & interesse, aut demùm per illam condictionem, quæ dicitur = *Causa data, & non sequuta*, ex collectis per *Mangil. de Euict. quæst. 8. num. 10., & 12., Rot. post Cenc. de Cens. decis. 16. num. 2., & coram Bich. decis. 266. num. 1., & in Romana, seù Albanen. Bonorum 27. Iunij 1707. §. Attamen, coram R. P. D. meo Aldrouando, & in Romana Præstationis fundi liberi 28. Nouembris 1707. §. Sed, coram D. Card. Scotto*: Itàut
28 in electione Emptoris resideat amplecti, quod maluerit ex præcitatis, & enunciatis remedijs, sicuti prosequuntur *Surdus cons. 13. num. 19., De Marin. resolut. 108. num. primo lib. 1., Adden. ad Ludouis. decis. 88. n. 10., Rot. decis. 856. num. 3. coram Merlin., & in Recent. decis. 335. num. 7. part. 3., & dec. 72. num. 7. part. 9., & in præfata Romana Præstationis fundi liberi §. fin. coram Card. Scotto.*

Remanente in suis casibus quæstione, vtrùm Venditor, ad euitandam huiusmodi
29 rescissionem contractus, queat Emptori præstare aliam rem æquè commodam, & idoneam, vt in proposito detectæ, seù impositæ alicuius seruitutis disceptatum vidimus apud *Scribentes*, & præcisè in vna *Reatina Seruitutis sub die 27. Ianuarij 1712. §. Submota, cor. R. P. D. meo Aldrouando.*

Hinc reassumendo dicebant ijdem Successores Card. Barberini, potuisse, non obstante euictione passa pro prædictis solummodò scutis 10400., agere in totum, & loco rescissionis, aut alterius remedij partialis, recuperare totam importantiam, seù pretium rei emptæ, etiàm variando, vt re-
30 gularitèr est licitum in exequutiuis, & in specie obligationis Cameralis, huiusmodi facultate præsertim conuenta, vt legebatur in ipsa datione in solutum, vt ibi = *Salua facultate variandi, itàut vna via electa &c.* iuxtà firmata per *Modern. Asculan. ad Statut. Vrb. tom. 1. annot. 27. art. 1. sub num. 18., 19., 25., & 45., & Rot. in dicta Romana Præstationis fundi liberi 28. Nouembris 1707. §. fin. cor. Card. Scotto.*

Absquè eo, quod idcircò vrgerent ampliùs decisa *coram Durano in decis. 30., & dec. 70.,*
31 nimirùm quod nequeat (promoto Iudicio pro liberatione à molestiis, illisque passis à Creditore obtinente immitti in vim *Saluiani*) Emptor instare pro rescissione Contractus, sed solùm valeat intrà cancellos eiusdem Immissionis, & molestiarum sese conuertere aduersùs Venditorem: quoniàm sibi blandiebantur prælaudati Successores,
32 quod posita eadem facultate variandi, & si ab initio petierint simplicitèr liberari à molestijs, attamen, cùm in citatione fuerit superaddita Clausula illa salutaris = *Et Decretum quodcumque fieri, & interponi* = rectè potuerit Iudex relaxare, & exequi mandatum vltrà prædictos cancellos pro restitutione integri pretij, ex latè comprobatis in istamet Causa præcedentèr in omnibus fermè *decisionibus R. P. D. Lancettæ*, & signantèr *sub die 14. Iunij 1706. §. Et sanè.*

Placuit etenim *Dominis* responsio, quod variandi facultas, etiam præcisè conuenta, ad summum suffragari valebat in ordine ad potestatem vtendi illius amplitudine; Ast,
33 quando præcisè Emptor illâ vsus non fuit, intrabat regula, *quod potui, nolui &c.*; ex quo enim ijdem Successores, siuè illorum Procurator petierat = *Denuò decerni, & relaxari mandatum ad factum, & loco illius, mandatum exequutiuum pro pretio Bonorum euictorum* = hinc vel propriè, seù reuerâ ratione ordinis Iudicij nulla congruebat, seù locum sibi vindicabat euictio, dùm molestiæ, & vexationes illatæ per Creditores non
34 egrediebantur terminos Saluiani, per quod simplicitèr auocatur nuda detentatio Bonorum, non autem causatur formalis euictio, ex traditis per *Pacific. de Saluian. inspect. 4. cap. 1. num. 146., Mangil. de euict. quæst. 12. num. 5., Rot. coram Merlin. decis. 317. num. 5. & coram Buratt. decis. 240. num. 12. vbi Adden. litt. B., & in Rec. decis. 179. num. 9., & seqq. part. 7., & decis. 151. num. 20. cum duob. seqq. par. 19., & decis. 75. num. 25. coram Ma tom. 1.*

Nihilominùs admittendo etiam, quod saltèm impropriè cadere posset in his terminis euictio, certè, dum fuerat cum petitione expostulatum mandatum pro pretio Bonorum euictorum, absquè expressione integritatis eiusdem pretij, intelligebatur petitum tantummodò, quod fuerat ablatum, seù abductum, & quantum importabant ipsæ molestiæ, nempè pro rata scutorum 10400.; Quodlibet enim superueniens Decretum,
35 quælibet Sententia præsumitur semper lata proùt de Iure, vt alijs cumulatis dixit *Rot. coram Gregor. decis. 176. num. 3., & 4., & apud Posth. de Subbast. decis. 161. num. 7., & decis. 30. num. 13., & 14. par. 10. Recent., & decis. 158. num. 23. par. 13., & decis. 536. numer. 10. par. 19. tom. 2.* Quodque de Iure mo-
36 lestiarum liberatio, damnique passi refusio in Saluiano non transcendat limites importantiæ earumdem molestiarum, firmauerat iam *Rot.* in supralaudatis *decisionibus cor. Durano*

rano la 30. *num.* 7. , *&* 8. , *&* *decis.* 70. *num.* 6.

Et de facto, nonnè cùm reparatio damnorum, quæ proueniebant Emptori à reportata per Creditorem Venditoris immissione in Saluiano, restringeretur ad quantitatem, iuxtà quam petita, & obtenta fuerat immis-
37 sio, semper vtiquè quotiès mallebat Emptor huiusmodi damna euitare, poterat per solutionem eiusdem quantitatis Crediti, adamussim, & non vltrà illa diffugere, & repellere ab immissione eundem Creditorem, vt habetur apud *Bartol. in L. Emptor, ff. de action. empt.*, *Mandell. consil.* 325. *num.* 6., *Gabr. consil.* 129. *num.* 13. *lib.* 1., *Surd. decis.* 22. *numer.* 8., *Afflict. decis.* 49. *num.* 3., *Achil. de Grass. decis.* 2. *de empt.*, *& vend.*, *Rot. decis.* 34. *num.* 3., *& decis.* 151. *num.* 6. *part.* 7. *Recent.*, *& decis.* 626. *num.* 8. *part.* 18. *tom.* 2. Ideòque æquitas non patiebatur, vt idem
38 Emptor plus per hanc impropriam euictionem (quidquid sit in alijs veris, & proprijs euictionibus), seù ex causa restauratiua damnorum expeteret, quàm importassent ipsa damna, si voluisset per regulam, *quod tibi non vis &c.*, de qua *Barbos. axiom.* 196. *numer.* 14.

Istaque fuerunt, quæ iunctìm cum nonnullis alijs superadductis nullitatibus effecerunt, vt in hac opinione resederit *Tribunal* etiam vltimo loco *coram R. P. D. Crispo*, vt in illius *Decisione diei* 3. *Aprilis* 1713. cum postrema obdormitione controuersiæ, nolente *R. P. D. Auditore Sanctissimi*, quod Signatura Gratiæ alium recursum, siuè appellationem admitteret.

Prætermisimus hucusquè discurrere de altero remedio Emptori competente in casu molestiarum, quotiès idem Emptor adhuc non persoluerit pretium conuentum rei sibi
39 venditæ, vtrùm scilicèt, & quomodò possit interim euitare solutionem eiusdem pretij, saltèm donèc sibi idonea cautio præstetur, ad mentem *Glossæ in L. Ex ijs Prædijs*, *Cod. de euict.*; Sed de hoc latiùs (Deo volente) peragemus inferiùs occasione plenissimæ alterius meæ *Decisionis* suo loco recolligendæ: interim verò videri poterunt ea, quæ fuso calamo desupèr tradit *Vrceol. de Transact. in cit. quæst.* 42. *à num.* 11., *& seqq.*, *& Rot. in Romana, seù Viterbien. Palatij* 25. *Iunij* 1706. *§. Siquidèm*, *coram bon. mem. Caffarello*, & perfunctoriè tactum habetur pluribus *Auctoritatibus* adductis in vna *Perusina Cambij* 21. *Iunij* 1709. *sub §. Neutrum*, *coram Me*.

Similitèr in idem, siuè in eadem materia coincidit alter casus acerrimè disputatus inter Vanninum de Vanninis, & Monasterium SS. Alexij, & Bonifacij de Vrbe; de-
40 tecto enim per Vanninum annuo Canone scutorum octo competente Ecclesię S. Marię in Monterone super quadam Vinea, quam ipse, vel eius Auctor in Emphyteusim à prædicto Monasterio acceperat, sub expressione, & promissione, quod esset libera, & immunis à quocumque alio Canone, Censu, vel Liuello, quodq; eandem Vineam tenerentur Patres manutenere in perpetuo statu libertatis, aliàs obstringerentur ad omnia damna, cæpit Vanninus prætendere, quod posset resilire à contractu Emphyteusis, eandemque Vineam dimittere: Et fuit resolutum *Affirmatiue* in vna *Romana Emphyteusis* 10. *Februarij* 1702. *per tot.*, & signantèr *sub §. Proindeque*, *cor. clar. mem. Card. de la Tremoille*, & successiuè *sub die* 22. *Iunij* 1703. *coram Omaña Episcopo Giennen. sub §. Vinea enim.*

Et in hac signanter postrema *Decisione* fuit ampliata huiusmodi propositio ad finem
41 quoque, quod Vanninus dimittens, vltrà eandem dimissionem, valeret à Monasterio repetere quæcumque melioramenta facta in eadem Vinea ratione damnorum, & interesse, quæ idem Monasterium spoponderat in promissione libertatis: Addito, quod decisum quoque fuit, huiusmodi melioramenta
42 repeti posse per Vanninum etiàm contrà Monasterium, licet illorum vtilitatem consequeretur pro eorum contingenti rata, & portione Vineæ Ecclesia S. Mariæ, præseruato dumtaxat Monasterio iure opportunè experiendi releuationem ab eadem Ecclesia, vt latius habetur in eadem *Decisione* 22. *Iunij* 1703. *ex §. Nec dubium*, *cum seq. coram eodem Omaña*.

Idque demùm, etiamsi Vanninus, vel eius
43 Auctor scire potuisset, aut quoque sciuisset, adesse superVinea huiusmodi Canonem scutorum octo, quia nihilominus responsum extitit, quod ratione præmissæ promissionis libertatis, Monasterium teneretur ad tolerandam eandem dimissionem, & melioramentorum refusionem, ex *Gomez de Empt.*, *& Vendit. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 42., *Card. de Luca de Feud. disc.* 44. *num.* 14., *Rot. in Rec. part.* 5. *decis.* 337. *num.* 24., *& seq.*, *& in Spoletana Bonorum* 4. *Iunij* 1698. *§. Hacd releuante*, *coram bon. mem. dell'Olmo Episcopo Conchen.* cum cæteris in eadem vltima *Decisione* deductis sub *§. Non autem releuat.*

Quinimmò ista procedere subiunctum fuit, non obstante, quod Monasterium fuisset per Sententiam absolutum à liberatione à molestijs: Quia cùm id euenisset, ex quo sinè Beneplacito Apostolico recessum fuisset à præteritis Inuestituris, hoc minimè efficiebat, quod non esset locus dimissioni Vi-
44 neæ, & consequutiuæ refectioni melioramentorum, quia semper, discooperto præfato onere, licebat à contractu resilire, cùm sinè tali obligatione promissæ libertatis Vineæ aliàs Vanninus, vel eius Auctor non contraxisset, ad *Gloss. in L. Si rem, quam, in*

verb.

verb. Agentem, ff. de edict., quam præcæteris sequuntur *Ruin. consil.* 141. *num.* 5. *vol.* 1., *Zacch. de Oblig. Camer. quæst.* 37. *num.* 78., *Vrceol. consult.* 53. *num.* 7., *&* *consult.* 65. *num.* 2., *Rot. in Recent. par.* 5. *decis.* 476. *numer.* 2., *& seqq.*, & omnium plenissimè eadem *Rot. in Romana, seù Albanen. Bonorum* 27. *Iunij* 1707. *per totam*, & præcisiùs sub §. *Idque procedit, coram R. P. D. Aldrouando*; Fortiùs, quando adiectum fuisset pa-
45 ctum resolutiuum; quia magis tunc discedere à contractu Emptor, vel in suis casibus Emphyteuta posset, ex ijs, quæ lato calamo subnectuntur in prædicta *Romana, seù Albanen. Bonorum* 27. *Iunij* 1707. *coram R. P. D. Aldrouando*, vbi multipliciter extenditur conclusio, & respondetur contrarijs.

Ad materiã verò damnorum, & interesse, quæ debeantur, vel refici debeant in contractu censuali fauore Emptoris, seù Creditoris eiusdem Census vice, seù loco illius
46 fructuum, vbicumquè sequatur euictio fundi censiti, sæpissime digesta fuit, & examinata difficultas in *nostro Auditorio*, præsertim cum distinctione plurium casuum *cor. Me* in quadam *Lycien. Saluiani* 8. *Martij* 1706., vbi signanter distinguitur, quando eadem euictio prouenerit voluntariè, & ex facto Debitoris, vel necessariè ex præcepto Iudicis, & ad Instantiam Creditorum, vti meliùs in suã Sede in alijs Voluminibus, Deo dante, dignoscetur.

Casum magis specialem super eodem articulo damnorum, & interesse in proposito fundi censiti non solùm euicti, sed ipsius census positiuè extincti, suppeditauit controuersia habita inter Marchionissam Bottinam, & Marchionem Baldinottum, siuè illius Creditores; nàm cùm idem Marchio Baldinottus emisset quemdam Censum à Principe Barberino, illumque cessisset Claræ Porcari, cum promissione perpetuæ exigibilitatis tàm quòad sortem, quàm quòad fructus, deindèque per scripturam separatam vlteriùs Baldinottus expromisisset eidem Claræ soluere, firmo remanente primo Instrumento cessionis, fructus in futurum decurrendos *vsquè ad totalem restitutionem sortis*, satisfecit quidèm Baldinottus huic obligationi, vsquequò efformato vniuersali Creditorum concursu super Bonis ipsius Marchionis, captaque, inter cætera Bona per Æconomum appositum à Congregatione Baronum, etiam huius Census possessione, filius, & hæres eiusdem Principis Barberini sibi expedire reputauit huiusmodi Censum extinguere mediante deposito sortis vnâ cum fructibus ad commodum Creditorum eiusdem Concursus: Vndè Clara, & successiuè eius Filia, quæ non potuit obtinere pecunias depositas, vtpotè consignatas Creditoribus anterioribus, institit contrà Baldinottum, illiusque Creditores tàm pro sorte, quàm pro fructibus residualibus, obtentoque Mandato in Curia Capitolina, post idem primum fauorabile Iudicatum superuenit Commissio Capitaneo appellationum eiusdem Curiæ directa, vt in altera Instantia procederet *de Voto Sac. Tribunalis*; vndè inibi disceptatum extitit Dubium, non iàm respectu sortis, sed circà fructus, an ij deberentur loco damnorum, & interesse *coram R. P. D. Aldouarando*, vt apparet *in Decisione* desuper edita, & inscripta = *Romana Fructuum Census* 15. *Iunij* 1711., & ad illius normam pronuntiatum quoquè, siuè traditum extitit Votum, rescribente *Rota* die 3. Augusti eiusdem anni = *Expediatur*.

Authumabant præfati Creditores, prædictos fructus, nec etiàm loco damnorum, & interesse, posse per Claram, vel eius filiam prætendi; quia licèt eidem Claræ fuisset per Baldinottum promissa perpetua exigibilitas Census eidem cessi, nihilominùs hoc intelligi debebat tantummodò perdurante eodem Censu, itàut quodammodò Marchio faceret figuram expromissoris, seù fideiussoris, casu videlicèt, quo fructus ipsius Census non exsolveret Princeps Barberinus de-
47 bitor principalis: Sed cùm legitimè Census huiusmodi extinctus fuisset per præfatum Principem Barberinum, nulli ampliùs fructus, etiàm loco damnorum, & interesse, exsoluere teneretur Baldinottus, cùm Census extinctio per legitimam, vt præmisimus, illius retrouenditionem, fructus ampliùs decurrere non patiatur, ex *Cenc. de Cens. quæst.* 7. *num.* 3. *vers. Et licèt, & quæst.* 119. *num.* 2., *Rot. post eumdem decis.* 336. *num.* 1., *& decis.* 150. *n.* 7. *coram Carillo, & dec.* 288. *num.* 14. *part.* 17., *& in Romana Censuum* 16. *Maij* 1704. §. *Prodest, cor. bon. mem. Omaña, & in Romana Fructuum Census* 15. *Iunij* 1711. §. *Hinc quia, coram R. P. D. meo Aldrouando*.

Quamuis enim in perpetuum extiterit promissa euictio, & vlteriùs addita in secunda Scriptura apparerent prædicta verba = *Vsquè ad totalem sortis restitutionem*, vndè intrare
48 posset ea obligatio, quæ dicitur *ad interesse loco fructuum*, vt explicare videtur *Paulus in Leg. Si commissa, ff. rem ratam haber.*, nimirùm ad refundendum quanti interest stipulanti, si res euicta, seù Census extinctus non fuisset, ad *Textum in Leg. Venditor, ff. de euict.*, *Leg. Si controuersia, & Leg. Non dubitatur, C. eodem*, & plenè *Cancer. var. resol. part.* 3. *cap.* 17., *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 79. *num.* 5., *Mangil. de Euict. quæst.* 179. *num.* 5., *Rot. coram Seraphin. decis.* 661. *n.* 4., *& coram Dunozett. Iun. decis.* 391. *num.* 3., *& in Recent. part.* 19. *decis.* 285. *num.* 11., *& in Perusina Saluiani* 6. *Aprilis* 1699. §. *In-*

nihilo, coram bon. mem. Muto, & in Romana Saluiani 16. Maij 1707. *§. Nec demùm, coram Card. Scotto*: Attamen in huiusmodi casu tale cessaret interesse, quia quælibet euictio, quibuscumque verbis concepta, atque promissa, nusquàm porrigitur ad ea damna, quæ
49 proueniunt ex natura rei euictæ, præsumitur enim, Emptorem, vel Cessionarium rem aquisiuisse sub eo onere, & periculo, quod sciebat eidem esse connaturale, nimirùm quod Princeps Barberinus posset ad sui libitum Censum reluere, nè per indirectum violaretur notissima Constitutio *Sancti Pij V.*, quemadmodùm citrà contradictorem fermè concludunt *Episc. Rocca Select. disput. 91. n. 17., & 20., Card. de Luca de Offic. Venal. cap. 17. num. 15., Mangil. de Euict. quæst. 56. num. 41., Rot. decis. 124. num. 14. cor. Cels., & decis. 42. num. 17. post Constant. ad Statut. Vrb., & in Auenionen. Officij Fiscalatus 20. Aprilis* 1711. *coram bon. mem. Molines*, & dixi *Ego* in meo *Tractat. de Commerc., & Mercat. disc. 60. num. 17.*

Absquè eo, quod obsistere valerent memorata verba = *Vsquè ad integralem restitutionem sortis*; Quia, præterquàm fuerat etiàm conuentum = *Modis, & formis in supradictis Instrumentis conuentis, & expressis*, ideòque eadem verba non poterant excedere naturam impositionis eiusdem Census, ad quam habebatur expressa relatio; Nihilominùs de Iure erat, quod Marchio Baldinottus in his circumstantijs induere non posset aliam figuram, quàm eius (vt præmisimus) Expromis-
50 soris, vel Fideiussoris, qui plùs teneri non potest, quàm ipse principalis, vt aduertit *Cenc. de Cens. quæst. 116. ex num. 6. ad 9., & quæst. 119. ex num. 3. ad 6., Rot. decis. 159. num. 3. cor. Dunozett. Iun.*

Superadiuncta vlteriùs alia ratione, quod cùm dubitari non posset, Censum in rei veritate extinctum dumtaxàt remansisse, quando Creditores Baldinotti pretium retrouenditionis supradictæ, in Sac. Monte Pietatis depositum, sibi consignari obtinuerunt, sicquè nonnisi quando idem Census redactus erat ad simplex depositum, & pecuniam simplicem, consonum proindè erat, quod venire nequibant vllo modo fructus;
51 In Iudicio namquè euictionis veniunt fructus solummodò, quotiescumquè res euicta existat fructifera, quod secùs est, quotiès euincatur res infructifera, per ea, quæ in specie connotantur per *Rot. coram Carill. decis. 150. num. 6., & seqq., & decis. 170. num. 4., & 5. post Cenc. de Censib., & decis. 288. num. 13., & 14. par. 17., & decis. 336. num. 2. par. 19. Recent., & decis. 10. num. 3., & decis. 11. numer. 3., & seqq. in Mantissa ad Card. de Luca lib. 5. tom. 3.*

His nihilominùs non obstantibus deberi fructus loco damnorum, & interesse existimauit *Tribunal*; motum ex eo, quod Marchio Baldinottus expromiserat, Censum à se cessum Claræ, non solùm esse verum, & bonum, sed nulli alij existere obligatum, aut alienatum, alienationis vocabulo latissimè sumpto, illiusque fructus idcircò soluere vsquè ad actualem, integramque sortis restitutionem: Ac propterea, dùm successiuè coruscauit, quod idem Census fuerat hypothecatus tot Creditoribus, quibus de tempore cessionis erat pressus, & ob id ijdem Creditores effecissent, quod Congregatio Baronum ad eorum instantiam apprehendisset quoquè possessionem eiusdem Census, remanebat in comperto, eueniffe casum euictio-
52 nis, quæ secum trahit obligationem ad damna, & interesse, vbicumquè fructus debeantur in rigore fructuum, vt prætèr superiùs relatos *num* 48. dixit *Rot. decis. 619. ex num. 1. ad 6. coram Bich.*

Non etenim differt, quod quis coemerit Censum ab initio ad sui fauorem, vel obtinuerit, illum sibi cedi, aut vendi, postquàm
53 extitit creatus; euictio siquidèm in hoc etiam casu non minùs debetur, ac si fuisset emptum quodlibet aliud corpus fructiferum, vt habetur apud *Leotard. de Vsur. quæst. 82. num. 38., Olea de cession. Iur. tit. 7. quæst. 3. n. 36., Mans. consult. 319. num. 16., & seqq. Rot. decis. 72. num. 4. post Constantin. ad Statut. Vrb.*

Damna verò, & interesse semper liqui-
54 dantur ad eandem rationem, iuxtà quam noscebantur conuenti fructus, quia tanti interest Emptoris, quanti ei profuisset, si fructus Census iàm taxati, & liquidati in Instrumento Census ei fuissent persoluti, ex collectis per *Cenc. de Censib. quæst. 19. num. 45., Mans. dicta consult. 319. num. 12., & 13., Rot. decis. 74. num. 5., & per tot. coram Vbald. Iun. par. 3., & decis. 391. num. 46. par. 17. Recent.*

Hincquè non refragabatur, quod cessatio fructuum euenisset post extinctionem ipsius Census, & quando idem Census redactus erat ad sterilem pecuniam: Id enim vrgeret, siuè locum sibi vindicaret, vbi tractaretur inter primum Venditorem, & Emptorem; Sed quando primus Emptor illum cessit, vel iterùm vendidit alijs, præfata damna, & interesse deberi dicuntur vigore expressæ obligationis, vndè opus non est, quod intercedant solita requisita *Paul. de*
55 *Castr.*, sed superabundat, quod euenerit casus promissæ euictionis, & quod Census reperiatur euictus ab alijs Creditoribus anterioribus, vt connotaueram *Ego in meo tract. de Commerc., & Mercat. disc. 67. num. 5. 9., & seqq., Rot. decis. 331. n. 9. post secund. vol. Consil. Farinac., & decis. 118. num. 6. coram Vbald., & in Romana, seù Bononien. Litterarum Cambij super Fructibus* 28. *Iunij* 1717.

§. Enim

§. Enim verò, & 28. Ianuarij 1718. §. Quod quidem coram R.P.D. meo Lancetta, & in Meleuitana Pecuniaria 11. Februarij eiusdem anni 1718. §. Maioris, coram R. P. D. meo Corio.

Et reuerâ minimè sat est quoquè in primo Emptore Census, & consequentèr etiam in secundo Emptore Census iàm creati, quod pecunia, siuè sors principalis Census reperiatur deposita, si tale depositum peruenire
56 non potuit ad Creditorem, quià fructus, & respectiuè damna, & interesse semper debentur, donèc fuerit in effectu sors restituta, ex adductis per *Cenc. de Cens. quæst. 107. n. 24. vers. Ego tamen, Rot. post eumdem decis. 453. num. 5., & 6., & in Romana Census 16. Ianuarij 1699. §. Hoc enim, & prima Iulij eiusdem anni §. Sed hæc exceptio, coram Card. Priolo, & in alia Romana Census 26. Iunij 1705. §. Animaduertebant, coram bon. mem. Omaña, & in eadem 6. Iunij 1708. §. Parum vrgente, coram Card. Scotto*; aliàs resultare potuisset iniquitas manifesta, præcipuè in præsenti hypothesi, nempè, quod Baldinottus mediante persona eius Creditorum impunè valuisset sortem recipere, & impunè apud se retinere, & non esset obligatus ad damna, & interesse, quæ spoponderat secundo Emptori, seù Cessionario: Atque ob id mirificè famulabantur illa verba = *Vsquè ad effectiuam sortis restitutionem* = ea quippè perneceßè, ad euitandam præmissam iniquitatem, erant intelligenda respectu, ac fauore secundi Emptoris, seù Cessionarij, scilicèt, donèc in manibus secundi Emptoris, seu Cessionarij sors ipsa integrè restitueretur, quia ex restitutione facta in manibus alterius, vel primi Emptoris, nulla vtilitas resultabat secundo; ac propterea minimè applicabatur, quod euictio præstanda non esset, ea subsequente ex natura rei, quia eadem conclusio, de
57 qua suprà, limitatur, quando eadem euictio, quæ de natura rei non debeatur, apparet adhùc specificè promissa, vt limitando tradunt *Amat. Panorm. resolut. 77. num 34. Guzman. de euict. quæst. 46. num. 14., & 15, Card. de Luca de Feud. disc. 44. num. 15., Rot. decis. 152. num. fin. par. 2. diuers., & decis. 13. num. 8. post Vrceol. de Transact., & in Recent. decis. 176. num. fin. part. 6., & decis. 184. numer. 9. par. 9., & in Cæsenaten. Legitimæ super Bonis Emphyteuticis 20. Aprilis 1703. §. Secunda animaduersio, coram bon. mem. Pio, & in Romana, seù Reatina Census 12. Iunij 1713. §. Siquidèm, coram, R. P. D. meo Falconerio (inter suas tom. 1. tit. 4. decis. 5. num. 4.)*

ASCVLANA FIDEICOMMISSI, SEV DOMVS.

Veneris 27. Nouembris 1699.

ARGVMENTVM.

Acquisitio filij familias præsumitur facta ex paterna substantia. Si autem filius ipse possideat tunc cessat hæc præsumptio: nuda tamen possessio non sufficit alijs adminiculis destituta; nec si pro Patre vrgentiores concurrant coniecturæ, vt hic. Magistralis est Decisio ad materiam *Glos. in Leg. Cùm oportet, verb. Ex substantia, Cod. de bon., quæ liber. &c.*

SVMMARIVM.

1 *Immissio in vim* Leg. final. Cod. de Edict. Diu. Hadrian. tollen. *datur ad ea bona, quæ Testatoris fuerint tempore mortis.*
2 *Res empta ex pecunia dotali, an efficiatur dotalis?* remissiuè.
3 *Emptum ex aliena pecunia nomine proprio fit Emptoris, qui remanebit solùm debitor pecuniarius Domini pecuniæ.*
Limita, vt num. 30.
4 *Quod filiusfamilias acquirit, profectum censetur ex substantia Patris.*
5 *Præsumptio, quòd acquisitio filijfamilias facta fuerit ex substantia Patris, non militat aduersùs filium possessorem.*
Intellige, vt num. 13.
6 *Præsumptio quòd acquisitio filijfamilias facta sit de substantia, & pecunia Patris, cessat vbi constat de veritate in contrarium.*
7 *Præsumptio, cedit veritati.*
8 *Possessori, ac Reo sufficit probationem Actoris dubiam reddere.*
9 *Licèt remotioribus temporibus nondùm creuisset luxus, semper tamen in hæreditate personæ Nobilis censentur relicta mobilia pretiosiora.*
10 *In criminalibus causis Reo contumace existente, Fiscus procedit ad bonorum annotationem per speciem inuentarij; deindè post annum eas sibi incorporat irreuocabilitèr.*
11 *Luxuriantes cum Scortis in ægestatem rediguntur, iuxtà exemplum filij Prodigi.*
12 *Possessio releuat ab onere probandi, quotiès non sit contrà Iuris præsumptionem, vel dispositionem.*
13 *Filiusfamilias ex nudo facto possessionis non releuatur ab onere probandi, acquisitionem à se factam fuisse ex propria, non verò ex paterna substantia.*
14 *A regula, quod acquisitio filijfamilias præsumatur facta ex substantia Patris, non receditur per coniecturas inuerisimiles, vel irreleuantes.*
15 *Expensæ verisimiles semper deducuntur prudenti Iudicis arbitrio.*

16 De-

16 *Descriptio bonorum facta in Instrumento diuisionis, præsumptionem inducit, quod si alia bona extitissent, ea paritèr fuissent descripta.*
17 *Plus operatur expressum, quàm tacitum.*
18 *Paupertas Patris coniectura est, quod filiusfamilias acquisiuerit de pecunijs proprijs.*
19 *Fiscus dicitur durus collitigans.*
20 *In conflictu coniecturarum præualent verisimiliores, & magis vrgentes.*
21 *Defectus descriptionis in Inuentario non excludit pertinentiam ad Testatorem, quotiès apparet, alia quoquè bona fuisse omissa.*
22 *Acquisitionem filijfamilias factam fuisse ex paterna substantia, probatur ex confessione, seù declaratione ipsius Patris, à filio non impugnata.*
23 *Donatio excluditur etiam ex inuerisimilitudine.*
24 *Donatio nequè inter sanguine coniunctos præsumitur.*
25 *Enunciatiuæ emissæ à non habente interesse, & tempore non suspecto, attenduntur.*
26 *Simulatio personæ ad impediendum, nè bona acquisita deueniant ad Fiscum, quando licita, vel illicita reputetur*, remissiuè.
27 *In actu simulatè gesto magis attenditur veritas, quàm fictio.*
28 *Simulatio de persona ad personam, tanquàm magis licita, faciliùs suadetur.*
29 *Peculium castrense, seù quasi, itemque bona aduentitia filijfamilias transeunt in ipsius dominium.*
30 *Res empta per filiumfamilias de pecunijs Patris, in cuius potestate existit, tanquàm peculium profectitium, acquiritur Patri.*
31 *Pater consequitur vsumfructum super bonis aduentitijs filij.*
32 *Pater proptèr crimen læsæ maiestatis an amittat ius patriæ potestatis*, remissiuè.
33 *Actus consecutiui cessant, cessante eorum causa principali.*
34 *Pater plenariè restitutus in gratiam Principis, recuperat ad omnes Iuris effectus iura patriæ potestatis amissa propter commissum crimen læsæ Maiestatis.*
35 *Legatum irreuocabilitèr non acquiritur absquè acceptatione.*
36 *Immissio non retardatur exceptione detractionum, quæ ex alienationibus præsumantur consumptæ.*
37 *Emptum ex pecunia aliena efficitur ementis, qui solùm remanet debitor pretij ergà eum, cuius erant pecuniæ.*
Limita primò, vbi etiam ex coniecturis constat, quod emens intellexerit rem acquirere non pro se, sed pro Domino pecuniarum, num. 38.
Limita etiam, vbi Emptor effectus sit non soluendo, quia tunc res potest in subsidium vindicari à Domino pecuniarum, num. 39.
Tertiò limita in Emptore rei cum pecunijs spectantibus ad Ecclesiam; Pupillam, Minorem, vel Mulierem, quia ijs competit optio, de qua num. 40.
41 *Bona acquisita per hæredem grauatum cum pecunijs fideicommissarijs* pro se, suisque hæredibus *efficiantur illius hæreditaria.*
Solùmque remanet debitor fideicommissi pro quantitate pretij in emptione exbursati, ibid.
Limita in casu subsidij, quando nempè hæreditas grauati non esset soluendo, quia tunc Bona empta vindicantur à Fideicommissario, num. 42.
Limita etiàm, vbi grauatus emit cum pecunijs fideicommissarijs, quæ ex præcepto Testatoris erant inuestiendæ, num. 43.
44 *Conclusio, de qua suprà* num. 31., *quod nempè Patri competit vsusfructus in Bonis aduentitijs filij, non procedit in pluribus casibus, de quibus ab hoc* num. 44. *vsquè ad totum* num. 50.

DECISIO CX.

IN gradu restitutionis in integrum Testamentarij Executores Tiburtij Æmiliani Causam mihi post tres contrarias vniformes Sententias delegari obtinuerant ergà Oliuerium, qui in eisdem præcedentibus Iudicatis immissionem erat consecutus ad Domum existentem in Regione *della Quartarola* veluti subiectam fideicommissariæ substitutioni etiam super reliquis Bonis à Mariano sen. de Parisanis iniunctæ: sed hodiè Iudicio Dominorum expositâ nouâ prouocantium Instantiâ, rursùs compertum est, (cùm nulla controuersia caderet circà validitatem earundem Sententiarum) adstitricem quoquè concurrere Iustitiam, ideòque nullum esse locum efflagitatæ restitutioni.

Parùm quippè fundata comparuit in aliam quodammodò formam transmutata defensio Executorum, nimirùm quod, prætermissis quoquè veteribus fundamentis, adhùc essulgeret, nullo modo subsistere posse decretam immissionem, ex quo in præsenti non ampliùs per coniecturas, & indicia, sed positiuè per publicum emptionis Instrumentum ostenderetur, huiusmodi Domum extitisse comparatam nomine proprio, proprijsque pecunijs à Parisano filio Mariani Fideicommittentis, & à quo liberam causam desumebat Tiburtius; cùm immissio fundamentali-
1 tèr, ac solidè nequeat concedi, nisi ad bona, quæ sint de dominio Fideicommittentis, vt fert littera vulgatissimi *Text. in Leg. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll.* cum ibi not. per *Bart. n. 1., & Castren. n. 6., Peregrin. de fideicom. art. 44., Fusar. de subst. quæst. 616. vtrobiquè num. 1.* cum reliquis notis.

Quin etiam vbi per possibile, siuè per vrgentia argumenta, ac demonstrationes liquidò

quidò conftaret aduersùs literam Instrumenti ipfius emptionis, illam in rei veritate factam fuiffe non iam de pecunijs Parifani, fed de alijs ad Marianum Patrem fpectantibus, adhùc nequè tribui poterat immiffio memorato Oliuerio fubftituto; firmo namquè remanente præfato principio, quod immiffio non detur ad bona, quæ de tempore mortis non exiftant de dominio Teftantis, in certam emanabat confequentiam, quod præci-
2 fiuè à cafibus in Iure priuilegiatis, vt putâ Dotis, iuxtà difceptata ad interpretationem *Text. in Leg. Res, quæ dotales, ff. de Iur. Dot. & in Leg. Ex pecunia, C. eod.* apud *Maut. de Tacit. lib. 12. tit. 27. num. 5. cum plur. feqq., Gait. de Credit. cap. 4. quæft. 11. num. 1452. cum feqq., Actolin. refol. 48. num. 2., & 3., Card. de Luc. de Dot. difc. 166. num. 80.*

Semper fibi acquirens nomine proprio aliquam rem, fiuè fundum etiam de pecunijs alienis, nancifcitur dominium rei acquifitæ ad fui fauorem, reftante dumtaxat obligatione refundendi totidem pecunias illi, à quo per eumdem acquirentem fuerunt auulfç, feù captæ, ac refpectiuè in acquifitio-
3 nem proprio nomine implicatæ, ex plenè collectis in *Tract. de Commerc., & Mercat. difc. 93. n. 9. & 10.* quem in eifdem terminis approbauit *Rot. in Hortana Syluarum fuper referuatis 15. Maij 1699. §. Quamuis enim, cor. R. P. D. meo Muto*, & magis in indiuiduo, videlicèt acquifitionis factæ per filium familias de paterna Crumena *Soccin. Sen. conf. 61. n. 6. lib. 4., Rolan. conf. 90. n. 21. & feqq. lib. 2., Bec. conf. 113. fub n. 21. verf. & ideò, Bertazzol. conf. 119. num. 25., Bero: quæft. famil. 46. n. 1., Pafcal. de patr. poteft. par. 1. cap. 3. fub n. 17., Bofs. cod. tract. cap. 4. fub num. 71. verf. ex quibus, Rot. decif. 403. n. 13. par. 13., & decif. 24. n. 2. par. 14. rec.*

Libentiùs igitùr, fubiungebant Defenfores hæreditatis Tiburtij, quando, vt ad præfens, præcifiuè etiam ab hac fecunda propofitione, & primam reaffumendo non tantùm pro parte Oliuerij nullæ afferebantur claræ iuftificationes in oppofitum, fcilicèt quod reuerà pecuniæ in emptionem Domus erogatæ à Patre profluerent, ficuti requiritur, quotiefcumquè (prout hìc) tamquàm propria ipfius filij familias fuit conquifita, & poffeffa res, de qua eft quæftio; genericæ etenìm præfumptioni, quod Moneta per filium familias in emptione alicuius rei numerata, præfumatur defcendere à Burfa Patris, fecundùm ea,
4 quæ, prætèr laudatos in *Decifione diei 13. Iunij 1698. §. Verùm etiam cor. R. P. D. meo Pio*, profequuntur *Calcan. conf. 19. num. 1., Vdalric. Zaf. conf. 5. num. 19. & 20. lib. 1., Bertazzol. d. conf. 119. n. 16., Menoch. conf. 364. n. 5. & n. 13. & 14., Magon. dec. Florent. 26. n. 9., Rot. decif. 199. cor. Bich., & dec. 217. coram Card. Cerr.* vtrobiquè *n. 6. & 7.*

Strenuè contraponitur infinuata limitatio, quod prædicta regula, fiuè præfumptio minimè procedat, quotiès in oppofitum ftat poffeffio filij familias, & ab eo caufam habentium nomine proprio, quemadmodùm fpe-
5 cificè notauit, ac limitauit *Glofs. in l. Cùm oportet, verb. ex eius fubftantia in fin. verf. vel dic, C. de bon. quæ liber.*, cum qua communitèr procedunt *Abb. conf. 36. fub n. 2. verf. aliam folutionem, & verf. in cafu ergò noftro lib. 2., Alex. conf. 24. fub n. 1. verf. & quod petenti lib. 1., Corn. conf. 54. n. 9. in fin. lib. 4., Riminald. Sen. conf. 127. n. 11. Rolan. dicto conf. 90. n. 9. lib. 2., Bec. dicto conf. 113. n. 14. & 15. & num. 19. in fin., Michalor. de fratrib. par. 1. cap. 6. n. 17. Surd. dec. 339. num. 14., Rot. decif. 406. n. 1. cor. Merlin.*

Verùm, quod magis erat, intercedebant confiderabiliffimæ coniecturæ fatis efficacitèr fuadentes, emptionem ad limites expreffionis factæ in Inftrumento, nec non fucceffiuæ poffeffionis, à proprio Parifani peculio, feù pecunia prouenifle; cùm enim folummodò urgeat aduerfatiua præfumptio, de qua, fuprà, ex quo filius familias nihil abftractiuè cenfeatur habere de proprio, itàut etiam
6 quidquid acquirit acquirat Patri, per *Text. in leg. Placet 78. ff. de acquir. hæred. & in l. 2. C. de patr. poteft.* hæc procùl dubio remanebat in facto conflictata, & convulfa, dum liquebat, Parifanum antè emptionem controuerfæ Domus à fe factam, adeptum fuiffe pro medietate hæreditatem Marconi illius Aui Materni: quapropter, ftante hac contraria probatione proprij, extraneique aduentitij peculij, quo mediante vel per diftractionem alicuius fundi hæreditarij, vel per coacervuationem fructuum potuerat Parifanus exburfare pro Domo coemenda fimplicia fcuta 1200. feù veriùs 960., dubio procùl corruebat quælibet iuridica præfumptio, quæ
7 femper cedit veritati, contrariæque probationi, *l. In rebus poft princ. verf. non enim, C. de Iur. Dot.* cum concord. apud *Surd. conf. 7. n. 61., & conf. 16. n. 22., Barbof. axiom. 186. num. 1.*

Eòque proniùs, quia citrà Anathomicam perquifitionem, vtrùm præcitata medietas hæreditatis Marconi, illiufque fructus intermedij valuerint æquare quantitatem fupradicti pretij Domus, vt fuit refponfum in præallegata *Decif. diei 13. Iunij 1698. §. Quæ fanè, & feq. cor. R. P. D. meo Pio*, fuperaccedebat alia circumftantia impinguatiua huiufce Iuris hæreditarij, nimirùm aderant Mobilia, pecuniæque forsàn in hæreditate repertæ, ac de quibus nulla mentio fiebat in fubfecuta partitione hæreditatis, nec non aderant alia Stabilia, quæ remanferant exprefsè præferuata indiuifa intèr cohæredes, & fignanter nonnulla Terrena fita in pertinentijs Apponeani fub vocabulo *Venaroffa*:

Proindeque vbi etiam, juxtà supputationem factam in prælaudata mox *Decisione coram R. P. D. meo Pio*, valor bonorum diuisorum non ascenderet ad importantiam, & æquationem prædicti pretij, vtiquè poterant eadem bona indiuisa tanti importare, maximè ad præsidium, siuè beneficium possessoris, ac Rei conuenti, cui regularitèr exuberat offu-
8 scare intentionem, seu probationem Actoris, ex regula, de qua *Rot. decis. 229. n. 34. par. 6., & decis. 253. n. 7. par. 16. rec.*

Et sanè licèt in illis (vti moderni Censores opinantur) felicioribus temporibus venerandæ antiquitatis ob non tàm audacitèr gliscentem luxum curta soleret esse etiam Virorum Nobilium suppellex, vt inquit *Rot. decis. 517. num. 11. par. 18. rec.* Adhùc fortasse non poterat esse tàm curta, vt coniungendo fructus intermedios probabilis effectiuæ existentiæ pecuniarum, omne insimùl non ascenderet ad pretium suprà enunciatum,
9 cùm, facta etiam defalcatione temporum, semper, proportionabilitèr ad Plebeios, reliquosque simplices Ciues, magis pretiosa apud Viros Nobiles stare Mobilia censeantur, ex ijs, quæ perpetuò existimauit *Rota*, & signantèr *decis. 443. num. 27., & 28. coram Cerro, in Romana Fideicommissorum de Mignanellis 5. Iunij 1682. §. Nec pro Inuentario in fin. coram clar. mem. Card. Matthæio, & in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 28. Ianuarij 1697. §. Hoc posito ad med. cor. R. P. D. meo Muto.*

Pro coronide tandèm, seù firmiori fulcimento præmissorum, stringere videbatur consideratio, quod non erat si non possibile, saltèm verisimile, Marianum tunc abundasse pecunijs, vt Exul à Patria cogitasset, ac potuisset facere Inuestimenta proptèr præcedentem ab eo passam ex detestabili Crimine Læsæ Maiestatis capitalem condemnationem, Bonorumque publicationem, qua secuta semper assueuit Fiscus delinquentis bo-
10 na ab initio describere, & post annum incorporare, teste *Chartar. de Execut. Sentent. capt. Bann. cap. 1. num. 6. cum seqq., & ex num. 18. cum plur. seqq., Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 97. num. 5., Massin. de Confisc. quæst. 42. num. 1., & seqq.*

Addito præcipuè, quod iustificabatur, Marianum eo tempore profugum impudentèr luxuriari cum Scortis, & Focarijs, proindèque si quas pecunias secum fortasse fugiens
11 asportauerat, erogare non poterat in emptionem stabilium, dum similis vitæ tenor non affluentiam parit, sed egestatem, propriæque substantiæ dispersionem inducit, exemplo Euangelici filij Prodigi, & ex his, quæ habentur *in Salomon. Prouerb. cap. 7.*, necnon apùd *Tiraquell. de ll. connub. leg. 9. num. 46.*

Diximus, quod his non obstantibus huiusmodi defensio; siuè omnia hæc parùm fundata apud Dominos apparuerunt; Præmissa namquè regula superiùs enunciata, quod vbi filius familias, in acquirendo aliquam rem, pecuniam expendit, Iura, Doctoresque subcenseant, eamdem pecuniam ex Paterno marsupio prouenire, obsistere non valebat insinuata limitatio, quod ad terminos *Gloss. in dicta Leg. Cùm oportet, C. de bon. quæ liber*, corruat huiusmodi iuridica præsumptio, quotiès filius familias, eiusque hæredes existant in possessione rei emptæ, siuè acquisitæ; Siquidèm & hæc limitatio suam recipit sublimitationem, videlicèt quando possessio ipsa denudata dignoscitur adminiculo aliarum coniecturarum, cùm non debeat merum factum simplicis possessionis prænalere determinationibus, siuè præsum-
12 ptionibus Iuris, itàut aliqualitèr saltèm remaneat ex probabili titulo colorata possessio, ex ijs, quæ generalitèr affirmantur per *Menoch. de retinen. possess. remed. vlt. num. 24., & 25., Mascard. de Probat. concl. 1194. n. 66., & 67., Rot. coram Seraphin. decis. 332. n. 5., & coram Card. Celso decis. 211. n. 12., & 13., & in Romana Pecuniaria 5. Decembris 1696. §. Non releuant, & seq. coram Reuerendis-
13 simo D. meo Molines Decano*, & in his specialibus terminis *Card. de Luca de Regal. disc. 150. sub num. 2. vers. Vndè propterea, Rot. decis. 217. num. 8. cum duobus seqq. coram Card. Cerro.*

Huius verò ponderis inuentæ non sunt præcitatæ coniecturæ; quatenùs enim attinebat ad illam, quod Parisanus deuenire valuerit ad emptionem proprio ære compiendam ob ei superuentam pro dimidio hæreditatem Marconi, plenè satisfactum Dominis apparuit ex responsionibus etiam arithmeticè attributis in præfata *Decisione diei 13. Iunij 1698. §. Quæ sanè, cum seqq. cor. R. P. D. meo Pio.*

Absquè eo, quod quidquam releuaret su-
14 per adiectio valoris Mobilium, ac fructuum intermediè perceptorum, necnon aliorum effectuum, qui pro indiuiso remanserant respectu memoratæ hæreditatis inter Parisanum, illiusque cohæredem: Quoniàm circà Mobilia oportuisset ostendere, quòd illa Parisanus distraxisset ad finem comparandi Domum, quando verisimilius erat, vt ad effectum muniendi, ornandique eamdem Domum, Mobilia potiùs emerentur à Parisano; Et quòad fructus intermedios, quiuè consistebant in solo triennali interuallo à die capitalis condemnationis subsecutæ in persona Mariani Patris, ad illam plenariæ reintegrationis per eum à Principe reportatæ, paritèr erat admodùm inuerisimile, (cùm ageretur de paupere Regno) quod hi possent ad quintam pretij partem præfatæ Domus conscendere, quinimò verisimilius erat,

erat, quod & hi fructus, aliæque si aderant pecuniæ, implicarentur per Parisanum ad propulsandum Fiscum, aliasque subeundas expensas, quæ in consimili facto proscriptionum in maxima semper copia profunduntur; semper enim expensæ verisimiles ab
15 omni computatione ex recto Iudicis arbitrio supputantur, ad ea, quæ in simili proposito habentur in *Tract. de Commerc., & Mercat. disc.80. num.16.*, & prætèr ibi relatos *Rot.in Romana Pecuniaria 4.Iulij 1698. §.Non obstat, cor.R.P.D. meo Muto*.

In ordine tandèm ad ass. bona remansa indiuisa, lectura ipsa diuisionis frigescere faciebat assumptum; quia etsi generalitèr in ea diceretur = *Remanentibus communibus, & pro indiuisis &c. omnibus, & singulis alijs Bonis &c. inter Partes communibus, & in præsenti diuisione non descriptis*, adhùc fermè palpabatur, quod huiuscemodi præseruatio feriebat vel effectus penitùs inutiles, vel qui nondùm apparebant detecti, sicquè in meram cauthelam, vbi fortè tractu temporis alios reperiri contigisset, quod denotabant illa subsequentia verba = *Et specialitèr omnibus Terris sitis in pertinentijs Apponeani, & in loco dicto Venaroffa*, si etenim alia stabilia, vel effectus reuerà de eo tempore extitissent,
16 vtiquè non omisissent de eis quoquè reminisci, & habere mentionem, secundùm prænotata per *Gratian. discept. 570. n. 31., Rot. decis. 22. n. 10. post Salgad. in labyr. Credit., & decis. 338. n. 13. par. 15. rec.*

Præsupposuimus quoquè, quod in omnem casum effectus relicti pro indiuiso probabilitèr forent inutiles, dum non obstante, quod de Prædio, siuè Terris *di Venaroffa* specifica facta foret enunciatio, & præseruatio; attamen (*vt in Summ.* Responsionis manifestauit Oliuerius *sub num.2.*) Terrenum istud ob pessimam illius qualitatem remansit vsquè ad præsens nedùm indiuisum, sed penitùs inutile, ac infructuosum; ideòque idipsum concludere necesse erat de effectibus non nominatis, nequè descriptis, nè plus exiftat taciti
17 virtus, quàm expressi, contrà ea, quæ admonet *Modern. Lucen. consult.610. num.18., Rot. decis. 7. n. 19. cor. Bich.*

Eiusdemque irreleuantiæ detegebatur ille discursus, quòd Marianus capitis damnationem passus, & Pellicum inquinamento irretitus non valeret transmittere pecunias ad finem comparandi Domum controuersam; adeout congrueret illa conclusio, quòd si de-
18 monstretur, de tempore acquisitionis Patrem versari in angustia rei familiaris, supponatur potiùs acquisitio facta de pecunijs filijfamilias, ex *Abb. dicto cons.36. sub num.2. vers. secundò concurrit lib.2., Rolan. d.cons.90. n. 25. lib. 2., Bec. d.cons. 113. n. 9.*

Quoniàm, vt egregiè paritèr occurrebat sæpiùs allegata *Decisio R. P. D. mei Pij 13. Iunij 1698.* sub *§. Quo posito*, pro parte Oliuerij iustificabatur, Marianum tunc munere Centurionis, siuè Tribuni, & (vt vocant) Columnelli decoratum extare à Serenissimo Sabaudiæ Duce, quodque insimùl detinebat etiam bona sita intrà limites Regni Neapolitani, & consequentèr extrà Territorium Bannientis; quapropter retorquendo argumentum, de quo suprà, nimirùm, quod ageretur in substantia de modico pretio scutorum 960., magis probabile erat, quod in conflictu filijfamilias non industrij, & cum Fisco
19 semper duro Inimico intricati, Marianus adinstar aliorum Militum necessaria sibi etiam ad luxum, & luxuriam munimenta pararet ex stipendijs, & Congiarijs propriæ Tribunitiæ Dignitatis, redditus verò Regni Neapolitani mutuato nomine filij proptèr metum Fiscalium erogaret in hanc Domum, cùm in concursu, siue conflictu coniectura-
20 rum semper polleat verisimilior, & fortior, vt post *Bart. in d. l. Cùm oportet n.5. Cod. de bon. quæ liber.* in subiecta materia monuerunt *Corn. dicto cons. 54. sub num. 9. vers. in dubio tamen lib.4., Bero: quæst.famil. 46. n.2., Pascal. de patr. potest. par. 1. cap. 3. n. 24., Boss. eod. tract. cap. 4. n. 76., Card. de Luca de Regal. dicto disc. 150. n. 5.*

Pari modo decidebat, siuè retorquebatur (licèt suo loco prætermissa) circumstantia, quod Parisanus omiserit inter Bona hæreditaria Patris successiuè demortui Domum hanc connotare: Siquidèm iam ex Testamenti ipsius Mariani lectura liquebat, quod alia quoquè Bona, per ipsum tamquàm propria dinumerata, describere neglexerat Parisanus; ideòque faciliùs admittenda foret suspicio, quod idem Parisanus fortassè inhians ad euersionem fideicommissi, cum quo Marianus illum obstrinxerat, hanc etiam Do-
21 mum describere neglexerit, pròut in simili ratiocinata est *Rot. cor. Royas dec. 195. n.14. & seqq., & cor. Pentinger. decis.509. num.2., & decis.149. n.27. & 28. par. 9. rec.* & comprobat postrema *Decisio* huius Causæ edita in antecedenti Instantia 10. *Decembris 1698. §. Quouerò ad solutionem, cor. R. P. D. meo Pio*.

Vsquedùm Domini animaduertebant, vel adhùc regulam Oliuerio fauorabilem in sua firmitate remanere, vel saltèm rem in ambiguo pendere; Sed superimpositis in Statera Iustitiæ circumstantijs ipsam regulam confouentibus visum est, casum effici planum: signantèr etenim (cùm non ampliùs controuertibilis foret identitas) maximam securitatem parturiebat explicita declaratio, ac assertio facta per Marianum in suis extremis Tabulis, quod Domus, de qua agitur, coempta extitisset cum suis proprijs pecunijs specificè vlteriùs illam pro medietate prælegando fauore Iulij eius filij ex secundo Thalamo

lamo procreati, cum progressiua ordinatione desupèr inita particularis fideicommissi; cùmque ab hac declaratione, siuè dispositione neutiquàm Parisanus filius paritèr, & cohæres reclamauerit: profectò præponderans insurgebat demonstratio, quod Domus foret acquisita non de proprio, sed de paterno pe-
22 culio, quemadmodùm prætèr animaduersa in totiès memorata *Decisione* 13. *Iunij* 1698. §. *eòque libentiùs, coram R.P.D. meo Pio* punctualitèr ad rem ponderauit *Rot. decis.* 199. *n.* 8. *cor. Bich.*, *& dicta dec.* 217. *n.* 11., *&* 12. *cor. Card. Cerro*.

Clariùs, quia hæc successiua tacita, vt ità dicamus, emologatio, siuè approbatio Parisani, præuenta quoquè à vi veritatis apparebat in ipsomet Instrumento acquisitionis factæ de hac Domo, dum Parisanus in illo positiuè eamdem acquisitionem stipulatus erat etiam commodo, & fauore prænominati Iulij; nisi enim pretium effectiuè promanasset ab Arca Patris, procùl dubio non ità de facili iniuisset hanc implicitam donationem in persona fratris merè consanguinei, & non vtrinquè coniuncti, & ad quem exagerata hæreditas Marconi Aui Materni solius Pari-
24 sani nullo modo spectabat, ex congestis per *Michalor. de Fratrib. par. 3 cap. 14. num. 11., Rot. post eumdem decis. 50. n. 3. in fin.* nil quip-
24 pè magis tritum est, ac familiare, quàm quod donatio nusquam præsumatur, etiam inter sanguinè coniunctos, vt dicunt *Menoch. de arbitr. cas.* 88. *num.* 10. *cum seqq.*, *Farinac. in repert. de Contract. quæst.* 65. *ex num.* 1. *cum seqq.*, & præsertim *num.* 7., *Rot. cor. Arguell. decis.* 67. *num.* 7., *& decis.* 36. *num.* 3., *& seqq. coram Cerro*.

Accedebat in idem alia per necessarium antecedens expressissima agnitio, & confessio, quod Domus hæc attineret ad Marianum, dum filij Parisani, à quibus prouenìebant Iura Tiburtij, occasione diuidendi bona reperta in hæreditate eiusdem Parisani, palàm in se assumpserunt, & accollarunt quæcunque debita, quæ super huiusmodi Domo imposita apparerent à Mariano eorum Auo, ac fideicommittente; quomodò namquè Marianus valuisset ad sui commodum grauare prædictam Domum, si eius propria non fuisset? quod & enunciauerat Carolus filius naturalis præfati Mariani fideicommittentis in quodam præcepto per Acta Gubernatoris Asculi transmisso ad eosdem Parisani filios ex verbis iam opportunè registratis in allegata Decisione 13. *Iunij* 1698. §. *Nequè valuit*: impossibile quippè videbatur, quòd vel filij ipsius Parisani potuerint errare in hac accollatione suscepta, quando & hoc ipsum iudicialitèr asseruerat Carolus, cui tamquàm nullum super fideicommisso interesse confouenti, & tempore non suspecto id
25 enuncianti, magna procul dubio fides præstanda erat, pròut obseruat *Rot. decis.* 1644. *num.* 22. *cor. Coccin.*, *& dec.* 302. *nu.* 3., *& seqq. par.* 18. *Recen.*

Atque ità à primo ad vltimum, si qua in hac Causa cecidit asperitas, siuè hæsitatio, vnicè prouenit, ex quo quantumuis nusquam ad actum effectiuæ confiscationis, & incorporationis ob delictum fideicommittentis descensum appareret, nihilominùs idem Marianus illius formidine detentus cautius duxerat proprium nomen in hac acquisitione Fisco velare, & illud Parisani filij superimpingere, iuxtà illas fraudes quandòque licitas,
26 quandòque inhonestas, quæ ad auertendum Fiscum quotidiè practicatur, ex prænot. apud *Giurb. cons.* 54., *Surd. dec.* 116. *per tot.*, *Boss. de Dot. cap.* 10. *n.* 163., *Rot. dec.* 179. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *Rec.*, *& cor. Card. Celso dec.* 255. *num.* 2., *& in Fauen. Dotis* 12. *Decembris* 1681. §. *Vel ad præseruanda, cor. b. m. Vrsino, & in Perusina Census* 26. *Iunij* 1697. §. *Causa quippè, cor. R. P. D. meo Priolo*; Vndè iuremeritò huic velamini, siuè fraudi, ac simulationi
27 præualere debebat Rubrica *plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur*, præcipuè in subiecta materia simulationis de per-
28 sona ad personam, quæ faciliùs inducitur, & comprobatur, ex trad. per *Modern. Palm. alleg.* 8. *n.* 29., *Rot. dec.* 714. *nu.* 4., *&* 5. *cor. Merlin.*, *& in præallegata Perusina Census* §. *Quod autem*.

De reliquo pro fatali profligatione totius amaritudinis in hac Causa, tàm circà præmissa, quàm respectu ordinis, maturè Domini animaduerterunt, quod incassùm prætendi poterat, valuisse Parisanum fructus Auitæ hæreditatis ex latere Matris efficere suos, eosque inuestire, vel respectiuè euitari immissio aduersùs Domum, de qua quærebatur, ex quo (vt suprà annotauimus in obiecto) Domus acquisita de pecunijs alienis, sinè paternis transeat in dominium acquirentis sub obligatione dumtaxat restituendi tantumdem Domino pecuniæ; Quoniàm Parisanus non apparedat de tempore acquisitionis mediante actuali emancipatione solutus à Patria potestate; proindèque cùm mi-
29 nimè ageretur de peculio Castrensi, seù quasi, vel de proprietate bonorum aduentitiè obuentorum, & ipsa acquisitio, ac ipsi fructus ex Iure vsquè *XII. Tabularum* numquàm per successiuas leges sublato, ad Marianum
30 Patrem, & fideicommittentem pertinebant, ad *Text. supracitatos in L. Placet, ff. de acquir.*
31 *hæred.*, *& in L.* 2. *C. de patr. potest.*, & in ordine ad vsumfructum quòad bona aduentitia *Textus* paritèr est *in L. Cùm oportet, C. de bon. quæ liber.*, *Rot. cor. Merl. dec.* 168. *n.* 15., *&* 16. *& in Recent. dec.* 377. *n.* 4. *par.* 1., *& dec.* 281. *n.* 8. *par.* 10., & alibi frequentèr.

Replicatio verò, quod Marianus tunc ob detestabile Crimen læsæ maiestatis effectus Per-

Perduellio subijsset pœnam vltimæ condemnationis, & vniuersalis publicationis bono-
32 rum, ideòque veluti æquiparandus in hoc casu verè deportato deperdidisset Iura Ciuilia, & per consequens Ius Patriæ potestatis, vt etiam agnouit totiès adducta *Decisio 13. Iunij 1698. §. Et in omnem casum, cor. R.P.D. meo Pio*; huiusmodi conclusio, siuè suppositio non erat adeò clara, vt non posset fortasse solidiùs affirmari contrarium, ex ijs, quæ siuè abstractiuè, siuè indiuidualitèr colligi, & trutinari possunt per disputata apud *Gratian. discept. 462. num. 3., & seqq., Montan. de Tutel. cap. 18. num. 33., Ascan. Clementin. de Patr. potest. cap. fin. ex num. 12. cum plur. seqq., Bosi. eod. tract. cap. 2. nu. 7., Bellon. de Iur. accresc. cap. 7. quæst. 52. ex num. 94. cum seqq., san. mem. Clemens VIII. in vot. 1. impress. post decis. Rembold. num. 355., & seqq., Rot. dec. 916. num. 1. cor. Seraphin.*

Et nihilominùs posito etiam, quod Marianus per tanti delicti atrocitatem prolapsus esset à quocumque beneficio Iuris Ciuilis, & signantèr ab ipsa Patria potestate, cùm tamen successiuè, reseruato dumtaxàt exilio à Ciuitate Asculi, plenariè in reliquis fuerit in gratiam Principis restitutus per illa amplissima verba: *Sua Santità &c. non vuole, che si habbino per Banniti, nè capitalmente condannati per qualsiuoglia Delitto etiam enormissimo, come se di ciò non fossero stati mai condannati*; Profectò dissolutio Parisani à potestate Patris, tamquàm purè consecutiua ad ipsum de-
33 lictum, sicquè dumtaxàt occasionalis ratione tantummodò incapacitatis in Patre interìm in statu Banni exercendi Ciuilia Iura Patriæ potestatis, secuta à Superiori, ac principaliori authoritate repositione in statum pristinum, acsi Bannum non emanasset, incontinenti cessauit, adeoùt & fructus inuestiti (quidquid dicendum foret de consumptis) & ipsa Domus quomodolibèt acquisita, extrà causam tamèn Peculij Castrensis, seù quasi, aut aduentitij, redierint in fruitionem, ac dominium Mariani vberrimè restituti, dùm in longè fortioribus, bona etiam effectiuè secuto Banno translata in dominium alterius tertiæ personæ, redeunt ad huiusmodi plenariè restitutum, à quo recuperari possunt
34 contrà quemcumque interìm effectum iuridicum illorum acquisitorem, proùt vltrà *Mart. Medic. decis. Senen. 61. num. 4., & seqq.* laudatum in præadducta *Decisione diei 13. Iunij 1698. §. Et in omnem casum in fin. coram R.P.D. meo Pio*, plenissimè habetur in *decis. 714. num. 1., & 2. ac num. 15. cum duob. seqq. part. 4. tom. 3. Recent., & decis. 125. ex num. 1.*, & signantèr *num. 3. cum seqq. cor. Merlin.*

Circà detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, siuè prælegatum ex hiscè titulis de medietate controuersæ Domus initum à Mariano fideicommittente in personam Iulij fratris Parisani nullatenùs Domini pro effectu retardationis immissionis in hoc Agonali gradu restitutionis in integrum rati sunt immorandum, nedùm quia pro parte Executorum minimè ostensum fuit, quod Iulius in
35 proposito Paternam dispositionem acceptauerit; Sed etiam, quia in oppositum ad oculum patefecit Oliuerius, quod iam ex Iudicio, hodiè supponendo, nostri Tribunalis, legitima, & Trebellianica Iulio competens plusquàm consumpta remanserat ob alienationem Prædij fideicommissarij compellati *del Marino* factam ab Ioanne Vincentio, & Mariano Iuniore mediatis hæredibus Iulij, & respectiuè Authoribus Monasterij erigen-
36 di, proùt videre est in *Asculana Fideicommissi 25. Iunij 1694. §. Et secundum, cor. R.P.D. meo Caprara (inter suas impressas dec. 232. numer. 21.)*, & magis præcisè ad subuersionem huiuscemèt refugij responsum fuit in præcedentibus Decisionibus huiusmèt Causæ, signantèr verò in illa diei 17. *Iunij 1695. §. Hinc non fuerunt cum seqq. coram R. P. D. meo Scotto*, & in altera diei 4. *Iulij 1696. §. Nequè aduersari, coram R. P. D. meo Pio*.

Et ità, omnibus *Dominis* suffragium mihi præbere dignantibus, responsum fuit, vtraque &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

AD materiam, de qua in Decisione *numer. 2. cum seqq.*, quod nempè regula-
37 ritèr emens rem cum pecunia aliena efficitur illius Dominus, solùmque remanet debitor pretij ergà eum, cuius erat pecunia, vt dicunt allegati per *clar. mem. R.P.D. Magistrum meum Ansald. de Commerc., & Mercat. in disc. 93. num. 9., & 10.* remissiuè citatum in eadem Decisione *num. 3.*, quemuè retulit etiam, & secuta est *Rot. in Æsina Retractus 12. Iunij 1702. §. Minùs obstat, coram bon. mem. Muto*, & dictum quoquè fuit in *Romana Primogenituræ de Albericis 4. Iunij 1703. §. Manifesta tamen, coram prælaudato bon. mem. Ansaldo*.

Possunt ad ornatum superaddi tres limita-
38 tiones; quarum prima est, quando ex coniecturis, & circumstantijs constat, ementem intellexisse rem acquirere non sibi, sed Domino pecuniarum, vt patet ex *Rot. coram Canaler. decis. 221. num. 3. cum duob. seqq. & in Romana Cambij 27. Ianuarij 1708. §. Et sanè, coram Card. Scotto*.

Secunda est, quando Emptor effectus est non soluendo, tunc enim in subsidium com-
39 petit Domino pecuniarum vindicatio rei cum suis pecunijs comparatæ, *Duran. decis. 63. n. 3., & seqq., & decis. 212. n. 1., Royas*

decis. 233.

decis.233. num.8., & seqq., Cels. decis. 340. num.9., & 10.

Tertiò non procedit regula prædicta, quandò agitur de pecunia spectante ad Ecclesiam, Pupillum, Minorem, vel Mulierem; respectu namquè ipsarum persona-
40 rum speciale est, quod in earum arbitrio stet vel petere pecunias, vel res propria pecunia conquisitas, teste *Rot. decis. 391. numer.23. part.17. Rec.*, & specialitèr de re empta cum pecunijs spectantibus ad Ecclesiam *Augustin. Barbos. in cap.1. num.9. de Testam.*, *Rot. in Romana Pecuniaria, seù locorum Montium 15. Ianuarij 1706. §. Quò enim ad creditum in fin. coram Muto, & 22. Martij eiusdem anni §. Constat siquidèm, vers. hinc sequitur, coram Card. Caprara* (nunc inter suas *decis.753. num.4.*) vbi quod speciale est in Ecclesia, vt res empta ex illius pecunijs efficiatur ipsius Ecclesiæ, quamuis fuerit empta nomine alterius.

Confert ad eamdem materiam id, quod habetur in proposito hæredis grauati ementis Bona cum pecunijs Fideicommissarijs pro
41 se, suisque Hæredibus, & Successoribus, nàm pariformitèr regula est, quod talia Bona acquiruntur ipsi grauato emptori, contrà quem, eiusque hæreditatem Fideicommissarijs remanet dumtaxat actio pro recuperatione pretij, iuxtà sæpissimè trad. per *Rot.*, & signantèr in *Romana Fideicommissi Prosperi seu. de Cassarellis 1. Iunij 1699. §. Absquè eo quod, coram Lancetta* (hodiè inter suas *decis.89. num.37.*) *in Romana prætensæ Immissionis 26. Ianuarij 1703. §. Minùs obstat in fin. coram Muto, & in Bononien. Legati 16. Aprilis 1714. §. Criticari autèm, coram Card. Scotto*.

Cadente desupèr duplici limitatione, altera nimirùm, quandò hæreditas grauati
42 non sit soluendo, quia tunc possunt Fideicommissarij in subsidium vindicare Bona empta cum pecunijs fideicommissarijs, ex *Buratt. decis. 784.*, *Cels. decis. 340.* vtrobiquè *num.9., & 10.*, & admittitur in *Romana Manutentionis Domus 22. Ianuarij 1703. §. Minùs vrget, coram Card. Scotto*.

Et altera, quandò pecuniæ fideicommis-
43 sariæ ex præcepto Testatoris erant inuestiendæ in alijs Bonis, tunc enim Bona cum talibus pecunijs empta acquiruntur fideicommisso, non obstante, quod grauatus ea emerit pro se, hæredibus, & successoribus, vt videre est in *decis.413. ex num.2. cum plur. seqq. coram Cerro, & in Romana Fideicommissi 12. Iunij 1702. §. Nec magis vrget in fin. coram Kaunitz*.

Circà materiam vsusfructus competen. Patri in Bonis aduentitijs suorum filiorum, de quo habetur in hac Decisione *num.29. cum duob. seqq.* possunt quoquè aliqua non iniucunda ad ornatum annotari, vt inferiùs.

Et primò, quod pendente lite inter Pa-
44 trem, & Filium super competentia, vel incompetentia talis vsusfructus, interim manutentio danda est filio in pacifica, ac plenaria fruitione Bonorum aduentitiorum eidem obuentorum, *Card. de Luca de Seruit. disc.64. num.5., & disc.106. num.3., Rot. decis. 922. num 7., & 8. coram Dunoz. Iun., & coram Priol. decis.257. num.8.*

Secundò, quod Filius potest præscribere
45 vsumfructum Patri competen. in eius Bonis aduentitijs, talisque præscriptio inducitur ex acquiescentia Patris per decennium intèr præsentes, vt in pulchro, ac cæteròquin familiari casu Bonorum aduentitiorum obuentorum filiæ nuptæ constante Matrimonio firmauit ex professo *Rot. in Romana Vsusfructus 28. Maij 1607. §. Secunda, & magis tuta, coram Marcomontio*, quæ extat apud Me manuscripta.

Tertiò, quod quandò quis reliquit filio fa-
46 milias vsumfructum suorum Bonorum, tunc nullus Patri competit vsusfructus, nè detur vsusfructus ex vsufructu, & sic seruitus seruitutis, *L. 1. ff. de vsu, & vsufr. leg.* latè *Pappon. cons. 64. num. 16., & sub num.29. vers. secundus casus, & num. 30. cum duob. seqq.* vbi solùm disputat, an in hoc casu saltèm competat Patri commoditas talis vsusfructus, *Menoch. cons.1022. num.1., Altograd. cons. 50. num. 234. lib.1., Gratian discept.713. num.44., Sanchez cons. moral. lib.1. cap.2. dub.27., Pascal. de Patr. potest. part.1. cap. 3. num. 100., Antunez de Donat. Reg. lib.3. cap.23. num.42.*

Quartò, quod Pater in Bonis per ipsum-
47 met Filio inter viuos validè donatis nullum consequitur vsumfructum, vt prætèr allegatos in *Consult.* bon. mem. R. P. D. mei Ansaldi *impress.* apùd *Modern. Paulucc. post dissert. 5. alleg. 1. num. 15. fol.40.* comprobant *Crauett. cons.543. num.2., & cons.555. n.3., Surd. cons.259. num.15.*

Quintò paritèr, quod Pater non habet
48 vsumfructum in Bonis Filio suo donatis per Regem, aliumuè Supremum Principem non recognoscentem superiorem, *L. Cùm multa, C. de bon., quæ liber., Carol. de Grassal. de Regal. Franciæ lib.1. regal. 20. §. Si Rex donat fol. mihi 311., Fragos. de regim. Reipub. Christ. par. 3. lib. 2. disp. 3. §. 4. num. 148., Antunez de Donat. Reg. lib.1. cap.3. num.68., & lib. 3. cap. 23. num. 43., Rot. in Romana Officiorum Vacabilium, seù Vsusfructus 15. Maij 1711. §. Deueniendo in fin. coram Molines* (*nunc intèr suas dec.1307. n.13.*)

Sextò, quandò Testator instituit, vel sub-
49 stituit insimùl in hæreditate Patrem, & Filium, tunc in portione filij Pater nullum habet vsumfructum, *Authent. Itèm hæreditas, C. de bon., quæ liber., §. Si verò cum ascendentibus, Authent. de hæred. ab intest. ven.,*

ven., Cirocc. discept. 7. num. 47., & discept. 47. num. 24., Berlicb. decis. 136. num. 12., & 13., Gratian. decis. Marcb. 76. num. 19., & 20., Rot. coram Dunozett. Iun. decis. 160. num. 6. 7., & 9., & priùs *decis. 146. num. 5., & 6.* vbi ampliat, etiamsi Pater non acceptauerit quòad se hæreditatem, *& in Recent. decis. 366. num. 5., & 6. par. 14., in Auximana Prædij 20. Martij 1705. §. penult. coram Omaña, & in Fanen. Successionis 20. Nouembris eiusdem anni §. Quò etenim ad primam in fin. coram bon. mem. D. meo Ansaldo.*

Septimò demùm (reliquis omissis) quod 50 Pater non consequitur vsumfructum in Bonis, quæ ad eius filium deuoluta fuerunt ob illorum alienationem ab ipso Patre factam contrà præceptum fideicommittentis munitum pœnâ caducitatis, *Gabr. cons. 118. numer. 12. lib. 1., Surd. cons. 116. num. 24., & seqq., Grat. discept. 713. num. 29., Rot. in Ciuitatis Castelli Bonorum 27. Aprilis 1663. §. Minùs visum fuit post med. coram Beuilacqua* nullibì impressa, quam habeo m. s.

A. Lupardus.

ROMANA MONILIS.

Veneris 27. Nouembris 1699.

ARGVMENTVM.

Creditor anterior potest cogere posteriorem, vt exhibeat pignus habitum à communi Debitore pro securitate sui crediti ad effectum illud subhastandi, & deliberandi, eiusque pretium consignandi cui de Iure, & quæ sint necessaria in huiusmodi Iudicio exhibitionis. An autèm, secuta postmodùm subhastatione dicti pignoris, super illius pretio præferri debeat Creditor pignoratarius, quamuis posterior, vel potius alter Creditor aterior, qui institit pro eiusdem pignoris exhibitione, & subhastatione, *Rota* in præsenti Causa reliquit hunc articulum indecisum, ac suo loco, & tempore formitèr examinandum, quem tamen in alijs similibus casibus ex post resoluit fauore Creditoris anterioris, vt probatur in *Addit.*

SVMMARIVM.

1 *Via executiua non est exercibilis contrà Tertium, &* num. 3.
2 *Monitorium requiritur in Iudicio exhibitionis.*
4 *Admissio ad Causam operatur, vt sic admissus faciat omnia Acta sua tàm in fauorabilibus, quàm in præiudicialibus.*
5 *Clausula* = Non se adstringens &c. deducens &c. *adiecta in Monitorio operatur, vt Actor in progressu Iudicij allegare valeat quodcumque ius, & actionem sibi magis procuam.*
6 *Iudicium exhibitionis est summarium.*
Immò iuxtà tradita per Salust. Tiber. *est inappellabile*, num. 7.
8 *Actio promota super exhibitione est personalis.*
Et de ratione, num. 9.
10 *Exceptiones turbidæ, aut aliàs requirentes altiorem indaginem, non admittuntur in Iudicio exhibitionis, &* num. 29., *vbi de ratione.*
11 *Reus condemnatus ad exhibendum, si vult appellare, debet recurrere ad Tribunal Signaturæ Iustitiæ.*
12 *Via executiua censetur implicitè, & virtualiter canonizata à Signatura Iustitiæ stante rescripto* = Si quid exequendum.
Tuncquè Rota *in gradu appellationis non ampliùs dubitat de competentia viæ executiuæ*, num. 13.
14 *Creditor habens in manibus rem sibi à Debitore oppignoratam, non tenetur illam dimittere, nisi soluta summa sibi debita.*
Et de ratione, num. 15.
16 *Creditor, quamuis posterior, an in pignore sibi tradito à Debitore præferatur alijs Creditoribus licèt anterioribus eiusdem Debitoris.*
Et referuntur Doctores, *qui affirmatiuam tenent opinionem*, ibidem.
Et respectiuè alij, qui negatiuam tuentur sententiam, num. 18.
Sed Rota *in præsenti Causa reliquit hunc Articulum indecisum*, *vt* num. 17., & 22.
Quem tamen successiuè eadem Rota *non semèl formitèr resoluit fauore Creditoris anterioris, vt* in Addit. ex num. 34., vsquè ad fin.
19 *Clausula* = Pròut de Iure = *Adiecta in mandato de exhibendo* ad effectum subhastandi &c. *nullam irrogat præiudicium Creditori condemnato ad exhibendum pignus habitum à communi Debitore.*
20 *Creditor posterior tenetur ad instantiam alterius Creditoris anterioris exhibere pignus receptum à communi Debitore.*
Et de ratione, num. 21., & 26. cum seq.
23 *Creditor, quamuis posterior, potest instare pro subhastatione rei spectantis ad communem Debitorem, & ab alio Concreditore in pignus detentæ.*
24 *Mobilia minutatim vendita, & respectiuè bona fide empta, non cadunt sub hypotheca Creditorum Venditoris.*
Et de ratione, num. 25.
27 *Pignoris dominium remanet apud Debitorem, non verò apud pignoratarium, qui non sibi, sed Domino dicitur possidere.*
28 *Iudicium exhibitionis substantiatur in duobus extremis, quæ hìc explicantur.*
30 *Interesse eius, qui instat pro exhibitione, probatur ex simplici Iuramento ipsius instantis.*
Quod tamen non procedit indifferentèr, sed solum-

tummodò iuxtà qualitatem personalem eius, qui petit exhibitionem, num. 31.

32 *Libri Mercatorum, & cuiuscumque Rationis Bancariæ probant contrà scribentem.*

33 *Socius contrahens absquè expressione nominis Socialis, præsumitur proprio nomine contraxisse.*

36 *Creditor anterior an, & quandò possit directè agere aduersùs alium Creditorem pignoratarium, sed posteriorem, pro consignatione pignoris habiti à communi Debitore.*

DECISIO CXI.

VTi Creditor Bancariæ Rationis Fini, & Fantoni Creditricis Domini Don Gasparis Principis de Alterijs, ab A.C. Origo reportauerat Marchio Senator Nerlius Mandatum de exhibendo quoddam Monile pertinens in proprietate, seù dominio ad ipsum Principem aduersùs R. P. D. Bussium, qui idem Monile detinebat in pignus pro considerabili credito scut. 4200. contracto cum Fino altero ex Socijs memoratæ Rationis, quandò ad reclamationem R. P. D. Bussij commissà mihi cum Clausula suspensiua = *Si quid exequendum* = executione præcitati Mandati, à *Dominis* imploraui consilium, vtrùm exequi deberem ipsum Mandatum, vel potiùs ex Mihi traditis facultatibus A.C. cautius esset aliud de nouo decernere, ac relaxare; sed agnita præcedentis Mandati validitate, non minùs, quàm Iustitia, responsum obtinui pro eiusdem Mandati antecedentis executione.

Incassùm quippè increpari visa est nullitas obiecta contrà Mandatum, ex quo D. Marchio teneretur præuio Monitorio insistere apùd A.C. pro prætensa exhibitione Monilis, non autem agere posset executiuè, &
1 maximè contrà Tertium, contrà quem regulariter non intrat via executiua, etiàm vbi aliàs vel ex pacto, vel ex lege locum illa
2 sibi vindicaret, vt in proposito Monitorij necessarij in hoc Iudicio exhibitionis habetur apùd *Iason. in §. Prætereà num. 61. Instit. de action.*, *Salust. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 18.*, *Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 3.* vtrobiquè
3 *num. 2. cum seqq.*, & in specie viæ executiuæ non exequibilis contrà Tertium, patet ex traditis per *Alex. in Leg. A' Diuo Pio, §. Si super rebus sub num. 28. vers. Et pro hoc benè facit, ff. de re indic.*, *Ias. in Leg. Quædam §. 1. num. 6. ff. de eden.*, *Rota coram Gregor. decis. 22. num. 1.*, *& decis. 362. num. 6.*, ibiquè *Adden. n. 12.*, *& coram Card. Cels. dec. 128. num. 7.*, & alibi passim.

Respectu etenim formalitatis prædicti Monitorij, satis de eo liquebat *ex Summario* dato ex parte D. Marchionis *Num. 4.*, quoniàm cùm non dissimile iurgium penderet inter alios Creditores ergà ipsum R. P. D. Bussium, Marchio curauit ad Causam admitti, cùmque eadem Causa inter præfatos alios Creditores pariformitèr intentata ad exhibendum opportuno fulciretur Monitorio, ecce quod mediante præfata admissione eamdem formalitatem æquipollentèr prasticauerat, & induerat Marchio, iuxtà no-
4 tissimum effectum admissionis ad Causam, per quem admissus efficit sua omnia Acta, siuè pro, siuè contrà, ex deductis per *Rot. decis. 787. num. 3. coram Dunozett. Inn.*, *& in Recent. decis. 288. num. 1. part. 9.*, *& decis. 531. num. 2. part. 18.*

Nil faciente subalterna oppositione, quod in enunciato Iudicio per alios Creditores ad exhibendum promoto specificè quæstio non foret de hoc Monili, sed de diuersis Iocalibus, ac Gemmis: Quia cùm super ijsdem diuersis Iocalibus, & Gemmis nullum D. Marchio foueret interesse, profectò eius admissio ad illud Iudicium, ad illud Monitorium suaptè natura præseferens Clausulas salutares = *Non se adstringens &c. deducens omne Ius &c. omni meliori modo &c.*, palàm operabatur, quod impleta iam formalitate
5 valeret in progressu deducere propriam, magisque specificam petitionem exhibitionis Monilis aduersùs Reum iam legitimè lacessitum, vt in longè fortioribus terminis adnotarunt *Scacc. de Indic. lib. 1. cap. 50. num. 26.*, *& seqq.*, *Posth. resol. 93. num. 15. cum plur. seqq.*, *Thomat. decis. March. 254. num. 9.*, *Censal. decis. Lucen. 57. num. 18.*, *& seqq.*, *Rot. coram Duran. decis. 258. num. 2.*, *& 3.*, *& decis. 812. n. 7. cum duob. seqq. par. 18. Rec.*

Cùmque Iudicium huiusmodi exhibitio-
6 nis, non obstante prædicta formalitate Monitorij, sit vndiquè summarium, vt ait *Iason. in d. §. Prætereà num. 55. Instit. de action.*,
7 quin etiàm (vt censet *Salust. Tiber. in prax. d. cap. 18. num. 1.*, *& num. 8. lib. 2.*) inappellabile: vtiquè in illius prosecutione alio modo procedi non potest, quàm executiuè, scilicèt mediante relaxatione Mandati, vt profitentur idem *Salust. vbi proximè num. 6.*, *Ridolphin. in prax. d. part. 2. cap. 3. num. 12.*
8 *cum seqq.*; hæc etenim actio, tanquàm simplicitèr præparatoria ad alia competentia remedia, vel actiones, in sua positiua essentia est personalis, ex *Vlpian. in Leg. 3. §. Est autem, ff. ad exhiben.*, *Ias. in d. §. Prætereà num. 42. Instit. de action.* per determi-
9 nationem namquè legis præsupponitur inesse quidam quasi contractus ratione rei detentæ, ac exhibendæ, vt per *Text. instit. tit. de oblig., quæ ex quasi contract. in princip.* obseruat *Accursius*, siuè *Gloss. in d. L. 3. §. Est autem, verb. Personalis*: Et idcircò eadem
10 actio tàm potens est, & in Iure nostro priuilegiata, vt ad normam cuiuscumque alterius actionis magis fauorabilis, celeris, & executiuæ contrà quemcumque, etsi Tertium, ratio-

ratione detentionis obligatum exhibere, non admittat exceptiones, quæ altiorem promereantur indaginem, sicuti patet fermè ex *tot. tit. ff. ad exhiben.*, & præcipuè *in dict. Leg. 3. §. Ibidèm subiungit*, & concordant *Iason. in cit. §. Prætereà n. 57. Instit. de action.*, *Rot. in Romana Pecuniaria super exhibitione 21. Iunij 1694. §. Nec ad euertendam, & 2. Iunij 1698. §. Sanè in fin., cor. R. P. D. meo Muto.*

Ineuitabilitèr verò; quia quotiescumquè aliquis ab huiusmodi Mandatis de exhiben-
11 do læsum se putat, siuè ratione nullitatis, siuè iniustitiæ, recursum de Iure, & de stylo pro Commissione appellationis obtinenda habere solet, & debet ad Signaturam Iustitiæ, quemadmodùm punctualitèr in praxi docet *Ridolphin. dict. par. 2. cap. 3. n. 18., & seqq.*; Ideòque cùm eadem Signatura vicè circumscribendi Iudicatum, vel rescribendi = *De appellatione* = proùt obseruatur in Iudicijs ordina-
12 rijs, vlteriorem Mihi cognitionem delegauerit cum Clausula = *Si quid exequendum* = certè in his terminis frustranea redditur indagatio viæ, vel non viæ executiuæ, ex his, quæ innuit *Ridolphin. in loc. citat. n. 23.*; Regularitèr enim posita ambiguitate processus validi, vel non validi, executiui, vèl non executi-
13 ui, & intercedente huiusmodi canonizatiua, potiùs respectu ordinis, forma rescribendi Signaturæ Supremum Principem repræsentantis, Sac. Rota ampliùs de processu valido, & executiuo non dubitauit, vt in *Anconitana Pecuniaria 31. Ianuarij 1689. §. Et cùm Signatura Iustitiæ, coram R. P. D. meo Caprara* (nùnc intèr suas *decis. 33. num. 4.*) *in Romana Associationis 4. Iunij 1696. §. Secundò, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano, & in Romana, seù Anconitana Dotis 15. Ianuarij 1698. §. Eò autem libentiùs, coram R. P. D. meo dell'Olmo.*

Explosa nullitate, cessare non minùs visa est asserta iniustitia eiusdem Mandati: Quamuis etenim ex parte R. P. D. Bussi satagerent Informantes ab ipsa radice conuellere quam-
14 cumque prætensionem exhibitionis Monilis, ex quo nullo modo eripi valeat pignus de manu Creditoris, nisi priùs eo debito dissoluto, pro quo emicat subsecuta oppignoratio, sicutì adamussìm fuerat seruatum intèr eumdem Bussium, & reliquos Creditores, seù hæredes Moretti in illa altera *Romana Gemmarum super restitutione 30. Ianuarij, & 1. Iulij 1697. cor. R. P. D. meo Muto.*

Idque sub ea perurgenti ratione, quod
15 Creditor numerans pecuniam accepto pignore, eiusdem pignoris fidem potiùs sequutus esse videatur, quàm Debitoris, iuxtà illud, de quo lepidè conquerebatur *Martialis Epigr. lib. 2.*

Cùm rogo te nummos sinè pignore, non habeo inquit;
Idem, si pro me spondet Agellus, habes.

Ac propotereà admodùm præiudiciale, & asperum redderetur, si, non recepta satisfactione, Creditor amittere cogeretur pi-
16 gnori insistentiam, per quam non defuere plurimi *Doctores*, qui vel ex causa publici Commercij, vel ex quo non intret hypotheca, quæ sit exercibilis contrà Tertium possessorem in Mobilibus minutatìm extraditis, opinati sunt, Creditorem, etsi ratione temporis, vel hypothecæ posteriorem, esse tamen super ipso pignore, eiusque valore anteferendum alijs anterioribus, secundùm ea, quæ substinent *Pyrrh. Maur. de retent. quæst. vnic. num. 24. impress. post eius tract. de fideiuss.*, *Scacc. de Commerc., & Camb. §. 2. gloss. 5. num. 438., Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 8. num. 1067., & seq., & num. 1833.*, *Beutern. de Iur. prælat. lib. 1. cap. 40. per tot. Thor. in supplem. compend. Decis. verb. Creditor in re pignorat. fol. mihi 119.*, *Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. fin. num. 143.*, *Iul. Capon. contron. foreus. 67. num. 25.*, *Card. de Luca de Credit. disc. 10. num. 19., & disc. 22. ex num. 18. vsquè ad fin.*, *Alter de Luca in obseru. ad Franch. decis. 708. num. 5., & in animaduers. ad Gratian. discept. 262. num. 3.*

Nihilominùs responderunt *Domini*, ab hodierna inspectione remanere penitùs extraneos terminos prælaudatæ alterius Causæ *Romana Gemmarum*; In ea quippè non erat quæstio de refusione mutui, seù crediti, nisi in consequentiam alterius quæstionis, vtrùm substineretur oppignoratio, tanquàm facta (vt prætendebatur) à Fino mala fide, & non à Domino; proùt etiam hic, & nùnc inapplicabilem prorsùs existere disputationem, vtrùm Creditor, qui accepto pignore mutuauit Debitori pecuniam, antelationem sortiatur ergà Creditores anteriores oppigno-
17 rantis: Ideòque nihil desupèr in præsenti prædeterminare duxerunt, proprium opportuniori loco Iudicium in hac quæstione daturi, quandò scilicèt facta exhibitione inquiretur, an, & quomodò deueniri debeat ad ipsius pignoris subhastationem, & deliberationem, & an paritèr in pretio exindè retrahendo præferendus veniat mutuator cum pignore, vel Creditor anterior hypotheca-
18 rius, tuncquè aduersùs ea, quæ censuerunt suprà relati *Doctores*, ad trutinam appendentur assertores contrariæ sententiæ, vtì sunt *A' Cost. de priuileg. Credit. in præfat. ad regul. 3. num. 93., & 94., Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. quæst. 2. num. 17., & 18., & tit. 5. quæst. 188. sub num. 18. vers. & isto etiam, & seq.*, *Salgad. in Labyrint. Credit. part. 1. cap. 11. num. 1., & seqq.*, & signantèr *num. 8. & ex num. 14. vsquè ad 22.*, *Tondut. de præuent. par. 1. cap. 31. ex num. 47. vsquè ad 50.*, *Modern. Mantuan. consult. decis. 94. num. 12. cum trib. seqq.*, & habetur in *modern. tract. de Commerc., & Mercatur. disc. 11. num. 15.*

Et

Et quidèm Mandatum, de cuius executione agebatur, nil prorsùs præfiniebat ad effe-
ctum affirmatiuæ, vel negatiuæ opinionis,
cùm ſimplicitèr in eo demandaretur exhibi-
tio Monilis ad effectum (ſunt verba præciſa)
*illud conſignandi, ſeù ſubbaſtandi, & delibe-
randi, proùt de Iure*; proindèque ex hac ipſa
formula decernendi remanebat illibata præ-
tenſio R. P. D. Buſſi ſuper eius antelatione
contrà quoſcumque alios Creditores, &
ſignantèr eumdem D. Marchionem agen-
tem vtì Creditorem Creditricis Domini
ipſius Monilis, adeòut, ità exigente Iuſti-
tia, valeret in vim præcitati Mandati re-
19 troconſignari ipſimet R.P.D. Buſſio; Clau-
ſula quippè = *Proùt de Iure* = complectens
plures effectus, ſcilicèt conſignandi, ſeù
ſubhaſtandi, & deliberandi, nullum irro-
gabat præiudicium, ad tradita in propoſito
prædictæ Clauſulæ per *Bero. conſ.74.num.14.
lib.3., Surd. conſ.379.num.33., & ſequen.,
Sperell. deciſ.85. ſub num.38., Rota coràm
Seraphin. deciſ. 530. num. 5., & deciſ. 172.
num.17. coram Card. Cerro*, & in terminis,
20 quod exhibitio facienda ſit à detinente pi-
gnus communis Debitoris, quamquàm for-
taſsè deueniri non poſſit ad illius diſtractio-
nem, argumento *Text. in L. 3. ff. de damn.
infect.* firmat *Fontanell. de pact nupt. clauſ.7.
gloſs.3. part.8. num.12. in fine, & num.17.,*
21 qui etiam poſitiuè aduertit, quod Creditor
pignoratarius nullum damnum ex hoc capi-
te patiatur, & poſt *Bartol. in L. à Diuo Pio,
§. Sed, & illud num.2. ff. de re iudic., Sal-
gad. in Labyr. Credit. d.par.1.cap.11.num.10.,
Carol. Ant. de Luca ad Gratian. d. diſcept.262.
num.4.*

Non intendentes itaquè *Domini* quidquam
22 reſoluere in conflictu huius antelationis,
ſtrictè ad limites Mandati A.C. Origlii per-
pendendum exiſtimarunt, vtrùm locus eſſet
exhibitioni ad finem, vt etiam quando
R. P. D. Buſſius foret anteponendus, non
eſſet impedita facultas aliis Creditoribus,
ipſique D. Marchioni veſtienti pannos com-
munis, & originarij Debitoris, reluere Mo-
nile, vel ſatisfieri ſuper reſiduo pretij exce-
23 dentis; excepto enim caſu crediti Dotalis,
vel alterius Creditoris à Iudice immiſſi (vt
in *Romana Immiſſionis* edita pendente exten-
ſione huius *Deciſionis*, videlicèt *die 14. De-
cembris cadentis anni 1699. coram R. P. D.
meo Caprara*, quæ nunc eſt inter eius nouitèr
impreſſas *la 472. num.8., & 11.*), non im-
peditur Creditor, etiam in ſuis caſibus po-
ſterior, de Iure, vel de facto rem ſubhaſtare
communis Debitoris ab alio Concreditore
in pignus detentam, ex collectis per *Gratian.
diſceptat.941.num.3., & ſeqq., Rota deciſ 205.
num.32., & deciſ.234. num.1. apud Poſth. de
Subbaſtat., & in Recent. deciſ.181. num.4.
par.4.*, & alibi frequentèr.

Magnaque de cætero differentia eſt inter
24 exercitium hypothecæ reſpectu Mobilium,
quæ in manuali Commercio fuerint vendi-
ta, ac diſtracta alicui bonæ fidei Emptori,
ex ijs, quæ originalitèr habentur apùd *Bald.
in Leg. Vbi adhùc num.37. C. de Iur. Dot.,
Merlin. de Pignor. lib.2. quæſt.45. num.50.,
& ſeqq., Card. de Luca de Regal. diſc.129.
num.4., & d. diſc.22. ſub tit. de Credit. n.21.,
Rot. deciſ.340. num.2., & deciſ.652. num.1.,
& 2. part.18. Recent.*, & inter Mobilia, ſeù
Gemmas oppignoratas; primò namquè caſu
25 præceſſit effectiua translatio Dominij ex
cauſa publici Commercij non ità de facili
vindicabilis, aut perſequibilis: In ſecundo
26 autem tantum abeſt, quod ſecuta cenſeri
poſſit aliqua abdicatio, ſeù translatio Domi-
nij, quin potiùs illud remanſit naturalitèr,
& ciuilitèr in oſſibus Debitoris, ex quo pi-
27 gnoris detentor non ſibi, ſed Domino dici-
tur poſſidere, teſte *Gratian. diſcept. 777.
num.13., & ſeqq., Cenſal. deciſ. Lucen. 15.
num.82., Rota deciſ.283. num.12. part.16.
Recent.*

Et ob id, recompilando punctum hodiernæ
controuerſiæ, plana comparuit *Dominis* re-
ſolutio ſuper neceſſitate exhibitionis; nàm
28 cùm duo tantummodò ſint extrema hu-
ius Iudicij, intereſſe videlicèt pro parte
petentis ipſam exhibitionem, & detentio
rei exhibendæ penès alterum, quemadmo-
dùm abundè, cæteris omiſſis, fuit enuclea-
tum *in dicta celebri Romana Pecuniaria ſuper
exhibitione 21. Iunij 1694. §.1. in fin.* confir-
mata *31. Ianuarij 1695. §. Quandoquidèm,
& 2. Iunij 1698. §. Concurrere ſiquidèm, co-
ram R. P. D. meo Muto*.

Circà ſecundum extremum nulla ſuberat
difficultas, cùm R.P.D. Buſſius ingenuè de
more nedùm fateretur detentionem Moni-
lis, verùm quoquè illud, tanquàm fideliſſi-
mè cuſtoditum, tàm Iudici præcedentis In-
ſtantiæ, quàm Mihi ocularitèr exhibuit;
proindèque firmato hoc extremo, & cardine
redacto ad intereſſe D. Marchionis, illud
reddebatur innegabile; quoniàm ipſe D. Mar-
chio ſe prætendebat eſſe Creditorem Ratio-
tionis Bancariæ cantantis (vt ſuprà) ſub
nomine *Fini*, & *Fantoni* in ſumma ſcuto-
rum 25639. 76.$\frac{1}{1}$, iuxtà partitas Librorum
eiuſdem Rationis, & ſolidationem abindè
confectam, *Summario Marchionis Num.8.,
& 9.*, & conſequentèr, quidquid obijcere
conarentur contrà idem creditum Buſſij De-
fenſores, vtiquè non valebat exaudiri in
29 præſenti Iudicio, in quò, vt præmiſimus,
retunduntur altioris inuolucri exceptiones,
& expreſsè *I. C. in d. L.3. §. Sciendum, ff. ad
exhiben.* præcipit, quod *ſummatìm* de inte-
reſſe petentis cognoſcatur, ſiuè deguſtetur,
vt ibi = *Iudex igitùr ſummatìm debebit cogno-
ſcere, an eius interſit*, adeòut (præciſâ ca-

lumniâ

lumniâ, de qua in *Leg. Ad exhibendum 19.*
30 *eodem tit.*) ftari poffe, ac debere fimplici Iuramento poftulantis exiftimet *Gloss. in dicto §. Sciendum, verbo Summatim*, quod ta-
31 men attenta perfonarum qualitate temperatur, ex animaduerfis per *Iason. in d. §. Præterea num. 46. Instit. de action., Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 31. num. 7., Ridolphin. in prax. d. part. 2. sub num. 41., Rota in dicta Romana Pecuniaria super exhibitione 21. Iunij 1694. §. Consistit siquidem, & 2. Iunij 1698. §. Sanè, coram R.P.D. meo Muto*; ac proindè citrà fcrupulum, quando, prònt hic, Marchio demonftrabat intereffe ex partitis ad eius creditum adnotatis in Libris memo-
32 ratæ Rationis, qui regularitèr probant contrà Scribentem, *Spad. consf. 295. n. 1. lib. 2., Marquard. de Mercat. lib. 3. cap. 9. num. 53., Rota decif. 459. num. 9. coram Dunozett. Iun., & decif. 80. num. 1. par. 18. Recen., & in Romana Pecuniaria 23. Ianuarij 1692. §. Et quòad fecundam, coram R.P.D. meo Pio.*

Superuacanea idcircò effici videbatur illa altera promota colluctatio, vtrùm Finus, qui erat vnus ex Socijs præcitatæ Menfæ Nummulariæ, Sociali, vel potiùs proprio nomine oppignoraffet Monile: Quia licèt ex fimplici lectura ipfius oppignorationis vndequaquè liqueret, neutiquàm Finum vfurpaffe nomen Rationis, quæ iam de prędicto tempore, nempè de anno 1687., totalitèr ceffauerat, fed abfquè mentione Socij, vel Societatis propriam obligationem, & no-
33 men dumtaxat adhibuiffe, quando & hoc ipfum, non expreffo nomine Socij, vel Societatis, de Iure præfumendum effet, ad congefta per *Francifc. Palm. confult. 47. n. 41., & 42., & confult. 48. num. 75., & 76., Michalor. de Fratrib., part. 2. cap. 48. num. 10., Fælic. de Societ. cap. 3. num. 43. cum feqq., Card. de Luca de Credit. difc. 87. num. 10., Vrceol. decif. Florent. 1. num. 24., Rot. decif. 146. num. 4., & feqq. part. 18., & in Romana Cambij 14. Iunij 1684. §. Quod enim, coram bon. mem. Florez.*

Attamen femper ex hac ipfa difputatione, fi non æqua difputabilitate, pleniffimè emergebat fumus nimis palmaris, & vehemens intereffe D. Marchionis, vt ex fe, & ex præmiffis fatis elucebat; ficquè à primo ad vltimum, conftito fuperabundantèr ad præfens in hoc Iudicio de vtriufque extremi verificatione, & concurfu, meritò *Domini* reputarunt, *Mandatum A.C. effe exequendum*, vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

De hac Caufa ampliùs actum non audiui donèc Ego permanfi apud Extenforem præinfertæ *Decifionis* in munere eius ftudiorum Adiutoris, vndè puto, quod res terminata remanferit per amicabilem compofitionem fortafsè fecutam inter Marchionem Nerlium victorem tamquàm mediatum creditorem anteriorem clar. mem. Principis Don Gafparis de Alterijs, ac bon. mem. R.P.D. Ioannem Buffium pignoris detentorem, & refpectiuè condemnatum ad illius exhibitionem.

Articulus, quem *Rota* in præfenti Caufa reliquit indecifum (vt liquet ex Decifione
34 *num. 17., & 18.*) vtrùm nempè Creditor, quamuis pofterior, in pignore habito à communi Debitore pro fecuritate fui crediti prçferatur, necnè alijs illius Creditoribus anterioribus, fuit poftea de anno 1711., *Me*
35 *fcribente, & obtinente*, formitèr, & ex profeffo refolutus fauore D. Portiæ Pafferinæ meę Principalis vtpotè creditricis anterioris pro eius iuribus dotalibus comparatiuè ad alterum Creditorem pignoratarium, quemadmodùm videre eft *in Romana reftitutionis Dotis 20. Martij prædicti anni 1711. coram clar. mem. Card. Scotto imprefs. apud modern. Cafareg. de Commerc. difc. 120. fub num. 35.*, cum fucceffiua renunciatione litis facta per dictum Creditorem pignoratarium, ac de cætero pofteriorem, qui erat bon. mem. probus, ac honoratus Vir D. Francifcus Monthionus tunc temporis Depofitarius Generalis Reu. Cameræ Apoftolicæ, quiuè penès fe detinebat quamdam lineam margaritarum, ac nonnullas Tabulas Iafpidis, aliaque pretiofa mobilia fibi in pignus tradita occafione mutui, quod cum eo contraxerat Io: Baptifta de Puteis prædefunctus Vir dictę Mulieris in Caufa victricis.

Dignumque obferuatione eft, quod præfata Mulier neceffe non habuit intentare actionem præparatoriam *ad exhibendum* aduersùs prçcitatum Monthionum creditorem pignoratarium, ficuti practicare opus fuit Marchioni Nerlio in cafu praadductæ Decifionis recol. mem. R. P. D. mei Anfaldi *in*
36 *Romana Monilis*; Sed directè contrà eumdem Monthionum inftitit pro relaxatione Mandati de confignando enunciata mobilia oppignorata, quia nimirùm eius creditum dotale longè excedebat valorem dd. mobilium: fuitque in hoc exaudita non minùs à Iudice primæ Inftantiæ, quàm fucceffiuè *à Sac. Rota in cit. Romana reftitutionis Dotis coram Card. Scottto* apud *Cafareg. dicto difc. 120. num. 37.*

Cęterùm fiuè ceffet, fiuè adfit neceffitas exercendi memoratam actionem præparatoriam *ad exhibendum*, hoc vnum certum eft,
37 quod hodiè viuitur cum ea opinione, nimirùm quod Creditor anterior omninò prçferendus venit fuper pignore tradito à communi Debitore alteri Creditori pofteriori, fiuè fuper pretio retracto ex illius fubhafta-

tione, & deliberatione, pròut insequendo sensum habitum *à Sac. Rota in d. Romana restitutionis Dotis coram Card. Scotto* non semèl successiuè respondit *idem Sac. Auditorium*, & signantèr *in Romana Pecuniaria 15. Martij 1715. §. Non attento, coram Rmo D. Crispo* inter suas *decis. 320. num. 11.*, & *in Romana Pignorum 5. Martij 1720. §. fin. ad med. coram R.P.D. Corio*; Adeòut hanc opinionem Creditori anteriori fauorabilem difficile sit ampliùs in controuersiam reuocare. *A. Lupardus.*

BONONIEN. PRÆDIJ SVPER REMISSORIA.

Mercurii 2. Decembris 1699.

ARGVMENTVM.

Denegatur Remissoria in præsenti Decisione ex capite irreleuantiæ, improbabilitatis, & incongruentiæ Iudicij de sui natura respuentis exceptiones requirentes altiorem indaginem. Pactum temporale francandi, seù redimendi an, & quandò exerceri valeat non obstante lapsu termini conuenti, concurrente læsione; cum alijs ad materiam redemptionis, seù retrouenditionis vigore pacti initi inter Emptorem, & Venditorem, de quibus in *Summario*, & in *Annot.*

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur stante irreleuantia materiæ articulatæ*, & num. 16.
Nec quando materia articulata videtur improbabilis, num. 2.
Paritèr denegatur Remissoria stante incongruitate Iudicij non admittentis exceptiones altiorem indaginem requirentes, num. 3.

4 *Pactum redimendi intrà certum tempus eo elapso nequit ampliùs à Venditore exerceri.*
Idemque procedit in pacto francandi, ibid.
Limita, vbi in venditione intercesserit læsio, vel suspicio vsurariæ prauitatis, quia tunc potest pactum à Iudice prorogari, vel reddi exercibile etiam post lapsum temporis conuenti, num. 5., & num. 17.
Et quomodò ad hunc effectum læsio commensurari debeat, num. 7.

6 *Pactum redimendi, etiam temporale, diminuit valorem rei venditæ.*

8 *Associationis Iudicium non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem*, & num. 10.

9 *Exceptiones turbidæ, & requirentes altiorem indaginem non admittuntur in Iudicio manutentionis.*

11 *Valor præsens rei non influit ad arguendum similem illius valorem de tempore contractus secuti antè sexdecim annos.*

12 *Valor rei præsumitur immutatus per lapsum solius decennij.*

13 *Remissoria non datur ad faciendas probationes contrà propriam confessionem.*

14 *Error allegatus contrà propriam confessionem non præsumitur, sed est concludentèr probandus.*
Præsertìm, vbi agatur de confessione iterata, num. 15.

18 *Pactum retrouendendi intrà certum tempus potest à Principe prorogari absquè consensu Emptoris.*

19 *Pactum retrouendendi potest probari per Testes etiam singulares, licèt de eo non loquatur Instrumentum, vel Apoca venditionis.*
Dummodò tales Testes sint omni exceptione maiores, num. 20.

21 *Emptor cum pacto retrouendendi est verus rei Dominus interìm, & donèc fuerit coactus retrouendere.*

22 *Pactum redimendi, seù retrouendendi potest per Venditorem alteri cedi.*
Limita, vt num. 24.

23 *Pactum de retrouendendo transit ad hæredes Venditoris etiam extraneos.*

25 *Ius redimendi si fuerit alicui à Venditore legatum, non ideò censetur legata pecunia ad redimendum necessaria.*

26 *Gabella non debetur de contractu retrouenditionis secutæ fauore ipsius Venditoris in vim præambuli pacti de retrouendendo.*
Secùs si retrouenditio sequatur fauore Tertij, cui Venditor cesserit Ius redimendi, n. 27.
Et quid, si retrouenditio fiat non eodem pretio, sed diuerso, seù nouitèr constituto, ibidem num. 28.

29 *Laudemium quandò debeatur, necnè Domino directo ex retrouenditione rei emphyteuticæ de eius consensu per emphyteutam alienatæ cum pacto redimendi*, & num. 30.

DECISIO CXII.

Facto per me in hodierna Audientia verbo super expeditione præsentis Causæ, in qua prodierant geminæ *Decisiones* Lucretiæ fauorabiles, contextualitèr instetêre Fratres de Rubeis succumbentes pro admissione Articulorum, seù concessione Remissoriæ; Sed quemadmodùm *Domini* censuerunt, Causam dubio procùl promereri expeditionem, ità veluti inutilem, ac prætensæ retardationi penitùs inefficacem reiecêre petitionem super Remissoria.

Vnica siquidèm intentio, quæ ab articulis ex parte Fratrum exhibitis emergebat, ad probandum scilicèt, quod Prædium controuersum de tempore traditionis in solutum cum pacto affrancandi ad sexennium commodo Auctricis ipsius Lucretiæ pro pretio librarum 12. mil. conscenderet ad libras 25. mil., vt exindè resultaret, vel quod sola me-

medietas, non totum Prædium datum foret in solutum, vel quod intercedente tàm graui læsione perpetuaretur supradictum pactum francandi; frustrata necessariò remansit tùm ex capite irrelevantiæ, tàm ex altero improbabilitatis, tùm denique ex incongruentia hodierni Iudicij, quandò altera ex hisce tribus replicationibus exuberabat ad effectum

1 denegandæ Remissoriæ, vt in proposito irrelevantiæ passim dictum fuit, & signantèr *in Perusina repetitionis indebiti super Remissoria 4. Februarij 1692. §. 1. in fin. coram R.P.D. meo Priolo, & in Romana Pecuniaria super Articulis 14. Aprilis 1698. §. fin. coram*

2 *R.P.D. meo Muto*; in specie improbabilitatis *Rota decis. 319. num. 16. part. 6. Recent.*, *& in Vvormatien. Canonicatus super Remissoria 12. Ianuarij 1691. §. Verùm, coram bo. me.*

3 *Benincasa*; ac demùm incompetentiæ Iudicij *eadem Rot. in Calaguritana Pontificalium super Remissoria 4. Martij 1697. §. Cæteri verò articuli, & sequ. coram bon. mem. Vrsino Decano.*

Incipiendo etenim ordine inuerso ab incompetentia, siuè incongruentia Iudicij, & sic feriendo posteriorem effectum, quem sibi pollicebantur Fratres, prorogandi nempè, siuè perpetuandi pactum francandi, non diffitebantur *Domini*, quod etsi expirato

4 tempore conuento ad ineundam redemptionem, siuè affrancationem regularitèr libera res remaneat in pleno, & absoluto dominio concessionarij, ex trad. per *Contr. discept. 51. num. 17., Rot. coram Gregor. decis. 559. numer. 7., & seqq. ibiquè Adden. num. 8., & cor. Priol. decis. 455. num. 22., & decis. 241. num. 9. par. 17. Rec.*

Non minùs tamen vera est limitatio, quod vbi læsio valdè considerabilis intercedat, vel

5 ad effugiendum periculum vsuræ, de quo *Text. in Cap. Ad nostram, de empt., & vendit.*, vel ex quadam æquitatiua subuentione Iudex valeat, ac debeat occurrere defluxui conuentionis mediante prorogatione, siuè admissione affrancationis, etiam suprà tempus à Partibus præfinitum, sicuti temperando regulam prædictam vno ore affirmarunt *Adden. ad Gregor. d. decis. 559. sub num. 8., Posth. resol. 124. num. 4., & seqq., Io: Franc. Balthasar pract. resol. tit. 7. resol. 1. sub num. 3. §. Quemadmodùm, Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 89. num. 10., Capon. contr. for. 59. num. 20., Ciroch. discept. 71. num. 16., Laurent. decis. Auen. 120. sub num. 14., Surd. decis. 34. sub num. 4.*

Sed in præsentis Iudicij circumstantijs nullatenùs recipi posse videbatur limitatio, illaque ad serius examen reuocari; Vltrà enim quod, ex mox subiungendis super secunda replicatione, improbabilitas ipsa oblatæ iustificationis de valore Prædij in lib. 25. mil. eijciebat ab hypothesi terminos læsionis: Et

6 vltrà pariter, quod dempto illo appretio, quod ad diminationem iusti valoris secum fert pactum ipsum, licèt temporale, affrancandi, valor fortassè etiam subsistens hodierno tempore in libr. 25. mil. non ità de

7 facili deseruire poterat ad ostendendam illam læsionem, quam in hoc assumpto prorogandæ redemptionis nonnulli arbitrio Iudicis relinquunt, & alij subcensent, mensurandum esse ad normam *L. 2. C. de rescind. vendit.* quemadmodum videre est apud *Caluin. de Æquit. lib. 2. cap. 116. ex num. 5. cum seqq.*, & signantèr *num. 7. cum seqq.* vbi præcisè ait, detalcandum esse valorem pacti de affrancando, seù redimendo, *Cyriac. controu. 257. num. 31., & seqq., Magon. decis. Lucen. 77. num. 18., Mart. Vot. Pis. 54. numer. 5., & seqq., Franc. Merlin. decis. Lucen. 70. num. 30., & 31., Mart. Medic. decis. Senen. 33., & 34. per tot., Rota coram Cels. decis. 194. num. 7.*

Hoc vtiquè corruscabat esse indubitatum,

8 quod cùm versemur in priuilegiatissimo Iudicio Manutentionis, ac vndequaquè respectiuè celeri, & executiuo Associationis, nequàquam poterant similes inspectiones maturiùs attendi, aut in aliqua haberi consideratione; controuersia namquè potissima, quæ inter Lucretiam, & Fratres de Rubeis versata fuerat in Partibus, & coràm A. C., & ad præsens versabatur in nostro Auditorio, tantummodò residebat in indagando, ac iudicando, vtrùm medietas dumtaxàt Prædij *del Reno*, vel vniuersum ipsum Prædium traditum extitisset per Fratres in solutum Comitissæ Franciscæ, à qua causam desumebat Lucretia: ideòque cùm per præcedentes *Decisiones* superlatiuè constitisset, totum, & non partem, seù medietatem venisse in contractu, hodierna prætensio læsionis dispungenda erat in suo distincto, & particulari Iudicio, non autèm in hoc Associationis,

9 & Manutentionis, quæ, etiam præcisiuè ab huiusmodi disparitate terminorum differentiæ, suaptè naturâ non recipit oppositiones, seù probationes altiorem efflagitantes indaginem, teste circà Manutentionem *Rot. in Camerinen. Manutentionis, seù Censuum 10. Martij 1698. §. Certam tamen, & 23. Iunij eiusdem anni §. Quoniàm, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano, & in Alexanen. Manutentionis 1. Iulij proximè delapsi §. Omissa*

10 *namquè, coram R. P. D. meo Pio*, & respectu Associationis dictum fuit *in Anconitana Pecuniaria 15. Martij 1697. §. Nec ad retardandam, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana Associationis 4. Iulij 1698. §. Quoniàm, coram Me (dec. 60. n. 5. tom. 1.)*

Ex capite quoquè improbabilitatis efficiebantur Articuli inadmissibiles; quantumuis enim ad prætexendam futuram probationem vltrà Testes examinandos prematurè illo-

rum

rum dicta adminicularentur à quadam moderna relatione publici Periti Ciuitatis Bononiæ, nec non per aliquot Testes ad perpetuam nupèr inductos, ac deniquè mediante oblatione coemendi idem Prædium *del Reno* per libris 25. mil. de recenti paritèr facta per duos Nobiles, seù Familiæ Senatoriæ Viros; Adhùc in primis huiusmodi fulcimenta valdè exigua, siuè debilia apparebant,
11 cùm eadem omnia percuterent valorem de præsenti, à quo post sexdecim annorum defluxum à die dationis in solutum, præcipuè ob intermediam decrescentiam fructuum locorum Montium, per quam valor Stabilium augetur, arguere non licet ad tempus initi contractus, quandò in longè fortioribus Iura
12 nostra valoris mutationem, etiam citrà aliud extrinsecum infortunium, siuè accidens, semper præsumunt post lapsum solius decennij, vt monet *Rota in decis. 16. num. 17. part. 19. Recent.*, *in Romana Domus 4. Iulij 1696. §. Minùs releuat*, *& in Viterbien. Dotis 8. Martij 1697. §. Nec maior, coram R.P.D. meo Caprara*.

At efficaciùs tota euentualis futura probatio reddebatur inuerisimilis, inadmissibilis, & quodammodò contemnenda, cùm illa destrueretur per contrariam æstimationem totius Prædij aliàs factam à Peritis concorditèr electis occasione diuisionis inter eosdem Fratres secutæ de anno 1684., per eam quippè Prædij valor constituebatur in libr. 16666. quodquè plus est, eamdem æstimationem fassi sunt, & admisère prædicti Fratres in successiuo diuisionis Instrumento per eosdem celebrato sub expressà approbatione eiusdem valoris libr. 16666., *Summario*
13 *Lucretiæ num. 2.*; quapropter nullo modo ad euitandam inutilem Partium defatigationem admittenda erat probatio, quæ pugnabat cum propria agnitione, ac confessione, proùt quotidiè respondit *Rota*, & signantèr *in Romana Pecuniaria super Articulis 21. Iunij 1694. §. Reiectus paritèr, coram R. P. D. meo Muto, & in Leodien. Matrimonij super Remissoria 29. Aprilis labentis anni §. Materia quidèm, coram R. P. D. meo Priolo*.

Nil suffragante responsione, quod nonminùs æstimatio Periti, licèt concorditèr electi, quàm ipsa agnitio, & confessio Fra-
14 trum prodierint per errorem; Tantum quippè aberat, quod huiusmodi error nusquam præsumendus, semperque concludentissimè probandus, vt inquit *Rota in Amerina Fideicommissi. 15. Iunij 1696. §. fin. coram R. P. D. meo Muto, & in Perusina Affictus 20. Martij præterlapsi §. Quoniàm, & §. Quamobrèm, coram Reuerendiss. D. meo Decano*, probabilitèr manifestari valeret, quinimò eadem agnitio, & confessio roborata, & communita effulgebat alia confessione innixa facto bursali, & positiuo; In eadem namquè confessione valoris libr. 16666. exprimebatur quoquè redditus correspondens in annuis libris 500., proindèque dum in actuali conductione eiusdem Prædij per ipsos sub eodem Instrumento dationis in solutum conuenta fuerat annua merces, seù pensio in lib. 480., eccè, quod reuerà memorata æsti-
15 matio publici Periti erat iustissima, & irrefragabilis, vel saltèm de errore obiurgari non poterat prima confessio, quandò prò eiusdem confessionis munimento superaccedit geminatio alterius actus, seù confessionis, ad not. per *Panciro l. cons. 159. num. 10., Grass. de except. exc. 14. num. 14., Rota decis. 155. num. 5. part. 2. diuers., & decis. 306. num. 7. coram Card. Celso, & in Romana Bonorum 20. Februarij 1679. §. Comprobatur in fine, coram bon. mem. Albergato*.

Deniquè palmaris erat irreleuantia, & & sic stabilissimum primum, vt suprà, in ordine fundamentum denegandæ Remissoriæ: quià cùm, vt præmisimus, genuinus cardo controuersiæ staret in examine, an totum, vel medietas Prædij data extitisset in solutum; Esto (vt dici solet) milliès, quod Prædium valuissèt, vtì contendebatur in Articulis, libr. 25. mil., non tamèn ob id corruebat, seù quatiebatur pondus resolutionis, sed ad summum opprimebatur vna ex sex demonstrationibus pro integritate Prædij deductis *in præcedentibus Decisionibus sub die 23. Ianuarij decidentis anni ex §. Applicando autèm vsquè ad fin., & 1. Iunij subsequentis ex §. Stare itaquè cum pluribus sequen.* Ac propterea dùm (sicuti canebat Vates = *Vno auulso non deficit alter* = vndiquè super-
16 abundans pro iustitia resolutionum) profectò plana reddebatur irreleuantia, quæ semper inest in petitione Remissoriæ, quandò Articuli, qui fuerunt exhibiti, nullatenùs opitulantur ad parandam Causæ victoriam, ad mentem *Text. in L. Ad probationem 21. in fine C. de probat. cum suis notis. concord.*

Et ità, vtraquè &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

COhærentèr ad ea, quæ habentur in præsenti *Decisione num. 5.*, nimirùm super
17 prorogatione, & respectiuè perpetuatione facultatis redimendi, quotiès in venditione intercesserit læsio enormis, vel enormissima, idipsum habetur *in Tractatu D. mei de Commerc., & Mercat. disc. 57. num. fin.*, & firmauit *Rota in Neapolitana, seù Tricaricen. Iuris redimendi 18. Iunij 1703. §. penult. coram Lancetta* (inter suas *decis. 271. num. 19.*) *& in Romana Pecuniaria, seù Locorum Montium 27. Ianuarij 1708. §. Dari autèm in fin., coram Card. Priolo*.

Et

Et circà materiam pacti de retrouendendo plura notare libet, quæ inseruire possunt ad ornatum præsentis *Decisionis*, vt mox subijciemus.

Pactum de retrouendendo temporale po-
18 test intèr Priuatos à Principe prorogari absquè Partis consensu, *Castill. decis. Sicil.* 218. *vol.* 3., & post eum *Rouit. super Pragmat. vnica tit. de pact. de retrouendend. num.* 4. *in fine*.

Pactum de retrouendendo potest probari
19 aliundè, quàm ex Instrumento per Testes etiam singulares, *Mar. Anguisol. cons.* 52.
20 *num.* 18., dummodò tamèn Testes aliàs sint omni exceptione maiores, proùt necesse esse subdit *Anton. Cios. cons.* 79. *num.* 11. *lib.* 2.

Emens cum pacto redimendi efficitur, &
21 est verus rei Dominus, donèc Venditor, vel eius hæres, aut Cessionarius illum cogat ad retrouendendum, *Menoch. cons.* 1141. *num.* 1., *Carpzou. respons.* 27. *num.* 1., *&* 2., *& respons.* 31. *num.* 14., *&* 15. *lib.* 5., *Francisc. Palm. consult.* 89. *num.* 1., *Card. de Luca de Vsur. disc.* 8. *num.* 3., *Rota coram Buratto decis.* 677. *num.* 1.

Dixi, *vel eius hæres, aut Cessionarius*; quia
22 quod Ius redimendi, seù pactum de retrouendendo possit cedi, vendi, aut alio modo alienari, nemo est, qui nesciat, & patet ex traditis per *Mantic. de Tacit. lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 13., *Chassan. ad Consuetud. Burgund. rubr.* 10. *tit. Des retrait.* §. 6. *num.* 2. *fol. mihi* 340., *Mindan. Consult. Saxon. lib.* 1. *quæst.* 27. *per tot.*, *Postb. resolut.* 60. *paritèr per tot.*, *Rota coram Seraphin. decis.* 1063. *num.* 9, *& decis.* 502. *num.* 2. *par.* 2. *Recent.*,
23 quodquè transmitti valeat ad hæredes etiam extraneos, passim prosequuntur *Roland. cons.* 28. *num.* 27., *&* 28. *lib.* 2., *Surd. cons.* 540. *num.* 32., *Cyriac. contr.* 308. *num.* 50., *Choppen. pract. obseru.* 40. *num.* 6. *lib.* 2., *Rota dicta decis.* 502. *num.* 2. *in fine par.* 2. *Recent.*, nisi tamèn pactum retrouendendi cohæreret
24 personæ Venditoris, quia nempè actum fuisset, vt Venditor tantùm posset redimere, & non alius, vel quod Ius redimendi nequiret alteri cedi, proùt pacisci posse notant *Mantica*, alijque relati per *Oleam de cess. Iur. tit.* 3. *quæst.* 2. *num.* 41.

Sub legato Iuris redimendi non venit pe-
25 cunia ad redemptionem necessaria, itaùt hæres ad aliud non teneatur, quàm ad cedendam actionem Legatario, *Cancer. var. resolut. par.* 7. *cap.* 20. *num.* 298., *Consal. ad Peregrin. de Fideicomm. art.* 33. *col.* 2. *in princ. fol. mihi* 337. *iuxtà impress. Neapolit.*, qui reprobant *Anton. Fabr. in Cod. lib.* 6. *tit.* 38. *defin.* 12. contrariæ sententiæ assertorem.

Disputant *Doctores*, an Gabella debeatur de contractu retrouenditionis secutæ in vim
26 præambuli pacti de redimendo, & negatiuè resoluunt, quotiès retrouenditio sequatur fauore ipsius Venditoris in executionem pacti appositi in Contractu venditionis, vt videre est apùd *Guttier. de Gabell. quæst.* 10. *num.* 13., vbi innumeros refert, *Olea de cess. Iur. tit.* 7. *quæst.* 5. *num.* 19.; Si verò Venditor distrahat, seù cedat fauore Tertij Ius redi-
27 mendi, tunc Gabella debetur non solùm de hac cessione, seù venditione Iuris redimendi, sed etiam de ipsa retrouenditione subsequentèr expleta, vt per *Augustin. Barbos. in leg.* 2. *num.* 46. *Cod. de pact. inter empt.*, *& vendit.*, *Guttier. dicta quæst.* 10. *num.* 29., *Amat. Panorm. resolut.* 67. *num.* 35., *Olea vbi suprà num.* 17.

Non prætereundo, quod *Carolus Anton. de Luca ad Franch. decis.* 39. *num.* 1. *in fin.*
28 *vers. Prætereà* tradit, quod Gabella debetur ex retrouenditione secuta ad commodum ipsiusmet Venditoris, si retrouenditio fiat nouo constituto pretio.

In materia paritèr Laudemij receptum habemus, quod ex retrouenditione rei emphyteuticæ illud minimè debeatur, Domino
29 directo, quotiès retrouenditio sequatur in sequelam pacti appositi in Instrumento venditionis stipulatæ cum opportuno consensu, & approbatione ipsius Proprietarij, *Lancell. Gallia cons.* 33. *num.* 5., *Muta super Consuetud. Panorm. cap.* 26. *sub num.* 124., *Grat. discept.* 180. *num.* 11., *De Marin. resolut. Iur. lib.* 1. *cap.* 135. *num.* 2., *Hodiern. ad Surd. decis.* 321. *num.* 1., *&* 2.

Et è conuerso si emptor rei emphyteuticæ
30 spontè, & secluso speciali pacto illam quandocumquè retrouendat fauore primi Emphyteutæ, seù Venditoris, ex hac retrouenditione dubio procul Dominus directus prætendere valet Laudemium, *Mar. Burg. de Laudem. par.* 2. *inspect.* 50. *num.* 9., *&* 10., *De Marin. dicta resol.* 135. *num.* 3., *Bonden. collect.* 35. *num.* 56. *lib.* 1., *Laurent. decis. Auen.* 122. *in fine*, *Fontanell. decis.* 277. *num.* 12., *&* 13., *Rota coram Molines decis.* 651. *num.* 9.

A. Lupardus.

ROMANA IMMISSIONIS.

Mercurij 2. *Decembris* 1699.

ARGVMENTVM.

Qui sciens hæreditatem sibi delatam adhùc illam non agnouit, non transmittit ius petendi restitutionem in integrum ad eam adeundam. Verùm quia leuioribus coniecturis huiusmodi scientia suaderi contendebatur, pro transmissione deciditur, ad materiam *Text. in Leg. Pantonius* 85. *ff. de acquir. hæred.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ius petendi restitutionem in integrum, ad effectum adeundi hæreditatem ignoratam, transmittitur ex æquitate* Leg. Pantonius, ff. de acquir. hæred.

2 *Æquitas* dictæ Leg. Pantonius *non procedit, stante scientia in transmissione hæreditatis delatæ.*

Intellige, vt num. 12., & 27.

3 *Scientia arguitur ex cohabitatione, itemquè ex arcta coniunctione sanguinis.*

4 *Frater, vel Soror æqualitèr admittitur cum Ascendente ad successionem in hæreditate Fratris prædefuncti.*

5 *Mulier non excusatur ob ignorantiam Iuris clari, vbi commodè consulere poterat peritiores.*

6 *Ius petendi restitutionem in integrum aduersùs hæreditatem non aditam, non transmittitur ex capite ignorantiæ nimis crassæ, & supinæ.*

7 *Fœmina, stantibus masculis, excluditur à paterna successione per Statutum Vrbis* cap. 145.

8 *Verba generalia, quæ non possunt, nisi in vno casu verificari, reputantur specialia.*

9 *Aditio hæreditatis probari debet per actus concludentes.*

10 *Testis de facto proprio deponens, iunctis adminiculis, probat.*

11 *Scientia colligitur etiam ex præsumptionibus, & coniecturis.*

12 *Scientia præsumptiua non sufficit in præiudicialibus.*

13 *Repudiatio hæreditatis opulentæ non suadetur quibuscunque leuibus coniecturis, cùm nemo præsumatur velle iactare suum.*

14 *Mulierum genus auarissimum est.*

15 *Ignorantia præsumitur, quousquè scientia concludentèr probetur.*

16 *A scientia mortis concludentèr non infertur ad scientiam delatæ hæreditatis.*

17 *In concursu coniecturarum hinc indè, illæ attenduntur, quæ verisimiliores apparent, ac magis vrgentes.*

18 *Scientia elicita ex cohabitatione, non sufficit in præiudicialibus.*

19 *Ignorantia in Muliere proptèr sexus imbecillitatem faciliùs præsumitur, quàm in Viro.*

20 *Mulieres in constitutione dotis eis factæ occasione nubendi, solent esse sollicitæ in sibi præseruandis suis iuribus.*

21 *Tutor non præiudicat Pupillo, si hæreditatem ei delatam adire neglexerit.*

22 *Tutor præsumptionem habet, quod munus suum ritè impleuerit.*

23 *Hæreditas non agnita intrà annum transmittitur ex capite iuris deliberandi.*

24 *Aditio hæreditatis solo animo inducitur, externis indicijs explicato.*

25 *Prodigus æquiparatur mentecapto.*

26 *Ira obtenebrat mentem, & lumen rationis offuscat.*

27 *Scientia dubia, & vaga non admittitur in præiudicialibus.*

28 *Testes singulares, atque extraiudicialitèr deponentes, non merentur fidem.*

29 *Testis inimicus, tanquàm suspectus, non attenditur.*

30 *Frater transmittit ad suos filios, vel filias Ius excludendi Sororem vigore Statuti excludentis fœminas propter masculos, licèt tale Ius non fuerit ab eo agnitum.*

Quod secùs esset, si Frater, nullis relictis liberis, decederet institutis hæredibus extraneis, ibidem num. 31.

DECISIO CXIII.

EX ingenita benignitate, & Iustitia *Dominorum* iterùm auditus Horatius, æquo animo destitit ab oppugnatione fundamentorum, quæ deducta legebantur in præterita Decisione diei 6. Aprilis decidentis Anni (*est decis.* 84. *tom.* 1.) circà aditionem Andreæ, totum è conuerso conatum intendens ad eneruandam illam irregularem, siuè anomalam speciem transmissionis, quæ ex persona Magdalenæ Auiæ ope restitutionis in integrum in vim famigerati *Tex.* 1 *in l. Pantonius, ff. de acquir. hæred.* parturijt pro tertia parte immissionem Philippo; Ideòque hodiè apùd *Dominos* ostendere moliebatur, claram intercessisse in ipsa Magdalena transmittere debente scientiam sibi delatæ hæreditatis Andreæ fratris, eaque intercedente subdebat facessere remedium eiusdem restitutionis in integrum, quod vtpotè merè æquitatiuum, & à probabili dimanans ignorantia illius Personæ, quæ aliàs deliberare valuisset, vtrùm sibi expediret acquirere apertam successionem, locum sibi nullatenùs vindicat in casu contrario, quotiès scilicèt eadem persona sciuit, deuolutam sibi fore hæreditatem, & voluntariè censuit abstinendum ab adeunda eadem hæreditate, maximè per spatium quadragenarium, & vltrà, retorquens ideircò ob oppositam facti 2 seriem firmata in prædicta *Decisione diei 6. Aprilis*, & adducens in proposito tradita per *Odd. de restit. in integr. par. 1. qu. 50. art. 7. sub n. 70. vers. prætereà, cum seqq. Rot. decis.* 48. *n. 27. cor. Card. Cerro.*

Ad comprobandam itaquè scientiam in Magdalena delatæ, & non acquisitæ successionis Andreæ fratris, primo loco fundabatur in illa satis vehementi demonstratione, quòd cùm, de tempore obitus eiusdem Andreæ, Magdalena reperiretur constituta in ætate Annorum 18. ac conuiueret cum Thomasia Matre vtriusque, nimiùm inuerisimile redderetur, ipsam non habuisse superabun-

bundantem notitiam de germani fratris prædecessu; Ex cohabitatione etenim cum Matre dubio procùl informata de exitu filij; & ex tàm arcta coniunctione sanguinis scientia
3 præsumitur circà res domesticè occurrentes, vt prætèr naturale dictamen, & experientiam communitèr arguunt adducti per *Rot. in Fauen. Dotis 2. Decemb. 1676. §. Quia prætèr quod, coram bon: mem: Bourlemont, & in Albanen. Laudi, seù Transactionis 4. Maij 1696. §. Non suffragante, coram bon: mem: Emerix Iun.* (*inter suas impressas decis.* 1328. *num.* 11.) & in his terminis *Honded. cons.* 83. *n.* 78. *cum duob. seqq. lib.* 1., *Altograd. cons.* 94. *nu.* 18. & *seqq. lib.* 1.

Et quamuis, vt dicebatur *in præterita Decisione §. fin.* Mulieribus non ità de facili innotescat dispositio *Text. in Authent. Defun-*
4 *cto, C. ad Tertullian.* æquè tribuens successionem in hereditate fratris, vel sororis, Matri, ac Patri, & respectiuè fratribus, & sororibus alterius fratris, vel sororis prædefunctæ; hæc tamèn inscitia, veluti percutiens literam Iuris clari, non erat ad finem lucratiuum allegabilis per Magdalenam, quæ si non subitò, saltem tractu temporis poterat,
5 ac debebat consulere peritiores, ex his, quæ ad rem prænotantur per *Rot. coram Seraph. dec.* 1006. *num.* 6., & *coram Pen. dec.* 515. *n.* 5., & *in recent. dec.* 321. *num.* 11. *par.* 4. *tom.* 2., & *decis.* 19. *num.* 17. *part.* 13., & frequentèr in alijs.

Secundò euidentiùs, quia post contractas ab eadem Magdalena Nuptias cum Roberto paulò post obitum Andreæ, Catharina Soror, ac minor natu Matrimonium contrahens cum Mancino explicitè in Instrumento dotali præseruauit sibi ius succedendi in bonis Horatij Patris; nulla quippè suberat ratio, quarè Magdalena præcellens in ætate ignorauerit ea pacta domestica, quæ apertissimè sciuerat Soror existens in æuo minori; adeòut si qua species ignorantiæ præsumi valuisset in Magdalena, ea semper censenda foret plusquã supina, ideòq; non apta ad pariendam
6 restitutionem in integrum, quemadmodùm vltrà generalia, de quibus in *leg. nec supino, & in l. regula, §. Sed facti ignorantia, ff. de Iur. & fact. ignor.*, in hoc ipso articulo ponderarunt *Honded. d. cons.* 83. *lib.* 1., *Add. ad dec.* 3. *par.* 3. *recent.* vtrobiquè *n.* 69. *cum duob. seqq.*, *Fontanell. dec.* 485. *num.* 11. & *seqq.*, *Rot. dec.* 320. *num.* 19., & *seq. cor. Bich.*, & *dec.* 90. *n.* 15. & 16. *cor. Priol.*

Tertiò tandèm manifestissimè, quoniàm ab humanis præcerepta memorata Thomasia Matre, cui per Horatium seniorem eius Virum relictus fuerat plenarius vsusfructus omnium bonorum, illicò Magdalena, ob insurrecta tunc familiaria dissidia, inhibuit Maritum (eius, mediante Camillâ filia, Generũ, & respectiuè Patrem Philippi Actoris,) nè vllatenùs attentaret sese immiscere in bonis prouenientibus ab hæreditate prędictę Thomasiæ, quodque plus est, *in quibuscumq; bonis alijs de causis in sui Personam purificatis per obitum dictæ Thomasiæ*, *Summario* Horatij Rei conuenti *num.* 4.; Cùm etenim eiusmodi Inhibitio ferire de necesse non posset, nisi successionem in bonis Andreæ, ex quo à Materna hæreditate iam remanebat exclusa per Testamentum ab ipsa Thomasia conditum fauore ipsiusmet Horatij, solùmque restabant bona alterius Horatij senioris existentia penès Thomasiam, vt præmisimus, vsufructuariam; cùmque paritèr ab his non minùs ex-
7 clusa extitisset per superexistentiam Andreæ fratris masculi, ità sanciente *Statuto Vrbis lib.* 1. *cap.* 145., profectò concludere oportebat, adfuisse in Magdalena scientiam innegabilem, quod Andreæ fratris successio sibi cum sua plenitudine per mortem Thomasiæ vsufructuariæ foret deuoluta; Verba nam-
8 què, quæ non possunt, nisi in vno casu verificari, ad illum sempèr referenda sunt, vt ait *Marcell. I.C. in L. non aliter* 67. *ff. de legat.* 3. cum concord. per *Rot. in Rom. Pecuniaria* 5. *Iulij* 1683. *§. Penult. coram bo. me. Vrsino Decano.*

Quapropter (prosequebatur Horatius) si Magdalena inhibuit Mario, nè sese ingereret in bonis sibi spectantibus per obitum Thomasiæ, contextualitèr emergebat, quòd ad effectum scientiæ clarissimè inhibitio illam importaret; ad effectum verò aditionis nihil opitularetur, quià vt hæreditas adita
9 dicatur, satis non est actus prohibitionis, nè alter se immisceat, sed exigitur factum proprium, & positiuum aditionis per verba, vel actus id importantes, ad tradita per *Mascard. de probat. concl.* 40. *num.* 7., & *seqq.*, *Censal. decis. Lucen.* 40. *num.* 5. *cum plur. seqq.*, *Rot. cor. Caualer. decis.* 431. *sub num.* 1., & *in Eugubina Bonorum* 15. *Maij* 1679. *§. Non subsistente, cor. cl. me. Card. Vicecomite.*

Quartò maximè superaccedente depositione Marini, qui tanquàm Magdalenæ Procurator testificabatur, Magdalenam tàm antè, quàm post mortem Thomasiæ, & in ipsomet negocio decernendæ, ac transmittendę inhibitionis, quam ipse de mandato prædictę Magdalenę expedijuerat contrà Marium, explicuisse sibi competentiam controuersi Iuris consuccessionis in hæreditate Andreæ, seù, quod idem est, ex Andreæ persona in bonis Horatij Patris; cùmque vlteriùs hæc depositio Marini communiretur fide alterius Testis referentis contemporanea colloquia supèr hoc ipso inter Marinum, & Horatium iuniorem, cuius contemplatione poterat Magdalena sese ab adeundo abstinere; certè superlatiuè videbatur comprobata sciẽtia, de qua agitur; ex quo neglectis etiàm alijs tribus fulcimentis, de quibus suprà,
10 sempèr Testi de facto proprio deponenti, &

aliundè adminiculato deferri debet, iuxtà
monitum *Menoch. de Arbitr. caſ.99. n.20.*,
Rota deciſ.401. num.7., *& ſeq. par.18. Rec.*,
*& in Romana Domus 30. Ianuarij labentis
anni §. Tertiò id comprobatur, coram R.P.D.
meo dell'Olmo*.

Verùm, quantumuìs hęc primo intuitu ad-
modùm perſtringere viderentur; ſeriò ta-
mèn libratis regulis Iuris, & Philippi reſpon-
ſionibus, *Domini* minimè exiſtimarunt, re-
cedi poſſe à iam deciſis. Habitâ ſiquidèm
antè oculos diſcretione temporum, in qui-
bus præmiſſæ circumſtantiæ per Horatium
magnificabantur, necnon indubitato princi-
11 pio, quod etſi ſcientia elici valeat ex præ-
ſumptionibus in ſuo genere perfectis, teſte
Cephal. conſ.314. n.15., *Gratian. diſcept.118.
num.13.*, *& 14.*, *modern. Argentan. Bonden.
collect.29. num.43.*, *& collect.48. num.14. lib.1.*
Nihilominùs, quando verſamur in materia
præſeferente læſionem, & præiudicium, illa
expoſcatur, quæ ſit indubia, certa, & fermè
12 infallibilis, ſicuti communitèr diſtinguendo
limitant congeſti per *Rot. coram Pamphil.
deciſ.8. num.2. verſ. Quia talis ſcientia, coram
Pentinger. deciſ.382. num.7.*, *coram ſan. mem.
Alexand. VIII. deciſ.156. num.14.*, *& in
Romana Primogenituræ 26. Nouembris 1696.
§. fin. coram R.P.D. meo Priolo, & in Spole-
tana Cenſus 16. Martij præterlapſi §. Quamuis
autèm, cor. R.P.D. meo dell'Olmo*.

Præcipuè perſpecta quidditate Perſona-
rum, & negocij; Tractabatur etenim in
ſubſtantia de repudiatione hæreditatis mi-
nimè ſuſpectæ, ſed certò certiùs lucroſæ, &
conſequentèr, ſi nemo iactare ſuum præſu-
13 mitur, vt ſobriè inquit *Paulus I.C. in L. Cùm
de indebito 25. ff. de probat.* quantò à fortiori
procedebat in femina de genere ſuprà om-
14 nem auaritiam auariſſimo, ex eruditè præ-
notatis per *Tiraquell. de legib. Connub. L. 9.
num.43.*, *& ſeqq.*, *Neuizan. in Sylu. Nupt.
lib.2. num.95.*, *& ſeq.*, *Rub. de Teſtam. in
prælud. ex num.453. cum plur. ſeqq.*, *Rot. de-
ciſ.55. num.1. par.9. Recent.*, *& in Romana,
ſeù Veliterna Mutui 29. Aprilis 1697. §. At
vbi etiam, cor. Me* (*dec.8. num.13. tom.1.*)

Agnitum fuit, quòd ex nulla prædictarum
circumſtantiarum ſcientia reddebatur ve-
ſtita ea claritudine, quæ poſſet ſufficientèr
concludere voluntatem adeundi, quandò è
15 conuerſo ignorantia habet ſempèr pro ſe Iu-
ris aſſiſtentiam, ad *Rot. cor. Merlin. deciſ.627.
num.11.*, *& coram Niuot. dec.48. num.6.*, *& in
d. Spoletana Cenſus 16. Martij præteriti §. Ne-
què ex eo, coram R.P.D. meo dell'Olmo*.

Non etenim etiam in abſtracto officiebat
prima circumſtantia deprompta ex ſimulta-
nea cohabitatione cum Matre, ac tàm arcta
neceſſitudine ſanguinis reſpectu fratris præ-
defuncti: ad ſummum quippè poterat ob id
16 reſultare ſcientia mortis; ſed quod exindè
Magdalenę competeret coæquale ius ſucceſ-
ſionis cum Matre, & altera Sorore, ad ſan-
cita per *d. Authent. Defuncto*; minimè con-
uincebatur, iam enim idem frater nullum
habebat particulare Patrimonium, ſed to-
tum in eum deſcendebat à futura proprieta-
te bonorum Horatij ſenioris communis Pa-
tris, ideòque Magdalena valuit nimiùm
probabilitèr ignorare, quòd quidquam exta-
ret, etiam poſitâ ſcientiâ Iuris, quòd ad eam
delatum eſſet ab inteſtato; vel quia fortaſsè
Horatius ſenior Bona ſua alicui fideicom-
miſſo maſculino ſubiecìſſet, vel quia An-
dræas de ſibi peruentura proprietate diſpo-
ſuiſſet inter viuos, aut per Teſtamentum;
quantùm ſiquidèm attinebat ad veram, prò-
priamque ſucceſſionem in hæreditate Patris,
dubio procùl ex oppoſito non ignorabat,
ipſam arceri ab Aſſe Paterno in vim prælau-
dati *Statuti Vrbis lib.1. cap.145.*, ac propte-
reà ſempèr memorata prima circumſtantia,
17 ſeù præſumptio ſuffocabatur, & ad omne
peius eneruabatur à prædictis, & in ſuo ge-
nere vehementioribus circumſtantijs; quan-
do tamen præſumptio ſuboriens à ſimplici
18 cohabitatione, ac ſanguinis arctitudine, apta
de ſui natura non eſt ad concludendā ſcien-
tiam in præiudicialibus, vt reſpondit *Rot. in
Romana, ſeù Iannen. Trebellianicæ 28. Ianua-
rij 1695. §. Nec releuat, verſ. præmiſſo enim,
coram R.P.D. meo Pio, & in alia Romana Im-
miſſionis 17. Maij 1697. §. Penult. cor. R.P.D.
meo Caprara* (*eſt inter impreſſas deciſ. 336.
num.16. tom.1.*)

Concurrente præſertim illâ alterâ mox, &
in *præcedenti Deciſione ſub §. Cùmque idcircò*
ennunciatâ reflexione, quod prædicta Bona
Horatij ſenioris, ad quorum meram pro-
prietatem reducebatur hæreditas Andreæ,
remanebant occupata per Thomaſiam Ma-
trem ex ampliſſimo titulo vſusfructus, quo
ſtante faciliùs poterat Magdalena reputare,
quod eadem Thomaſia vel eſſet hæres, vel
foret filio maſculo ſubſtituta; ob ſexus quip-
pè imbecillitatem Iura proniùs indulgent
19 ſuppoſitioni ignorantiæ in femina, quàm
in Viro, pròut obſeruat *Eugen. conſ.12. n.74.
& ſeq. lib.1.*, *Cyriac. contr.474. n.31.*, *Capyc.
Latr. conſult.57. nu.12. & ſeq.*, *Altograd. lun.
contr.96. num.269.*, *Rot. in Bononien. fideicom-
miſſi 11. Martij 1697. §. Conuincitur autèm*,
*& 9. Decembris eiuſdem Anni §. Ignorantia
etenim, cor. R.mo D. meo Molines Decano.*

Minùs refragabatur ſecunda, elicita ab
exemplo Catharinæ ſororis, quin potiùs il-
lud retorquebatur; ſicuti namquè Cathari-
na, quæ fortaſsè Maritum magis ſolertem
adinuenit, ſollicita fuit in ſibi exprèsſè reſer-
uando per Tabulas Nuptiales ius ſuccèden-
di poſt deficientiam Thomaſiæ Matris; ita
ſi parem Virum diligentem reperijſſet Mag-
dalena, vel ipſa habuiſſet effectiuam noti-

tiam

tiam huiusmodi consuccessionis, vtiquè non desitisset ab vniformi præseruatione: feminæ siquidèm, vt diximus, anarissimæ, non
20 ità de plano huiuscè crimina omissionis patrare solent, quando Dotem sibi constituunt, & connolant ad Domum Connubij, vt obseruat *Rub.dè Testam.in prælud.num.46.*, & dixit *Rot.coram Royas dec.153.n.1. in fin.,& dec.55.n.2.par.9.rec.*

Hæc in abstracto: Sed vlteriùs in concreto pro euersione vtriusq; circumstantiæ ponderabant *Domini*, quòd de tempore mortis Andreæ Magdalena versabatur in minori ætate, & sub peculiari tutela, & cura Thomasiæ Matris; vndè quotiès ob non secutam aditionem, & respectiuè prætermissam præseruatiuam in Capitulis Matrimonialibus, eidem Magdalenæ, ac Philippo eius hæredi
21 aliquod præiudicium emersisset, totum imputandum esset incuriæ, ac negligentiæ ipsius Thomasiæ, à qua causam habet Horatius iunior, ad terminos *Text.in l.si ad Pupillum 11.ff.de author.& conf.Tutor.l.si Tutoris 33. Cod.de administr.Tut.,& in l.quidquid 7.Cod. arbitr.Tutel.,Natt.cons.492.num.8.,Borgnin. Caualcan.de Tutor.& Curator.num.73.in fin., Galgauett.eod.tract.lib.2 tit.12.nu.2.& seqq., Galter.in prax.Tutel.par.2.rub.2.num.44.*, & benè in hac indiuidua quæstione ratiocinatur *Rot. decis.335. num.12.& 13.par.17.rec.*

Atquè hinc stabilitâ retorsione negligentiæ in eundem Horatium vsquè ad obitum Thomasiæ illius Auctricis, quæuè per socordiam, nì dicamus dolum, causam manifestam præbuit ignorandi, vel errandi Magdalenæ; rationabilitèr enim ipsa opinari poterat, nullum ius consuccessionis ad se spectare per mortem fratris, dum illius Genitrix, ac Tutrix prætermiserat illius hæreditatem incontinenti adire, vel saltèm eiusdem successionis iura reseruare in Papyris dotalibus; sempèr namquè præsumptio est, quod
22 Tutores legitimè proprium munus, & ministerium adimpleant, ad tradita per *Muñoz de ratioc.cap.19.num.23.*; *Modern. Perusin.louium de contract.Minor.gloss.19. §.3.numer.67.*, *Rot.dec.27.n.21.& 22.par.17.recent.*

In nihilo ampliùs obsistebant geminæ aliæ iustificationes scientiæ, allatæ per Horatium, postquàm fato cesserat Thomasia; quia concesso milliès, (vt dicere mos est,) Magdalenam tunc valuisse, ac debuisse indagare, quomodò bona Paterna detinerentur ab eadem Thomasia, & quomodò descenderent in Horatium, itàut ab eodem momento obitus Thomasiæ inciperet clarescere in Magdalena scientia iuris sibi competentis super eisdem bonis, vsquè ad illud extremum occupatis per Thomasiam; profectò cùm paulò deincèps occubuerit etiam ipsa Magdalena, nempè post quatuor Menses, nequiuit tàm breue spatium occludere, ac præscribere iura adeundi præcedentèr
23 ignorata, vel ex illo capite transmissionis, quod dicitur Iuris deliberandi, durantis ad residuum integri Anni vsquè ad perfectam præscriptionem, vel ex altero restitutionis in integrum transmissæ ad hæredes, & minimè per tàm modicum interuallũ præscriptibili, vt explicant allegati *in præterita Decisione §. Saltèm cum seqq.*

Cæterùm nequè (licèt ad abundantiam) in rei veritate, siuè ex facto Inhibitionis Mario præsentatæ, siuè ex depositione Marini Procuratoris, talis redundabat scientia, quæ valeret officere Magdalenæ, eiusque hæredi: Inhibitio namquè, per quam interdicebatur Mario Genero, nè sese ingereret in iuribus ad eam spectantibus post mortem prælaudatæ Thomasiæ, quantumuis effectiuè non importaret actum specificum positiuæ aditionis, iuxtà *Doctrinas* suprà in obiecto relatas: Nihilominùs vel potiùs à contrario, sempèrque longè à qualibet repudiatione præseferebat, quod interim inhibens
24 deliberare intendebat de per se, vtrùm adire vellet, siuè agnoscere propria iura, (& hoc magis roborat proximum fundamentum transmissionis,) vel potiùs indicabat animum adeundi, & ex hoc solo animo resultabat aditio, ex collectis per *Mascard.de probat. concl.40. n.5. & 7.,Posth. resol.105.n.25. Rota cor.Vbald. dec.45.n.4., & coram Coccin. dec.1506.n.10.*

Addito, quod cùm de prædicto tempore præsentatæ inhibitionis acria vigerent iurgia exagitata in Curia Capitolina inter ipsam Magdalenam Socrum, ac Marium Generum, signantèr super quæstione prodigalitatis, cuius vigore emanauerant in præcitata Curia etiam Decreta, & Sententiæ definientes eandem prodigalitatem; hinc vel prædicta Inhibitio non poterat includere in Magdalena scientiam illi præiudicialem, & ad effectum repudij hæreditatis, cùm Prodigus per Ce-
25 rebri inuersionem æquiparetur mentecapto, iuxta *Text.in l.bis qui, §.Dinus Pius in fin. ff. de Tutor. & Curat. cum reliqu. vulg.*, vel si quod sufficiens, ac dilucidum radiabat adhùc lumen rationis, vtiquè obtenebrabatur ab
26 Ira, & indignatione, & sic eadem inhibitio in substantia valdè generalis probabiliùs inuoluebat intentionem arcendi omni peiori modo Marium à quocumque iure possibili, quàm quod in his circumstantijs valeret præseferre, quòd Mulier vel prodiga, vel indignata examinasset, & sciuisset perfectè ius sibi deuolutum huiusmodi consuccessionis; Sicquè sempèr scientia remanebat vndequa-
27 què incerta, & ambigua, atque inadmissibilis ad finem præiudicij, ex his, quæ prætèr iam relatos habentur apud *Buratt. decis.182. num. 11. & dec.499. num.2.,Merlin. dec. 847. num.7., & in Vicen. Scribaniarum supèr bona*

Iure 15. Iunij 1696. §. Tùm etiam quia, cor. Reuerendiss. D. meo Decano.

Consecutiuè dilabebatur testificatio Marini, & multò magis alterius Testis; quia præcisiuè etiam à vulgari axiomate, quod tanquàm singulares, & tanquàm extraiudicialitèr, & non formitèr deponentes, nullam fi-
28 dem faciebant, & maxime, quia alter Testis potiùs asserit scientiam Marini, & Horatij, quàm Magdalenæ: Attamèn quatenùs opus foret expendere releuantiam testificationis Marini vnici in suo dicto, suberat aliàs optimè per Philippum comprobata exceptio inimicitiæ vertentis inter eundem Marinum, & Marium eiusdem Philippi Patrem eò vsquè
29 protendentis, vt Marinus Criminalem accusationem, siuè libellum interposuerit in Curia Gubernij Vrbis contrà Marium; quantùm autem destruat fidem Testis qualitas inimicitiæ nemo non scit, & patet ex deductis per *Robert. Marant. cons. 18. num. 4., Baron. de effect. inim c. in prælud. num. 58. & 60., Rota coram Buratt. decis. 726. num. 7., & coram Zarat. decis. 73. num 17., & decis. 99. num. 24.,* & alibi passim.

Et ità, firmo remanente claro Iure consuccedendi, & deturbatis exceptionibus aduersùs subsidiarium remedium transmissę restitutionis in integrum, pro secunda vice resolutum fuit, vtràque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

Decisio, quæ hìc confirmatur, est in ordine la 84. inter illas clar. mem. Magistri mei *Ansaldi* Romæ impressas *Tom. 1.*, & vtraque fuit approbata in eodem proposito transmissionis ex æquitate *dictæ L. Pantonius* per *Rot. in alia Romana Immissionis 3. Decembris 1703. §. fin. coram Muto*.

De cætero post demandatam expeditionem huius Causæ sub die 29. Ianuarij subsequentis anni 1700. non ampliùs de ea actum audiui, & puto, quod terminauerit mediante aliqua honesta Concordia, dum res agebatur intèr sanguine coniunctos.

Dum autèm in hac Decisione, quemadmodùm & in præcedenti, agitur de materia transmissionis hæreditatis in vim memoratæ æquitatis, de qua *in cit. Leg. Pantonius ff. de acquir. hæred.*, terminus ipse *transmissionis* ansam Nobis præbet breuitèr indigitandi, an sit transmissibile per Fratrem ius excludendi Sororem, vel Sorores ab hæreditate paterna vigore Statuti exclusiui fœminarum proptèr masculos, etiamsi tale Ius non fuerit ab eo agnitum mediante explicita aditione paternæ hæreditatis.

Quod verò tale ius etiam (vt suprà) non
30 agnitum trasmittatur per fratrem ad hæredes suos, & sic ad eius filios tàm masculos, quàm fœminas, itàut istæ proprias Amitas excludere valeant; disertè probat *Mart. de Success. legal. part. 1. quæst. 24. art. 1. n. 8., & seqq.*, & concordant in idipsum *Bottillier. de Success. cap. 1. theor. 2. num. 43., Constantin. ad Statut. Vrb. tom. 2. annot. 39. art. 4. n. 292.*

Diximus, ad hæredes suos; quoniàm si
31 frater nulla relicta sobole decede et institutis hæredibus extraneis, non alitèr ad illos transmitteret prædictum ius excludendi Sororem vigore Statuti, quàm præuia agnitione, & effectiua aditione hæreditatis communis Parentis etiàm pro portione, quæ de Iure communi, & secluso Statuto eius Sorori competijsset, vt latè tradunt *Altograd. cons. 82. ex num. 25.*, & signantèr *num. 34. lib. 1., Card. de Luca de Success. ab intest. disc. 15. num. 15., & sub num. 16. vers. Tertius demùm*, cum alijs per *Rot. in Camerinen. Successionis 11. Decembris 1716. §. 16. coram bon. mem. D. meo Ansaldo*: Et ad materiam videri etiàm potest *Noal. de Transmiss. cas. 8. ex num. 30.*

A. Lupardus.

CRACOVIEN. SCHOLASTRIÆ.

Ven. 4. Decembris 1699.

ARGVMENTVM.

Ex pluribus præsentationibus factis ab eodem Patrono, præfertur quę priùs coram Ordinario fuerit exhibita; Iura enim fauent vigilantibus.

SVMMARIVM.

1 *In concursu plurium præsentationum eiusdem Patroni præfertur ea, quæ priùs fuit exhibita coram Ordinario.*
2 *Anterioritas non remanet probata ex Apoca præseferente suspicionem antidatæ.*
3 *Præsentatio priuatiua præfertur alijs præsentationibus ab eodem Patrono expletis.*
4 *Præsentatio, quousquè non exhibeatur Ordinario, habetur loco simplicis nominationis, ius considerabile non tribuentis.*
5 *Iura fauent vigilantibus.*

DECISIO CXIV.

Ponderibus librata suis adeò post facti concordationem stetit firma preterita resolutio diei 9. Februarij labentis Anni (*decis. 70. tom. 1.*) vt nequè hodiè Informantes pro Francisco, in præfata posteriori pugna deuicto, quidquam attentare præsumerent aduersùs Iuridica fundamenta in eadem resolutione, & respectiuè Decisione stabilita: Solùm quippè mediante quadam Articulorum exhibitione adstruebant pro-

probare, quòd idem Franciscus, serotinus in productione suæ præsentationis coram Officiali Tarnouien. ad recipiendas præsentationes specificè delegato, præsens esset in Iudicio successiuè agitato in Curia Ordinarij: Sed cùm neque huiusmodi futura probatio rectè conduceret ad Causæ fastigium, & respectiuè Victoriam articulantis, *Domini* idcircò meritò abnuentes indulgere Remissoriæ ex limpidis vndequaquè motiuis in altera sub hac die ædita Decisione demonstratis, citrà vllam amaritudinem adhæserunt secundo loco decisis.

Posito namquè, quòd ex præcitata facti serie, concorditèr affirmata, claruerit, quòd coràm enunciato Officiali Tarnouien. in vim specificæ delegationis Personam, & Consistorium Ordinarij repræsentante, aliæ geminæ solùm, & dumtaxat præsentationes Patronorum fuerint exhibitæ, Stanislai nimirùm (qui liti cessit,) necnon Thomæ, Rotale prosequentis Iudicium; quòdque in concursu plurium præsentationum, pro reportanda institutione, attendatur, & vincat illa, quæ
1 insimùl priori loco dignoscitur producta, siuè oblata proprio Episcopo, & insimùl continet formulam priuatiuam, scilicèt = *hunc, & non alium*, ex incontrouersis Iuribus, & rationibus latiùs expensis in vtraque antecedenti *Decisione*, & signantèr *in postrema dictæ diei 9. Februarij §. Diximus*, & fuit quoquè respectu intrinsecæ rationis de recenti responsum *in Vicen. Parochialium 26. Iunij proximè præteriti §. Ex his, coram R.P.D. meo de la Tremoille*.

Necessariò sequebatur, quòd illa, cui nitebatur Franciscus, indubitantèr esset in effectu Iuris posterior, ideòque minimè attendenda, quodque ea registratio indigestè consarcinata sub Actis, siuè Processu Curiæ Episcopalis, vel laboraret suspicione palpabili
2 Antidatæ, ad terminos *decis. 37. num. 9. & seqq. coram Vbag.*; Vel vbi etiam anterioritas temporis, quæ in eadem præsentatione Francisci legebatur, foret ab huiusmodi labe immunis, ac in sua realitate subsisteret, nihilominùs remaneret inutilis ad assequendam controuersam Scholastriam; debebat namquè idem Franciscus sedulius inuigilare, vt sua siuè anterior, siuè posterior præsentatio præoccuparet in magis præuia, ac sollicita exhibitione locū alijs compræsentationibus, præcipuè initis sub eadem forma non iam cumulatiua, sed priuatiua, cùm totum huius
3 disceptationis momentū iuxtà prælaudatas *Authoritates* vnicè resideat in præuentione exhibitionis, quæ firmat ius ad rem in exhibente, & efficit, quod, si quæ præsentatio antecessit, veluti præseferens puram, & simplicem nominationem, reuocata remanserit
4 per subsequentem, & maximè priuatiuam præsentationem, exhibitam priori loco proprio Antistiti debenti instituere; Vigilantibus quippè peculiaritèr ex iam firmatis in
5 hac materia, & generalitèr in quocunque alio negocio, vbi aliud non obsistat, Iura succurrunt, ad tradita per *I.C. in l. Pupillus in fin. ff. quæ in fraud. credit.*, *Argel. de legitim. contrad. qu. 2. n. 109.*, *Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 54. n. 78.*

Et ità, Thoma dumtaxàt informante &c.

ANNOTATIO R.P.D. AVTHORIS.

DEcisio, quæ hìc confirmatur, est *la 70.* inter meas Romæ impressas *tom. 1.*, in qua fuit recessum à præcedenti *decis. 52.*, quę prodierat fauore Francisci in hac propositione dumtaxàt informantis supèr puncto Remissoriæ, in quo paritèr succubuit, vt in *sequ. decis. 115.*

EADEM SVPER REMISSORIA.

Ven. 4. Decembris 1699.

ARGVMENTVM.

Remissoria non conceditur proptèr inuerisimilitudinem, atquè irreleuantiam materię articulatæ. Patrono laico semèl licet variare, cumulatiuè tamen, non priuatiuè, nisi prima præsentatio promissionem contineat non variandi.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur, cùm materia articulata apparet inuerisimilis.*
2 *Nec quando Articuli sunt irreleuantes.*
3 *Præsentatio priuatiua Ordinario exhibita, tribuit ius ad rem.*
4 *Patronus laicus, postquàm vnum præsentauit, potest variare, alterum cumulatiuè præsentando.*
5 *Patronus non potest variare in præiudicium alterius à se priuatiuè præsentati.*
6 *Patrono laico semèl licet variare, ideòque tertia præsentatio nullum producit Iuris effectum.*
7 *Patronus laicus potest variare, alterum præsentando cumulatiuè, non verò priuatiuè.*
8 *Ignorantia allegari non potest eorum, quæ in Edicto publicato continentur.*
9 *Paria sunt scire, ac scire debere.*

DECISIO CXV.

FRanciscus in nouissima restauratione certaminis acti sub die 9. Februarij proximè elapsi victus procumbens, velùt in spem vltimam implorare quodammodò fategit Copias Auxiliares, producendo quosdam Testes loco Articulorum, per

quos

quos ad euerfionem fatalis obiecti de non exhibita in tempore præfentatione corã Ordinario, iuftificare contendebat, quod in Iudicio agitato coràm eodem Ordinario, ipfe quoquè præfens exifteret, affiftendo cuidam Sebaftiano, qui vtpotè eius Procurator Caufam nomine fuo tuebatur: Verùm *Domini* palàm agnofcentes, eofdem Teftes, fiuè Articulos conferre magis ad ftrepitum, quàm ad triumphum, refponderunt, non effe Remifforiam concedendam.

Pofthabita namquè inuerifimilitudine fuppofiti, ex quo fi in rei veritate Francifcus perfonalitèr ftetiffet coràm proprio Antiftite in prædicto Iudicio, neutiquàm Notarius, fiuè Actuarius eiufdem Caufæ defeciffet, faltèm hoc enunciando intèr Acta eiufdem Proceffus, quemadmodùm fecit de Thoma, qui cunctis actibus corporalitèr interfuit, iuxtà facti hypothefim concorditèr approbatam coràm Me; proindèque, datâ hac inuerifimilitudine, locus non videretur effe Remifforiæ, quæ nunquam ad euitandas inutiles expenfas, & protractiones conceditur, quotiès
1 materia articulata continet inuerifimilia, vt admonet *Rot. decif. 146. num. 13., & dec. 325. num. 23. par. 5. rec., & dec. 266. num. 15. par. 6., & cor. Priol. dec. 1. num. 7., & in Romana Pecuniaria fuper Articulis 22. Iunij 1694. §. Et quamuis, cor. R. P. D. meo Muto.*

Ratio potiffima captæ refolutionis firmiùs innixa eft irreleuantiæ, quâ pofitâ notorium eft, nequè Articulos in Curia, nequè Remif-
2 foriam in Partibus fore admittendam, fiuè tribuendam, quemadmodùm ad normam *Text. in l. ad probationem la 1. Cod. de probat.* quotidiè practicatur, & fignantèr dictum fuit *in Capuana Beneficij fuper Remifforia 27. Ianuarij 1698. §. Omiffis enim, coram R. P. D. meo Lancetta*, & nouiffimè *in Bononien. Prædij fuper Remifforia die 2 currentis Menfis §. Vnica fiquidèm, coram Me (fuprà decif. 112. n. 1.)*

Et quidèm irreleuans ad oculum apparebat, quod Francifcus fiuè accidentalitèr, fiuè formalitèr præfens effet memoratæ pugnæ iudicialis, quia cùm tota fubftantia boni Iuris, ac meritorum Caufæ (vt fuit oftenfum tàm *in prima Decifione diei 16. Iunij 1698.*, quàm *in fecunda fub præcitata die 9. Februarij proximè præteriti*, quàm denìquè in hodierna) confiftat in nuda præuentione præfentationis, fiuè exhibitionis propriæ præfentationis expletæ in forma priuatiua coràm debente inftituere, iam ex Proceffu, ac facto concordato liquebat, quòd coràm Officiali Tarnouien. in fpecie deputato ad huiufmodi præfentationes recipiendas, ac etiam ceffante litigio ad ineundam inftitutionem, Francifcus minimè comparuerat, nequè per fe, nequè per alium, Tefferam propriæ præfentationis exhibuerat; & confequentèr cùm ex ipfa præ-
3 uentione fuæ priuatiuæ præfentationis Thomæ iam fuerit ius quæfitum ad rem, fiuè ad Scholaftriam, tefte *Garz. de Benefic. part. 4. cap. 3. num. 11. & 12., Alphonf. de Leon. in conf. impref. apud Epifc. Marant. refponf. 89. nu. 17. par. 3., Ciarlin. contr. 1. fub num. 114. verf. Et quamuis, Capon. difcept. 74. num. 13. in fin.*, nullo modo valebat fucceffiua comparitio, fiuè præfentia Francifci diuellere prædictum ius quæfitum alteri priuatiuè, & effectiuè compræfentato, vtì pleniùs mox oftendetur, & habetur quoquè in alia hodierna, & in reliquis præcedentibus *Decifionibus*.

Certiùs igitùr, quia licèt Laico Patrono antè conceffam Ipfi præuenienti Inftitutionem, permittatur illa variatio, quæ fit per modum cumulativum; vndè ex hoc capite
4 fortafsè comprobatâ præfentiâ Francifci cum pofitiua infertione fuæ præfentationis in Proceffu compilato coràm ipfo Ordinario, fuffeciffet ad hoc, vt Epifcopus valeret eundem Francifcum præeligere, fecundùm rationes pleniùs expenfas *in prima Decifione diei 16. Iunij 1698. ex §. Numerando itaquè*: Attamèn vel hoc locum fibi vindicare nequibat, ex quo præfentatio inita, & per anteà oblata Dele-
5 gato in perfona Thomæ, claudebat in vifcere promiffionem de non variando, ex his, quæ difputantur apud *Guttier. de Iuram. confirm. par. 3. cap. 13. num. 13., Viuian. de Iurepatr. lib. 10. cap. 2. per tot., Corrad. in prax. Benefic. lib. 4. cap. 2. fub num. 36. verfic. verum tamen eft, Capon. controuerf. 8. art. 4. fub n. 5., Rota cor. Merlin. dec. 443. ex n. 4. vfquè ad fin.*

Vel admiffa etiam ob deficientiam peculiaris Iuramenti facultate variandi, ac præfentandi alium, id nullo modo aptari poterat Francifco; tùm quia tertius corufcabat in ordine comparentium antè faciem Ordinarij, nempè poft Stanislaum, & Thomam;
6 proindèque eius tertia præfentatio efficiebatur penitùs inefficax; cùm illa variatio, quæ in tempore etiam fucceffiuo, ac differenti benignè per Apoftolica Iura indulgetur Laico Patrono, non admittat tertiam præfentationem, pròut fiuè contradictore tradiderunt *Cranett. conf. 63. num. 3., Garz. de Benef. par. 5. cap. 9. num. 215. cum duob. feqq., Fagnan. in cap. cùm autèm num. 8. de Iurepatron., Modern. Gonzal. in cap. quod autèm num. 6. propè fin. verf. nam licèt, eodem tit., Antunez de Donat. Reg. lib. 3. cap. 28. fub num. 157. verf. quod intellige, Card. de Luca de Iurepatr. difc. 43. n. 6. Rota dec. 364. n. 6. & dec. 369. num. 4. coram Card. Celf., & dec. 163. n. 4. par. 13. rec.*

Tùm etiam, quia cùm vtraque præfentatio Thomæ, & Francifci foret priuatiuè, non cumulatiuè concepta fub eadem promiffione de non variando, & fub eadem expreffione *hunc, & non alium*, diametralitèr retorquebatur propofitio deducta *in prima Decifione diei 16. Iunij 1698. §. Applicando autèm ad rem*, videlicèt, quòd memorata indulgentia

Canonici Iuris in admittendo plures præsentationes pro parte Patroni Secularis, solummodò operetur, quando vtraque præsentatio venit cumulatiuè, non priuatiuè; aliàs etenim admittendo posteriorem priuatiuam exhibitionem, foret ligare manus Episcopi, nè posset priùs præsentatum, vel apud se priùs comparentem præeligere, & foret insimul auferre ius alterius priuatiuæ præsentationis iam attributum alteri præsentato, & antecedentèr communito cum præuentione in exhibendo suam præsentationem, per quam sanè reuocabatur illud alterum tale quale Ius (vt ità dicamus) extraiudiciale compe-
7 tens cuicumq; compræsentato, & adhuc non comparenti, sicuti prætèr adductos *in prædicta Decisione vbi suprà*, in prophanis etiam habetur ex collectis *in Ariminen. Bonorum 31. Ianuarij 1680. §. Etenim, coram bon. mem. Vrsino Decano, & in Eugubina Pecuniaria 28. Ianuarij 1686. §. Nullum paritèr, & 17. Februarij 1687. §. Placuit etiam, cor. bon. mem. Benincasa*.

Atquè ex his nullatenùs releuabat altera indagatio, super quà mordicùs insistebant Informantes pro Francisco, vtrùm nempè eundem Franciscum adiuuare posset probabilis ignorantia, quòd Officialis, siuè Vicarius Tarnouien. extitisset ab Ordinario delegatus ad suscipiendas huiusmodi præsentationes, quodquè idcircò exuberaret, ipsum ad tenorem Testium, & Articulorum præsentem extitisse forensi colluctationi apùd eundemmet Ordinarium intèr trinos præsentatos, & antequàm idem Ordinarius deueniret ad institutionem: Quantumuis enim eadem ignorantia potiùs elucesceret inallegabilis ob pu-
8 blicam Edictorum affixionem desupèr factâ, ad *Text. in §. Sancimus igitùr, & seqq. Authen. vt fact. non. Conflit.*, vel in omnem casum suffragari nequiret retento themate *Vigilantibus &c.* de quo in altera hodierna *Decisione* super negocio principali *§. fin.*, pa-
9 ria namquè sunt scire, vel ad sui commodum scire debere, vt prosequitur *Gratian. discept. 194. num. 1., Lotter. de re Benefic. libro primo quæst. 39. num. 43., Rotę decis. 645. num. 24. coram Dunozett. Iun.*

Sempèr nihilominùs coincidebat eadem responsio, quòd stante præcitata delegatione in personam Vicarij Tarnouien. iam ipse Vicarius legitimè induerat personam, & ministerium Episcopi intrà limites suæ delegationis, ac recipiendarum præsentationum; vndè pariformitèr sempèr erat innegabile, quòd coràm eodem Episcopo, siuè ex persona sui Delegati, siuè ex causa transmissionis Actorum, quam ipsi Episcopo deleganti fecerat Delegatus, antè præsentiam, & aduentum Francisci formitèr comparuerant, propriamquè præsentationem exhibuerant Thomas, & Stanislaus; & consequentèr non erat ampliùs locus in Diuersorio pro Francisco, qui nouissimè comparuerat cum sua vsquè tunc, siuè anteriore, siuè posteriore, sempèr tamèn extraiudiciali, & reuocabili, ac non receptibili tertio loco præsentatione priuatiua.

Et ità, vtrâque &c.

PERVSINA AFFICTVS.

Lunæ 7. Decembris 1699.

ARGVMENTVM.

Solutio cedit in causam expressam; ideò nequit ad aliam diuersam causam referri, maximè inuerisimilem. Reseruatio iurium nihil operatur, quotiès eadem iura competiuntur insubsistentià.

SVMMARIVM.

1 *Rota vigore facultatum A.C. in Commissione communicatarum, potest noua Mandata relaxare pro terminis post Commissionem decursis.*
2 *Conductor pro tempore, quo fruitur commodo rei conductæ, tenetur ad pensiones cum Locatore conuentas.*
3 *Locator compensare tenetur debitum, quod habet ergà Conductorem, cum pensionibus.*
4 *Solutio cedit in causam expressam.*
5 *Anticipata solutio videtur inuerisimilis.*
6 *Reseruatio iurium nihil operatur, vbi constat, nullum ius competere.*
7 *Solutio simplicitèr facta à Debitore cedere debet potiùs in causam fructuum, quàm sortis.*
Ampliatur conclusio, quamuis solutio esset promiscuè facta in causam tàm sortis, quàm fructuum, num. 8.
Nisi tamèn debitum fructuum esset incertum, vel disputabile, aut illiquidum, quia tùnc solutio cedit in diminutionem sortis, num. 9.
At vbi fructus forent legitimè conuenti, eo casu solutio simplicitèr facta cedit in causam ipsorum fructuum, etiàm quod non fuerint liquidati, num. 10.
Præsertim, si eorum liquidatio pendeat à puro calculo Arithmetico, num. 11.
12 *Solutio simplicitèr facta à Debitore cedere debet in causam potiùs debiti fructiferi, quàm alterius infructiferi.*
13 *Solutio simplicitèr facta à Debitore ex pluribus causis sempèr cedere debet in causam, quæ illi est vtilior.*
14 *Solutio simplicitèr. facta à Debitore ex pluribus causis adscribenda est in illam causam, seù in illud debitum, cui correspondet summa soluta.*
Rariùs talis solutio in dubio cedere debet in illam causam, seù debitum, in quo Debitor

vitor dedit Expromissorem, seù Fideiussorem, num.15.

Item cedere debet in causam potiùs debiti maturati, quàm alterius maturandi, num.16.

Necnon in causam debiti antiquioris, num.17.

Huiusmodi autèm antiquioritas debiti qualitèr considerari debeat, ibid. num.18.

19 *Solutio simplicitèr facta à Debitore cedere debet in causam potiùs debiti proprij, quàm communis, seù Socialis*.

Item in causam potiùs debiti proprio nomine contracti, quàm alterius, in quo soluens reperitur obligatus tamquàm fideiussor, n.20.

21 *Solutio semèl facta à Debitore in certam causam expressam regulat, & informat alias subsequentes solutiones ab eodem factas simplicitèr, & absquè vlla specificatione causæ.*

DECISIO CXVI.

DEcreuerat Tribunal nostrum executionem Mandati, quod ex causa controuersorum Affictuum decursorum vsquè ad diem 27. Iunij 1694. aduersùs Franciscum Mariam reportauerant Com. Io: Baptista, & alij de Plancianis, præuia Decisione edita sub die 20. Martij labentis anni coràm Reuerendissimo Domino meo Decano, quandò petita fuit ex parte eorundem de Plancianis coràm Me tanquàm vlteriori in Causa delegato, noui Mandati relaxatio pro reliquis affictibus successiuè maturatis à prædicta die 27.Iunij 1694. vsquè ad præsens; agnitaque incontinenti per *Dominos* desupèr à Me consultos iustitia, & rationabilitate Instantię, non hæsitarunt esse annuendum.

Nulla namquè circà ordinem inuenta fuit difficultas, quin procedi posset ad nouam Mandati relaxationem, attentis facultatibus A. C. Auditorio nostro specificè collatis per Signaturam Iustitiæ, in quibus terminis faciliùs, & quotidiè per Nos expediuntur
1 noua Mandata etiam pro terminis decursis post introductam Causam in Rota, quemadmodùm habetur in *decis.115. num. 1. par.16. recen., in Pisauren. donationis 27. Iunij 1685. & 8. Febr.1686. vtrobiq; §.1. cor. bo. me. Albergato; in Romana Census 27. Iunij 1698. §.fin. cor. R.P.D. meo Caprara (est dec.408. n.7. tom.1.) & in Bononien. dotis 1. Iulij prox. præt. §.penult. & fin. cor. R.P.D. meo Priolo.*

Minùsque aliqua intercessit asperitas circà congruitatem petitionis; cùm enim Franciscus Maria abindè citrà continuauerit, & hactenùs perduret in detentatione Bonorum, de quibus agitur, titulo conductionis, æqui bonique ratio suadet, quòd conuentas pen-
2 siones, siuè Affictus Domino, & Locatori refundere compellatur, ad tradita per *Rot. decis.16. par.15. rec., & dec.45. par.16. vtrobiq; nu.1. & 2., & in Reatina Pensionum 28. Iunij 1697. §. Ratio resolutionis, cor. R.P.D. Priolo.*

Absquè eo, quòd in aliquo releuare visa fuerit vnica oppositio, quam sibimet ingenuè faciebant scribentes pro Actoribus, nimirùm, quòd cùm Co. Carolus eorumdem Actorum Genitor sub eadem die celebrati Instrumenti Affictus duas exarauerit receputas; seù confessiones de recepto fauore Iulij fratris Francisci Mariæ pro summa, & quantitate scutorum 3382.23., idcircò eadem quantitas, quam Rota noluit accepto ferre Francisco Mariæ in exonerationem debiti præcedentiũ Affictuum, sed illam particulari discussioni reseruault, deberet saltèm contraponi debito vlteriorum Affictuum, super quibus hodiè succedebat disceptatio, siuè per viam compensationis, siuè per alteram æquipollentem retentionis, quemadmodùm licitum esse
3 Conductori, qui sit ex alia causa creditor Locatoris, patet ex adductis per *modern. Nouarien. de Compens. cap.3. quæst.23. ex num.2. cum seqq., Francisc. Merlin. decis. Lucens. 46. nu.4. & seqq.*

Perpenso quippè tenore earundem receputarum illicò compertum fuit, illarum alteram præseferre simplicem quietantiam liberatoriam Iulij pro nonnullis exactionibus ab eodem Iulio factis ad commodum Com. Caroli in pręcedenti Appaltu Thesaurarię Prouinciæ Vmbriæ per ipsum Carolum exercito, & de quibus prædictus Iulius rationem reddere prætermiserat in computo generali vtrinquè antecedentèr solidato: Secunda autèm receputa importabat quidem confessionem Caroli de solutione scut.2800. & vltrà sibi facta per Iulium, sed insimùl exprimebat, quòd huiusmodi summã Iulius exsoluerat pro totidem, de quibus indebitè, & per errorem constitutus fuerat creditor tàm in libris Thesaurariæ, quàm in consecutiua solidatione generali, de qua suprà; quapropter absonum videbatur prætendere, quòd vnica, eademq; solutio litteralitèr facta per Iulium in causam expressam debiti ergà Thesaurariam, posset hodiè referri, seù contraponi in exonerationem alterius debiti posteà contracti ex capite, titulo, & radice penitùs distincta controuersorum Affictuum, contrà regularem naturam ipsius solutionis, quæ sempèr
4 imputatur, & cedit in titulum, & causam expressam, vt inquit *Scæuola I.C. in leg. si ex pluribus 89. §.1. in fin.* ibi: *Respondi, eam solam obligationem dissolutam, ex qua solutum proponeretur: ff. de solut., Rota coram Caual. decis.165. sub num.1. vers. hoc autem, & dec.436. num.10. par.9. rec. & in Romana, seù Tusculana Pecuniaria 10. Ian. 1689. §. Tùm magis quia, cor. bo. me. Vrsino Decano.*

Potissimè, licèt ex abundanti, quia solutio Affictuum in sui primordio conuenta noscebatur posticipatè de semestre in semestre, vndè vltrà detectam in præcitata præcedenti Instantia renitentiam, & contumaciam eius-

dem

dem Francifci Mariæ in folutione, & implemento propriæ obligationis, admodùm inuerifimile de per fe reddebatur, quòd ipfe, feù Iulius eius Frater in folidum obligatus, cum adeò prægrandi anticipatione fex ferè Annatas (pròut fermè importaffet eadem folutio refpectiuè ad Afficiũ annuorum fcutorum 700.) perfoluere vnico contextu voluiffet, quando tamen cęteri, ac cuncti Debitores à communitèr accidentibus vix flatuto,
5 & præfinito tempore propriæ fatisfacere folent obligationi, vt appofitè confiderant *Conciol. allegat. 12. num. 17. & allegat. 57. numer. 8. & 9., Modern. Argentan. c. illust. 27. & num. 85. & 92. lib. 2., Rot. coram Buratt. dec. 108. num. 10., & in dicta Romana, feù Tufculana Pecuniaria 13. Maij 1689. §. Et confequentèr, cor. bo. me. Vrfino,*

Et ob id parùm refragabatur, quòd referuata, vt præmifimus, extitiffet fauore Francifci Mariæ exceptio prædictarum folutionum ad hoc vlterius fubfequendum Iudicium fupèr relaxatione noui Mandati, vt habetur *in dicta Decif. edita fub die 20. Martij proximè præteriti §. fin. coram Reuerendiffimo D. meo Decano*: Dum enim ex hucufquè infinuatis præcitatæ folutiones apprehenfæ funt ocularitèr inefficaces ad obtegendum debitum quorumlibet Afficuum, fruftrà quærimus in præfenti de vi, & efficacia referuationis, il-
6 lam namquè nullum ius de nouo tribuere, nilque operari, quotiès in fucceffiua trutinatione detegitur irreleuantia eius, quod fuit referuatum, Volumina funt plena, & præcisè ait *Cranett. conf. 144. num. 15., Ruin. conf. 40. num. 7. lib. 1., Surd. conf. 377. num. 21., Rot. in Romana, feù Spoletana Cenfus 28. Iunij 1694. §. Non obftat, cor. R. P. D. meo Pio*, confirmata *1. Iulij 1697. §. Nec demùm, cor. R.mo D. meo Molines Decano*.

Et ità, Comite, alijfq; de Plancianis dumtaxàt Informantibus, refponfum fuit &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

Conclufio, de qua in hac Decifione *n. 4.*, quod fcilicèt folutio regularitèr cedere debet in caufam à Debitore expreffam in actu ipfius folutionis, aditum præbet nonnulla annotandi ad ornatum materiæ fatis in Foro frequentis in ordine ad folutiones factas in manibus Creditoris ab eius Debitore (vt paffìm fieri folet) *à conto di quello, che deue al Signor N. N.*, nulla habita expreffione caufæ, feù tituli, in quem cedere deberent huiufmodi folutiones, quia poftea occafione calculandi fupèr datis, & acceptis non leues emergere folent quæftiones intèr Creditorem, & Debitorem, vtrùm hæc, vel illa folutio referenda fit potiùs in vnam, quàm in aliam caufam, feù debitum: Ideòque vltrà ea, quæ defupèr viderì poffunt in *Addit. ad decif. 96. num. 50. cum plur. feqq. inter illas D. mei Anfaldi Romæ impreffas tom. 1.*, cenfui, non inutile effe alias propofitiones in fubiecta materia familiaritèr cadentes breuitèr fuperadijcere.

Priori itaquè loco obuia eft difputatio in
7 themate, quo agatur de debito fructifero, vtrùm folutio alicuius fummæ fimplicitèr facta ad computum, vt fuprà, cedere debeat in caufam potiùs capitalis, quàm interufuriorum, vel è conuerfo; Et regula eft, quod referri debeat potiùs in caufam fructuum, quàm fortis, vt notant communitèr *DD. in Leg. 1. C. de folut.*, & paffim dixit *Rot.*, pròut antiquioribus omiffis patet ex *decif. 272. num. 8. poft Cenc. de Cenfib.*, & *in Recent. decif. 341. num. 1.*, & *decif. 360. num. 9. part. 11.*, *in Romana Pecuniaria 16. Martij 1699. §. Pròut nequè releuare, coram Card. Scotto*, *in Viterbien. Pecuniaria fupèr referuatis 25. Iunij 1708. §. Nec fubfiftit, coram Omaña*, & *in Perufina Reintegrationis fupèr referuatis 23. Ianuarij 1713. §. Vullatenùs, coram D. meo Anfaldo*.

Idque ampliatur procedere, quamuis fo-
8 lutio promifcuè facta fuiffet in caufam fortis, & fructuum, quemadmodùm relatis concord. dictum fuit *in Firmana Dotis, & Fructuum 25. Iunij 1703. §. Abfquè eo quod, coram Molines*, & *in Romana Cenfus 7. Iunij 1706. §. Nec in diminutionem, coram prælaudato Card. Scotto*.

Cadente folùm limitatione, quotiès cau-
9 fa fructuum effet incerta, difputabilis, aut illiquida, quia tunc folutio fimplicitèr facta, ac per Creditorem generalitèr *ad computum* recepta, referri deberet potiùs in diminutionem capitalis, quàm in caufam fructuum, pròut fentiunt *Decian. conf. 60. num. 25. lib. 2., Menoch. conf. 121. num. 40., Laderc. conf. 162. num. 1. in fin., Gratian. difcept. 224. num. 44., Ant. Faber in Cod. lib. 8. tit. 30. defin. 31.*, plenè *Rot. in Romana Dotis fuper integra reftitutione 18. Aprilis 1692. §. fin. coram Muto impreff. apud Balducc. rer. iudic. tit. 2. dec. 3. num. 22.*, confirmata *coram eodem 15. Iunij 1693. §. Altera limitatio* penès *eumdem Balducc. tit. 4. decif. 18. num. 3.*, & rursùs *9. Iunij 1694. §. Quod enim*, quæ eft *la 148. num. 1. poft Conftantin. ad Statut. Vrb. tom. 3.*

Quamuis, vbi interufuria fint legitimè con-
10 uenta, non defint qui teneant, quod folutio facto abfquè vlla expreffione caufæ debeant priùs cedere in caufam vfurarum, quàm fortis, etiamfi vfuræ nondùm forent liquidatæ, vt videre eft apùd *Altimar. ad Rouit. conf. 65. ex num. 15. vfquè ad fin. lib. 2., Carol. Ant. de Luca ad Gratian. dicta difcept. 224. num. 7.*, & *8., Capyc. Galeot. contr. 16. num. 64. lib. 2., Conciol. alleg. 8. num. 51.*, & *53., Capyc. Latr. decif. 21. per tot.* & hanc

11 & hanc sententiam, vbi vsuræ possint facilè liquidari, putâ per calculum Arithmeticum, amplexa est *Rota in Bononien. Immissionis 11. Iunij 1714. §. Non attento, coram R̃mo D. meo Crispo*.

Et quoniàm plerumquè accidit, quod quis ex duabus, vel pluribus causis sit debitor alterius, plures quoquè exindè oriri possunt quæstiones, vbi Debitor soluat Creditori aliquam summam simplicitèr, & absquè vlla specificatione certæ causæ, seù debiti, nimirùm in quam causam cedere debeat talis solutio: Et primò sese offert casus, in quo ali-
12 quis habeat ergà vnum, eumdemque Creditorem duo debita, quorum alterum sit legitimè fructiferum, & alterum incapax pariendi fructus citrà vsurariam prauitatem; tuncquè receptum est, quod solutio simplicitèr facta referri potiùs debeat in causam debiti fructiferi, quàm alterius infructiferi, iuxtà not. per *Gratian. d. discept.224. num.2. vers. prout quoquè, Rota decis.379. num 23. per.17. Rec., & in Romana Fideicommissi de Maximis 21. Martij 1708. §. penult. coram Card. Scotto*; & generale est, quod solutio
13 facta sinè peculiari expressione causæ sempèr cedere debet in causam, quæ est vtilior soluenti, ex deductis per *Sim. de Præt. cons.65. num.56., & cons.68. num.20., Merlin. Pignatell. contr. for. cent.1. cap.77. num. 6., Mart. Medic. inter decis. Senen. exam. 15. num.39.*

Rursùs in hoc ipso proposito pluralitatis debitorum ergà vnum, eumdemque Creditorem transit extrà controuersiam, quod so-
14 lutio facta per Debitorem absquè vlla expressione causæ cedit in illam causam, seù in illud debitum, cui correspondet summa soluta, *Thor. vot. decis.80. num.36., & 38., Episc. Rocca Select. Disput. Iur. cap.144. n.7., Mart. Medic. decis. Senen.26. num.7., Rot. coram Gregor. decis.511. num.3., & coram Dunoz. Iun. decis.890. num.6., & in Romana Saluiani 1. Iulij 1699. §. Non vna quidèm, coram Molines (intèr suas decis.637. n.21.)*

Similitèr vbi soluens sit debitor alicuius ex duabus, vel pluribus causis, solutio per
15 eum simplicitèr facta cedere debet in causam illius debiti, in quo dederat expromissorem, seù fideiussorem, ad mentem *Text. in Leg. In ijs verò, §.1.*, ibi = *Grauior videtur, quæ sub satisdatione debetur &c. ff. de solut.*, & vltrà allegat. in *Tract. de Commerc., & Mercat. disc.65. num.52., & in Annot. ad cit. decis.96. num.56. tom.1.* dixit (reliquis omissis) *Rota* in celebri *Ferrarien. Alimentorum, & Dotium super quantitate detractionum 5. Iunij 1716. §. Præmisso igitùr, & 9. Maij 1718. §. Vndè*, vtraque *coram præcitato bon. mem. D. meo Ansaldo*.

Retentoque sempèr eodem præsupposito pluralitatis debitorum, pariformitèr rece-
16 ptum est, quod solutio simplicitèr facta à Debitore adscribenda est potiùs debito maturato, quàm alteri maturando, & cuius dies adhùc non venerat, *Leg. Cæterùm 3. in fine ff. de solut.*, cum concordan. per *Rot. coram Merlino decis.507. num.1., & seqq., & coram Priolo decis.185. num.5., & decis.220. num.6., & in Recent. decis.202. num.5., & 6. par.13., decis.795. n.16., & 17. par.18., & decis.150. num.4., 9., & 11. part.19., in Romana, seù Tusculana Pecuniaria 10. Ianuarij 1689. §. Cùm deniquè, & 13. Maij subsequentis §. Altera autèm, coram Vrsino, & in Viterbien. Salviani 16. Ianuarij 1702. §. Nullatenùs obsistente, coram Card. de la Tremoille.*

Prætereà in eisdem terminis plurium de-
17 bitorum solutio in dubio cedere, seù referri debet in causam debiti antiquioris, quæ durior reputatur, vt millies respondit *Rot.*, & signantèr moderniori tempore *in Romana, seù Ianuen. Pecuniaria 12. Ianuarij 1703. §. fin. coram Card. Scotto, in Ferrarien., seù Anconitana Fideicommissi super fructibus 9. Iunij 1704. §. Verùm, coram D. meo Ansaldo, in Romana, seù Tuscanen. Manutentionis super reseruatis 21. Februarij 1710. §. Parùm refragante, coram R̃mo Crispo, & in Romana Pecuniaria 19. Iunij 1716. §. Quandoquidèm, cor. Em̃o D. Card. de Althann.*

Antiquioritas autèm causæ in hoc propo-
18 sito non consideratur respectu temporis factæ obligationis, seù contracti debiti, sed respectu temporis faciendæ solutionis, itàut si priùs veniat dies solutionis vnius debiti, in illius quoquè extinctionem cessisse præsumatur subsecuta solutio, non verò in extinctionem, aut diminutionem alterius, licèt anteà contracti, & in esse deducti, pròut explicant *Menoch. de præsumpt. lib.3. præs.136. num.11., Gratian. discept.717. n.18., Felic. de Societ. cap.15. num.33., Mans. consult.104. num.15., Mart. Medic. decis. Senen. 27. n.10., Rot. decis.304. num.5. ad med. part.4. tom.1. Recent., & cor. Merlin. decis.507. num.4., & decis.741. n.5., & cor. Bich. decis.262. n.16.*

Coincidit in eadem hypothesi pluralitatis debitorum alia quoquè conclusio, quod so-
19 lutio in dubio referri potiùs debet in causam, & extinctionem debiti proprij, quàm communis, vel Socialis, licèt de cætero debitum Sociale foret antiquius, *Menoch. dicta præs.136. n.8., & 9., Gratian. discept.962. num.43., & seqq., Rot. coram Duran. decis.416. num.16., & coram Dunozett. Iun.*
20 *decis.590. num.1.*, & simili modo solutio facta sinè expressione causæ referenda, & adscribenda est potiùs in debitum proprio nomine contractum, quàm in aliud, in quo soluens erat dumtaxat fideiussorio nomine obligatus, *idem Gratian. discept.224. n.27., Card. de Luca de Credit. disc.105. num.3., Rot. decis.386. num.3. part.16. Recent.*, & priùs *in Ro-*

Romana Pecuniaria 10. *Martij* 1664. *§.fin.coram Beuilaqua m.s.*

Confert demùm ad ornatum subiectæ materiæ, quod vbi debitor ex pluribus causis
21 cæpit soluere in certam causam in actu solutionis expressam, omnes aliæ subsequentes solutiones simplicitèr factæ debent referri, seù cedere in eamdem causam semèl expressam, nisi aliundè de contraria voluntate ipsius soluentis plenè,& concludentèr doceatur, *Rot. decis.*347. *num.*27. *part.*19. *Rec.*, & in præallegata *Romana, seù Tusculana Pecuniaria* 10. *Ianuarij* 1689. *§. Et licèt*, confirmata vt suprà 13. *Maij eiusdem anni §.Cætera autèm, coram Vrsino, & in Ferrarien. Pecuniaria* 12. *Maij* 1695. *§.Maximè, coram eodem, & in Romana Pecuniaria* 11. *Ianuarij* 1700. *§. Potissimè quia, coram Molines, & in Eugubina Dotis, & Fructuum* 17. *Iunij* 1712. *§. Cætera autèm, coram R.mo P. D. meo Patriarcha Aldrouando.*

A. Lupardus.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MATTHIETTIS.

Lunæ 7. *Decembris* 1699.

ARGVMENTVM.

Immissio non retardatur fideicommissario per detractiones illiquidas. Filij primi gradus non tenentur fructus perceptos in Trebellianicam imputare: Nùm verò huiusmodi imputatio procedat quòad fructus perceptos per eorundem filiorum hæredes? profundè explicatur. Negligens inuestimentum à Testatore iniunctum, tenetur ad damna, & interesse. Dos quando in quantitate,siue potiùs in specie constituta censeatur. Fructus percepti, pendente conditione fideicommissi, spectant ad hæreditatem grauati, nisi in contrarium stet Testatoris voluntas: Obligatus ad reddendam rationem, tenetur præcisè edere Libros, neque excusatur iurando, se illos non habere.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur immunis à quocunque onere etiam fideicommissi.*
2 *Legitima licèt non agnita transmittitur ad hæredes etiam extraneos.*
3 *Legitimarius satisfactus præsumitur ex creditis,atque localibus,alijsque solidioris materiæ mobilibus in hæreditate repertis.*
4 *Immissio non retardatur fideicommissario per detractiones turbidas, atq; illiquidas.*
5 *Trebellianicæ detractio nomen desumpsit à Senatusconsulto Trebelliano.*
6 *Filij primi gradus non tenentur in Trebellianicam imputare fructus perceptos.*
7 *Trebellianica non minuit ipso iure fideicommissum, sicùt legitima, sed volente hærede grauato.*
8 *Hæres filij primi gradus fructus perceptos non tenetur imputare in Trebellianicam eidem filio debitam, nisi à die moræ, siuè litis contestatæ.*
Intellige, *vt* num.14.
9 *In restitutione fideicommissi non veniunt fructus à grauato percepti.*
10 *Dispositio* Text. in l. iubemus,Cod. ad Trebellian. *non porrigitur ad filios vlterioris gradus.*
11 *Filij vlterioris gradus tenentur imputare in Trebellianicam fructus ab ipsis perceptos.*
12 *Trebellianica detrahitur contrà præsumptam Testatoris voluntatem.*
13 *Fructus imputantur in Trebellianicam transuersalis.*
14 *Hæres filij primi gradus succedens in bonis fideicommissi iudicio fideicommittentis, tenetur fructus perceptos imputare in Trebellianicam ipsi filio debitam.*
15 *Commodum percipiens æquum est, vt sentiat etiam incommodum.*
16 *Negligens inuestimentum à Testatore iniunctum, tenetur ad damna, atq; interesse.*
17 *Actio vtilis competit Creditori contrà nomen Debitoris sibi obligatum.*
18 *Augumentum prouueniens ex inuestimento fructuum bonorum, ordinatum præsumitur fauore primorum hæredum.*
Limita, si appareat de contraria Testatoris voluntate, quòd cedere debeat commodo fideicommissi,num.20.
19 *Fructus percepti pendente conditione spectant ad hæredem, non verò ad successorem in fideicommisso, nisi Testatoris voluntas alitèr suadeat*, & num.22.
21 *Prælegatum comprehenditur sub fideicommisso, quotiès istius ordinationem præcedit.*
23 *Grauatus à Testatore, præsumitur ab eodem vocatus.*
24 *Exceptio est de regula.*
25 *Debita hæreditatis modicæ summæ satisfacta præsumuntur ex localibus, argentis, & creditis, de quibus ratio non redditur.*
26 *Pro satisfactione Dotis in specie assignatæ agi debet aduersùs ipsam speciem; Si tamèn fuerit in quantitate, remanent obligata omnia bona debitoris eiusdem Dotis.*
27 *Dos incipiens à quantitate reputatur quantitatiua, quamuis pro illius solutione designata fuerint certa Bona.*
Declara, vt num.31.
28 *Dubia Testatoris voluntas declarationem recipit ab obseruantia.*
29 *Expedit Mulieri habere Dotem potiùs in quantitate, quàm in specie.*
30 *Dotem fuisse legatam in quantitate potiùs, quàm in specie, arguitur etiam ex particulari dilectione Testatoris.*

31 *Dictio* = cioè = *est explicatiua præcedentis dispositionis.*

32 *In concursu coniecturarum eæ attenduntur, quę potiores sunt.*

33 *Dos soluenda in certo fundo æstimando, censetur quantitatiua, cùm contineat implicitum contractum emptionis.*

34 *Statutum Vrbis cap.145. quòd stantibus masculis fœminæ non succedant, procedit in successione intestata.*

35 *Dos ex Statuto Vrbis cap.141. succedit loco legitimæ.*

36 *Dos succedens loco legitimæ detrahitur ex ipsa legitima, non verò ex fideicommisso.*

37 *Si tamen Dos ratam legitimæ excedat, id, quod superexcedit, detrahi debet ex fideicommisso.*

38 *Et hoc casu fideicommissario datur Immissio pro indiuiso cum creditore Dotis.*

39 *Duplicatio partitarum euitanda est, quia vnum, idemque debitum bis solui non debet.*

40 *Actio pro exhibitione Scripturarum intrat, docto de interesse, atquè primordiali existentia.*

41 *Scripturas edere non tenetur, qui iurauit, se eas non habere, nec dolo desijsse habere, &* num.43.

42 *Interesse petentis editionem scripturarum considerabile non est, si huiusmodi scripturæ concernant antiquas Societates Officiorum, quæ ex ipso lapsu temporis præsumuntur extinctæ.*

DECISIO CXVII.

RESecata, pròut decebat Tribunalis nostri Maiestatem, prolixiori inutili formula, quantumuis à Partibus hinc indè concordata, Dubium proposui = *An, quomodò, & pro qua rata danda esset Immissio, & ad quid teneretur Horatius;* Substantia namq; disputationis restringebatur ad immissionem expetitam pro parte Philippi, & Paulæ circà medietatem Bonorum, quæ fideicommisso supposuerat Pyrrus Testator, & insimùl communis Collitigantiū ascendens; cùmq; nulla extaret controuersia supèr concursu omnium requisitorum Iudicij, stante litterali existentia, & purificatione eiusdem fideicommissi fauore Catharinæ, & Magdalenæ, à quibus prædicti Collitigantes causam respectiuè desumebant, nullaque paritèr incideret quæstio identitatis, totumque ob id tutamen Horatij Rei in præfato Iudicio staret sub Clypeo detractionum non minùs legalium, quàm accidentalium, ex iure Thomasiæ Pyrri filiæ secundo loco grauatę translatarum in ipsum Horatium illius hæredem; & è conuerso prætenderent Actores, vltra Immissionē ad Bona memorati Pyrri hactenùs existentia, pro illius impinguatione consequi etiam alia Bona, seù iura, vel non existentia positiuè, vel saltèm non apparentia: Idcircò *Domini* vtrique complicatæ instantiæ, siue bipartitæ dubitationi, re maturè discussâ, responderunt fauore Philippi, & Paulæ affirmatiuè, iuxtà tamèn modum in extensione huiuscè *Decisionis* explicandum.

Exordiendo etenim ab examine primę oppositę detractionis legalis, & quotitatiuę, prima siquidē fronte videbatur vndequaq; fundata abstractiuè pretensio retentionis, seù deductionis legitimę Valentino filio Pyrri Testatoris, & insimul grauato innegabilitèr cōpetentis: quia cùm Valentinus hæredem habuerit Thomasiam sororem, hæc autem occumbens ex asse sibi successorem constituerit Horatium; hinc proindè de plano sequebatur, quòd legitima de Iure immunis ab omni vin-
1 culo etiam fideicommissi, per *Text. in l.omnimodò, & l.scimus, Cod. de inoffic. Testam.cum suis concord.*, rectâ viâ transiuerit in Horatium ipsius Valentini licèt mediatum hæredem, ex peculiari priuilegio eiusdem legitimæ, quæ tanquàm portio per gladium legis ab hæreditate Parentum abscissa, etiam non agnita, suaptè naturâ ad quoslibet hæredes
2 quantumuis extraneos deuoluitur, siuè transmittitur, ex traditis vno ore per *Merlin. de legit.lib.5.tit.3.quæst.9. num.1. & seqq, Vela dissert.11. num.79., Andreol. contr.19.num.21., Rota dec.766. num.2. coram Card. Cerro, dec.17. num.25. cum duob.seqq. par.16.recent. dec.40. num.15. apud Vrceol. de Transact., & in Sabinen. Fideicommissi 2. Decembris 1697. §.Non subsistente, cor. R.P.D. meo Muto.*

Sed obstitit Iuri tàm claro factum clarissimum, nimirùm, quod iuxtà publicum, & solemne Inuentarium à Camilla Matre, & insimùl Tutrice Valentini confectum supèr hæreditate Pyrri, deuenerant in eundem Valentinum plura conspicua credita, gemmæ, argenta, aliaque mobilia solidioris materię; ideòq; vel omninò præsumendum erat, quòd idem Valentinus sibimet huiusmodi legale creditum legitimæ persoluerit ex pretio, &
3 importantia præfatorum creditorum, Iocalium, aliorumque descriptorum in Inuentario bonorum Pyrri Patris, vel quod in omnem casum Horatius induens in vna parte personam præfati Valentini, teneretur ex altera tanquàm indiuisibilitèr illius hæres, rationem reddere de prænominatis effectibus inuentariatis; aliàs quippè indubitantèr oriebatur offuscatio, & turbiditas huius prætensæ detractionis, & crediti, itaùt nullatenùs, intercedente hac præsumpta satisfactione, consumptione, vel illiquiditate, valuerit fidei-
4 commissarijs immissio retardari, quemadmodùm millies respondit *Rot.*, & signantèr *cor. Rembold, dec.445. num.1. & per tot.*, & præsertim *num.7., coram Dunozett.Iun. dec. 846. num.25., & coram Ninot. dec.37. num.5. & 6. & in Romana fideicommissi 1.Iulij 1689.§.Nec*

peti-

petitæ Immissioni, & 16. Iunij 1690. §. Minùs videbatur, coram R.P.D. meo Caprara (intèr ipsius impressas dec. 55. & dec. 83. tom. 1.)

Progrediendo paritèr ad discussionem secundæ oppositionis, siuè detractionis consistentis in altera quota de Iure non minùs de-
5 bita Valentino ex præscripto *S. Consult. Trebellian.*, & à quo nomen Trebellianicæ desumpsit, creditum istud, & prætensio paritèr in abstracto, seù primo intuitu videbantur indubitata, absquè eo, quod apparentèr posset in satisfactionem eiusdem crediti computari perceptio fructuum, quos ipse Valentinus, donèc vixerat, retraxisset; vulgati nam-
6 què Iuris est, quod, ad differentiam hæredum grauatorum extraneorum, nequaquàm filij primi gradus fructus à bonis hereditarijs fideicommissi perceptos in Trebellianicam conferre, siuè imputare compelluntur, ita cubitalitèr sanciente *Imperatore in l. iubemus, Cod. ad Trebellian., Buccaferr. cons. 110. num. 53., Peregrin. de fideicommiss. art. 49. num. 55. & seqq., Treutler. select. disput. lib. 2. disp. 14. Thes. 9., Carol. de Meau. ad Consuetud. Leodien. obseruat. 446. n. 9., Maynard. decis. Tholos. 51. per tot. lib. 5., Rot. decis. 136. num. 14. par. 12. recen. & in Romana Hæreditatis 5. Iulij 1683. §. Addebatur, cor. bo. me. Pauluccio.*

Verùm incontinenti vrgens obuersata est replicatio, quod cùm deductio Trebellianicæ, differentèr à peculiari natura, & priuilegio legitimæ, ipso iure non transeat in hæredes grauati, neque pariformitèr ipso iure minuat fideicommissum, siuè abscindatur ab
7 hæreditate, nisi quatenùs eiusdem filij, siuè hæredis accesserit voluntas, vti perspicuè docent *Bald. in l. 1. n. 2. C. ad l. falcid., Peregr. cons. 46. nu. 11. in fin. lib. 3., & de fideic. art. 3. sub num. 126., Altograd. cons. 69. num. 47. & seq. lib. 2., Mangil. de imput. quæst. 4. num. 14. in fin., Fontanell. de pact. nupt. clausf. 4. glos. 9. par. 5. num. 122., Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæst. 29. num. 26.*

Hinc eo ipso, quod nullam verbo, vel facto voluntatem detrahendi manifestauit nedùm ipse Valentinus, sed neque etiam Thomasia ipsius Soror, & hæres, & à qua causam habebat Horatius, profectò creditum hoc Trebellianicæ, quod forsàn fuisset deducibile subsecuta aliqua Thomasiæ declaratione per merum titulum hæreditarium absq; imputatione fructuum, quos eadem Thomasia cęteròquin percepisset, vel tanquàm non vocata antè moram, siuè litem contestatam à successiuè substitutis, & vocatis, sicuti pro
8 submouendis æquiuocationibus animaduertit *Peregrin. de fideicom. art. 49. num. 55., Modern. Brixien. de fructib. disput. 16. art. 2. numer. 6. in fin.* aliàs *num. 8., Rauden. decis. Pisan. 28. num. 153.*

Vel etiam vti vocata, innitens tamèn regulæ, quod ipsa tanquàm hæres, & insimùl immediatè substituta, intendebat illos percipere iure propriæ vocationis, qua stante
9 fructus à fideicommissario percepti nusquam veniunt in restitutione fideicommissi, per *Tex. in l. in fideicommissariam, ff. ad Trebellian. Peregrin. de fideicom. dicto art. 49. num. 20., Menocb. de arbitrar. lib. 2. cas. 256. nu. 8. & seqq., Sim. de Præt. de interpr. vltim. vol. lib. 3. interpr. 4. dub. 5. solut. 2. num. 6., Surd. decis. 21. num. 1., Carnal. de vtraque Quart. par. 4. cap. 3. num. 52. cum seqq.*

Vtiquè prætermissa hac declaratione, positaque continuatione perceptionis fructuum fideicommissi, facta per Thomasiam (quæ erat quidèm descendens à Testatore, sed & respectiuè ad personam Valentini primi grauati vlterior transuersalis) per spatium superexcedens satisfactionem, & consumptionem Trebellianicę, videlicèt per annos quinquaginta, & vltrà, idem creditum Trebellianicæ, quantumuis ex persona, & titulo hęreditario reduplicatiuè transfusum in prænominatam Thomasiam fideicommissariam, & gradatim substitutam, remansit abundè satisfactum ex eadem superexcedenti perceptione fructuum, pròut in fortioribus terminis, nempè in ordine ad filios, & hæredes etiam
10 filij primi grauati, vt hi, ad quos non porrigitur beneficium *d. leg. iubemus, Cod. ad Trebell.* tęste *Baptist. de S. Blas. inter cons. vltim. vol. diuers. tom. 2. cons. 37. num. 2., Adden. ad Gregor. dec. 266. num. 14., Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 32. num. 48., Altograd. Inn. controu. 71. num. 50., Vrceol. consult. 53. n. 21.* teneantur in Trebellianicam de reliquo debitam ipsorum Patri compensare, siuè imputare fructus à semetipsis, vtpotè substitutis,
11 progressiuè perceptos, sæpiùs tenuit *Rota*, ac præcisè videre est *in decis. 517. sub num. 8. vers. quò verò ad fructus par. 4. diuers. repetit. decis. 20. num. 14. & 15. post Merlin. de legit., & dec. 142. n. 12. par. 19. rec.*

Diximus, in fortioribus; quia saltèm filij filiorũ grauatorũ ordinę successiuo substituti assumere posse videntur locum, & priuilegium Patris, secundùm ea, quæ (minùs tamèn verè, & communitèr) disputando tradiderunt *Angel. Aretin. cons. 30. num. 54. cum trib. seqq., Riminald. Sen. cons. 480. à num. 3. ad 7., Menocb. cons. 982. num. 14., Barry de successs. lib. 15. tit. 5. sub num. 7. vers. secunda extensio*, sed iste subingressus intrare non poterat quòad transuersantes habito respectu ad primum grauatum, vti erat Thomasia, quæ in se, vt præmisimus, nullo modo gaudens priuilegio exemptiuo ab imputatione fructuum, & insimùl eos effectiuè percipiens,
12 nequibat pro credito Trebellianicæ, quæ contrà voluntatem Testatoris semper detrahitur, ex traditis vnanimitèr per *Cancer. variar. resolut. par. 1. cap. 2. num. 56., Cyriac. contr. 11. num. 35., & contr. 263. num. 35., Rustic.*

ftic. ad l.cùm Auus lib.6. cap.18. nu.19., Carual. de vtraque Quart. dicto cap.3, num.4. par.4. non imputare eosdem fructus iudicio Testa-
13 toris perceptos, resistente determinatione *d. Text. in leg. in fideicommissariam, ff. ad Trebell., Carual. vbi proximè num.115., Maffin. de confisc. quæst.30. num.25., Rota dec.293. numer.23. cor. Merlin.*

Et ex his, vltrà punctualitatem Authoritatum *Rotæ* nostræ in fortioribus terminis, vt suprà, ad exuberantiam quoquè manebat superlatiuè responsum superiùs allegatæ doctrinæ *Peregrin., Modern. Brixien., & Rauden.* ea etenim rectè in casu suo procedere valebat, quia quemadmodùm filius non tenetur ad istorum fructuum imputationem, ità nec etiam valebat teneri hæres, qui deincèps iisdem fructibus fruebatur ex simplici præscripto legis vocantis illum ad successionem bonorum repertorum in hæreditate prædefun-
14 cti, non autèm ex vllo iudicio Testatoris, qui eum non vocauerat, donèc scilicèt, & quousq; assurgeret fideicommissarius, eumque reponeret in mala fid e per litis contestationem; sed cùm Thomasia in hypothesi nostra solummodò vti vocata, & ex iudicio Testatoris continuauerit in perceptione fructuum, profectò non poterat effugere imbibitam legalem obligationem compensandi eosdem fructus in ipsum creditum Trebellianicæ contrà voluntatem Testatoris indu-
15 ctum, qui enim ex vna parte commodum sentit, compellitur & ex altera tolerare incommoditatem, *vulg. Leg. Secundùm naturam, ff. de regul. Iur.* cum concordan. apud *Barbos. axiom.44. num.1., & 2.*

Interuersis, præcipuè ad finem non retardandæ immissionis, legalibus detractionibus, cecidit pariformitèr prima alterius classis, siuè speciei, quæ nuncupatur quantitatiua, siuè accidentalis, eaque consistens in subductione dotis Camillæ coniugis Pyrri fideicommittentis; licèt enim nulla subesset quæstio, quominùs Horatius vti hæres mediatus eiusdem Camillæ valeret induere illius pannos, & consequentèr assequi scuta 2500., sicuti ad totidem ascendebat præfata Dos vna cum lucro, *Summario Horatij num.6.*; Adhùc tamèn cùm idem Pyrrus Testator, & respectiuè Maritus reliquisset ipsi Camillæ plenarium vsufructum quorumcumque bonorum propriæ hæreditatis, illi intèr cæteras conditiones adijciendo, siuè superimponendo grauamen = *Di detto vsufrutto comprarne due Luoghi di Monti non vacabili à beneficio, e prò di detto Valentino, e non comprandoli sia tenuta farli buoni à detto Valentino della sua Dote* = hinc proindè eò ipso, quod Camilla per spatium annorum 29., videlicèt ab anno 1626., in quo fato cesserat Pyrrus, vsquè ad annum 1655., sub cuius orbita eadem decubuit, in implemento huiuscè oneris, seù conditionis defecerit, tenebatur
16 proculdubiò ad omnia damna, & interesse inuestimenti non secuti, quæuè plusquàm ad oculum, calculata etiàm ad importantiam simplicis tantummodò sortis, longè superabant quodcumque creditum dotale, ex his, quæ in proposito consimilis obligationis pro inuestimento non facto tradiderunt *Card. de Luc. de Fideicom. disc.189. num.5., alter de Luca in Animaduers. ad Gratian. discept.540. num.4., Rot. in Romana Multiplicorum 5. Iulij 1694. §. Confirmandæ siquidèm, coram bon. mem. Emerix Iun., & in Romana Fideicommissi de Auila 13. Februarij 1696. §. Ratio, coram R.P.D. meo Pio, & in Fulginaten. Fructuum 28. Iunij 1697. §. 1. in fin. coram R.P.D. meo Muto.*

Nequè Horatium repræsentantem, vt diximus, iura Camillæ ex propria negligentia extinctricis crediti sui dotalis, adiuuare poterat reduplicatio tituli sui hæreditarij etiàm respectu Valentini, cuius intuitu videbatur iniunctum onus præfati inuestimenti, vndè si ex vna parte non poterat directè repræsentando personam Camillæ, excipere contrà fideicommissum de huius crediti dotalis deductione, valeret tamèn indirectè repræsentando insimùl personam Valentini, nàm sicut is quiuisset agendo contrà Camillam sibi illius dotem appropriare ob inuestimen-
17 tum non impletum, ità ex hoc capite effectus creditor creditricis fideicommissi semper Horatius reportare deberet aduersùs idem fideicommissum satisfactionem prædictæ Dotis, & lucri, ad celebre *cons. Surd. il 4. num.23.* cum reliquis per *Rot. in Romana Pecuniaria 27. Iunij 1695. §. Validum quippè, confirmata 5. Decembris 1696. §. Iterùm enim, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano, & in Bononien. Dotis 6. Aprilis eiusdem anni §. penult. cor. R.P.D. meo Priolo.*

Idque adeò verùm (vti subiungebat Horatius) quod etiàm quando idem Horatius non fuisset quoquè hæres Valentini, adhùc reassumendo personam Camillæ, exceptio hæc Inuestimenti non facti numquàm esset deducibilis per fideicommissarios, cùm procùl dubio fideicommissum deberet Camillę præ-
18 fata scuta 2500.; oppositio autem neglecti Inuestimenti percuteret interesse Valentini, illiusque hæredum, vt fuit dictum *in Camerinen. Bonorum 13. Martij 1690. coram bon. mem. Emerix, & 20. Iunij 1692. cor. R.P.D. meo Caprara*; Et maximè, quia cùm Inuestimentum faciendum foret de vsufructu, siuè fructibus nusquàm regularitèr fideicommissum augentibus, ij è conuerso pertinuissent
19 ad eumdem Valentinum, cùm fructus bonorum fideicommissariorum conditione pendente percepti, seù percipiendi spectent ad hæreditatem grauati, non verò ad successorem in fideicommisso, ad *Text. in d. L. In fidei-*

fideicommissariam 18., *& in Leg. Facta 63. §. Si hæres, il secondo, ff. ad Trebell., Mant. de Coniect. lib. 7. tit. 10. num. 7., Barbat. de diuis. fruct. part. 2. cap. 2. num. 7., Fusar. de substit. quæst. 625. num. 16., De Luc. ad Gratian. d. discept. 540. num. 2.* cum alijs prætèr hos superiùs adductis *§. Vel etiam*.

Siquidèm aduersùs hęc omnia *Domini* infallantèr existimarunt, quod præordinatio Inuestimenti demandata per Pyrrum nullatenùs sisteret in cortice personæ Valentini
20 expressæ per Pyrrum in Testamento, sed medullitùs pereuteret commodum, vtilitatem, & impinguationem eiusdem fideicommissi; Totâ namquè Massâ Testamentariæ ordinationis perpensâ palàm effulxit, quod illa verba = *à beneficio, e prò di detto Valentino* = ftarent apposita non finalitèr obiectiuè, sed dumtaxàt demonstratiuè, ex quo Valentinus erat ille, qui solus poterat repræsentare (tamquàm primò, & tunc vnicè vocatus) ipsum fideicommissum, nulla intercedente ratione, proptèr quam Testator adeò prouidè determinans ordinem succedendi in sua hæreditate post obitum Valentini, maluerit iniungere hoc Inuestimentum ad liberam commoditatem, dispersionem, seù dispositionem ipsius Valentini discretiuè à fideicommisso, siuè ordine succedendi per ipsum Testatorem præscripto; Et in omnem casum, cùm hoc inuestimentum, & pœna imposita in casu contrario super sola dote Camillæ, non posset sonare in ordine ad Valentinum hæredem, nisi vt quid prælegatum, de plano succedebat regula, quod & hoc præle-
21 gatum, subsequente postmodùm ordinatione fideicommissi, sub ipso fideicommisso includeretur, vt vno ore affirmarunt *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 194. num. 2., Peregr. de fideic. art. 7. num. 34., Crass. in §. Fideicommissum quæst. 47. num. 4., Rota coram Pan. decis. 645. num. 3., & coràm Zarat. decis. 98. num. 7., & in rec. decis. 421. num. 23. & seq. par. 5., & decis. 140. num. 11. par. 15.*

Et ex his extranea reddebatur inspectio, quod fructus bonorum fideicommissariorum attineant pendente conditione ad grauatum, eiusque hæredes; quia cùm, ex mox insinuatis, & hoc ipsum inuestimentum reinciderct ad impinguationem fideicommissi, saltèm ex regula prælegatorum, ac verisimili ratione, & voluntate Testantis, supereminentèr etiam sequebatur, locum potiùs esse limitationi, per quam & ipsi fructus pendente con-
22 ditione percipiendi possunt augere hæreditatem, ac spectare ad substitutos, ad *Text. in leg. Si ità relictum, §. Pegasus, ff. de leg. 2. Mantic. de coniect. d. lib. 7. tit. 10. sub num. 9., Peregrin. de fideic. art. 49. num. 25. & seqq., Gratian. d. discept. 540. num. 44. cum seqq., Carual. de vtraque Quart. d. par. 4. cap. 3. num. 60. in fin. & num. 74., Modern. Brixien. de fruct. d. disp. 16. art. 1. num. 12. & seqq., Rota decis. 897. ex num. 7. cum plurib. seqq. coràm Coccin., & coràm Card. Cerro dec. 569. ex num. 1. vsquè ad 5., & decis. 608. num. 1. & 2.*

Et sanè, quod neutiquàm Testator cogitauerit absorbere in pœnam negligentiæ dotem Camillæ propriæ Vxoris intuitu solius Valentini, eiusque extraneorum hæredum, sed tantummodò ad commodum, & accretionem fideicommissi, siuè contemplatione vocatorum in suo Testamento, liquebat vlteriùs apud *Dominos*, ex quo non egrediendo personam eiusdem Camillæ sub eodem Paragrapho, seù Capitulo Testamenti, in quo legebatur appositum grauamen inuestimenti ad ratam, seù valorem duorum locorum Montium quolibet Anno, dicebatur etiam, quod nemo de cætero ex vocatis in Testamento vexaret Camillã super redditione rationis hæreditatis suppositæ fideicommisso, & ab ea administrandæ, ibi = *che in niun tempo mai ad essa per l'infrascritto suo Erede* (scilicèt Valentinũ, quem immediatè tali vocabulo nuncupauerat) *nè altri nel presente Testamento chiamati si possa domandare reuisione de conti &c. saluo l'obligo come da basso* (quod consistebat in præfato onore inuestiendi); Eccè quod actiuè non ipse tantummodò Valentinus, aut eius liberi extranei hæredes, sed ipsi vocati in Testamento erant ij, ergà quos dirigebatur littera, mens, & dispositio fideicommittentis; sicuti namquè litteralitèr nominati in Testamento, siuè vocati grauaban-
23 tur vltrà Valentinum præcepto, nè possent pro redditione rationis inquietare Camillam, eodem paritèr modo erant inuitati, seù præseruati ad conquerendum implementum Inuestimenti, siuè *dell'obligo, come da basso*, cùm exceptio sit de regula, & regula, ac
24 exceptio, mutua interpretatione, ad inuicèm se confoueant, & declarent, vt per *Surd. decis. 225. num. 20., Modern. Mantuan. consult. decis. 82. num. 33., Rota decis. 410. num. 9. par. 19.*

Subalterna paritèr, & perexigua detractio, siuè debitorum, siuè legatorum consistens in quantitate scutorum 135., vt ex Peritia in vtriusque Partis *Summario*, facilè suffocata remansit ex ipsomet obstaculo, quo magis potens, & priuilegiatum creditum legitimæ superiùs in principio conuulsum extitit, siuè effectum illiquidum, videlicèt, quia Horatius vestiendo personam Camillæ nullibi reddebat rationem de Iocalibus, Argentis, alijsque iuribus, & creditis inuentariatis; parua
25 namquè hæc quantitas faciliùs potuit ab effectibus in hæreditate minimè repertis remanere soluta, & satisfacta, iuxtà familiarem præsumptionem, de qua in hiscè punctualibus terminis *Rota decis. 185. num. 21. par. 10. recen., & in Fulginaten. Immissionis 27. Ianua-*

nuarij 1681. §. final. coràm clar. mem. Card. Taya.

Remanebat in hac Classe detractionum accidentalium nouissimo lo o Dos Thomasiæ, quantumuis Auiæ communis Colligantium, peculiari tamèn titulo hæreditario transfusa in Horatium; eiusdemque Dotis respectu nulla suberat ambiguitas non minùs circà substantiam veri crediti, quàm in ordine ad summam, scut. scilicèt 4000. veluti in eadem summa litteralitèr ipsi relicta per Pyrrum fideicommittentem: Verùm quia Testamentum præfati Pyrri ità in huiuscemodi relicto cantabat = *Item esso Testatore lasciò per dote alla Signora Tomasina sua figliola &c. scudi 4000. moneta da darseli, e consegnarseli in questo modo, cioè venti luoghi di Monte &c. vn Censo &c., e per il compimento di detta Dote la Casa, che al presente disse habitare esso Testatore*, enixè satagebant Paula, & Philippus Actores ostendere, quòd huiusmodi Dos sub tali formula legata consisteret in specie, siuè in fundo dotali, non autèm in vera quantitate, ad hoc, vt consecutiuè nequiret sub prætextu adsimilis crediti immissio iisdem Actoribus retardari, cùm posita Dote in specie, seù in fundo, teneatur Mulier, siuè illam repræsentans de eodem fundo contentus esse, vel iura sua dirigere dumtaxàt aduersùs ipsam speciem, seù fundum dotalem, ad differentiam Do-
26 tis in pecunia consistentis, quæ sibi habet obligata bona vniuersa sui debitoris, promissoris, vel legantis, ex collectis per *Rot. in Melenitana Bonorum 9. Ianuarij 1682. §. Quo stante, coràm bon: mem: Vrsino Decano, & in Romana Saluiani 14. Iunij 1697. §. Ità non vrget, cor. R.P.D. meo Lancetta.*

Sed in hac parte *Domini* reputarunt, Dotem hanc consistere in vera quantitate, non obstante superiùs expressa forma loquendi in Testamento; In primis namquè regula infallibilis in Iure nostro arridebat huic resolutioni, quoniàm legatum prædictum incipiebat à quantitate, ibi = *lasciò per dote &c. scudi 4000. &c.* Vndè quamuis succederent illa alia verba = *da darseli &c. venti luoghi di Monte &c.* hæc tamèn designatio fundorum, siuè specierum stare censebatur ad ter-
27 minos memoratæ regulæ pro puro effectu demonstrationis, seù modi soluendi, non verò ad destruendam essentiam ipsius legati, ac Dotis in quantitate propriùs, & medullitùs constitutæ, iuxtà receptam distinctionem, de qua *Rota coràm Pamphil. decis. 2. num. 1., & coràm Bichio decis. 350. num. 21., & in rec. decis. 241. num. 3. par. 17., in Romana dotis, & lucri 26. Nouembris 1696. §. Domini, cor. R.P.D. meo dell'Olmo, & in Aquilana successionis 21. Aprilis 1698. §. Quod autèm Dos, coràm R.P.D. meo Muto.*

Conspirante præsertim in idipsum Instrumento dotali deincèps occasione nuptiarum eiusdem Thomasiæ materno, & Tutricio nomine exarato per Camillam Vxorem Pyrri fideicommittentis, ac legantis, quod expressissimè sonabat in promissionem, & constitutionem quantitatis ob alia scuta 500. perauctа ascendentis in totum ad sc. 4500. sub effectiua exbursatione *in contanti* prædictæ summæ perauctæ, & satisfactione legatæ quantitatis in implicito contractu emptionis, & venditionis, seù pro soluto super iisdem effectibus in Testamentaria ordinatione demonstratis; ab hac etenim obseruantia de proximo practicata per Vxorem Legantis verisimilitèr de illius intentione plenissimè in-
28 formatam, emergere vehementem declarationem, quatenùs oporteret, verborū legati, ac dispositionis, passim monuerunt relati per *Gratian. discept. 941. n. 21., Cyriac. contr. 209. num. 58. & 59., Rot. in Romana legati 10. Decembris 1685. §. penult. coràm Reuerendiss. D. Hernault Archiepiscopo Turonen.*

Ac demùm accedente maiori vtilitate le-
29 gatariæ, cui sempèr conuenit habere Dotem potiùs in quantitate, quàm in fundo naturalitèr obnoxio periculis, & deteriorationibus, nec non plerumquè euictionibus, sicuti quotidiè dixit *Rota*, & signantèr *coràm Bichio decis. 151. num. 14., & decis. 350. num. 26., & in rec. dec. 20. num. 8., dec. 96. n. 10. & 11., & decis. 277. num. 13. par. 15., decis. 241. n. 19., & dec. 349. n. 8. par. 17., & dec. 98. num. 36. par. 18.*

Atquè hæc vtilitas legatariæ videbatur eò magis in casu nostro attendenda proptèr prædilectionem Patris legantis ad fauorem filiæ vnicæ, itaùt ipsam vlteriori charitate amplexando inuitauerit vsquè in certum casum ad successionem totius suæ hæreditatis, secundùm ea, quæ prosequendo similes ter-
30 minos affectionis, seù coniunctionis sanguinis ponderantur à *Gratian. discept. 70. nu. 6. cum. 2. seqq., Caluin. de Æquit. lib. 3. cap. 246. num. 5., Hodiern. ad Surd. dec. 289. n. 2. & 3. Rota decis. 309. sub num. 13. vers. nam fuit responsum, & dec. 337. n. 7. par. 11. rec., & decis. 154. n. 5. cor. Royas.*

Absquè eo, quòd à præfata regula etiam extrinsecè, ac fortitèr roborata recessum suadere possèt ponderatio, quod dùm Testator dixerat = *da darseli in questo modo, cioè &c.* ex hoc, inspecta illa restrictiua dictione *cioè*, satis idcircò explicauerit animum relinquendi Dotem in fundo, & maximè dùm subiunxerat = *E per il compimento di d. Dote la Casa &c.* quasi quod satis exindè significauerit, in expressis à se speciebus fixam, constantem, ac firmam esse debere, tàm constitutionem, quàm solutionem Dotis, proùt
31 ad limites consimilis dictionis, *cioè*, notauit *Card. de Luc. de Dot. disc. 56. num. 4.* & in proposito similium aliorum verborum, de qui-

quibus suprà *Rota coràm Seraphin. decis.*447. *num.* 4.

Neutra siquidèm reflexio merebatur in conflictu eiusdem regulæ, circumstantiarumque annotatarum in præpollenti haberi consideratione: In casu namquè *Cardinalis de Luca* plures aliæ intercedebant vrgentissimæ coniecturæ conuincentes constitutionem fundi dotalis, quin *Author hic* immoraretur in cortice *videlicèt;* & illa verba *= e per il compimento la Casa &c.* manifestè præseferebant, quod Testator nullo modo intendebat substantiare legatum Dotis in ipsis fundis, ac speciebus indicatis, quia cùm à principio legasset quantitatem scut. 4. mil., & enunciasset antè omnia per modum solutionis viginti loca Montium, quæ poterant in dies in extrinseco valore creuisse, aut decreuisse, voluit proindè prouidè demonstrare, quod vbi loca Montium vnâ cum Censu fortasè etiam adaucto cum fructibus interim decursis non attingerent legatam quantitatem scut.4. mil., proportionabilitèr summa deficiens suppleretur à valore Domus necessariò prò coæquatione eiusdem quantitatis
32 æstimandæ; Vndè, vel hæ leues reflexiones cedere debebant regulæ præmissæ, ac circumstantijs magis perstringentibus in oppositum, iuxtà ponderata per *Rotam coram Coccino decis.*29. *num.*7., *in Recent.decis.*199. *num.*12. *par.*19., *& in Romana, seù Sabinen. Dotis 30. Martij labentis anni §. Conuenientibus itaquè, coram Me*, vel potiùs retorquebantur, cùm vtraque tenderet ad implicandam necessitatem deueniendi ad æstimatio-
33 nem, quæ tamquàm virtualitèr inuoluens contractum emptionis,& venditionis pugnat ex diametro cum constitutione Dotis in fundo, teste *Honded. consil.*41. *num.*13., *& seqq. lib.*1., *Giurb. ad consuetud. Messan. cap.*15. *gloss.*1. *n.*2., *&* 6., *Rota d. decis.*350. *n.*21. *coram Bichio, in Terracinen. Dotis 26. Iunij 1686. §. Nec iuuat, coram bon. mem. Albergato, & in Perusina Bonorum 17. Iunij proximè præteriti §. Nec obstat, coram R.P.D. meo Lancetta.*

Stabilito igitùr credito huius Dotis in quantitate scutorum 4. mil., *Domini* indigitantes modum satisfaciendi huic detractioni, à quo, nec ipsæ Partes discordare videbantur, præ cæteris censuerunt, quod cùm versaremur non iam in successione ab inte-
34 stato, & consequentèr ad normam *Statuti Vrbis lib.*1. *cap.*145. de eadem successione intestata loquentis, sed in successione testamentaria, & in casu legati Dotis relictæ prò omni, & toto eo, locum idcircò sibi vindi-
35 cabat sanctio eiusdem *Statuti in cap.* 141. per quod Dos, (vt inquiunt) succedit loco legitimæ, vt per *Rotam coram Buratto decis.*215. *num.*10., *in Recent. decis.*180. *num.*9. *par.*11., *decis.*289. *num.*8., *&* 9. *coram Card. Celso, & decis.*134. *n.*1., *& seqq.*, & signantèr *num.*17. *coram Priolo.*

Ac propptereà stante, quod Horatius, vt præmisimus, vestimenta induebat tàm Valentini filij masculi legitimarij, quàm Thomasiæ creditricis, & assequi debentis ipsum creditum, seù dotem loco legitimæ, consequens erat, vt quando etiam legitima Valentini prima fronte obiectata contrà immissionem non appareret consumpta, vel effecta illiquida ex non reddita ratione per Horatium ex altera persona Camillæ Ma-
36 tris, & Tutricis, adhùc eadem Dos ad ratam trientis de Iure tangentis eidem dotatæ nonnisi ab ipsa legitima Valentini foret expetenda, seù perquirenda, ex his, quæ habentur in *decis.*565. *per tot. coram Ludouis.*, *decis.*106. *num.*1., *&* 2., *& num.*9. *post Merlin. de Legit.*, *& coram Coccino decis.*1903. *n.*36., & alibi passim.

At quia ad sensum Peritiæ triens legitimæ Valentini, (saluâ propria eiusdem Valentini ratâ,) non poterat implere totum creditum memoratæ Dotis, seù quantitatis
37 scutorum 4. mil., summa superexcedens, & aliundè non satisfacta necessariò desumenda erat ab alijs duabus partibus, siuè residuo hæreditatis Pyrri, sicuti prosequuntur *Merlin. de Legitim. lib.*1. *tit.*4. *quæst* 6. *num.*9., *& num.*14. *in fine*, *Bellon. de Iur. accrescen. cap.*6. *quæst.*15. *num.*61., ideòque conclusiuè *Domini* firmarunt, quod totum idem superegrediens ratam prænominati trientis, & aliundè non solutum, seù satisfactum, ad calculum faciendæ liquidationis detrahi deberet vti Dos ab ijsdem alijs duabus parti-
38 bus hæreditatis, non retardata interim Actoribus immissione, & insimùl pro indiuiso præseruata retentione eiusdem quantitatis superexcedentis, secundùm liquidationem abindè citrà faciendam, vti etiam alias respondit *Rota in Ariminen. Fideicommissi Bandi, & Æneæ de Bandis 26. Iunij 1697. §. Quò enim ad detractiones, & 5. Martij 1698. §. Quò attinet, coram R.mo D. meo Decano.*

Absoluta prima parte dubitationis, & progrediendo ad secundam, scilicèt *ad quid teneretur Horatius*, visum fuit, Horatium non teneri, seù posse se tueri ab obligatione reddendi rationem ex persona Camillæ suæ Auctricis hæreditatis Pyrri, nomine, & iure Valentini administratæ, dum ex iuridica æquitate per *Dominos* obseruata, obligatio hæc contraposita remansit legitimæ competenti eidem Valentino, necnon debitis, ac
39 legatis ab eo, vel eius nomine solutis, non enim huiusmodi obligatio poterat vllo modo duplicari, sicuti dicimus de partitis, cunctisque alijs debitis, vel creditis non duplandis, ex trad. per *Rot. decis.*111. *n.*8. *part.*7. *decis.*136. *num.*2., *&* 3., *& dicta decis.*180. *num.*5. *part.*11.

Cæterùm, quia contrapositio,& tuitio hæc moderanda erat intrà cancellos honestæ proportionis, & sic ad Gemmas, Argenta, & mobilia solidioris materiæ, quæ vnâ cum alijs in rigida redditione rationis superabundare valebant ad effectum contrapositionis prædictæ, dignum, & iustum fuit è conuerso, quod Horatius teneretur exhibere schedulas,seù memorias Societatum Officiorum, quæ connotatę apparebant in Inuentario Ca-
40 millæ; dum etenim ob id (vt ex *Summario Actorum num.3.*) constabat de primodiali existentia, & interesse palpabili ipsorum Actorum, non poterat ijsdem Actoribus implorantibus denegari remedium petitæ exhibitionis, ex *Ridolphin. in Prax. part.2. cap.3. num.29., & num.40., & 43., Parrex. de Instrum. edit. tit.5. resol.11. num.22., Mell. obseru. for.49. num.26., Rota decis.531. n.1. cum duobus sequen. coram Dunozzett. Iun., decis.38. num.1. part.17. Rec., & in Romana Monilis 27. Nouembris proximè præteriti §. Et ob id, coram Me.*

Quin præcisiùs ad nostram Thesim descendendo adiuuaret Horatium, quod ipse non forèt compellendus ad hanc exhibitionem subeundam, ex quo esset tertius hæres Camillæ, seù Valentini, ideòque licèt hi fuissent obligati ad custodiam earumdem memoriarum, & scripturarum, nihilominùs talis obligatio nequiret obstringere ipsum Horatium, cùm ad impossibile nemo teneatur, & expurgata præsumptione præexistentiæ
41 earumdem scripturarum penès se mediante saltem subsidiario remedio Iuramenti, quod illas non haberet, neque dolo desierit habere, cessaret omnis occasio illum dinexandi pro facienda hac exhibitione, iuxtà luculentam *decis. Ludouis.199.* cum alijs per *Adden. ad eamdem decis.129. sub num.8. vers. Quandò verò, Rota decis.237. num.6., & 7. part.11. Recent.*

Potissimè, quia in rei veritate deficere videbatur intrinsecum, & verum interesse petentium eamdem exhibitionem, si non in genere, aut abstractiuè, attamen in effectu, & in concreto, cùm tractaretur de simplicibus memorijs,& syngraphis Societatum Officiorum absquè vlla designatione temporis, aut alia extrinseca legalitate: Addito, quod etiam pleræque ex eisdem Societatibus, aut non cantabant sub nomine Pyrri, sed Valentini filii, & Camillæ Vxoris citrà vllam recognitionem bonę fidei commodo ipsius Pyrri Fideicommittentis, aut si aliquæ sub eius
42 nomine indicabantur conceptæ, vtiquè per spatium temporis suprà sexagenarium præsumendæ erant, vel legitimè dissolutæ, & extinctæ, aùt aliàs vacatæ per obitum Officialis, alteriusuè personæ, sub cuius vita, vel periculo perijssent, ad examinata in longè fortioribus terminis contractuum censualium *in Romana Associationis 4. Iulij 1698. ex §. Nihil siquidèm, vsquè ad §. Cæterùm, coram Me.*

Facilè etenim hæc omnia corruerunt apud *Dominos;* Nam quòad non probatam existentiam præfatarum scripturarum penès Horatium, & supradictum Iuramentum ab eo oblatum de non habendo, neque dolo desinendo habere, sufficit responsio non patiens vllam replicationem, nimirùm, quod
43 in præsenti minimè agebatur ad terminos *rubr. ff., & C. ad exhiben.* in quibus sanè terminis intrant dispuncta per *Ludouis. dicta decis.199.* cum cęteris *in Romana Pecuniaria super Exhibitione 21. Iunij 1694., & 2. Iunij 1698. cor. R. P. D. meo Muto, in Bononien. Transactionis 19. Aprilis 1697., & in dicta Romana Monilis 27. Nouembris mox dilapsi, coram Me.*

Ast Causæ punctus residebat in eo, quod Horatius induebatur sicut Diploide, nexu, & obligatione reddendi rationem veluti hęres Camillæ, & Valentini ergà Philippum, & Paulam instantes tamquàm fideicommissarios pro hac redditione rationis, quæ cùm passiuè semper, & in perpetuum transeat ad hæredem quemcumq; etiam remotissimum, pro effectu idcircò eiusdem redditionis rationis intrat necessitas exhibendi scripturas inuentariatas, sicuti perbellè, ac solidè distinguendo respondit in hoc præciso casu *Rota coram Zarat. decis.98. num.18. cum tribus seqq. repetit. decis.122. ex num.33. vsquè ad fin. part.12. Rec.*

Quod si in progressu efflagitatæ redditionis rationis (à qua *Domini* æquitatiuè dumtaxàt, & correspectiuè, vt suprà, absoluerunt Horatium, respectu scilicet Argentorum, localium, ac Mobilium) idem Horatius comprobare valebit, Societates fuisse extinctas, superlucratas, aut alio modo non spectare ad hæreditatem Pyrri fideicommittentis, non per hoc erit abbreuiata ipsius Horatij defensio, quemadmodùm in præcitatis terminis aliòquin in se diuersis, sed posita obligatione exhibendi ex capite reddendæ rationis ad hunc effectum fraternizantizantibus, nempè occasione vlterioris disputationis super assueto Dubio: *An, & pro qua summa sit iurandum in litem,* practica demonstrauit experientia in præcitata Causa *Romana Pecuniaria, coram R. P. D. meo Muto,* in qua licèt in terminis puræ exhibitionis fuerit præcedentèr, vt Iuris erat, resolutum, mediatum hæredem teneri ad exhibitionem nonnullarum apparentèr importantium Apocarum, successiuè tamen disputatâ vera importantiâ prodijt resolutio exclusiua prætensæ importantiæ,& interesse Actoris, vt liquet *ex Decis. deindè edita cor. eodem R. P. D. meo Muto sub die 11. Maij labentis anni.*

Et ità vtraque &c.

AN-

ANNOTATIO R.P.D. AVTHORIS.

ADuersùs hanc *Decisionem* Horatius Mancinus Reus conuentus petijt, & obtinuit nouitèr audiri; sed repropositâ Causâ sub die 29. Aprilis 1701. eadem Decisio fuit ferè in omnibus confirmata, pròut suo loco inferiùs apparebit, ibiquè annotabitur vlterior eiusdem Causæ progressus, & respectiuè exitus, quem habuit mediante concordia inter Collitigantes postmodùm secuta.

ASCVLANA FIDEICOMMISSI, SEV DOMVS SVPER MELIORAMENTIS.

Ven. 11. *Decembris* 1699.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac *Decisione* de materia Melioramentorum, eorumque probatione tàm in genere, quàm in specie; & quomodò consuli soleat indemnitati tàm Rei conuenti, quàm Actoris, vbi illorum liquidatio reddatur difficilis: Melioramenta quandò sint, necnè compensanda cum fructibus à possessore perceptis post motam litem; & an sit locus illorum refectioni, si facta fuerint mala fide, & quæ mala fides ad hunc effectum requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta ad hoc, vt refici debeant, probari debet status antiquus rei ad finem, vt confrontari valeat cum statu præsenti.*
2 *Probatio resultans ex publico Instrumento prævalet contrariæ probationi factæ per Testes.*
3 *Remissoria non conceditur ad effectum probandi per Testes id, cuius contrarium resultat ex publico, & solemni Instrumento.*
4 *Hebræi nequeunt in Statu Ecclesiastico possidere Bona stabilia iure dominij.*
5 *Emptores sæpè per æmulationem transcendunt iustum valorem rei publicæ venditioni expositæ.*
6 *Pretium inter Partes conuentum in contractu emptionis, & venditionis præsumitur iustum, donèc contrarium probetur.*
7 *Valor rei non benè probatur ex vnica illius emptione, & venditione.*
Et de ratione, ibid.
Secùs tamèn est, si pluriès fuerit empta, & vendita pro eodem pretio, num.8.
Idemque est, vbi res pluriès fuerit conducta pro vna, eademque annua pensione, num.9.
10 *Valor rei præsumitur auctus non ex beneficio temporis, sed ex Melioramentis, de quorum confectione in genere constat.*
11 *Melioramenta probantur per Testes.*
Necnon ex relationibus Peritorum, n.12.
Item probantur ex Mappa, vel aliàs ex ipsa oculari inspectione, num.13.
14 *Melioramentorum exceptio vbi non est liquida, & incontinenti probata, non est apta retardare Immissionem Fideicommissario.*
Et quotiès de illis constat solùm in genere, & intrà terminum possessori præfixum non fuerunt liquidata in specie, datur Fideicommissario Immissio, facta per eum obligatione de illa reficiendo post illorum specificam liquidationem, num.15.
16 *Melioramenta quotiès reficienda sunt possessori Reo conuento, Actor tenetur illi dumtaxat refundere id, quod minus est inter impensum, & melioratum.*
Exemplifica, vt ibid., & num.17. & 27.
Sed vide triplicem limitationem huius regulæ in Addit. num.28. cum duob. seqq.
18 *Melioramentorum liquidatio vbi reddatur difficilis, vel obscura stante varietate probationum, possunt taxari, & liquidari arbitrio Iudicantis*, & num. 19.
Et in hoc casu consueuit quandòque Rota *concedere optionem vel Reo conuento, vt soluat fideicommissario antiquum valorem rei fideicommisso subiectæ, vel ipsi Actori, vt refundat possessori pretium Melioramentorum*, num. 31.
Nisi tamèn Reus, & possessor esset pauper, quia tunc non intraret huiusmodi optio, sed Actor præcisè teneretur illi refundere pretium Melioramentorum, num.31.
21 *Melioramenta opposita per Reum conuentum compensantur cum fructibus ab ipso perceptis à die motæ litis;*
Sed huiusmodi compensatio non intrat, vbi Actor obtinuisset Mandatum contrà Reum, & possessorem pro restitutione fructuum pendente lite perceptorum, num.23.
22 *Melioramenta non sunt reficienda, quotiès facta fuerunt mala fide.*
Nisi tamèn ageretur de meliorationibus præcisè necessarijs, ibidem.
Declara tamèn, quod sola litis contestatio non inducit in possessore malam fidem, nisi fuerit specificè inhibitus, nè vlla conficeret Melioramenta in Bonis controuersis, num. 26., & 36.
24 *Citatio generalis facta ad Valuas non est apta inducere litis contestationem, & consequentèr neque malam fidem.*
25 *Mala fides in Reo, & possessore non oritur, nisi à die productionis Iurium præuia citatione, & litis contestatione.*
32 *Melioramentis in genere probatis, & redacta quæstione ad simplicem illorum liquidationem, conceditur Actori immissio pro indiuiso, videlicèt pro rata antiqui valoris rei controuersæ.*
33 *Melioramenta vbi sunt probata tàm in genere, quàm in specie, an Reo, & possessori competat retentio super toto fundo, vel potiùs super*

per sola portione meliorata, & num. 34., & 35.

DECISIO CXVIII.

VLtrà exceptiones contrà Immissionem ab Oliuerio expetitam efficacitèr promotas ex parte Monasterij erigendi, & de cætero superabundè dilutas in nouissimo gradu restitutionis in integrum sub die 27. *Nouembris* nupèr elapsi *coràm Me*, in hodierna quoquè oppugnatione fortitèr obiectarunt Executores, seù Defensores præfati Monasterij Clypeum aculeatum Melioramentorum, scilicèt non iam, vt priùs, ad simplicem, duriorem tamèn effectum tuendæ possessionis, siuè retardandæ immissionis celeritèr omninò debitæ fideicommissarijs, sed ad alterum obtinendæ saltèm actiuæ canonizationis in petitorio super competentia, ac iure recuperandi præfatarum Meliorationum appretium, & (vt Iustitia exigebat) à *Dominis* exaudiri reportarunt iuxtà modum, siuè temperamentum inferiùs enucleandum.

Non enim in genere vlla coincidebat dubitatio, quominùs apertè constaret de præfatis additamentis, seù Melioramentis per Tiburtium Monasterij authorem confectis circà Domum, de qua agebatur, habitâ præ oculis assueta regulâ, quod ad hunc finem sat est habere relatiuam confrontationem
1 præsentis status ad statum antiquum, siuè præcedentem, ex communitèr firmatis per *Rot, decis. 137. num. 26. post Merlin. de pignor., decis. 237. sub num. 2. vers. ex quibus par. 18. rec., & decis. 74. num. 6. & 7. & num. 20. & 21. coràm Vbag.*

Quoniàm respectu status præcedentis, qui solet ante omnia ponderari, ac recognosci tanquàm terminus à quo, statim effulxit, memoratam Domum velato nomine Parisani (pròut latè ostensum fuit in dicta præcedenti *Decisione super negocio principali edita cor. Me*) coemptam extitisse per Marianum fideicommittentem pretio florenor. 2400., quæ sanè summa redacta ad æquipollentem hodiè valorem importat scuta 960.; licèt enim Oliuerius in eodem negocio principali immissionem sortitus contenderet iuxtà quandam penitùs extraiudicialem, & in Actis non exhibitam Attestationem, emptionem fuisse celebratam maiori pretio scutor. 1200. ob importantiam Floreni calculandam ad rationem Bononenorum 50., nihilominùs huiuscemodi Attestatio minimè merebatur attendi in conflictu publici Instrumenti præcisè supponentis, ac taxantis eumdem Floreni valorem in Bononenis tantummodò 40. cùm semper, & infallantèr de Iure præualeat magis incertis, & vacillantibus depositioni-
2 bus Testium expressio in publicis Authographis emissa, vt in fortioribus, nempè etiam ad effectum denegandi Remissoriam, quoties articulata, ac respectiuè comprobanda per
3 Testes solemni contrariantur Instrumento habetur apud *Duran. dec. 131. num. 13., Bich. decis. 86. in fin., Priol. decis. 1. num. 3.* & passim alibi.

Quin ad eneruandum idem emptionis Instrumentum fragilis obsisteret obiectatio, quod intantùm fuerit enunciata, ac stabilita memorata quantitas scutorum 960., inquantùm nonnulli Hebræi Domini, seù detentores eiusdem Domus iusto timore perculsi ob
4 paulò antè superuentam Constitutionem B. Pij V. *in ordine la 6.* confirmatoriam alterius fa: me: Pauli IV. inter eius impress. *la 3.* & vtramque prohibitiuam, nè hæc perfida Gens quidquam Iure dominicali possidere valeret, distrahere curauerint omni (vt dicitur) peiori modo, siuè viliori æstimatione ipsam Domum aliàs Fisco caducandam: Quia præterquàm non poterat ità de facili id euenire in Ciuitate non admodùm exigua, sed potiùs valdè considerabili, in
5 qua plures adinueniri poterant Emptores etiam per æmulationem quandòque transcendentes legitimum pretium, aliàs quippè, & hoc ipsum dicendum foret de quacumque extraiudiciali venditione, quæ vt plurimùm ære alieno iugulante, ac premente necessitate celebratur, & tamèn omnis præsumptio
6 militat pro iustitia pretij conuenti, vt inquit *Bald. in leg. Si fundus 13. §. 1. num. 1. ff. de reb. eor., Vrceol. consult. 3. num. 9., Rot. decis. 21. num. 21. par. 10., decis. 158. num. 4. par. 11., decis. 2. num. 5. par. 15., & decis. 74. num. 22. cum 2. seqq. par. 17.*

In præceps ibat quælibet difficultas nedùm ex mox deducendis in proposito alterius extremi, nimirùm status hodierni, ac postmodùm subsecuti, verùm etiam ex fortissima superuenta circumstantia, quod hæc ipsa Domus ad manus præcitati Tiburtij titulo permutationis obuenerat sub appretio dumtaxat scutorum 750., signum euidens, quod potiùs eadem Domus minus valebat, quàm plus, itaut fortè Oliuerius impugnando valorem in scutis 960. contrà proprium commodum laboraret, statim ac apparebat, ad Tiburtij meliorantis manus deuenisse absquè vlla iustificatione alicuius extrinseci infortunij pro appretio inferiori; quidquid
7 enim sit de totali iustificatione iusti valoris per vnicum contractum, qui in suis casibus imputabilis est fortassè alicui priuatæ affe-
8 ctioni, vel alteri causæ: vtiquè conspirantibus in idem contractibus etiam successiuis, casus efficitur (alio non obstante) magis planus, & securus pro concludenda vera
9 pretij Iustitia, iuxtà ea, quæ in fraternizantibus terminis conductionum iteratarum obser-

obseruata leguntur penès *Spad, cons.* 114. *num.* 1. *&* 4. *lib.* 2., *Pacion. de locat, cap.* 27. *num.* 117. *in fin.*, *Rot. dec.* 544. *num*, 12. *&* 13. *par.* 5., *& decis.* 6. *num.* 7. *&* 8. *par.* 17. *rec.*, *& in Romana Læsionis* 5. *Aprilis* 1680. *§. Esse autèm*, *&* §, *Et quamuis*, *coràm bo: me: Pauluccio*.

Indubitantèr autèm iuncta, vt præmisimus, combinatione status subsequentis, siuè postquàm Domus pertransierat in Tiburtij dominium, ex quo non solùm constitit, hodiernam æstimationem pertingere vsquè ad valorem scutorum 3. mil. ad normam *Decisionum*, quæ prodierunt super *Fructibus*, *seù Pensionibus* 4. *Iulij* 1696. *§. Tantòque magis*, 13. *Iunij* 1698. *§. Tùm etiam quia*, *&* 10. *Decembris eiusdem Anni in fin. coram R. P. D. meo Pio*; Sed & apparuit per Instrumenta emptionum trium Domuncularum huic antiquæ Domui fideicommissariæ adiacentium, quæuè extiterunt ope Tiburtij eidem Domui incorporatæ cum vlteriori testificatione Lapidicidæ, aliorumque Artificum, videlicèt Fabri Murarij, Lignarij, cæterorumque similium, quiuè constantèr asserebant, Tiburtium impendisse in hisce accretionibus explendis scuta 2700., & vltrà; Quomodò
10 enim ambigi poterat de melioramentis in genere, dum valor controuersæ Domus apparebat perauctus non iam ex nudo temporis beneficio, sed ministerio nouarum emptionum, & accretionum, ac Laboreriorum in tàm considerabili quantitate superinductorum, vt de per se patebat ad sensum, & liquet ex traditis in *decis.* 179. *num.* 2. *& seq. coràm Bich.*, *decis.* 251. *sub num.* 15. *vers. horum autèm par.* 17. *rec.*, *& decis.* 458. *num.* 5. *coràm Priolo*.

Ac deniquè semper euidentiùs inspecta actuali depositione Testium, Peritorumque specificè discriminantium vtrumque statum veterem, & nouum, adscita quoquè in alterum irrefragabile Testimonium oculari Plantæ inspectione, quam prælaudati confecerant Periti, & Oliuerius positiuè approbauerat, hæc eteuim aptiora sunt media, quibus probari possunt melioramenta, sicuti
11 quòad Testes respondit *Rot. decis.* 149. *n.* 19. *in fin. par.* 13., *& decis.* 320. *sub n.* 1. *par.* 18.
12 & quòad Peritos in *decis.* 217. *num.* 2. *par.* 14. *decis.* 305. *sub num.* 6. *par.* 16., *& dicta decis.* 74. *num.* 16. *coràm Vbag.*, ac deniquè
13 respectu Plantæ, siuè ocularis inspectionis dictum fuit *in Romana Domus* 19. *Aprilis* 1697. *§. Hinc inanis*, 11. *Decembris eiusdem Anni §. fin. &* 11. *Aprilis* 1698. *§. Quouerò*, *coram R. P. D. meo Muto*.

Atquè hæc apùd *Dominos* vndequàque coruscabant fulgidissima; Sed fluctuandi occasio remansit quòad liquidationem in specie, seù quantitate; sicuti namquè per hoc magnum Tribunal, vbi non liquida aduersùs intentatam, & concessam immissionem dignoscuntur obiecta melioramenta, non consueuit ratione turbidæ exceptionis immissio re-
14 morari, vtì passim firmatum habetur, & præcipuè in *decis.* 399. *num.* 13. *par.* 18., *dec.* 366. *ex num.* 26. *vsquè ad fin. par.* 19., *& in Reatina Fideicommissi de Clauellonibus* 16. *Iunij* 1698. *§. Et demùm*, *coràm R. P. D. meo Pio*: vel quandò sufficientèr apparent in genere tantummodò demonstrata, sed intrà terminum præfigi solitum nullatenùs liquidata in specie noscuntur, admittitur obligatio suscep-
15 ta per immittendum de ipsis accrementis, & meliorationibus reficiendis postquàm fuerint specificè iustificata, secundùm ea, quæ prosequuntur *Posth. de manut. obseru.* 12. *nu.* 54. *in fin.*, *Adden. de Pamphil. decis.* 23. *num.* 11., *Rot. coram Coccin. decis.* 1130. *num.* 6., *Peutinger. decis.* 101. *num.* 3., *& in recent. decis.* 233. *numer.* 15. *part.* 12., *& in Romana Immissionis* 8. *Martij* 1697. *§. fin. coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

Ità quotiès reuoluto Pallio per viam (pròut hic) actionis, & non exceptionis insistitur pro indiuiduatione importantiæ, seù quantitatis melioramentorum, pariformitèr subingreditur propositio quidèm primo in-
16 tuitu aspera, sed tutissima, quod inspiciatur quid minus importet impensum, vel melioratum, ad hoc, vt si magna, sed parùm industris fuerit impensa, superabundè dispersum non officiat supradicto immittendo, qui nullum lucrum in effectu à magis profusa erogatione consequitur; Si verò pinguius sit
17 melioramentum, quàm impensum, adhùc & attendatur non lucrum prædictum, & emolumentum, sed dumtaxàt effectiuè implicatum, & impensum, cùm non deceat, melioramenta facientem in re perpetuò sua non futura quidquam adipisci, ac lucrari, satisque exiftat, in eadem re alteri recasura sibi reparari factum dispendium eueniente casu restitutionis cum commodo intermedio fructuum, donèc scilicèt, & quòusque fiat restitutio, proùt ad limites regulæ prædictæ vno ore conueniunt *Bald. in leg. In fundo* 39. *n.* 2, ibiquè etiàm *Alberic. num.* 5. *ff. de rei vindic.*, *Pacion. de locat. cap.* 34. *§* 4. *n.* 17, *Cirocc. dicept.* 571. *n.* 26., *Card. de Luca de legit. disc.* 35. *n.* 29., *Rot. coràm Coccin. decis.* 940. *num.* 5, *& decis.* 766. *num.* 7. *coràm Card. Cerro*, *& decis.* 66. *num.* 18. *cor. Vbag.*

Ast consimilis abstracta regula non resoluebat articulum, qui à pedissequo facto pendebat, dùm certitudinariè pes figi non poterat super valore perauncto à scutis 960. ad enunciata scuta 3. mil., stante quod & hoc augumentum beneficio temporis, & adaucto (post detectas, & occupatas Indias Occidentales, nouumque Orbem) numero, & extrinsecæ computationi Monetarum poterat adscribi: Quouerò ad obseruationem regulæ supe-

superiùs insinuatæ, neque pariter liquebat, an expensæ in rei veritate vtiles, & proficuæ extitissent, seù potiùs voluptuosæ; & consequentèr etiamsi eadem Domus hodiè in duplum locari possèt, sempèr tamèn remanebat incertum, vtrùm id eueniret ex vicissitudine temporum, & valore Monetarum excreto; *Domini* idcircò in hac difficilè de-
18 tergenda obscuritate processerunt cum æquitatiuo temperamento, vt nempè valor melioramentorum prætensus in scutis 2040. per illud arbitrium, quod Iura indulsere, ex prænotatis in simili proposito incertitudinis in *Romana Grani 27. Ianuarij 1698. §. penult. & fin. coràm Me*, (aliàs *decis. 11. ex num. 2.*
19 *vsquè ad fin. tom.1.*) & in subiecta materia Melioramentorum apud *Seraph. decis. 898. num. 6. ad fin.*, *Merlin. decis. 695. num. 8. & 9.*, *Coccin. decis. 1374. num. 2. & 3* honestè, & ex tota massa probationum præfini-
20 retur in summa scutorum 1200., addita optione fauore Oliuerij, vt vel ipse refunderet Monasterio erigendo hanc quantitatem scutorum 1200., vel vt Monasterio dimitteret ipsam Domum, recepta ab eo quantitate antiqui originarij valoris scutorum 960. ab eius Authore, siuè fideicommittente soluti, sicuti in non dissimili ambiguitate quampluribus alijs exemplis allatis ad rem concludit *Rot. dicta decis. 74. num. 25. cor. Vbag.*

Quibus sanè stabilitis *Domini* parùm immorandum esse duxerunt supèr geminis alijs pro parte Oliuerij prætensionibus excitatis,
21 nempè, vel quod huiusmodi Melioramenta compensanda forent cùm pensionibus à die motæ litis tàm per Tiburtium, quàm per Monasterium eius hæredem perceptis, vt admonet *Pacian. de locat. dicto cap. 34. §. 4. num. 15.*, *Rot. decis. 650. num. 6. par. 2. rec.*, *decis. 405. num. 10. par. 14*, *decis. 119. num. 8. par. 15.*, *& in Romana Pecuniaria 11. Decembris 1697. §. Prout etiàm, & 14. Aprilis 1698. §. Quò enim ad confirmationem, cor. R. P. D.*
22 *meo Muto*: Vel quod stante mala fide, de qua inferiùs, Melioramenta ipsa, siuè in genere, siuè in specie iustificata, forent deperdita, vt præcisiuè à Melioramentis omninò necessarijs tradunt adducti per *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 110. num. 41. & 42.*, *Cirocc. dicta discept. 57. num. 22. cum seqq.*, & signantèr *num. 25.*, *Card. de Luca de legit. d. disc. 35. num. 22. & seqq.*, *Rot. decis. 199. ex num. 17. vsquè ad 23. coram Bich.*

In ordine etenìm ad primam partem com-
23 pensationis circà pensiones decursas ab Anno 1684., quo Oliuerius Iudicium Immissionis intentauit contrà hæreditatem Tiburtij, perperàm illa visa est deduci, dùm pro hiscè pensionibus iàm Oliuerius obtinuit relaxationem Mandati, de cuius reformatione in alio hodierno Dubio actum fuit: Et quòad alias antecedentèr decursas ab Anno 1646. magis insubsistens emituit prætensio fundata in eo, quod vsquè tùnc Tiburtius fuerit in mala fide constitutus per quamdam nimiùm genericam citationem ad Valuas affixam ad instantiam Vincentij Authoris Oliuerij aduersùs quoscumque habere prætendentes Ius aliquod super bonis Fideicommissarijs Ma-
24 riani Sem; talis siquidèm citatio, tamquàm admodùm (vti diximus) vaga, & generalis, quodque magis est haùd deducta ad notitiam Tiburtij, minimè apta censeri potuit ad inducendam vllam litis contestationem, multòque minùs ad impingendam sufficien-
25 tèr in eo malam fidem, ad hunc etenìm effectum necessaria fuissèt specialis citatio, vnâ cum productione Iurium, ex quibus Tiburtio palam innotescere possèt nullitas permutationis, siuè acquisitionis Domus vtpotè fideicommisso subiectæ, ex trad. per *Modern. Mantuan. consult. 97. num. 4.*, *Card. de Luc. de Iudic. disc. 39. sub num. 14. vers. probabilius*, *Rot. dec. 265. num. 5. cum seqq. par. 17.*, *dec. 226. num. 2. & seqq. ac per tot. par. 18. rec.*, *& in Romana Hæreditatis de Lanuvijs 6. Iunij 1695. §. Cùm enim, coram R. P. D. meo Scotto, & 28. Iunij 1697. §. Confirmatione paritèr, coram Me* (*dec. 11. n. 3. tom. 1.*)

Quò demùm ad secundam, & dubio procùl asperiorem partem deperditionis melioramentorum, à fortiori dixerunt *Domini*, inanem esse prætensionem Oliuerij; Quoniàm cessante dolo manifesto retundendi per Inuidiam ex causa magnæ refectionis immissionè exaduerso collitiganti, nulla quantumuis propria, & vera litis contestatio impedit, nè melioramenta etiàm simplicitèr vtilia eadem lite pendente facta reficiantur, nisi indiuidua aduersùs Reum conuentum præcesserit inhibitio, nè videlicèt durante lite rem controuersam audeat meliorare, vt
26 solidè obseruant *Magon. decis. Lucen. 81. ex n. 11. vsquè ad 16.*, *Rot. cor. Dunozett. Iun. decis. 259. ex num. 3. vsquè ad fin.*, *& coram Bich. dec. 29. ex num. 23. vsquè ad 27.*, *& dicta decis. 199. num. 19.*

Et ità ex suffragio omnium *Dominorum* conclusum fuit, vtraq; &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

Regula, de qua in hac Decisione *n. 16. & 17.*, quod nempè in materia refe-
27 ctionis Melioramentorum regularitèr refici debeat id, quod est minus intèr impensum, & melioratum, adeòut detur electio Domino fundi, vt inter vtrumque eligat id, quod sibi magis expedire videatur, & de qua vltrà allegatos in eadem *Decisione loc. cit.*, *Rot. decis. 455. num. 1. par. 19. tom. 2. rec.*, *in Ferrarien. Bonorum super fructibus 14. Maij 1706. §. Non obstat cum seq.*, *& 11. Februarij 1707. §. Etenim, coram Card. Priolo*, *& in Reatina fidei-*

fideicommissi de Seueris supèr melioramentis 25. *Aprilis* 1712. §. *Et altera, coram D. meo Ansaldo*.

Non procedit, vbi agitur de Melioramen-
28 tis factis à Domino vtili in Prædio Vrbano, nam illorum respectu non quid impensum, sed valor præsentis temporis attendi debet, pròut admittitur in *cit. Ferrarien. Bonorum super fructibus* 11. *Februarij* 1707. *d.* §. *Etenim, coram Card. Priolo*, & plenè comprobat *dicta decis.*455. *num.* 2. *& seqq. par.*19. quam etiam refert, & sequitur *bo: me: D. Aduocatus Constantin.* in eius *Votis decisiuis*, quæ actu sub Prælo manent, & est in ordine *il* 62. *num.*9.

Rursùs non procedit in Melioramentis fa-
29 ctis à Domino paritèr vtili etiam in Prædijs rusticis in vim pacti conuenti cum Domino directo, quia tùnc similiter integrè reficiuntur, nulla habita distinctione inter impensum, & melioratum, vt declarat post alios *Torr. var. quæst. Iur. tom.*3. *tit.*13. *defin.*4. *num.*22., *Rot. dicta decis.* 455. *num.* 7. *part.* 19., *& in Romana Emphyteusis super Melioramentis* 16. *Martij* 1708. §. *Non impugnabat, coram Card. Scotto*, & pariformitèr admittitur in præallegata *Ferrarien. super fructibus dicto* §. *Etenim, vers. minùsque agitur, coram Card. Priolo*.

Alia limitatio, seù declaratio regulæ præ-
30 dictæ videri potest *in annot. ad decis.* 66. *numer. fin. inter in Vrbe impressas coram D. meo Ansaldo tom.* 1.

A' temperamento capto per *Rot.* in præinserta *Decisione num.* 18. *cum duob. seqq.* suc-
31 cessiuè idem *Sacrum Auditorium* recessit, dum sub fundamento, quod Fideicommissarius esset soluendo, Monasterium verò erigendum paupertate laboraret, condemnauit eumdem Fideicommissarium ad omnimodam, ac præcisam refectionem Melioramentorum, quemadmodùm videre est *in altera Decisione edita in eadem Causa* paritèr *coram eodem D. meo Ansaldo sub die* 13. *Maij* 1701. inferiùs suo loco imprimenda.

Quandò probatio Melioramentorum in genere non controuertitur, solùmque quæstio versatur circà illorum liquidationem,
32 consueuit etiam *Sac. Rota* quandoquè practicare aliud æquitatiuum temperamentum, concedendo scilicèt Actori immissionem pro indiuiso pro rata valoris rei petitæ, pro ea videlicèt quantitate, ad quam pretium rei ascendebat antè factas meliorationes, vt seruatum fuit apud *Coccin. decis.* 1489. *num.* 4., *& in Romana Census* 12. *Decembris* 1689. §. *Fin. coràm Benincasa* (inter suas *dec.*205. *num.*6.) confirmata in hac parte *sub die* 1. *Martij* 1697. similitèr §. *fin. coram Card. de la Tremoille*, quæ habetur *impress. ad ornatum Card. de Luca in Mantiss. tom.*3. *sub tit. de Vsur. decis.*13. *num. fin.*, & recentiùs *in Romana Immissionis* 5. *Iunij* 1705. paritèr §. *fin. coram Omaña*.

Frequentes quoquè occurrunt quæstiones super modo dandi retentionem Reo conuento postquàm Melioramenta nedùm in genere probauit, sed etiam in specie liquidauit, vtrùm nempè illi concedenda sit retentio supèr tota re, seù fundo, seù potiùs super sola
33 parte meliorata; Et in hoc quamuis pro regula receptum sit, vt retentio non competat, nisi super portione rei melioratæ, non verò super reliquis Corporibus distinctis, super quibus nulla facta est melioratio, ex traditis per *Castren. cons.*270. *num.*1. *vol.*2., *Negusant. de pignor. par.*5. *membr.*4. *num.*17., *Peregrin. de Fideic. art.*50. *num.*69., *Pacif. de Saluian. inspect.*2. *cap.*2. *num.*239., *& seq.*, *Merlin. de pignor. lib.*4. *quæst.*192. *num.*8., *Rot. cor. Pentinger. decis.*212. *num.*7.

Nihilominùs si agatur de vnico, & indiuiduo Fundo, in quo sparsim, & non super aliqua dumtaxàt illius parte sint confecta
34 melioramenta, eo sanè casu datur retentio melioranti super integro Fundo, donèc melioramentorum pretium sibi refundatur, proùt post eumdem *Castren.*, & alios mox citatos, distinguendo dixit *Rot. in Firmana Associationis* 26. *Nouembris* 1696. §. *fin. coram Molines*.

Similitèr quotiès melioratio consistit in
35 ædificatione Domus supèr Prædio constructæ prò seruitio Colonorum, tùnc quemadmodùm commoditas hæc influit in totum Fundum, quamis diuisum in pluribus petijs, ità melioranti datur retentio supèr toto, & integro Prædio, donèc ei cum effectu soluatur pretium talis meliorationis, vt firmant *Peregrin. de Fideic. in cit. art.*50. *sub num.*69. *vers. at vbi Corpora*, *Merlin. de pignor. dicta quæst.*192. *num.*9. *lib.*4., *Rot. decis.*270. *sub num.*12. *vers. neque visa fuit, & num.*13. *par.*6. *Rec.*

Cohærentèr ad ea, quæ habentur in §. *fin.*
36 præsentis Decisionis, quod sola litis contestatio non impediat confectionem, & respectiuè refectionem Melioramentorum, nisi accedat positiua inhibitio, vel operis nunciatio, fuit quoquè idipsum posteà firmatum in *Romana Fornacis super Fructibus* 10. *Iunij* 1712. §. *Nequè obstare, coram Lancetta*.

A. Lupardus.

EADEM SVPER PENSIONIBVS

Ven. 11. *Decembris* 1699.

ARGVMENTVM.

Omittitur stante breuitate tam *Decisionis*, quàm *Additionis*, ac de cætero facilè desumi potest ex *Summario*.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Fructus melioramentorum pertinent ad Meliorantem.*
2 *Compensatio intrat de plano, quotiès concurrit liquiditas Crediti, & debiti hinc indè.*
3 *Creditum semper dicitur liquidum, vbi illius quantitas à simplici calculatione dependet.*
4 *Expensæ prò reaptationibus Domorum in Vrbe calculari solent ad rationem scutorum quinque prò quolibet centanario pensionum.*
Et in hac quantitate defalcantur fauore Rei conuenti à debito pensionum, quas restituere tenetur Actori à die motæ litis, ibid.
Si tamèn Reus doceat, se plus annuatìm expendisse in hiscè reaptationibus, tenetur Actor ei totum solutum refundere, num. 5.
6 *Taxa legalis in calculandis fructibus Bonorum stabilium non procedit, quotiès Reus iustificat, se minorem quantitatem percepisse.*
Pro: t ex opposito non procedit, vbi Actor iustificet, quod Reus reuerà perceperit fructus in maiori quantitate, num. 7.

DECISIO CXIX.

INhærentes *Domini* resolutioni hodiè captæ super puncto Melioramentorum statìm, ac agnouerunt, eadem Melioramenta liquidanda ad minùs esse in quantitate scutorum 1200., necessarium quoque duxerunt reformare mandatum ab R. P. D. meo Pio relaxatum prò fructibus, siuè pensionibus Domus, de qua erat quæstio, à die motæ litis perceptis ab Executoribus Monasterij erigendi: cum enim eadem Domus integrè locari soleret pro annua mercede scutorum 33. constitisset autem, ipsam Domum in suo naturali primæuo pretio non excedere scuta 960., Melioramenta verò superare huiusmodi valorem in scutis 240.; congruum proindè, & vndequàque iustum euadebat, non solùm fieri partitionem, sed etiam subducendo mox enunciatam superexcedentiam delere ab ipso mandato proportionabilem annuã quantitatem scut. 18. sicquè confirmare dumtaxat idem mandatum pro annuis scut. 15., cùm fructus intrà valorem melioramentorum ab illorum Domino, & Possessore desumpti, omni iure, & æquitate suggerente
1 pertineant ad Meliorantem, iuxtà *Text. in l. ceterùm 32. ff. de rei vindic.* cum concord. per *Rot. decis. 359. num. 4. & 5. par. 2. recen., dec. 188. num. 5. decis. 217. num. 4. par. 14., decis. 94. num. 11., & dec. 564. num. 12. cum seqq. par. 18., & in Romana Saluiani 28. Iunij 1697. §. Minusq; cor. R. P. D. meo dell'Olmo.*

Ad hanc itaquè rationem calculato vndecim annorum interuallo, pensiones restituendæ conflarent summam scut. 165.; sed etiam eadem æquitas, & Iustitia exposcebat, quòd alia quoquè fieret subductio pro illis quatuor annis, in quibus Oliuerius præuio canonizatorio rescripto Signaturæ actu comprehenderat possessionem præfatæ Domus, cùm nec ipse Oliuerius potuerit facere suos eosdem fructus melioramentorum, quæ non minùs in lite, siuè in sua exceptione, quantumuis tunc in priuilegiato immissionis Iudicio inadmissibili, deduxerunt Executores, idque
2 per modum compensationis, quæ semper locum sibi vindicat, quotiès creditum hinc indè liquidum elucescit, prout tale censetur, & est illud, quod iam firmatâ substantiâ à simplici calculatione dependet, vt in ordine ad primam conclusionem Iura sunt apertissima *in l. si constat, & l. finali, C. de compens.* cum concord. per *Rot. cor. Coccin. dec. 1542. & coram Vbald. dec. 731.* vtrobiq; *num. 3.*, &
3 circà secundam plurièes dixit *Rot.*, & signantèr *cor. Caualer. dec. 323. n. 4. in fin. vers. nec requirebatur, dec. 58. num. 26. par. 6. rec., dec. 282. num. 18. par. 9., & dec. 201. num. 4. coram sa. me. Alex. VIII.*

Et ità (defalcatis vlteriùs reaptationibus in verisimili quantitate correspectiuè ad pensionem, ac separationem melioramentorum in annuo dimidio scuto) pro summa dumtaxat scut. 87. 50. præcedens mandatum esse confirmandum, & in reliquis reformandum, resolutum fuit, vtraq; &c.

ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

COnsentaneè ad ea, quæ respectu reaptationum innuit præsens Decisio in *§. fin.*
4 notoria est praxis, seù stylus nostri Tribunalis in taxando expensas factas in reaptationibus Vrbanorum Prædiorum in verisimili summa annuorum scutorũ quinque pro quolibet centenario defalcanda à debito pensionum, quas Reus conuentus restituere tenetur à diè motæ litis, prout habetur *in dec. 97. num. 5. inter in Vrbe impressas coram Me*, & prætèr inibi allegatos dictum quoquè fuit *in decis. 386. num. 4., decis. 781. num. 2., & dec. 1107. num. 8. coram Emerix Iun., in Reatina fideicommissi de Sempiternis super fructibus 17. Februarij 1702. §. fin. coram R. P. D. meo Lancetta, & in Ferrarien. fructuum, & expensarum 1. Iulij 1709. §. Penult. coram bon. mem. Caffarello.*

Cæterùm cum hac praxi, & stylo proceditur dumtaxàt in dubio, nimirùm quotiès aliundè non constat, quid fuerit effectiuè im-
5 pensum in huiusmodi reaptationibus; secùs verò quotiès clarè, & distinctè docetur de maiori quantitate erogata in hanc causam, tunc enim quòd reaptationes sint Reo conuento reficiendæ in sũma verè persoluta, respondit *Rot. in Romana Domus 4. Maij 1695. §. Proùt malè impugnantur, coram bon. mem. Molines Decano.*

Exemplo eius, quòd practicatur in calcu-

landis

landis fructibus Bonorum stabilium ad normam taxæ legalis à nostro Tribunali redactæ ad scuta quatuor pro quolibet centenario
6 illorum valoris post Annum 1679. ; quià constito de maiori, vel minori fructuum perceptione non ampliùs attenditur prædicta legalis taxatio, sed fructus calculantur iuxtà quantitatem verè perceptam, prout in casu, in quo minor quantitas fuerit percepta, annotaui *in Addit. ad dec. 59. num. 10. cum. 2. seqq. intèr impress. in Vrbe coram Me vol.1.*, & dictum quoquè fuit *in Interamnen. Spolij 6. Martij 1713. §. fin. coram R. P. D. meo Aldrouando, & in Fauentina Fideicommissi super fructibus 3. Iunij 1718. §. Descendentes, co-*
7 *ram R. P. D. meo Lancettas* & in opposito casu, in quo probetur, fructus in maiori quantitate fuisse perceptos, censuit *Rot. dec.641., & dec.737.* vtrobiquè *num.16., & 17.par.18. tom. 2. rec., & in Baren. Testamenti super fructibus, & expensis 26. Iunij 1709.* §. *Cumquè*, paritèr *coram Me*.

BONONIEN. AQVARVM.

Lunæ 14. Decembris 1699.

ARGVMENTVM.

Dominus Prædij inferioris an teneatur recipere aquas pluuiales defluentes ex superiori fundo Vicini; & quid, si in eodem fundo superiori antiquitùs aderat Agger, qui præpediebat, nè aquæ irrumperent in fundum inferiorem, an superior Dominus cogi possit ad illius restaurationem, aut saltèm talis restauratio fieri valeat proprijs sumptibus à Domino alterius fundi inferioris, quatenùs huiusmodi restauratio illi prosit, nequè impediat superiori Domino transitum ad proprium fundum. Et in *Addit.* plenè discutitur pulchra quæstio, an habens Ius ducendi aquam ex fundo Vicini possit alium admittere ad illius participationem, & in hoc proceditur cum distinctione, quod id facere possit postquàm aqua iam ingressa est suum fundum, secùs verò antè huiusmodi ingressum, putà si comparticeps aquæ vellet illam directè deriuare à fundo Domini seruientis.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas est seruanda in Iudicijs.*
2 *Sententia lata sub citatione contrà victorem executa ex parte ipsius succumbentis transit in iudicatum, si ab ea idem succumbens non appellauit intrà decendium.*
3 *Appellatio sufficit, vt interponatur à die habitæ notitiæ, quotiès succumbens fuit citatus ad Sententiam non personalitèr, sed Domi dimissâ copiâ.*
4 *Sententia executioni demandari debet in ea parte, in qua vtrinquè Collitigantes conueniunt.*
5 *Manutentio in quasi possessione deriuandi aquas pluuiales in fundum inferiorem competat Domino superioris fundi.*
6 *Dominus fundi inferioris tenetur recipere aquas pluuiales à superiori Prædio labentes præcisiuè à contraria negatiua seruitute.*
Nequè prætendere potest, quod Dominus fundi domiuantis debeat per opus manufactum huiusmodi aquas aliò diuertere, ibid.
Sed ad summum valet Dominus fundi inferioris aliquod temperamentum proponere, quod sibi prosit, & è conuerso minimè noceat Domino superioris Prædij, num.7.
Prædictumque onus recipiendi aquas profluentes ex superiori Fundo procedit, quamuis per anteà Dominus eiusdem Fundi solitus fuerit mediante Aggere cobibere huiusmodi aquas, nè descenderent in Fundum Vicini, num.8.
Non enim tenetur Dominus superioris fundi hunc Aggerem conseruare, nisi probetur, quod ab initio ille fuerit constructus iure seruitutis, num.9. & 10.
Potest tamen Dominus fundi inferioris prædictum veterem Aggerem proprijs sumptibus restaurare, si id sibi prosit, & Domino fundi superioris non noceat, num.11.
Dummodò per huiusmodi restaurationem non impediat Domino superiori liberum transitum ad proprium fundum, num.13.
12 *Correctio* legum *omni possibili interpretatione est vitanda.*
14 *Discordia, & æmulatio vt plurimùm serpit inter Vicinos.*
15 *Vicinus tenetur in casu necessitatis dare transitum alteri Conuicino, vt accedere valeat ad proprium fundum.*
16 *Probatio resultans ex Accessu iudiciali prænalet quibuscumque alijs contrarijs probationibus.*
17 *Actio negociorum gestorum competit ei, qui proprias erogauit pecunias in beneficium alterius.*
18 *Impensæ, & præsertim modicæ, si fiant in alieno Fundo, repeti non possunt, quia censentur donatæ.*
Fallit, si is, qui fecit tales impensas, protestatus est illas facere animo repetendi, n.19.
Et de ratione, num.20.
21 *Dominus superioris Fundi si negligat reparare Aggerem cobibentem aquas pluuiales, nè cadant in Fundum inferiorem Vicini, tenetur ad damna exindè eidem Vicino prouenientia.*
22 *Damnorum refectio non debetur, nisi illa plenè, & concludentèr probentur.*
Et ad hunc effectum iustificari debet, quod illa prouenerint ex culpa sui Aduersarij, quodquè eâ præcisâ nullum sibi damnum obuenisset, num.23.
24 *Expurgatio Foueæ intersecantis Prædia plu-* rium

rium Vicinorum debet fieri expensis communibus eorumdem Vicinorum.

Et quid, si Fouea fuerit repleta ex facto, & culpa alicuius particularis Vicini, num.25.

26 *Relationi tertij Periti standum est, quamuis discordet ab alijs duobus præcedentèr electis.*

27 *Dominium portionis aquæ per illius Dominum alteri concessæ non transit in Concessionarium, nisi postquàm aqua ingressa est eius Fundum, &* num.31. & 33.

Ac proindè non potest talis Concessionarius alium admittere ad comparticipationem dictæ aquæ, nisi postquàm illa ingressa est fines Agri *sui*, num.28. 34. 36. & 37.

Et de ratione, num.29. 30. 32. 35. & 45.

Et declarantur Authoritates *in contrarium adductæ ex parte primi Concessionarij, qui alium admiserat ad comparticipationem aquę antequàm ista fuisset ingressa in eius Fundum*, ibid. ex num.38. vsquè ad 49.

Amplia, vt Concessionarius aquæ, etiam postquàm ipsa ingressa est Fundum suum, nequeat alium admittere ad illius participationem, quandò exindè resultaret damnum, ac præiudicium primi Domini, num.51.

40 *Dictio* = seù = *non est disiunctiua, sed expositiua, & æquipollet dictioni* = idest.

47 Doctori *testanti de consuetudine regularitèr non creditur.*

Præsertim, si asf. consuetudo sit Iuri communi contraria, num 48.

50 *Consuetudo non extenditur de loco ad locum, nec de Ciuitate ad Ciuitatem.*

Et multò minùs de vna Ditione ad alteram, ibid.

52 *In materia seruitutum fauorabilior semper reputatur causa Domini Fundi seruientis.*

53 *Seruitus gratuitò concessa reuocari potest à concedente, eiusque hæredibus, quotiès tractu temporis detegitur nimis onerosa, ac præiudicialis.*

Et de ratione, num.54.

Exemplifica, vt num.55.

56 *Seruitus durior reddi non debet in præiudicium Domini Fundi seruientis.*

57 *Mandatum ad aliquid faciendum, vel declarandum non præiudicat Mandanti, non dicto de ipsius mandati effectuatione, seù executione.*

DECISIO CXX.

INtersecantes Limitropha Terrena illorum de Venentibus, ac de Manzolis perexigui, vel saltèm non admodùm ingentes Fluuij, siuè Aquæductus compellati *la Zena, e il Remazolo*, plures effusere controuersiarum inundationes inter hosce possessores, quàm in ore veterum Poetarum Brachia protenderent septemplicis Ostia Nyli: delata namquè ob hunc conterminum Aquarum effluxum supèr pluribus Capitibus acri quæstione coram A.C., prodijt sententia alterutri Partium respectiuè fauorabilis, & noxia; Cùmque vtraque dimicaret, an eadem sententia transitum, necnè fecisset in rem iudicatam, *Domini* in gradu nouæ Commissionis Mihi directæ non valentes, vt par erat, pro Maiestate respondere sub Oraculo, seù rescripto breui, sobriè, & eminentèr rescripserunt, quod & constaret de re iudicata, & vnusquisque ex contendentibus præcisè ergà alterum teneretur, iuxtà modum, siuè semitam in præsenti Decisione designandam, ac molliendam.

Quatenùs itaquè pertinebat ad discernendam essentiam rei iudicatæ, rigor Iuris extorsit, vt sinuosè, siuè diuersimodè resolue-
1 retur; licèt enim æqualitas in Iudicijs seruanda videretur exposcere, quod vel ad nullius, vel ad amborum Collitigantium fauorem canonizanda foret res iudicata, quia tamèn vigilantibus dumtaxàt Iura succurrunt, necessarium omninò fuit declarare, quod contrà Venentes in aduersantibus capitulis eiusdem Sententiæ, præcognitâ priùs (vt infrà) illorum iustitiâ, & inspecto ordine iudiciario, vigeret res iudicata: Cùm enim me-
2 morata sententia nosceretur expedita sub eorum citatione die 29. Iulij 1697. executioni demandata, ijdemque successiuè neglexerint appellationem interponere vsquè ad diem 2. Septembris subsequentis, clarum proindè erat, quod dum ipsi ignorare non poterant consequentem Sententiæ prolationem, vtpotè ab illorum citatione pendentem, ità sibi debebant imputare, si tempore congruo, & opportuno, nempè intrà solitum legale decendium, appellare omiserunt, ad tradit. per *Ridolph. in prax. par.1. cap.13. num.118., & 123., Io: Anton. ab Eccles. obser. for. par.2. obser.1. num.10. & 11., Pax Iordan. var. elucubr. lib.14. tit.26. num.563. & 577., Antonell. de temp. legal. lib.4. cap.23. num.4. cum duob. seqq.*

Sed non sic consonum erat affirmare respectu fratrum de Manzolis etiam in ordine ad illa capita, in quibus & in Tribunali A.C., & in Sacro nostro Auditorio succubuerunt; quoniàm quantumuis ij longè post appella-
3 uerint, nempè solummodò sub die 5. Martij 1698., ex quo nihilominùs solùm memorata citatio facta legebatur (vt dicitur) *dom. dim. cop.*, non autèm personalitèr, tempus idcircò ad iuridicè appellandum incæpisse non poterat, nisi à die dumtaxàt habitæ notitiæ, & sic à die, in qua ad instantiam illorum de Venentibus citati extiterunt *ad docendum de appellatione*, sicuti vnanimitèr in praxi, ac de Iure monuerunt *Vant. de nullit. ex defect. citat. num.92., Scacc. de appell. quæst.12. num.13., Rot. decis.248. num.5. apud Postb. de manut., & coram Carill. decis.180. num.3., & coram sa: me: Alex.VIII. de-*

decis.155. num.10. & 11., & in rec. dec.139. num.2. & 3. par.13., decis.325. num.14. par.15., & in Romana Stagni 16. Iunij 1677. §. Quinimò, coram bon. mem. Bourlemont.

Descendendo autèm ad Iustitiam, & insimùl progrediendo cum tela, seù graduatione Capitum seruata per A.C., super primo, in quo definiebatur, teneri Venentes ad sarciendum, seù manutenendum Aggerem propè enunciatum Fluuium *della Zena* prò correspondenti quantitate situs Terreni ad ipsos spectantis, ac nuncupati *la Schiappa* ad formam, & qualitatem aliorum Aggerum fartorum in Bonis circumadiacentium
4 possessorum, parùm, seù potiùs nihil oportuit immorari, dùm eædem Partes apud *Dominos* in hoc hodiè citrà vllam oppugnationem conueniebant, ideòque locum sibi prudens vindicabat responsum *Vlpiani in Leg.26. ff. de re iudic*, ibi = *Si conuenerit inter litigatores quid pronuncietur, non abs re erit, Iudicem huiusmodi sententiã proferre*, proùt etiàm diximus *in Romana Associationis 13. Ianuarij 1698. §. Fin. (quæ est la 24.n.28, tom.1.)*

Modica paritèr versata est difficultas in secundo Capite eiusdem Sententiæ quoàd facultatem Venentibus attributam retinendi os, seù foramen apertum, & reseratum in Aggere, siuè munimine opposito, vt in Planta *lit. A.*; visum est enim, illam non esse denegabilem, quoniàm ex oculari eiusdem Plantæ inspectione, necnon ex relatione Periti à Venentibus nominati, & ex ipso Accessu indiciali constitit, huiusmodi foramen nedùm esse antiquissimum ad finem educendi aquas pluuiales à superiori Predio corumdem de Venentibus, ideòque nulla æquitas, nulla
5 Iustitia tolerare valebat, eos denudari ea quasi possessione, qua fungebantur, immò potiùs in illa erant omninò manutenendi, vt in subiecta materia inquit *Altograd. cons.97. num.6. & seqq. lib.2., Cost. de ration. rat. quæst.132. num.4. & 5., Tondut. resol. ciuil. cap.48. num.37., Rot. decis.1885. coram Coccin., & decis.213. apud Posth. de manut.* vtrobiquè *num.1., & in Romana, seù Tusculana Aquæ 1. Iulij 1680. §. Quibus sic stantibus, coram bo. me. Vrsino Decano.*

Verùm quia eadem quasi possessio constipabatur quoquè Iuris assistentiâ, cùm Domi-
6 nus fundi inferioris, præcisiuè à contraria negatiua seruitute, excipere compellatur Aquas à superiori Prædio prolabentes, absquè eo, quod ipsius fundi dominantis Possessor arctetur per opus manufactum illas aliò diuertere, quemadmodùm per *Text. in leg. Prima §. Sicùt autem, vers. sed etsi Vicinus, & §. fin. ff. de acqu. pluu. arc.* communitèr tradunt *Buccaferr. cons.100. num.20., Cyriac. contr.179. n.1. & 2., Gob. de Aquis quæst.11. num.2. & seqq., Conciol. ad Statut. Eugub. lib.6. rubr.24. num.1. & seq., Rouit. decis.93. num.3., Rot. decis.461. num.10. par.14. Rec.*

Atque ob id exaudiri minimè merebatur temperamentum indigitatum à Perito fratrum de Manzolis, ac etiam à Tertio dein (vt moris est) in discordantia prælecto per Iudicem ex officio, videlicèt, quod Aquæ pluuiales coerceri possent, nè defluerent, ac perturbarent Prædium *della Schiappa* attinens ad Venentes, mediante diuersione in Fluuium, seù Aquæductum Zenæ per organum Cloacæ sumptibus ipsorum de Manzolis certo modo fodiendæ: Posita quippè memorata, ac peruetusta quasi possessione, & insimùl concomitante censura legis, oblatum temperamentum inuitis Venentibus recipi posse non ità de facili videbatur, maximè dùm ijdem Venentes non ad inuidiam, & æmulationem recalcitrabant, sed nimiùm probabilitèr exponebant, quod ex affluxu aliarum Aquarum etiam pluuialium Torrens hic, seù Fluuius admodùm tumefieri, ac insolescere valebat, & consequentèr per contingibilem eleuationem suprà se obstruere eamdem Cloacam, vti passim contingit in ipso Mari, quod spirantibus Æthesijs, alijsuè Ventis, etiam maiora Flumina Regia retundit, quæuè idcircò Arua adiacentia lacry-
7 mabilitèr etiàm submergunt, quandò de reliquo forensis Epychicia ad summum indulget Domino fundi seruientis, seù inferioris aliquid fieri, vel proponi, quod ei quidèm profit, sed certò certiùs Vicino, seù superiori nequeat afferre detrimentum, iuxtà responsum *Vari*, de quo in *leg. in summa, §. Itèm Varus*, ibiquè præ cæteris *Castren. num.3. ff. de Aqu. pluu. arc., Lancrc. cons.146. nu.3., Pecch. de Aquæduct. lib.4. quæst.8. num.5. cum duob. seqq., & quæst.77. num.5, & quæst.78. per tot.*

Non absimilem (ità ratione, ac Iustitia exigente) determinationem fauore eorumdem de Venentibus sibi vindicauit tertium, ac quartum caput totiès præcitatæ Sententiæ, in quibus transiens A.C. ad alterum Fluuium, seù Torrentem *del Remazolo* pronunciauit, & quemdam Aggerem per anteà constructum à Venentibus ad latus cuiusdam Petij terræ, & respectiuè designatum in Planta sub *litt.E.* non esse necessariò manutenendum, ac reficiendùm ab ijsdem Venentibus, & quod è conuersò liceret Manzolis proprijs illum impensis reædificare, seù reaptare, *relicto tamen* (sunt verba Sententiæ) *Dominis de Venentibus transitu, vt ad eorum Petium terræ accedere, & ingredi valeant, sine tamen præiudicio eiusdem Aggeris*: Non enim in ordine ad priorem partem, seù ter-
8 tium Caput, vllo iure Venentes poterant compelli ad Aggerem conseruandum in proprio Solo fabricatum, quantumuis ob ipsius Aggeris, seù impedimenti abrasionem ex aqua naturalitèr postmodùm defluente dam-

rum Manzoli ſentirent vti Vicini, ſeù inferioris fundi Poſſeſſores; ex mente etenim *Labeonis* actionem aquæ pluuiæ arcendæ penitùs in hoc indiuiduo ceſſare affirmauit *Vlpian. in celebri leg. 1. dicto §. Sicùt autem, verſ. Sed & ſi Vicinus, ff. de Aqu. pluu. arc.* ibi = *Sed & ſi Vicinus opus tollat, & ſublato eo aqua naturalitèr ad inferiorem Agrum perueniens noceat, Labeo exiſtimat, aquæ pluuiæ arcendæ agi non poſſe, ſemper enim hanc eſſe ſeruitutem inferiorum Prædiorum, vt naturà profluentem aquam excipiant*, aſſignans in ſequenti *§. Deniquè, verſ. ſicùt*, illam rationem, vt ibi = *Sicùt enim omnis pinguitudo Terræ ad eum decurrit, ità etiam aquæ incommodum ad eum defluere*, & obſeruarunt quoquè *Ferrett. de re naual. lib. 36. num. 45. inter Tract. magn. tom. 12. fol. 356., Oldendorp. De Action. claſſ. 6. act. 21. §. 2. & 3., de Angel. poſt tract. de Confeſſ. Opuſc. 2. num. 35. in fin.*

Nullatenùs contradicente alio reſponſo *Pauli* ſub eadem *rubr., ſeù tit. de aqu. pluu. arc. dicta Leg. in ſumma, dicto §. Itèm Varus*, quaſi quod cùm iam Venentes, ſeù Iulius Cæſar confeſſus fuerit = *eſſer vero, che dodici anni ſono in circa li piacque di continuarlo*, pa-
9 làm liqueret de certitudine Aggeris præexiſtentis, proindèque loco generalis diſpoſitionis præcitati *Text. in Leg. 1.* de mente eiuſdem *Labeonis* lubentiùs intraret limitatio deprompta ex illa conditionali phraſe negatiua adhibita in prædicto *§. Itèm Varus* = *Nequè memoria eius extaret* = ; Quoniàm præcitata confeſſio iam ex ſui littera præſeferebat etiam actum omninò voluntarium, ſeù placitum ipſi Iulio Cæſari, quapropter vbi admitttitur pro limitatione ad *Leg. 1. præcedentem*, quod ſimplicitèr extaret memoria, ſeù iuſtificatio præexiſtentiæ operis, ſiuè Aggeris voluntariè fabricati, ſempèr verſaremur in caſu limitationis, & nil vnquàm operaretur regula *dictæ L. 1.*, quæ ſupponit, opus per anteà notoriè extitiſſe, & fuiſſe
10 ſublatum, ideòque egregiè vtramque, ac tàm vicinam *legem* conciliando animaduertebat *Io: de Imol. in dicto §. Itèm Varus*, quod illud verbum *memoria* non eſſet in cortice accipiendum, videlicèt prò nuda probatione, & iuſtificatione facti materialis, ſed ſolùm pro memoria, vel ſcriptura redacta in nexum ſeruitutis, ibi = *Supple, & ſeruitus ſit impoſita* = ſequitur *Angel. de Peruſ. ibidem in fin. verſ. hoc intellige, ſi Agger fuit impoſitus iure ſeruitutis, Alberic. num. 1., Caſtren. num. 1. in fin. verſ. Sed ſi non eſſet naturale.*

Euidentiùs autèm progrediendo ad partem antecedentem alterius quarti capitis Sententiæ eiuſdem AC., in quo, ſicuti prænotauimus, conceſſa fuit poteſtas Manzolis, vt Aggerem ab initio ſpontè confectum per
11 Venentes, atque ab eis ſucceſſiuè dirutum, vel arbitrariè derelictum, de propria poſſent reponere Crumena; adamuſſim quippè in hoc ſecutus apparebat A. C. declarationem vtriuſque *legis*, ſiuè intellectus non minùs ab *Vlpiano*, quàm à *Paulo* ergà reſponſum *Labeonis* concorditèr expreſſam, vt in *d. L. 1. §. Deniquè, verſ. non ergò*, ibi = *Non ergò cogemus Vicinum Aggeres munire, ſed nos in eius Agro muniemus, eritque iſta quaſi ſeruitus, in quam rem vtilem actionem habemus, vel interdictum*, & in *dicta L. In ſumma, §. Itèm Varus, verſ. quamquàm*, ibi = *Quamquàm tamèn deficiat aquæ pluuiæ arcendæ actio directa, attamen opinor, vtilem actionem, vel interdictum mihi competere aduersùs Vicinum, ſi velim Aggerem reſtituere in Agro eius; qui factus mihi quidèm prodeſſe poteſt, ipſi nihil nociturus eſt: hæc æquitas ſuggerit, etsì Iure ſtricto deficiamur*; perperàm etenim, & inutilitèr *Labeo, Vlpianus, & Paulus* in hoc conueniſſent, Vicinum, ſeù Prædij inferioris Dominum poſſe ex æquitate dumtaxàt veterem Aggerem reſtituere, aut communire etiam in alieno Solo, quotiès ad id ſuperioris fundi poſſeſſor, ac Dominus valuiſſet, vel de rigore, vel de eadē æquitate compelli ſub prætextu, quod extaret memoria operis præexiſtentis, quemadmodùm patet ad ſen-
12 ſum, & ſicuti ſemper dicendum eſt, & interprætandum pro inſtantanea legum correctione vitanda, *Cephal. conſ. 323. num. 19. cum duob. ſeqq., Conciol. alleg. 76. num. 24., Pecch. de Aquæduct. lib. 2. cap. 8. quæſt. 3. numer. 43., & lib. 4. quæſt. 51. num. 105., & 106., Modern. Peruſin. de contract. Minor. gloſ. 21. §. 1. num. 54., & 55.*

Iuſtiſſima demùm, omnique diſcurſui etiam naturali innixa præfulxit ſecunda, ſeù poſterior pars quarti capitis prænomina-
13 tæ Sententiæ de relinquendo in hoc poſtremo caſu liberum tranſitum illis de Venentibus, vt ſinè præiudicio Aggeris excitandi per Manzolios ingredi poſſent Petium illud Terreni, quod intrà Cancellos operis reſtituendi vndiquè circumdatum à Bonis fratrum de Manzolis ſtratum iacet, ex quo illa quædam, quæ ineſt neceſſitudo vicinalis expoſcit, nè vnquam Vicino ad fundum ſuum impediatur acceſſus; Iura namquè ad oc-
14 curendum diſcordiæ, vel æmulationi, quæ facilè ſerpit inter Vicinos, teſte *Rub. de valid. legal. cap. 12. num. 135., & cap. 13. num. 32., & ſeqq.* vigilant potiùs, & iniungunt, quod ijdem Vicini ſociali quadam
15 lege fungantur, adeoùt in caſu neceſſitatis arctent vſquè Vicinum ad tranſitum alteri Vicino in proprio fundo elargiendum, ſeù permittendum, ad *Text. in L. Si locus 14. in fin. ff. quemad. ſeruit. amitt., Natt. conſ. 642. ex num. 5. vſquè ad fin., Brugiott. in Epit. Viar., & Flumin. cap. 2. num. 200., Sabell. var. reſol. cap. 16. num. 15., & 16., Antu-*

nez

nez de Donat. Reg. lib. 3. cap. 3. num. 51., & 52., de Angel. d. Opusc. 2. impress. post Tract. de Confess. sub num. 25. vers., & quatenùs, & seq.

Circà quintum nulla superfuit occasio flu-
ctuandi, optimè etenim A. C. protulerat,
manutenendos esse illos de Venentibus in
ea possessione prænominati Prædioli iacentis
propè Fluuium, seù Aquæductum *del Rema-*
zolo, quam Partes ipsæ, & adhibiti Periti
cum personali interuentu Auditoris Gene-
ralis Legationis Bononiæ in Accessu formi-
tèr celebrato cognouerant; licèt namquè
Manzoli non minùs coràm ipso A.C., quàm
in hodierna Audientia Peritos obiurgarent
de prætenso errore in specificatione, seù de-
terminatione Confinium præfati Prædioli,
quia tamen nullum ex eorum parte legiti-
mum huiuscè erroris afferebatur documen-
tum, nequibat gratuita hæc oppugnatio in
16 aliqua haberi consideratione in conflictu
eiusdem Accessus iudicialis, qui solet omne
genus superare probationis, vt dicunt *Alti-*
mar. ad Rouit. decis. 93. num. 6., Fontanell.
decis. 60. num. 14., Rot. decis. 74. num. 20. post
Vrceol. de Transact., in Asculana Aquæ-
ductus super reseruatis quoad damna 11. Mar-
tij 1697. §. Itaque in hac hypothesi, confirma-
ta 16. Iunij 1698. §. Præterea, & in
Sabinen., seù Ciuitatis Castellanæ Inunda-
tionis 1. Iulij 1699. §. fin. coràm R. P. D. meo
Muto.

Hucusquè triumphauêre Venentes: sed
non ità respectu sexti capitis dictæ Sententiæ
decernentis, obligatos esse Venentes ad re-
staurum illarum expensarum, quas præuijs
opportunis interpellationibus coacti extite-
runt fratres de Manzolis de proprio erogare
in refectionem primi Aggeris supercubantis
Fluuio, siuè Aquæductui *della Zena*; id ete-
nim necessariò iudicari, ac resolui debebat
eò ipso, quod ad limites primi Capitis, de
quo suprà, non erat apud Partes controuer-
sia, quod ipsi Venentes obstringerentur per-
petuò manutenere huiuscemodi opus, ex
17 illa vtili negociorum gestorum actione, quæ
tribuitur expendenti proprias pecunias in
beneficium alterius, per *Text. in L. Qui alie-*
na 33. §. fin. ff. de negoc. gest., Gob. de Aquis
quæst. 4. num. 20., Barz. decis. Bonon. 57. per
tot.

Frigida remanente oppositione ipsorum
18 de Venentibus, videlicèt quod eædem im-
pensæ, veluti in se modicæ, & in fundo alie-
no superfusæ, censendæ forent à Manzolis
remissæ, seù donatæ, ad *Text. in L. Si is,*
contrà quem, C. de Ædific. priuat., & in
§. Cùm in suo, vers. Ex diuerso, Instit. de
rer. diuis., Capoll. cons. Ciuil. 35. num. 13.,
Garz. de expens., & meliorat. cap. 2. n. 18.

Non etenim oportuit expendere præfata
Iura, & *Authoritates*, vel ingredi quæstio-
19 nem præsumptæ donationis, quandò cubi-
talitèr ex parte fratrum de Manzolis gemi-
natæ, ac inculcatæ fuerant protestationes,
quod ipsi intendebant de hiscè impensis sese
20 releuare; quælibet namquè præsumptio ce-
dit veritati, ex his, quæ in proximis ter-
minis appositè responderunt *Menoch. de præ-*
sumpt. lib. 3. præs. 30. num. 13., & 14., Gra-
tian. discept. 50. num. 24., Merlin. de Legit.
lib. 2. tit. 2. quæst. 22. num. 40., Carual. de
vtraque Quart. part. 4. cap. 1. num. 128., Mi-
chalor. de Fratrib. par. 1. cap. 27. num. 31.,
Boss. de Patr. potest. cap. 7. §. 2. num. 41., Rot.
decis. 54. num. 14., & 15. par. 5. Rec.

Triumpharunt paritèr in Iure Manzoli ad
limites huius sexti Capitis in prætensione
hodiè superaddita, quod Venentes essent
obligati reficere damnum ab ipsis fratribus
21 passum in proprijs Bonis ob detrectatam in-
terim refectionem huiusmet Aggeris, etsi
pluriès extitissent, ac iudicialitèr moniti,
& lacessiti; *Domini* quippè non hæsitarunt,
quominùs vndequaquè prætensio de Iure
subsisteret, ad normam *Text. in L. vnic. in*
fin. ff. de Rip. munien., Arias de Mesa var.
resol. lib. 2. cap. 49. sub num. 6., Kochen. de
Iur. Vicin. cap. 2. de Aquæduct. num. 22.,
Gob. de Aquis quæst. 19. num. 12., Pecch. de
Aquæduct. lib. 2. cap. 11. quæst. 10. sub num. 10.
vers. Et præcipuè,

At fructus huiuscè victoriæ prolapsus est
ex deficiente appodio facti, quia Peritus ab
ipsis fratribus præelectus retulit quidèm ma-
terialitatem damnorum, quæ proptèr irru-
ptionem præfati Fluuij *della Zena* subsecu-
tam de anno 1689. Instantium Bona subière:
sed cùm alter Peritus per Venentes adscitus,
iunctis nonnullis Testibus, referret, quod
Venentes sub anno antecedenti 1688. plena-
riè satisfecerant eorum obligationi median-
te solida huius operis reaptatione, quodque
proindè damnum irruerat in Bona eorum-
dem Instantium tùm ex insolita Aquarum
excrescentia, & vi inopinata, tùm ex causa
nonnullorum laboreriorum, quæ fratres in
ipso Flumine excitauerant, & absquè eo,
quod aliquid in Accessu iudiciali fuerit sta-
bilitum, nequiuit idcircò vllum desupèr
efformari Iudicium, exigentibus *Dominis*,
vt in hoc proposito clariùs, & pinguiùs pro
parte Agentium coadiuuarentur probatio-
22 nes, ex quo materia hæc damnorum refi-
ciendorum, nedùm exoptat exactam damni
passi iustificationem ex latere prætendentis,
sed etiam, quia desideratur præcisa coarcta-
tio, quod idem damnum, seù præiudicium
irrepserit ob culpam Aduersarij, adeòut
præcisiuè ab eadem culpa nequaquàm consi-
milia damna contigissent, ad ea, quæ se-
cundùm primam propositionem habentur
apùd *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 4. rubr. 25.*
num. 2., Thomat. decis. 93. num. 1., & seqq.

Mo-

Modern. Lucen. consult. 96. num. 90., *Rota coram Friolo decis. 37. num. 3.*, *& in Asculana Aquæductus super damnis* 11. *Martij 1697. §. Moti*, *& 16. Iunij 1698. §. Subsistere namquè*, *coram R. P. D. meo Muto*, & in
23 terminis secundæ *Bald. consil. 145. num. 3. in fine versic. Ex his apparet lib. 3.*, *Decian. consil. 29. num. 28. lib. 1.*, *Surd. consil. 12. num. 19.*, *& 20.*; *Mar. Antonin. var. resol. lib. 2. resol. 45. n. 11. versic. Nec etiam sufficit*, *Rota decis. 185. num. 18. coram Bichio*, *& in prææallegata Asculana Aquæductus 11. Martij 1797. dicto §. Moti, versic. Coartlando insupèr*.

Neutra postremò extitit victoria quòad nouissimum, seù septimum Caput totiès, ac totiès collaudatæ Sententiæ: Vltimo enim loco pronunciauit A. C., & approbauit *Auditorium*, quod vterque ex Collitigantibus proportionabilitèr, seù vicissim singulo biennio obnoxius esset expurgare quamdam Foueam, per quam ope cuiusdam Cloacæ subsignatæ in Planta *litt. D.* defluunt Aquæ Canalis *del Molino*, quodquè (vt par erat) alterutro ex eisdem Collitigantibus negligentes, valeret alter sumptibus eiusdem negligentis ad opportunam expurgationem
24 deuenire; Siquidèm id suggerebat omnis Iustitia, cùm sicuti Fouea vnicuique seruiebat, pari modo decebat, vtrumque teneri ad illius expurgationem, & impensas, ex *Gloss. in Leg. 2. §. Apud Alphenum, verb. Vicinum propè fluena, ff. de Aqu. pluu. arc.*, *Riminald. Sen. consil. 276. num. 27.*, *Cyriac. controu. 576. num. 21.*, *& seq.*, *Cosi. de Ration. rat. quæst. 27. num. 9.*, *Rota in Ariminen. Foueæ Patarinæ 11. Martij labentis anni, §. penult. coram Reuerendissimo D. meo Molines Decano*.

In nihilo attenta circà hoc obiectione illorum de Venentibus, quod nempè huius Foueæ repletio, & consecutiua necessitas illam repurgandi prouenirct à constructione alterius Cloacæ per Manzolios recentèr ædificatæ propè eamdem Foueam, vt in Planta sub *litt. C.*, sicuti demonstrare satagebant ex depositione duorum Testium ad perpetuam, & assertione eorum Periti, quapropter iustius esset, quod Manzoli Cloacam hanc demolirent, & ad præscriptum superiùs relati *Text. in Leg. 1. ff. de Aqu. pluu. arc.* supportare arctarentur naturalem decubi-
25 tum Aquarum, quàm quod, procacitèr retinendo eamdem Cloacam, retorsioni, seù redundationi Aquarum ansam præberent, ob quam posteà Fouea superuacuè impleretur, & delitesceret, ad firmata in specie per *Bero. consil. 139. num. 12. lib. 3.*; *Riminald. Iun. consil. 86. num. 10. cum seqq.*, *Bursat. consil. 277. per tot.*; *Cyriac. controu. 688. num. 43.*, *& 44.*, *Paitell. expedit. Ciuil. 83. ex num. 1. cum plur. seqq.*

Præualuit quippè in concreto huius facti, cuicumque extraiudiciali Testium assertioni, & verisimili nimiùm affectioni Periti ab vna Partium deputati, Iudicium, ac Testimonium tertij Peritioris ab ipso Iudice, vt diximus, ad recognoscendum, & opportuniùs referendum euocati per puram Iustitiam, & Officium; Ideòque cùm is absolutè affirmaret, huiusmodi Cloacam, aliòquin citrà vllam æmulationem à fratribus de Manzolis extructam, aptissimam esse ad recipiendas qualescumque Aquas pluuiales in quacumque quantitate transeurrentes per Foueam præmissam, sub exclusione etiam cuiuslibet possibilitatis, quod ex illius causa valeant vnquàm, & in quacumque inundatione Aquæ ad inferiora Prædia prolapsæ ad
26 superiora Bona remeare, meritò idcircò huic tertio Peritiori *Domini* inhærendum censuere, proùt sempèr viguit inconcussa praxis omnium Tribunalium, & tradunt adducti per *Rot. coram Vbaldo decis. 3. num. 2.*, *& decis. 706. num. 4.*, *& 5.*, *& coram Pamphil. decis. 202. num. 1.*, *& in Recent. decis. 171. num. 3. par. 7.*, *& in Romana Emphyteusis 11. Martij proximè præteriti §. In hypothesi, coram R. P. D. meo Muto*.

Et in hunc modum approbatiuè ad Sententiam A. C. locum esse rei iudicatæ, & vtriusque respectiuè Partis obligationi, præmaturè resolutum fuit &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

POst publicationem huius *Decisionis* nil ampliùs audiui actum de præsenti Causa, vndè probabile est, quod Partes, agnitâ subsistentia fundamentorum in eadem Decisione deductorum, concorditèr rem composuerint.

Subiecta materia Aquarum, de qua agit *Decisio*, fortè non aspernabilem subministrat occasionem subijciendi Responsum Iuris nuperrimè exaratum ab illo meo olim Studiorum Adiutore, & nunc in hac Curia Aduocationis munus exercente, de quo honorificè memini *in secunda Addit. ad decis. 30. n. 79. inter meas Romæ impress. tom. 1.*, in quadam Causa *Romana Aquarum*, quæ actu pendet coram R. P. D. A. C. Cincio non modicæ expectationis Prælato.

Cùm enim Abb. Isidorus Huart donasset Equ. Nicolao de Sylua eius Vicino reditum Aquæ, quæ ex superiori alterius fundo in propriam eius Domnm defluebat, idemque Nicolaus, post deriuationem Aquæ prædictæ ad suam finitimam Domum, tractu temporis, ac motuo iam donante, vendidisset alteri eius Vicino, nempè D. Lucæ Antonio Cypriano, medietatem eiusdem Aquæ, isteque in sequelam talis venditionis, annuente, seù con-

conniuente prædicto Equ. Nicolao venditore, clandestinè apposuisset fistulam in ipsamet inferiori parte Conchæ (vulgò *Vasca*) existentis in Domo Abb. donantis, siuè eius infrascriptorum hæredum, in modum, vt loco seruitutis vnius dumtaxàt Aquæductus enunciati hæredes, videlicèt Isabella, & Horatius Coniuges de Mancinis, subiecti remanerent incommodo duplicis Aquæductus, seù fistulæ, & sic frequentioribus excauationibus in propria Domo propter familiares obturationes, & respectiuè reaptationes earumdem Fistularum, seù Aquæductuum; Hinc præfati Coniuges in Iudicium vocarunt memoratum D. Cyprianum cor. R. P. D. tunc A. C. Petra præuio Monitorio super amotione prænarratæ nouæ Fistulæ.

Verùm in eo Iudicio, ob suspensionem petitorij solemnitèr factam ex parte Cypriani Rei conuenti, facile ei fuit reportare fauorabile Decretum manutentionis in quasi possessione retinendi eamdem Fistulam; Quapropter delata ex post Causę cognitione super meritis ad prælaudatum A. C. Cincium Successorem præfati R. P. D. Petra interim proprijs exigentibus meritis euecti ad munus Secretarij Sac. Congregationis Concilij, fuit coram eo restricta difficultas ad vnicum articulum, seù inspectionem, vtrùm nempè dominium Aquæ per Abb. Huart donatæ Equ. Nicolao de Sylua Auctori D. Cypriani fuerit ipsi Donatario quæsitum statim ac eadem Aqua ingressa fuerat Fistulam, seù Aquæductum ab eodem Nicolao de consensu donantis appositum in foramine inferioris Conchæ existentis vt suprà in Domo Abb. donantis, nunc titulo hæreditario (vt præmisimus) possessæ à prænominatis Iugalibus de Mancinis, adeòut in sequelam huius contemporaneæ translationis dominij licuerit Equiti donatario ex post admittere D. Cyprianum ad coęqualem Aquę fruitionem, & condominium absquè vllo consensu Domini fundi seruientis; Vel potiùs è contrario dicendum esset, quod Eques donatarius nullum acquisiuerit, vel acquirere potuerit Aquæ dominium, nisi postquàm illa effectiuè ingressa fuerit in proprium fundum eiusdem Concessionarij, in modum, vt non alitèr ei permissum extiterit alium titulo venditionis admittere ad comparticipationem Aquę donatæ, quàm si huiusmodi comparticeps illam immediatè desumat de Domo ipsius Venditoris, non verò per longum tramitem de Domo primi concedentis.

Pro confutatione prioris partis prænotatæ inspectionis robustè scripsit fauore Coniugum de Mancinis suprarelatus meus olim Alumnus, vt sequitur =

Demandanda omninò est amotio nouæ Fistulæ per D. Cyprianum perperàm, & indebitè appositæ in foramine inferiori nostræ Conchæ, vndè reditus Aquę defluit in Aquęductum tenden. ad Domum illorum de Sylua causam habentium ab Equite Nicolao ipsius Aquæ donatario: In proposito siquidèm articulo, in quo versatur totum præsentis Causæ momentum, certi, & indubi-
27 tati Iuris est, quod dominium Aquæ per illius Dominum alteri concessæ non alitèr, nec priùs quæsitum dici valeat Concessionario, quàm vbi Aqua ad eius fundum deuenerit, ac in illum fuerit effectiuè ingressa.

Ad quod probandum priori loco adducimus *Gloss. in Leg. Ex meo 24. ff. de Seruit. rust. Præd.*, vbi postquàm in figuratione casus dixerat, quod habens seruitutem Aquæductus ad commodum certæ partis sui Prædij, nequit Aquam ducere ad aliam partem eiusdem Prædij, & multò minùs hoc ius alteri subconcedere, deindè *in verb. Possim* declarat, hanc negatiuam regulam procedere, antequàm Aqua ingressa sit eam partem, cui seruitus est constituta, secùs postquàm
28 in eam est ingressa: Et sic ex hac *Gloss.* palàm elicitur, quod dominium Aquæ, & consecutiuè libera facultas alitèr de ea disponendi, non priùs exercibilis est à Concessionario Aquæductus, quàm vbi Aqua sit in eius fundum ingressa; Et concordat *alia Gloss. in Leg. Cùm essent 33. verb. Solet in fin., ff. eod.*, ibi = *Pacto autèm non apposito non potero hoc facere, nisi postquàm Agrum meum fuerit Aqua ingressa* = *Et in Leg. Aquam 4. verb. Pertinet in fin. C. de Seruit., & Aqu.*, ibi = *Itèm si ille, cui primò fuit concessa, velit alij concedere, non potest, nisi postquàm iam ingressa est fines Agri sui.*

Idemque tradunt omnes ferè *Repetentes* in mox *cit. Leg. Aquam*, & signantèr *Bald. num. 3.*, qui non minùs mirabilitèr fauet nostro intentui, quàm fatalitèr destruat totam machinam contrarij assumpti super prætensa acquisitione dominij Aquæ in ipso limine appositionis Bucchelli, seù Aquæductus, vt
29 ibi = *Si autem ipse* (idest Concessionarius Aquæ) *vult concedere alteri: Aut antequàm Aqua ingrediatur suum Prædium; & non potest, quia esset seruitus seruitutis: Aut postquàm Aqua est ingressa suum Prædium, & potest*, (notetur ratio, cùr in hoc posteriori casu liceat, non verò in priori) *quia habet illius Aquæ proprietatem, & iam eam ducit iure dominij, vndè amodò non est seruitus seruitutis, sed est seruitus proprietatis, secundùm Iacob. Butrig. &c.*

Egregiè etiam *Salicet. in eadem L. Aquam num. 2.*, ibi = *Quærit Gloss., an is, cui seruitus Aquæductus est concessa, possit alij concedere; dicit Gloss., quod non, antequàm fines Agri sui fuerit ingressa, sed postquàm eius Agrum, potest: Et est ratio, quia tunc est effectus domi-*
30 *nus; sed antequàm sit eius fundum ingressa, non est dominus, ideò seruitutem constituere*

non

non potest, quia esset facere seruitutem seruitutis, quod esse non potest, vt ff. de vsufruct. legat. leg.1. &c. Ibique etiam idipsum notat *Anton. de Padill.num.6.*, ibi = *Sed an is, qui habet constitutam seruitutem vsus Aquæ, possit & ipse alteri eam concedere? Et in hoc iterùm duabus conclusionibus propositis quæstionem hanc absoluit Gloss. nostra, vt siquidèm Ego, cui Dominus seruitutem concessit Aquæ, velim Aquam illam alteri concedere anteaquàm fundum meum ingrediatur, & iure id facere non possum, Leg. Ex meo &c. nè hic dicamus, seruitutem ex seruitute constitui, contrà Text. &c. Si verò iam Aqua ex seruitute mihi concessa ingressa sit Agrum meum, tunc QVASI DOMINVS ipse possum in Aquam illam constituere seruitutem, Leg.1. §. Illud, vers. Præterea, ff. de aqu. quotid., & æstiu., & Glossæ distinctionem sequuntur in præsenti Iacob. Butrigar. &c., & est communitèr approbata* = & sequitur *ibid. Ioan. Brunneman., vers. Secundus intellectus* ibi = *An is, cui constitutus est Aqua ductus, possit eiusdem Aquæ vsum alijs concedere? Et hic Gloss. distinguit, vtrùm ingressa Aqua fundum eius, qui habet seruitutem, an non; vt illo casu possit concedere, hoc non, per L. Ex meo &c.*

Eamdem sententiam, quod scilicèt domi-
31 nium Aquæ non priùs transeat in Concessionarium Aquæductus, nisi postquàm illa in eius fundum intrauit, passim consulendo firmarunt *Crauett. cons.676. num.4.*, ibi = *Quamuis modus restrictus in seruitute Aquæ ducendæ sit, attamèn postquàm fundum ingressa dominantem est, pro arbitrio alij eam concedere Domino fundi licet* = latè etiam *Veg. cons.24. sub num.1. vers. Ad idem*, ibi = *Ad idem est Text. cum Gloss. &c. vbi Aquam mihi concessam pro Prædijs meis irrigandis licèt antequàm fundum meum ingrediatur alteri concedere non possim, tamèn postquàm ingreditur fundum meum possum cui volo concedere: Et ra-*
32 *tio est diuersitatis, quia antè ingressum, diceretur seruitus seruitutis, quæ esse non potest, Leg. Vti frui &c. Sed post ingressum, hæc ratio cessat, quia per ingressum dicor habere dominium Aquæ, ideò eam possum ad libitum concedere* = quod & pluriès repetit *per totum cons.*, & præcipuè *sub num.3., & 4.*, iuncto *num.8. in fin.*, ibi = *Postquàm Aqua fuerit Agrum meum ingressa, tunc illam possum alteri concedere absquè consensu, & voluntate primi concedentis, quia post ingressum fundi dicitur Dominus illius Aquæ, vt suprà dixi.*

Et magis præcisè, ac punctualitèr, quod
33 dominium Aquæ, & libera facultas de ea disponendi minimè acquiratur per solam appositionem Aquæductus, seù Fistulæ, sed tùnc demùm, quandò Aqua iam ingressa est fundum Concessionarij, scriptum reliquit *Ruin. cons.230. sub num.5. vers. Ex hoc infero lib.1.*, ibi = *Ex hoc infero, quod dicti Homines non possunt alijs concedere, quod de Canali, & Aquæductu possint Aquam extrahere &c. vt est casus in Leg. Ex meo &c. vbi habetur in terminis, quod si alicui pro certo fundo sit concessa seruitus Aquæ ducendæ, quod non potest ille alteri concedere ius extrahendi Aquam de AQVÆDVCTV, ETIAM PROPRIO, antequàm sit ingressa fundum, cui seruitus debetur; & hoc, quia est concessio facta sub certo modo, vel sub forma certa, quam non licet transgredi &c.*

Isteque est adamussim casus noster, quia Aqua, de qua est sermo, à bon. mem. Abb. Huart illius Domino fuit concessa Equiti Syluæ Authori Partis aduersæ sub certo modo, & fine, nimirùm ad effectum illam ducendi, & conduci faciendi ad vicinas Domos ipsius Equitis donatarij, (vt cantat Instrumentum donationis, ibi = *Ad Domos ipsius D. Equitis positas in Via Purificationis non longè distantes*) non verò ad Domum D. Cypriani Aduersarij, quem idcircò idem Eques admittere non valuit ad participandum de Aqua nondùm effecta de eius dominio, vtpotè non adhùc ad eius Domos peruenta, iuxtà specialissimas *Authoritates* mox allegatas, aliasque inferiùs referendas.

Simili methodo, ac distinctione inter
34 Aquam ingressam, vel adhùc non ingressam in fundum concessionarij ad finem dijudicandi, an is possit, nec nè illam alijs in totum, vel pro parte elargiri, procedit *Cæpoll. de Seruit. rustic. Præd. cap.4. num.31., vers. Primus est, & vers. Tertius casus*, quem laudat, & sequitur *Menoch. de retin. possess. remed.6. num.118., Pract. Papien. in form. libell. in action. confess.* aliàs *tit.30. gloss.6. num.24., Hotoman. obseru. in Ius Ciuil. lib.8. cap.14. per tot.*, & signantèr *in vers. Quid igitùr*, vbi vltrà defectum potestatis concedendi alteri partem Aquæ nondùm ingressæ in fundum primi Concessionarij, considerat
35 etiam præiudicium, quod resultaret Domino fundi seruientis per superadditionem alterius Fistulæ, seù Aquæductus, quatenùs (vt præcisè verificatur in casu nostro) fundus primi Concessionarij ad læuam esset, & ille alterius Vicini, seù subalterni Concessionarij ad dexteram, siquidèm hæc subalterna concessio (sunt verba eiusdem *Hotoman. loc. cit.*) *alitèr fieri non potest, quin iter Aquæ mutetur, & per alteram partem dirigatur, quàm per eam, in qua mihi seruitus Aquæductus acquisita est; nàm si meus fundus ad læuam erit, Vicini fundus ad dexteram, iter Aquæductus mihi constituti, quod ad læuam dirigebatur, ad dexteram contorquendum erit contrà regulam Iuris Prædialis, vt Aquæductum certo loco constitutum aliò transferre, & contorquere non liceat, Leg. Si cui 9. in fin. ff. de Seruit. &c.*

Col-

Collimat in hunc sensum doctrina *Petri Barbos. in Leg. Vsufructu 58. nu.9. ff. solut.*
36 *Matrim.*, vbi proponens quæstionem, an habens seruitutem ducendi Aquam ex fundo sui Vicini, possit in alium transferre commoditatem, seù vtilitatem talis seruitutis, ad hoc, vt ea vti valeat ad beneficium proprij fundi, illam affirmatiuè resoluit, sub eo tamèn moderamine, ac restrictione, postquàm videlicèt Aqua peruenit ad fundum primi Concessionarij, seù Cedentis, vt videre est *sub dicto num.9. versic. Et si obijcias*, ibi = *Et si obijcias; Quam vtilitatem igitur percipiet is, in quem commoditas seruitutis transfertur, si ea vti non potest, nisi ad fundum concedentis? Respondetur, quod postquàm peruentum est ad fundum concedentis, tunc poterit ille, in quem translata est commoditas, vti ea etiam in vtilitatem fundi proprij: Nàm modus seruitutis consistit in termino à quo vsquè ad terminum ad quem; postquàm autèm peruentum fuerit ad terminum ad quem, quilibet eadem seruitute vti potest, Domino Fundi dominantis consentiente,* = vt probat *Leg.1. §.Illud Labeo &c.*

Et consequentèr à primo ad vltimum semper firmum, & immotum remanet nostrum principale fundamentum, quod nempè do-
37 minium Aquæ ad effectum de ea liberè disponendi fauore alterius nunquàm acquiritur à Concessionario seruitutis Aquæductus, nisi postquàm Aqua peruenit ad terminum ad quem, scilicèt ad fundum ipsius Concessionarij, vt prætèr iàm adductos comprobant *Paul. Oliban. de Action. par.1.lib.2. in Comment. ad §. Æquè Instit. eodem tit. num.202. versic. Nam si Ego*, ibi = *Nam si Ego duco Aquam ex Fonte tuo Iure seruitutis, ex RIVO MEO, qui indè manat, nequeo alij ductum Aquæ, vel haustum concedere &c. nihil est enim meum IN EO, nisi quantum Aqua pro tempore est in fundo meo* = *Risicat. de stat. Homin. in Republ. tom.1. tit. de Agricult. cap.6. colum.2. post med. litt.D. fol. mihi 297.*, ibi = *Quemadmodùm qui ab alio Aquæ ductum obtinuerit, minimè illo inuito, qui concessionem fecit, valet alteri permittere, nisi postquàm Prædij sui fines Aqua ingressa fuerit.*

E'conspectu tot præclarissimarum *Authoritatum* communi placito distinguentium intèr Aquam ingressam, vel non, in fundum Concessionarij Aquæductus, nullum penitùs plausum merentur *Doctrinæ* in oppositum laudatæ ad finem comprobandi, quod dominium, & libera dispositio Aquæ transeat in possessorem fundi dominantis statim ac ingressa est in eius fistulam, seù Aquæductum, licèt non adhùc peruenerit ad termi-
38 num ad quem: In primis namquè *Rip. in Leg. Quominùs sub num.84. cum seq.* ibiquè etiam *Ias. num.88. ff. de Flumin.* quos contrarius Defensor D. Cypriani supponit indiuidualitèr loqui, non tangunt imaginabilitèr nostram quæstionem, an nempè habens seruitutem Aquæductus possit Aquam in totum, vel pro parte alteri concedere antequàm ad eius fundum peruenerit, sed aliam penitùs diuersam quæstionem proponunt, an scilicèt Formula, per quam aliquis priuatus ex concessione Principis Aquam ducit à Flumine publico, sit publica, vel priuata, & concludunt, esse priuati Iuris, itàut Concessionarius possit de tali Aqua facere quidquid velit, illamque etiam alteri concedere, postquàm tamèn ingressa est eius fundum, & non priùs, vt videre est apùd *Rip. in præcedenti num.83. in fin.*, ibi = *Et quamprimùm Aqua ingreditur fundum priuatum efficitur propria illius, cuius est fundus* = & infrà *num.85.*, vbi allegat *Bald. cons.72.lib.1.*, qui dicit, quod *Aqua mea est, quamdiù cohæret solo meo, & eam possum deriuare quò placet &c.*, & clariùs apùd *Ias. sub dicto n.88. vers. Pro conclusione*, ibi = *Quia postquàm Aqua est in meo, Ego sum Dominus illius Aquæ, & sic de Aqua mea possum facere meum velle*: Vndè quisque videt, quod ambo præcitati *Authores* potiùs retorquentur contrà Partem Aduersam, & respectiuè magis, magisque confouent nostrum assumptum, videlicèt quod per ingressum Aquæ in Fistulam, seù Aquæductum Concessionarij, nullum ei quæritur dominium, ac plenaria libertas de illa disponendi, sed tùnc demùm, quandò Aqua ad eius fundum effectiuè peruenit.

Magnificat deindè idem contrarius De-
39 fensor authoritatem *Surdi* in eius *cons.41. num.2.* eiusque verba recenset, & parua marginali manu indigitat, ex quibus credit esse in probatis, quod habenti seruitutem Aquæ ducendæ acquiritur dominium Aquæ statim ac illa ingreditur suam Fistulam, licèt appositam intrà ambitum fundi seruientis: Et tamen idem *Surd. in cit. cons.41. num.2.* non somniauit dicere, quod dominium Aquæ transeat in Concessionarium seruitutis ab ipso instanti, in quo Aqua fundi seruientis intrat Fistulam ipsius Concessionarij, pròut perperàm exaduersò figuratur; Tùm quia
40 illa dictio = *Seù* = adiecta per *Surd.* inter Fistulam, & Fundum, vt ibi = *Postquàm Aqua intrauit Fistulam, seù Fundum meum* = non stat disiunctiuè, sed expositiuè, & æquipollet dictioni = *Idest* = vt monent *Ias. cons.64. num.11. ad med. lib.1.*, *Menoch. cons.1029. num.13.*, *Rot. decis.436. num.5., & 6. coram Merlin.*, *& in Recent. decis.4. num.4., & 5.*, *& decis.455. num.11. part.19.*, *& in Bononien.*, *seù Cæsenaten. Pecuniaria 22. Iunij 1707. §. Neque diuersum, coram R.mo D. Aldrouando.*

Tùm etiam, quia ipsemet *Surd.* in eodem
41 *cons.41.* infrà *sub num.7. vers. Non obstant*, ad

ad præueniendum fortassè æquiuocùm, quod vmquàm apùd quempiam oriri valuisset ex præcitatis verbis = *Fistulam*, *seù Fundum* = superlatiuè declarat, se in præcedenti *num.*2. locutum fuisse cum præsupposito, quod Aqua iam ingressa fuisset Fundum dominantem; nàm respondendo regulæ ab initio per modum obiecti deductæ per *Text. in Leg. Ex meo, ff. de Seruit. rust. Præd.* nimirùm, quod Aquam mihi concessam pro meo Prædio non possum alij concedere, cautè explicat, illam procedere (sunt ipsissima verba *Surdi in dicto vers. Non obstant*) *antequàm Aqua sit meum Fundum ingressa, sed postquàm est ingressa possum illam vendere, vel alij tradere pro libito*, idque etiam confirmat *Pecch. de Aquæduct. lib.*2. *cap.*9. *quæst.*2. *num.*57., vbi adducens doctrinam *Surdi in d. cons.*41. *num.*2. eamque explicans supponit, ipsum loqui de Aqua iam ingressa Fundum Concessionarij Aquæductus, vt in eodem *num.*57. ibi = *Surd. verò dicto cons.*41. *in princ. proponit rationes, quæ eum ancipitem constituunt in hanc sententiam, an seruitus inuito seruiente possit augeri; Postquàm rationes, quæ eum à contraria opinione retrahebant, recensuit, sententiam contrariam est amplexus num.*2. *ea ratione fundamentali ductus, postquàm enim Aqua legitimè FVNDVM MEVM est ingressa, quòcumque voluero potero ducere, etiamsi concessa fuerit limitatè ad illum fundum*.

Minùs confert ad intentum Partis Aduersæ *Rot. coram Gregor. decis.*133. *num.*5. cum
42 ibidem not. per *Beltramin. num.*7.; Ibi enim quæstio non erat, an Paulonio habenti seruitutem Aquæ ducendæ ad eius Prædium liceret inuita Communitate domina Aquæ de ea disponere ad beneficium alterius, antequàm ad fines sui Prædij peruenisset: sed controuersia vnicè in eo versabatur, an Paulonio habenti ius ducendi Aquam de nocte ingressam in receptaculum (nuncupatum *la Colta grande*) liceret etiam de die educere reliquatum, seù scolaturam, quæ intrà noctis interuallum remanserat in dicto receptaculo, vt patet ex lectura *dictæ decis.*133., quæ idcircò tamquàm extrà rhombum hodiernæ nostræ hypothesis poni meretur ad partes, potissimè quia *eadem Rot. in illa Bononien. Molendini coram Verospio Sen.* ibidem allegata per *Beltramin. dicto num.*7. insequendo *Surdum in cit. cons.*41. *num.*2. eatenùs censuit, Dominum Aquæductus habere liberam facultatem disponendi de Aqua tamquàm effecta de eius dominio, quatenùs illa actualitèr ingressa reperiatur in eius Fundum; vt videre est *in decis.*58. *num.*1., & 2., *decis.*75. *num. fin.*, & *decis.*425. *n.*4. *part.*4. *tom.*2. *Rec.*

Irrito pariter labore in oppositum allega-
43 tur *Pecch. de Aquæduct. lib.*1. *cap.*3. *quæst.*12. *num.*17., vbi simplicitèr ait, quod Aqua postquàm egressa est Fundum meum, vel meum Aquæductum, non est ampliùs concedentis, sed illius, cuius est Aquæductus, iuxtà præcisa verba eiusdem *Pecchij* registrata *in secunda Facti* D. exaduerso Causæ Patroni sub §. *Verumtamèn*; Vltrà enim quod illud verbum = *Egressa* = necessariò tribuendum est errori impressionis, dum *Rot. coram Gregor.*, & *Surd.* ibidem alleg. per *Pecch.* loquuntur de Aqua non egressa, sed ingressa Fistulam, seù Fundum habentis seruitutem Aquæ ducendæ; & maximè, quia aliàs *Pecch.* sibi manifestè contradixisset, cùm stare simùl non possint, quod Aqua spectet ad Dominum proprij Aquæductus postquàm per egressum ab ipso Aquæductu non ampliùs in eo existit.

Tollitur nihilominùs quælibet difficultas
44 ex inferiùs traditis per eumdem *Pecch. in eadem quæst.*12. *ex num.*39. *cum plur. seqq.*, vbi præcisè descendens ad nostram identificam quæstionem his verbis conceptam = *An quis ex suo Aquæductu proprio, & antequàm Aqua ingrediatur suum fundum, possit alij concedere seruitutem Aquæductus, & sic ex seruitute Aquæductus constitui alius Aquæductus* = post præmissam *à num.*45. *ad* 49. distinctionem intèr concessionem Aquæ gratuitò factam per viam Donationis, aut etiam titulo oneroso, cum Clausulis tamèn taxatiuis, seù restrictiuè ad Fundum Concessionarij, ac intèr concessionem factam absquè tali restrictione, in priori casu stat absolutè pro negatiua opinione, eamque paritèr amplectitur in secundo casu illimitatæ concessionis, quotiès non concurrat consensus Domini Fundi seruientis, vt liquet ex *num.*50. *ad* 56., & signantèr *in dicto num.*50. *cum duob. seqq.* sic loquitur = *Vel Aqua fuit empta ad irriganda sua Bona sinè alia conditione, vel pacto, vt generalitèr solet fieri in similibus emptionibus, & tùnc indistinctè fatendum est, me posse alteri ex meo Aquæductu Aquam concedere, accedente tamèn consensu Domini Prædij seruientis; Probatur autèm nostra assertio per Text. in Leg. Cùm essent* 33., §. *Per plurium, ff. de Seruit. rust. Præd.*, *ex quo Textu deducitur, quarè ex meo Aquæductu, & antequàm Aqua ingrediatur Fundum meum, non possim alijs concedere Aquam, vel haustum; quia non adest consensus Domini Prædij seruientis: sic dicit Bart. ibid. in compendio, dicendo = Qui habet seruitutem Aquæductus non potest concedere haustum Aquæ ex Riuo, nisi hoc pepigerit cum Domino Fundi seruientis. Ergò accedente consensu Domini seruientis si potest concedi haustus, etiam, & Aquæductus; Non*
45 *accedente autèm Domini consensu, ideò non potest imponi, aut concedi, quia seruitus seruitutis esse non potest, Leg.*1., *ff. de vsufruct. legat. &c. Accedente autèm consensu Domini*

Præ-

Prædij seruientis, *dicetur*, *vnam tantùm esse*
seruitutem, *quæ inseruit vtrique &c.*

Et quamuis idem *Pecch.* in subsequenti
45 *num.60.* supponat, quod *nostris temporibus*
(sunt eius verba) *iam inoleuit praxis*, *& con-*
suetudo Iuri contraria, *qua cauetur*, *quod qui*
habet ius Aquæ ducendæ iure seruitutis possit
ad sui libitum de Aqua disponere, *& cuilibet*
maluerit concedere, *& hoc experientiâ patet*;
nam ex facto constat, *in pluribus Aquæducti-*
bus, *antequàm Fundum dominantem ingredia-*
tur Aqua, *pluribus concedi*, *& præcipuè quan-*
dò Aqua est titulo oneroso acquisita: Attamen
priori loco aduertimus, quod *Pecch.* in sum-
mariando eumdem *num.60.* diuersimodè lo-
cutus est, quàm quod fuerit locutus in cor-
pore quæstionis; nàm *in Summ. ad d.num.60.*
ità conclusionem plantauit = *Aquam ex meo*
Aquæductu possum cuilibet concedere de con-
suetudine, *ACCEDENTE TAMEN SEM-*
PER CONSENSV Domini Prædij ser-
uientis.

Præterea, præcisiuè etiam ab hac animad-
47 uersione, necnon ab altera, quod *Doctori*
testanti de aliqua consuetudine regularitèr
non creditur, vt passim dixit *Rot.*, & signan-
tèr *coram Seraphin. decis.1349. num.5.*, *Coc-*
cin. decis.123. num.27., *Dunozett. Iun. de-*
cis.498. num.32., *Otthubon. decis.149. n.14.*,
48 *Arguell. decis.38. n.29.*, præcipuè quando
sermo est de consuetudine Iuri communi con-
traria, vt ampliatiuè obseruant *Bursat.*
cons.201. num.47., *Altograd. cons.42. n.52.*
lib.2., *Postb. resol.68. num.108. vers. Præ-*
49 *sertim*: Hoc vnum certum est, quod *Pecch.*
ibidèm loquitur de asserta consuetudine vi-
gente in eius Patria Ticinensi, vbi ipse ha-
bebat Beneficium residentiale, cùm esset Ar-
chidiaconus Ecclesiæ Cathedralis Papiensis,
& vbi etiam sua Scripta exarauit, ac publicæ
luci dedit; ideòque talis consuetudo, tam-
quàm merè localis, non esset allegabilis in
præsenti Causa verten. inter Ciues Roma-
nos, & super Bonis Romæ existentibus, cùm
50 nemo non sciat, quod consuetudo non tra-
hitur, aut extenditur de loco ad locum, de
Ciuitate ad Ciuitatem, & multò minùs de
vna Ditione ad aliam, ad sensum *Rot. coram*
Seraph. decis.1159. num.6., *& in Recent.*
decis.94. num.4. part.4. tom.2., *& decis.304.*
num.9. part.12., *& in Sauonen. Restauratio-*
nis Parochialis Ecclesiæ 8. Martij 1709. §. fin.
cor. Emo Scotto.

Hactenùs præmissa, quæ in puncto Iuris
sunt verissima, & ineluctabilia, etiam
quandò ex subalterna concessione Aquæ al-
teri facta per habentem seruitutem Aquæ-
ductus nullum redundaret præiudicium Do-
mino fundi seruientis, dùm *Iura*, & *Docto-*
res in hoc proposito considerant dumtaxàt
duplicationem seruitutis, fortiùs perstrin-
gunt in concreto casus nostri, attento nota-
bilissimo damno, incommodo, ac præiudi-
cio, quod, teste experientia, resultauit, ac
resultat Domui, & quieti DD. Principalium
ex controuersa venditione medietatis Aquæ
facta per Equitem de Sylua eiusdem Aquæ
Donatarium fauore D. Cypriani Aduersarij,
ex cuius parte DD. Principales plures, &
ferè continuas passi sunt vexationes, eo quia
ratione Fistulæ per eumdem Aduersarium
superadditæ, ac per obliquum ad eius Viri-
darium tendentis, nedùm Aqua plerumquè
regurgitat in Atrium, seù Curtile nostræ
Domus, sed sæpissimè obturatur principalis
Aquæductus originariè appositus ab Equite
Sylua in extremitate inferioris Conchæ,
exindèque promanant assidua iurgia, cita-
tiones, quærelæ etiam criminales, grauato-
riæ, rupturæ, excauationes, & similia in-
51 conuenientia; In quibus sanè circumstantijs
adeò *Iura*, & *Doctores* prospicere intellexe-
runt indemnitati Domini fundi seruientis,
vt non dubitauerint interdicere Domino
fundi dominantis facultatem disponendi fa-
uore alterius de Aqua, etiam postquàm
ad eius fundum peruenerit, & consequen-
tèr effecta fuerit de eius plenario domi-
nio, quotiès exindè damnum, ac præiu-
dicium emergat Domino fundi seruien-
tis, quemadmodùm ex littera *Text. in*
Leg.1. §. Illud tamèn in fine, ibi = *Ità de-*
mùm rectè eum hoc interdicto vti, *vt semèl in*
fundum suum ingressus, *indè egredi quà velit*
possit, *NISI EI NOCITVRVM SIT*, *EX*
QVO AQVAM DVCIT = *ff. de Aqu.*
quotid., *& æstiu.* limitando obseruant *Io: Co-*
ras. in Leg.1. ff. de seruit. num.125. in fin. vers.
Prædicta tamèn, ibi = *Nàm postquàm fuerit in*
Agro, *cui debita erat*, *poterit Dominus*
Aquam illam in alium quemuis locum ducere;
INTELLIGE SEMPER, *NISI DOMINO*
LOCI SERVIENTIS NOCERETVR,
Cæpoll. de Seruitut. Vrban. Præd. cap.14.
num.16. versic. Si tamèn, ibi = *Si tamèn quis*
habeat seruitutem Aquæductus, *& Aquam*,
postquàm ingressa est fundum meum, *velim alij*
concedere, *possum*, *NISI NOCEAM FVN-*
DO SERVIENTI = *& de seruit. rust. Præd.*
cap.4. num.12. in fin. ibi = *Et quod dixi*, *quod*
Aquam debitam fundo meo non possum alteri
fundo concedere, *intellige antequàm ingressa sit*
in fundum meum, *cui Seruitus est constituta*;
Sed postquàm est ingressa, *possum ducere ad*
alias partes, *& alteri concedere pro libito vo-*
luntatis, *NISI NOCITVRA SIT EI*
FVNDO, *EX QVO DVCITVR* = & in-
frà *sub num.31. vers. Tertius casus*, ibi = *Ter-*
tius casus, *si vis alteri concedere postquàm in*
fundum tuum Aqua ingressa est; *& potes*,
quià effecta est tua, *NISI NOCITVRA*
SIT MEO FVNDO, *EX QVO SERVI-*
TVS INDVCITVR.

Frustrà paritèr exaduersò recurritur ad

motiuum æquitatis ob expensas factas à
D. Cypriano Aduersario tàm in aptatione
eius Fistulæ, Illiusque deriuatione ad suum
Viridarium, quàm in diutina eiusdem ma-
nutentione, ac reparatione, seù refectione;
Omnis namquè æquitas potiùs vndequàque
assistit DD. Principalibus, nedùm quia in
52 subiecta materia Seruitutum pro regula re-
ceptum est, quod fauorabilior semper repu-
tatur causa Domini fundi seruientis, ex
animaduersis per *Ant. Fabr. in Cod. lib. 3.
tit. 24. defin. 4. num. 3.* ibi = *Fauorabilior tamèn
videtur conditio Domini Prædij seruientis, cùm
non habeat Dominus fundi dominantis, quod
conqueratur, si modò seruitus ei præstetur,
qualis, quantaque debita est* = & sequitur *Pecch.
de Aqueduct. lib. 4. quæst. 50. num. 24.*; Sed
etiam, quia reduplicatio seruitutis ab Equi-
te Sylua superimpositæ Domui DD. Princi-
palium recognoscit suum principium ab actu
gratuitæ donationis Aquæ, quam sui fauore
liberalitèr expleuerat bo. mem. Abbas Huart
Author DD. Principalium: Tanti autem
ponderis existit hæc qualitas gratuitæ con-
cessionis in hoc ipso proposito Seruitutum, vt
53 non desint, qui voluerint, quod Seruitus gra-
tuitò concessa possit à Concedente, vel eius
hæredibus reuocari, quotiès exindè tractu
temporis damnum, ac detrimentum notabile
proueniat fundo seruienti ipsius Donantis,
vt relatis concordan. notat *Spad. consil. 17.
num. 14. lib. 1.* ibi = *Hoc autem firmato, quod
ista Seruitus fuerit gratuitò constituta à Fer-
rariensibus, sequitur, quod proptèr maximum
damnum, quod indè eis prouenit, possint à dicta
seruitute recedere, vt est Text. express. in Leg. 2.
§. Fin., vbi ad litteram hoc notat Castren., ff. de
Aqu. pluu. arc.* sequitur *Cæpoll. &c.* & ex *Cost.
Sicul. cons. 74. num. 18.* id ipsum confirmat
Gob. de Aquis quæst. 13. sub num. 12. vbi,
quod is, qui Aquam concessit, quatenùs
concessio vergat in ipsius præiudicium, po-
test Aquam concessam tollere.

Et benè ad rem consonat *Maus. consul-
54 tat. 476. num. 9.* ibi = *Nàm quælibet concessio,
simplicitèr etiàm facta, ità tamèn intelligi, &
explicari debet, vt ex ea damnum non inferatur
ei, à quo profecta est concessio; ingratitudinis
enim vitium esset, si vterer liberali concessione
mihi ab alio facta in detrimentum, & præiudi-
cium Concedentis; vndè ait in proposita Ca-
55 stren. cons. 48. par. 3. non esse licitum ei, cui
ex alterius liberalitate concessa fuit Domus de-
pressa, eam eleuare in diminutionem luminis
altioris Domus ipsius concedentis &c.*, & fa-
cit etiàm *Text. in Leg. Ad res donatas 62. §. 1.
in fin.* ibi = *Nè eo casu liberalitatis suæ Dona-
tor pænam patiatur* = *ff. de ædil. Edict.*

Quinimò, quatenùs etiam per falsam
hypothesim Eques Sylua primus Conces-
sionarius fouisset titulum verè onerosum,
non ideò ei licitum extitisset nouam perso-
nam dominantem adijcere fundo seruienti,
illumque consecutiuè subiugare duplicatæ
Seruituti per admissionem D. Cypriani ad
participandum de Aqua mediante appositio-
ne nouæ, ac distinctæ Fistulæ, quarum altera
(vt diximus) contorquetur ad dexteram, &
ex hac contorsione, & obliquatione oritur
56 Petra scandali, & respectiuè durior efficitur
Seruitus, contrà dispositionem Iuris vetantis
Domino fundi dominantis, nè duriorem
facere valeat conditionem Domini fundi
seruientis, vt per *Text.* litteralem *in Leg.
Seruitutes 19. §. Si anteà in fin., & in Leg.
Cuius Ædificium 23. ff. de seruit. vrban. Præd.*
communitèr notant *Buccaferr. consil. 100.
num. 10., Bersan. de Contract. cap. 2. quæst. 21.
num. 12., & 13., Pecch. de Aquæduct. lib. 1.
cap. 5. quæst. 3. num. 51., & seqq., & lib. 4.
quæst. 50. num. 25., & quæst. 81. num. 3., Rot.
decis. 394. num. 10. par. 17., & decis. 69. n. 19.
par. 18. Rec., & in Romana Communantia-
rum, & Fontanilis 3. Martij 1698. §. Reten-
to autèm, coram clar. mem. Card. Priolo.*

Deniquè omitti poterant ea, quæ inutilitèr
exaduersò repetuntur in ordine ad all. con-
sensus præstitos impositioni nouæ seruitutis
per DD. Coniuges Principales; Quia respe-
ctu D. Horatij nullus actus in contrarium
affertur, neque reuerà afferri valet, qui
percutiat tempus antè motam litem; quid-
quid enim ipse posteà egit in sequelam ma-
nutentionis Parti Aduersæ concessæ à Reue-
rendissimo D. tunc A. C. Petra, nequit ad-
duci in linea consensus in præsenti Iudicio
petitorio expressè reseruato in visceribus
ipsiusmet Mandati de manutenendo.

Quouerò ad D. Isabellam, frustrà eius
consensus denuò extorqueri prætenditur ex
totiès decantato Chirographo mandati Pro-
curæ per eam exarati in personam D. Petri
Lucciæ ad finem approbandi venditionem
controuersæ medietatis Aquæ, quam facere
intendebat Eques Sylua fauore D. Cypriani
Aduersarij; siuè quia ipsamet ineffectuatio
actus approbationis, & respectiuè defectus
executionis, & vsus dicti Mandati Procuræ,
præsefert potiùs pœnitentiam sonantem in
positiuum dissensum, vt ex se patet; Siuè
57 etiam, quià indubitati Iuris est, quod Man-
datum Procuræ factum ad aliquid agendum,
vel declarandum non præiudicat Mandanti,
nisi appareat, quod illud fuerit à Mandata-
rio executioni demandatum, vt relata
decis. 498. coram Card. Cerr. num. 16. in fin.,
ibi = *Quià hoc secundum Mandatum non proba-
tur effectuatum &c.* = nupèr, ac punctualitèr
respondit *Rot. in Romana Fideicommissi 24. Ia-
nuarii 1718. §. Eòque robustiùs, coràm R. P. D.
Herrera*, ibi = *Quia non constat, quod Procu-
rator constitutus ad faciendam dictæ simulatio-
nis declarationem ad eam effectiuè deuenerit;
& propterea dicti actus, tamquàm præparatiui,*

& non

& non consumati, neque ad suum plenarium effectum perducti, eò certiùs prò desumenda contraria probatione in nulla consideratione veniunt habendi, ut in terminis Mandati Procuræ, non docto de subsequuta illius effectuatione, aduertit Rot. coram Card. Cerro &c.

Finis Responsi.

NOVA, ET RECENS ANNOTATIO D. ADVOCATI LVPARDI.

IVxtà præinsertum Responsum iudicauit A. C. Cincius (nunc tèr emeritus Sacræ Rotæ Auditor) de mense Aprilis 1720. per Acta tunc Perugini mediante definitiua Sententia, in qua pronunciauit, remouendam omninò esse fistulam à D. Cypriano succumbente appositam in principio Aquæductus, à quo Aqua deriuabat in Domum illorum de Sylua causam habentium ab Equite Nicolao ipsius Aquæ donatario: Et licèt ex parte eiusdem Cypriani fuerit interposita appellatio ad Supremum Sacræ Rotæ Auditorium, numquàm tamen (quod sciatur) Causa habuit vlteriorem progressum, itàut memorata Sententia transitum fecerit in authoritatem rei iudicatæ.

A. Luparдus.

CALAGVRITANA DECIMARVM DE HARO.

Lunæ 11. Ianuarij 1700.

ARGVMENTVM.

Omittitur, quia facilè colligi potest ex sequenti *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio admissa cum Clausula* : Si, & in quantùm, & pròut de Iure : *non canonizat, neque tollit ius protestantis.*

2 *Sententia Rotalis transcendens limites eorum, quæ continentur in præuijs Decisionibus, est nulla*, & num. 8.

3 *Dictio* : Dumtaxàt : *est limitatiua, & arctatiua ad expressa, & omne aliud excludit*, & num. 9.

4 *Dictio* : Et : *est de sui natura copulatiua.*

5 *Verba vbi sunt clara, non est super illis sophisticandum.*

6 *Sententia Rotalis recipit declarationem à præcedentibus Decisionibus in Causa emanatis*, & num. 10.

7 *Excessus commissi in executione Sententiæ Rotalis solent ab ipsa Sac. Rota rescindi, ac reuocari.*

11 *Sententia Rotalis tacitè, & virtualitèr continet totum id, quod in præcedentibus* Decisionibus *fuerat expressè definitum.*

12 *Vndè præseruatio iurium alterutrius ex Partibus facta in* Decisionibus *censetur tacitè repetita in subsequenti Sententia*, num. 12.

DECISIO CXXI.

DEsperantes fortassè Beneficiati Parochialis Ecclesiæ Oppidi de Haro in hodierna discussione Dubij super Sententiæ Rotalis confirmatione prolatæ à Reuerendissimo D. meo Molines Decano aggredi firmamentum eiusdem sententiæ intrà viscera Iustitiæ, emisêre in ipso fermè limine propositionis protestationem solummodò super illius nullitate, qua tantùm à Me recepta, siuè admissa inter Acta Causæ sub illis clausulis in simili contingentia admodùm familiaribus *si, & in quantùm &c. & proùt de* 1 *Iure &c.* ex qua sanè decernendi forma, nequè tollitur, nequè approbatur Ius protestantis, teste *Bartol. in leg. Ambitiosa propè fin. ff. de decret. ab ordin. facien.* cum concord. per *Barbos. de clausul. vsu. freq. claus.* 149. *nu.* 2. & 3. Domini statim agnouerunt etiam huiuscè oppositionis irreleuantiam, ideòque citrà fluctuationem, Rotalem Sententiam confirmandam esse dixerunt.

Corruebat etenim in puro facto moles ex-2 citata nullitatis eiusdem Sententiæ, ex quo ipsa transgrederetur, siuè transcenderet limites præcedentium Decisionum, in quibus profectò terminis non tàm per Apostolica præscripta Pontificiarum Constitutionum, quàm ex intrinseca ratione aliàs animaduersa *in Romana Cambij 31. Ianuarij 1698. §. Ità nec etiàm, coràm Me, (decis. 28. tom. 1.)* indubitatum fuisset, Sententiam remanere nullam, proùt obsequentèr ad prædictas Apostolicas Ordinationes, nedùm fassa est *Rota* in pluribus *Decisionibus* cumulatis *in Bononien. Fideicommissi 23. Iunij 1698. §. Cui modo, & 9. Ianuarij 1699. §. Placuerunt, cor. R. P. D. meo dell'Olmo*, sed etiam practicauit *in Romana Testamenti 14. Martij ejusdem anni 1698. paritèr coràm Me (decis. 37. d. tom. 1.)*

Perperàm quippè supponebant Informantes pro Beneficiatis, quod cùm Decisiones editæ positiuè ab initio reseruassent, & deincèps proprio Tribunali competenti remisissent articulum super deductione Decimarum per specialia S. Sedis Indulta Catholicæ Maiestati competentium, quasuè nuncupant *los dos Nouenos*, seù Tertias Regias, & supèr quibus peculiare Commentum, seù tractatum enucleauit *Castill. Sotomayor*, vtrùm videlicèt eædem Tertiæ Regiæ forent detrahendæ per antipartem, seù priusquàm vniuersales Decimæ diuiderentur inter Episcopum, & Beneficiatos, sicuti pronunciauerat Tribunal Nunciaturæ Hyspaniæ, hinc nullitèr expressum esset in prædicta Sententia Reuerendissimi Decani, quod altera præcedens Nunciaturæ

turæ reuocaretur in ea parte, in qua censuerat ad normam cuiusdam declarationis emissæ de anno 1617. per antipartem esse de communi Aceruo deducendas hasce Tertias vnà cum alijs honorarijs, & expensis concernentibus recollectionem, custodiam, & tuitionem ipsarum Decimarum; pugnare etenim videbatur, ac fore incompatibile, quod in Decisionibus huiusmodi inspectio reseruaretur, vel remitteretur alterius Iudicis censuræ, & deinceps per effectiuam Sententiam Reuerendissimi Decani definiretur oppositum, si non literalitèr, saltèm æquipollentèr, dùm mediante dictione *dumtaxàt*, subductio facienda per antipartem coarctabatur *ad salarium dari consuetum Æconomis, seù Collectoribus Decimarum* (vt sunt ipsissima verba Sententiæ) *& ad alias expensas præcisè necessarias pro collectione, & conseruatione fructuum Decimalium*; prædicta siquidèm dictio *dum-*
3 *taxàt* nimiùm manifestè arctatiua omnes alias deductiones non expressas, & consequentèr easdem Tertias Regias excludebat, ad *Text. in Leg. 3. §. Cum Titio, ff. de adim. legat.*, *Rot. decis. 171. num. 4., & 5. part. 6. Rec., & decis. 154. num. 7. coram Card. Celso, & in Leodien., seù Aquisgranen. Iurisdictionis 2. Decembris 1687. §. Secundò, cor. bo: me: Vrsino*.

Animaduersum quippè fuit, quod (vt præmisimus) in puro facto, siuè ex simplici lectura labebatur huiusmodi suppositum, siuè fundamentum; quià immediatè, & incontinenti ad verba superiùs registrata subiungitur = *Et quoàd deductionem Tertiarum Regiarum à Beneficiatis, seù Communitate Beneficiatorum prætensam paritèr ex Aceruo communi, illis Iura sua præseruamus deducenda coràm Iudice competente*: quapropter posita præseruatione, & remissione tàm cubitali, à nullo alio verbo, vel periodo intersecata,
4 imò coniuncta cum dictione copulatiua = *Et* eumdem sermonem conglutinante, vt ait *I.C. in Leg. Si ità stipulatus, ff. de verb. oblig., & in Leg. Seiæ, §. Caio, ff. de fund. instruct.*, vndiquè nedùm sophistica, sed penitùs imaginaria, & idæalis apparebat conquæstio Be-
5 neficiatorum, & non aliàs decidenda, quàm ex præmissa lectura verborum Sententiæ, ad notiss. *Text. in Leg. Ille, aut ille, §. Cùm in verbis, ff. de Leg. 3., & in Leg. Continuus, §. Cùm ità in fin., ff. de verb. oblig.*, sicuti pluriès conclamabat *Card. de Luca*, & præcisè *in tract. de Decimis disc. 12. num. 3.*

Atquè ob id superuacaneum efficiebatur animaduertere, quod eadem dictio = *Dumtaxàt* = fuerat adhibita adamussim in extensione vtriusque *Decisionis* Reuerendissimi Decani antè pronunciationem Sententiæ, quandò scilicèt insimùl in illis præseruabatur, & respectiuè remittebatur differendus huiusmodi articulus Iudici competenti, eodemque tempore firmabatur, tantummodò per antipartem, non obstante memorata declaratione anni 1617., subtrahendas esse expensas necessarias pro collectione, & conseruatione fructuum Decimalium, quodque etiam, vbi res versaretur in dubio, superabundabat corporeis oculis non legi difformitatem, & contrarietatem prorsùs inexplicabilem, & incompatibilem inter Sententiam, & *Decisiones*, quemadmodùm consecutiuè ad præsumptionem validitatis, quam secumfert
6 quælibet Sententia, & ad quotidianam propositionem, quod Sententiæ debent recipere declarationem à præcedentibus *Decisionibus*, pluriès dictum fuit, & signantèr *in decis. 146. num. 3., & seq. part. 19., in Romana, seù Ianuen. Trebellianicæ 21. Aprilis 1687. §. Etenim in fin. coram bon. mem. Vrsino, in Romana Primogeniturarum de Maximis 24. Martij 1692. §. Tertius demùm excessus, coram Reuerendissimo Manuel Episcopo Zamoren., in Toletana Iurispatronatus 5. Iunij 1697. §. Validitas in fin., coram R. P. D. meo dell'Olmo, in Romana Restitutionis in integrum 5. Iunij 1699. §. Quò verò ad alterum, & in Asculana Beneficiorum 26. Nouembris proximè præteriti §. Quidquam non vrgente, coram R. P. D. meo Muto*.

Nequè in rei veritate fas erat Beneficiatis trepidare, vbi non erat timor, quià dùm eadem Sententia Reuerendissimi Decani tàm apertè reseruabat, & remittebat controuersiam Tertiarum Regi, vt suprà, attinentium, non erat perceptibile, quomodò Episcopus, qui etiàm vltroneè manus dederat huiusmodi reseruationi, posteà satageret antè prædictas Tertias, seù *dos Nouenos*, quartam sibi quoquè sub hac præcisa reseruatione in *Decisionibus*, & Sententia canonizatam absolutè detrahere, & non potiùs per modum à se oblatæ quodammodò prouisionis, & ad normam ipsius reseruationis antè omnia suspensiuè detractis, & futuro Iudicio relictis hisce Tertijs, vna cum prænominato salario, & expensis certò certiùs anticipatè detrahendis, intereà eandem Quartam sibi de Massa tantummo-
7 dò residuali appropriare, nè plùs attentando illaquearetur in illis excessibus, quos aliàs frequentissimè Sacrum Auditorium rescidit, ac reuocauit, sicuti signantèr actum fuit *in Toletana Iurisdictionis supèr excessibus 16. Ianuarij, & 7. Iunij 1686. coram bo. me. Vrsino*, alijsque confirmatorijs.

Et ità, approbantes de reliquo DD. Iustitiam plusquàm luculentèr expositam in *Decisionibus diei primæ Iulij 1697., & primæ Iunij 1699. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, quamuè nec hodiè ausi sunt impugnare Informantes pro Beneficiatis, constantissimè resoluerunt, vtraque &c.

AN-

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

FRustrà Sententiam Rotalem, quam Beneficiati supèr meritis reuocandam dubitabant, illam ex causa nullitatis infirmare tentarunt; Sacrum verò Tribunal oppositam reiecit nullitatem, quæ consistebat in eo, quod dicta Sententia non esset *Decisionibus* conformis, sed illarum limites transcenderet, ex quo hæc denegaret Episcopo Tertiam super Decimis per antipartem ex communi Decimarum aceruo detrahendam antequàm illæ inter Episcopum, & dictos Beneficiatos diuiderentur, quandò in *Decisionibus* præcisa hæc controuersia super huiusmodi Tertia præseruabatur, ac alteri Iu-
8 dici decidenda remittebatur, quod patentem contradictionem intèr Sententiam, & *Decisiones*, & consequentèr manifestam etiam nullitatem importare dicebant, iuxtà dispositionem Apostolicarum Reformationum *Pij IV. Constit. 44. §. 41., & Pauli V. in Constitut. 71. §. 5. num. 7.*, vt milliès declarauit *Rota*, & signantèr, vltrà in *Decisione* allegatos, *in Perusina Fideicommissi 25. Aprilis 1701. §. Ista siquidèm, & 1. Iulij eiusdem anni §. Resolutionis ratio, & 3. Aprilis 1702. §. Fundamentum, coram R. P. D. meo Lancetta (nunc inter suas decis. 177. num. 1., & 2., decis. 197. num. 1., & decis. 226. num. 5.)*, & in earum confirmatoria 22. *Iunij 1703. §. Ex duplici, coràm Card. Scotto, & in Romana, seù Albanen. Ferracci 2. Augusti 1709. §. Supplicauit, coràm Me, & in Romana Dotis 6. Iunij 17 0. §. Sententia quippè, coràm R. P. D. meo Aldrouando.*

Illicò enim corruebat nullitas hæc; quippè quia in facto prætensa contradictio, seù difformitas inter *Decisiones*, & Sententiam non subsistebat, dùm nullatenùs hæc denegat Episcopo dictam Tertiam partem Decimarum, licèt solùm concedat per taxatiuam = *dumtaxàt* = deductionem Salariorum pro Ministris, & expensarum pro recollectione, & conseruatione fructuum Decimalium, quasi quod stante illa dictione taxatiua = *dumtaxàt* = in Sententia apposita, omnes alias deductiones, & sic etiam huiusmodi
9 Tertiam denegare videatur, cùm illa includat tantùm expressa, & reliqua omnia excludat, vt probant per *Text. in Leg. Qui aliena, §. Libertis ff. de negoc. gest., Surd. cons. 404. num. 63., Rota coràm Cels. decis. 382. num. 2., & in Rec. decis. 256. num. 2. par. 16., & decis. 624. num. 16. par. 19., & in Ferrarien. Decimarum 23. Ianuarij 1705. §. Non attenta, coràm bon. mem. Omaña.*

Siquidèm paulò post deductionem supradictarum expensarum, deueniendo dicta Sententia ad prætensionem huius Tertiæ, cubitalitèr hanc præseruat experiendam coràm alio Iudice; quæ sanè præseruatio modificat omnem restrictionem antecedentem ex dictione illa taxatiua = *tantùm* = causatam, & excludit omnem difformitatem, & contradictionem, cùm idem adamussìm dispositum sit in Sententia, quod concessum legitur in *Decisionibus*, absquè necessitate vllius interpretationis, ac declarationis, quæ (quatenùs etiam fuisset necessaria, ex quo non adeò expressè in Sententia præseruatio esset demandata, pròut demandata noscitur in *Decisionibus*) adhùc optimè fieri
10 posset, cùm à præcedentibus *Decisionibus* quælibet Sententia Rotalis declarationem recipiat, ex firmatis per *Rot. coram Emerix Iun. decis. 185. num. 9., & in rec. decis. 349. nu. 12. par. 12., & in Romana Communicationis Bonorum supèr negocio principali 12. Apr. 1709. §. Lenioris, coram R. P. D. meo Aldrouando, & in dicta Romana, seù Albanen. Ferracci §. Et ob id, coram Me.*

Cùm igitùr Sententia contineat adamussìm totum id, quod continent *Decisiones*, in quibus etiam reperitur præcisè apposita eadem dictio = *dumtaxàt*, vt quandò conceditur deductio dictarum expensarum à Decimis, & posteà nihilominùs præseruantur iura supèr Tertia vtrique Parti in alio Iudicio discutienda, per necessariam consequentiam dicendum est, quod in nihilo à *Decisionibus* discre-
11 pet, cùm in terminis etiam valdè debilioribus deberet substineri Sententia, licèt non expressè, sed tacitè, & virtualitèr contineret totum id, quod in *Decisionibus* continebatur, *Rot. in Romana Dotis 6. Iunij 1710. §. Sententia cùm seq. coram R. P. D. meo Aldrouando*: Quinimò satis esset, quod nihil in ea reperiretur *Decisionibus* contrarium, ac
12 repugnans, vt in præcisis terminis præseruationis Iurium factæ in *Decisione*, & posteà in Sententia non expressæ, firmat *Rot. in Ferrarien. Primogenituræ 16. Februarij 1706. §. Enim verò, coram bon. mem. Molines Decano, & in Tudertina transactionis 25. Ianuarij eiusdem anni §. Nec validitas cum seq. coram Eod.*

BARCHINONEN., SEV VRGELLEN. PRÆTENSÆ NVLLITATIS PROFESSIONIS.

Veneris 15. Ianuarij 1700.

ARGVMENTVM.

Subministratio alicuius summæ in causam declarandam decernitur etiam præcipuè à probatione paupertatis, & boni iuris pro arbitrio Iudicis ex peculiaribus facti circumstantijs regulando, Aduersùs Professionem Regularem elapso quinquennio reclamare non

non licet, nisi obtenta restitutione in integrũ. Non quiuis metus irritam reddit Professionem, sed debet esse talis, vt cadat in constantem Virum; & ex quibus prætensa illatio metus excludatur: Ac demùm ex quibus actibus ass. metus censeatur purgatus ad effectum desumendi tacitam ratihabitionem Professionis.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus dimittens proprio marte Habitum suæ Religionis non expectata declaratione prætensæ nullitatis eius Professionis, assimilatur Desertori Militiæ Secularis.*

2 *Subministratio alimentorum, & sumptuum litis petenda est in Causis Rotalibus per Dubium separatum.*

In casu tamèn præsentis Decisionis concessa fuit absquè huiusmodi formali disputatione subministratio certæ summæ in causam declarandam, num.4. & seq.

3 *Præsumptio boni Iuris ad effectum petendi alimenta, & sumptus litis non resultat ex Sententia notoriè nulla.*

5 *Subministratio certæ summæ in causam declarandam loco alimentorum, & sumptuum litis, pendet ab arbitrio Iudicis.*

6 *Subreptio inficit Litteras delegationis, quæ idcircò nullam authoritatem tribuunt Delegato.*

7 *Delegatio Causæ facta cum Clausula* = prò ut de Iure = *non confert Delegato maiorem authoritatem, quàm aliàs ei de Iure competeret.*

8 *Religiosus prætendens annullare suam Professionem post quinquennium non auditur, nisi impetret restitutionem in integrum aduersùs lapsum dicti temporis.*

Amplia, licèt constet de eius extraiudicialibus conquæstionibus, & reclamationibus factis intrà quinquennium, num.12.

Prædictaque restitutio in integrum quandoquè per Papam immediatè conceditur in plena Signatura Gratiæ, num.9.

Et vt plurimùm illius examen remittitur Sac. Congregationi Concilij, & quandoquè etiàm Tribunali Sac. Rotæ prò Voto, num.10. & 11.

13 *Professio per lapsum quinquennij absquè reclamatione præsumitur vel liberè emissa, vel ratihabitione conualidata.*

14 *Minor, qui maior factus intrà quadriennium non allegauit nullitatem Contractus gesti in minori ætate, nequit illum ampliùs impugnare non docto de falsitate causæ, aut læsione.*

15 *Professio Regularis ad sui validitatem requirit consensum omninò liberum.*

Talisque libertas consensus requiritur etiam in quibuscumque Contractibus prophanis, ibid.

16 *Professio Regularis præsumitur emissa cum omnimoda libertate consensus.*

Itàut Religiosus allegans, illam fuisse emissam per metum, aut coactionem, teneatur id plenè, & concludentèr probare, num.17.

18 *Examen Testium factum absquè citatione interesse habentium est nullum.*

Exemplifica in examine Testium deponentium supèr prætensa nullitate Professionis, nu.19. & 51.

20 *Metus ad effectum irritandi Professionem debet probari per actus specificos, adeòut non sufficiat, quod Testes in genere de illo deponant.*

Et actus, ex quibus prætenditur extorta Professio, quales esse debeant, num.21. & 23.

22 *Metus simplicitèr reuerentialis non sufficit ad irritandam Professionem.*

24 *Metus ad effectum irritandi Professionem non probatur ex Testibus deponentibus de auditu ab ipsomet Religioso, qui illam impugnat vtì meticulosè emissam.*

Et de ratione, ibid., & num.25. & 70.

26 *Metus ad effectum annullandi Professionem probari debet illatus vel præcisè de tempore ingressus, aut Professionis, vel pauló anteà*, & num.53.

27 *Probationes suadentes libertatem consensus Profitentis præualent in concursu, velutì habentes prò se Iuris præsumptionem.*

28 *Metus præsumptio excluditur ex hilaritate vultus, cum qua Religiosus Professionem emisit.*

Nec non ex alijs circumstantiis, de quibus ibid., & num.31. 34., & 69.

Itèm excluditur ex probatione mitissimæ indolis illius, à quo prætenditur, metum fuisse incussum, num.30.

Et fortiùs excluditur, si is, à quo allegatur, metum incussum extitisse, erat absens de tempore emissæ Professionis, num.32. & 55.

Idemque est, si prætenso incussori metus nullum resultabat compendium, aut commodum in casu subsecutæ Professionis, num.33.

29 *Probatio probationem non excludit.*

35 *Professio nullitèr emissa quandò censeatur, necnè tacitè ratificata ex actibus subsequentibus*, remissiuè.

36 *Professio meticulosè emissa censetur sufficientèr ratificata ex subsequentibus actibus, de quibus* ibid., & à nu.37. ad 40., & nu.73.

41 *Causæ supèr prætensa nullitate Professionum plerumquè promouentur ex temporali motiuo succedendi in hæreditatibus insperatis.*

42 *Laudatur* D. Blasius Antonius Ferrari *vnus ex Collegio Patronorum Causarum Sac. Palatij Apostolici.*

43 *Iudex delegatus tenetur seruare formam suæ Commissionis, aliàs nullitèr procedit.*

44 *Processus factus inaudito eo, qui iuxtà legem Commissionis audiri debebat, est nullus.*

45 *Clau-*

45 *Clausula* = seruatis seruandis = *æquipollet alteri* = vocatis vocandis.

46 *Clausula* = vocatis vocandis = *importat necessitatem citandi, & audiendi omnes interesse habentes.*

47 *Iudicium vbi reperitur cæptum citatis interesse habentibus, quidquid posteà geritur ipsis non citatis est nullum.*

48 *Professio vbi prætendatur nullitèr emissa, citari debent Consanguinei illius Religiosi, qui allegat nullitatem, cùm sint legitimi contradictores.*

Et ità in hiscè Causis demandare solet Sacra Congregatio Concilij, num.49.

50 *Iudex Subdelegatus nequit alium vlteriori loco subdelegare.*

52 *Matrimonium ad hoc, vt dicatur metu contractum, probatio ass. metus debet percutere tempus proximum antè illius celebrationem.*

56 *Metus incussio redditur inuerisimilis, quotiès agitur de contractu gesto, aut de Professione emissa in magna Ciuitate.*

Et de ratione, ibid.

57 *Testis vocans alium in Contestem nihil probat, si ille vocatus in Contestem deponit contrarium.*

58 *Metus ad effectum irritandi Professionem non probatur ex percussionibus ex alia extrinseca causa factis per Patrem, vel Patruum in personam filij, aut Nepotis paulò antè ingressum in Religionem.*

59 *Subornatio vnius ex Testibus inductis ab vno ex Collitigantibus præsumere facit, quod & alij Testes fuerint paritèr subornati.*

Et iste Testis, qui asserit, se fuisse subornatum, plenè probat contrà subornantem, quamuis sit vnicus, num.60.

61 *Præsumptio militat contrà eum, qui cùm posset plures, eosque idoneos Testes inducere ad probandum suam intentionem, se restrinxit ad vnum, vel duos Testes inhabiles, vel aliàs multiplicem exceptionem patientes.*

62 *Extraiudicialis depositio Testis nullum robur recipit ex illius morte postmodùm subsecuta, si post factam depositionem tamdiù superuixit, vt commodè potuisset formitèr repeti.*

63 *Testes deponentes prò exclusione metus, & consequentèr delicti, præferuntur alijs pro illatione metus deponentibus.*

64 *Testis deponens per verbum* = nescio = *supèr re, de qua interrogatur, nihil probat.*

65 *Depositio Testis non attenditur in his, quæ dixit supèr articulis, sed dumtaxat in his, quæ deposuit sub tortura interrogatoriorum*, & num.66.

67 *Conquestiones aliquandò factæ per Nouitium supèr auersione animi ergà Statum Religiosum nil conferunt ad finem concludendi meticulosum ingressum in Religionem.*

Præsertim, si ex post talis Nouitius quietè, ac pacificè absquè alia vlteriori conquestione solemnem Professionem emisit, num.68.

71 *Metus excluditur ex omissa protestatione saltèm extraiudiciali coràm honestis personis, vbi non dabatur aditus iudicialitèr reclamandi.*

72 *Metus præsumptio cessat, vbi post longum silentium allegatur viuente adhùc eo, qui metum intulisse prætenditur.*

DECISIO CXXII.

NOmen, quod profitendo dederat Bernardus Sac. Hierosolymitanæ Militiæ, reuocare nimiùm properè concupiscens, minùs idcircò consultè, neglectis substantialibus formalitatibus à *Tridentina Synodo* præscriptis in *Sess. 25. cap. 19. de Regular.*, Ocu-
1 lis *Dominorum* specimen potiùs visus est præbuisse Desertoris; vndè post declarationem, vtrinquè Partibus informantibus editam, de nulla, & attentata Militaris habitus dimissione, detrectante adhùc Bernardo ex titulo impotentiæ ad subeundas expensas iudiciales Causam prosequi suæ reclamationis, nequiuit adeò protrahi Iustitiæ per Emanuelem germanum fratrem efflagitatæ complementum, vt hodiè ampliùs valuerim à contumaciali etiam propositione assertæ nullitatis abstinere: quaproptèr *Domini* exuberanti simul, quantumuis æqua benignitate procedentes, certam Bernardo quantitatem ab Emanuele in causam declarandam subministrari iniungentes, insimùl quoquè propositæ dubitationi (non obstante dilatione in scriptis, & anxiè oretenùs per Agentem ipsius Bernardi expetita) respondendo, nullatenùs prorsùs constare de ass. nullitate rescripserunt.

Et quidèm quantumuis de stricta Iuris censura respectu prouisionalis subministra-
2 tionis nulla videretur arbitraria quantitas suppeditanda antè formalem Dubij disputationem, vtrùm huiusmodi alimenta, & sumptus litis in subiecto casu deberentur, quin etiam verendum fortè fuisset, nè præmissa quoquè discussione, & examine eiusdem Dubij respondendum esset negatiuè, ob defectum duplicis requisiti, paupertatis sci-
3 licèt per Bernardum non adhùc iustificatæ, & boni Iuris vsquedùm minimè detecti per Sententiam prolatam ab Ordinario, vtpotè quæ comperta est penitùs inualida *in Decisione* publicata *supèr Attentatis 22. Iun. 1699. ex §. Verùm cum seqq. coram Me* (quæ est inter in Vrbe impressas *in ordine la 99.*) & in his terminis præcisè obseruat *Rota decis. 508. num. 5. & 6. coram clar. mem. Card. Cerro.*

Adùc personarum, & rei circumstantiæ iustè insimùl, & benignè inflexerunt animum *Dominorum*; cùm enim ageretur de
4 admodùm pingui patrimonio, seù Primogenituris Nobilium Domorum de Areny,

& Queralt, quæ, præcisiuè à ligamine Professionis sub Iudice pendentis, ordine naturæ deuolutæ extitissent in Bernardum æuo maiorem, intereàque possidebantur ab Emanuele fratre minore, (vt pro sui indemnitate exponebat Agens Bernardi, Vir cæteròquin probus,) rationabile visum est, & Ecclesiastico, supremoque Tribunali conforme, quod demandaretur leuis subministra-
5 tio scutorum centum, nè remaneret penitùs obstrusum, & suffocatum Os eiusdem Bernardi conclamantis de nullitate, ex illo æquitatiuo arbitrio, quod in materia similium subministrationum Iura reponunt in Indices, & Tribunalia, ex trad. per *Marescott. var. resol. lib.2. cap.83. num.12.*, *Rot. coram Pamphil. decis.736. num.3.*, *& decis.226. num.14. & seqq. coram Card. Cels.*, *& in Anconitana Pecuniaria super Alimentis 7. Iunij 1680. §. fin. coram bo. me. Guaxardo*, & in hiscemet, immò fortè in durioribus terminis, responsum fuit *in dicta decis.508. per tot.* & præcisiùs *num. fin. coram Card. Cerro*, *& in Mediolanen. Nullitatis Professionis 5. Iulij 1690. coram bo. me. Emerix Decano* (inter suas *decis.1003. per tot.*)

Quouerò ad medullam, substantiamque resolutionis, in primis, vt ab initio enunciauimus, impulit *Dominos* in partem rescripti negatiui inobseruatio formæ demandatæ per *Sacrum Concilium Tridentinum d. Sess.25. cap.19. de Regular.*; quià dum Bernardus in precibus ab eo porrectis Congregationi eiusdem Sacri Concilij reticuerat, quod à die solemniter emissæ Professionis longè iàm defluxum esset quinquennium,
6 litteræ delegatoriæ ipsius Sacræ Congregationis in personam Ordinarij, ac Superioris localis super cognitione validitatis, vel inualiditatis Professionis manifestissimo subiacebant vitio subreptionis, nullumque spiritum authoritatis insufilare poterant in Delegatos, perindè acsi non emanassent, ad *Text. in cap. ad aures*, *& in cap. supèr litteris, de rescript.*, *Vizzan. de mandat. Princip. leg.2. num.36. & sequen.*, *Lotther. de re Benef. lib.2. quæst.54. num.9. & seqq.* & signantèr *num.14.*, *Sperell. decis.173. num.52. cum seqq.* cum reliquis notissimis.

Immò de facto absuit ex nuda lectura prædictarum litterarum à mente Eminentissimorum Patrum in prædicta Sac. Congregatione consedentium voluntas dispensandi à prædicta œcumenica sanctione: circumspe-
7 ctè siquidèm de more procedentes, facultatem, quam impartiti sunt, explicitè refrænarunt sub illis Clausulis = *proùt de Iure, & ad formam Sacri Concilij Tridentini*; vndè cùm expresse vetetur *à Sac. Concilio*, quempiam audiri suprà quinquennium à die Professionis emissæ, inefficax procùl dubio remanebat prætensa facultas reclamandi, siuè in vim litterarum Sac. Congregationis, siuè vigore appellationis interpositæ ad no-
8 strum Auditorium, oportet enim, quod reclamare intendens post quinquennij defluxum specialem obtineat à Sancta Sede Commissionem restitutionis in integrum aduersùs eumdem lapsum quinquennij, & aduersùs litteralitèr stabilita in prædicta œcumenica determinatione, sicuti in praxi etiam testantur *Azor. Instit. moral. lib.12. cap.4. quæst.10. vers. postremò*, *Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.7. num.4.*, *& cap.63. num.1. & 2.*, *Fagnan. in cap. Nullus num.27. de Regular.*, *P. Coton. controu. moral. lib.4. contr.4. cap.2. num.71. & seqq.*, *Pignatell. consult. Canon. tom.3. consult.37. num.2. & num.5. & 6.*, *Rot. decis.3. num.16. & seq. post Tamburin. de Iur. Abbatiss.* aliàs *decis.39. nu.21. & 22. coram Carill.*, *& in Placentina Nullitatis Professionis 31. Martij 1656. §. Quod autèm, coram b.m. Albergato.*

Diximus, à Sancta Sede; quià cùm totum pendeat à dispensatiua potestate Summi Pontificis, eiusque Sanctæ Sedis, varia possunt
9 esse media, per quæ idem Pontifex, vel absolutè in integrum restituat, vel deleget cognitionem concedendæ ipsius restitutionis: aliquandò enim ipsemet personalitèr assistens Signaturæ, quam nuncupant *Gratiæ*,
10 huiusmodi commissionem propria manu subsignat; quandòque etiam, præuio Oraculo eiusdem Sacræ Congregationis Concilij, Breuia delegatoria impartitur, ac etiam aliquandò vel mediante rescripto particulari Votum prædictæ Congregationis exquirit, vel pro sui libito consulit *Rotam*, absquè eo,
11 quod citrà talem dispensationem, siuè restitutionem mediatè, vel immediatè ab ipso sempèr Summo Pontifice deriuantem, valeant eædem reclamationes quinquennio expirato apùd vllum Iudicem, Superiorem, vel Tribunal audiri, vt prosequuntur *Barbos. de Offic. & potest. Episcop. par.3. alleg.104. sub num.18.*, *Nouar. in Lucern. Regular. verb. Professio num.31.*, *Corrad. in prax. dispens. lib.5. cap.14. sub num.11. vers. quinimò, & num.16. & 17.*, *Portell. de dub. Regular. verbo Professio num.45. vers. circà quod*, *Antonell. de regim. Eccles. lib.7. cap.11. num.2. in fin.*, *Card. de Luca lib.14. in Annot. ad Sac. Concil. Tridentin. disc.41. num.5. & 6.*, *Rot. decis.514. sub princ. par.18.* & respectu nostri Ordinis liquet ex *decis.178. sub princ. coram Carill.*, *& in Aquen. restitutionis in integrum 25. Iunij 1696. coram bo. me. Emerix*, (*inter eius impress. decis.1356.*) & frequentèr in alijs.

Idque adeò verum, vt ad finem præcisæ necessitatis adeundi Sanctissimum pro impetranda specialissima in integrum restitutione exuberet nudum, & simplex, & (vt ità dicamus) materiale silentium per inter-

ual-

12 uallum quinque annorum, absquè externa, & iudiciali expressa reclamatione, minimè in hoc regularitèr attentis priuatis quærimonijs, seù protestationibus, ità explicitè sanciente *Sac. Conc. Trid. d. Sess.25. de Regular. cap.19.* ibi: *Nisi intrà quinquennium tantùm à die Professionis &c. causas, quas prætenderit, deduxerit coràm Superiore suo, & Ordinario*, quemadmodùm quoquè annotarunt *Bordon. de Profess. cap.7. quæst.4.*, *Pignatell. consult. Canon. tom.9. consult.176. num.6.*, *Sperell. decis.79. num.54.*, *Panimoll. decis.29. num.42.*, *Rota coram Carill. decis.178. sub num.35.*

Eaque est ratio, quià quotiès Regularem, seù Militarem habitum assumens sine vlla iudiciali conquæstione perseuerat in Cingu-
13 lo, siuè habitu suscepto, tuncque vel absolutè præsumitur ab initio liberam iniuisse Professionem, vel si quæ potuit intercedere nullitas, censetur ex ipsa perseuerantia de nouo spontè medicata, sanata, & ratificata, vt pleniùs apud omnes suprà allegatos; ad
14 instar eorum, quæ habemus in Ciuilibus, si quis in minori ætate contraxerit, posteàque maior factus per quadriennium tacuerit, eo sanè casu nequeat ampliùs absque alia iustificatione causæ, vel læsionis à contractu tacitè ratificato resilire, vt in *leg. 1., & 2. Cod. si maior fact. rat. hab.*, *Modern. Perusin. de contract. Minor. gloss.15. §.4. num.3. & seqq.*, *Rota decis.535. num 6. coram Merlin.*, *& decis.75. num.19. post Vrceol. de Transact.*

Atque hæc sufficere dubio procùl in præsenti valuissent ad arcendam Bernardi prætensionem; Sed nihilominùs, quià præcesserat (quantumuis nullitèr, & inualidè) Sententia quædam Ordinarij declarantis irritam Professionem, *Domini*, licèt in contumaciam eiusdem Bernardi, degustantes merita appellationis, Actorumque præcedentis Instantiæ, compræhenderunt, penitùs fore insubsistentia motiua obiectæ nullitatis, quæ solùm ad deficientiam consensus ex capite vis, & metus reducebatur: Nàm etsi in hoc proposito legitimandæ Professionis non attendatur moralis illa propositio, quod
15 etiam coacta voluntas, voluntas sit, sed effectiuè exigatur omnimoda in assentiendo libertas, ac plenaria profitendi voluntas, pròut in quocumque alio contractu, siuè iuris naturalis, siuè Canonici, siuè Ciuilis, iuxtà *Text.* in materia Capitalem *in cap.1. de Regular.*, *Noal consi.28.*, *Spad. consi.96. lib.3.*, *Caren. resolut.81.*, *Rota coram Dunozzett. Iun. decis.930.*, *Royas decis.491.*, *Arguell. decis.9.*, *& decis.211. par.13. Recent.* vbiquè *per tot.*

Nihilominùs cùm præsumptio semper ma-
16 neat ex parte validitatis contractus, & libertatis respectiuè, non omnis allegatio, ac coniecturata suspicio metus importat infra-
17 ctionem eiusdem contractus, sed probationes debent esse plenissimæ, ac concludentissimæ, ex vbere manu relatis per *Sperell. dicta decis.79. num.37. & seqq.*, *Rot. coram Buratt. decis.623. num.2. & seqq.*, *Rembold. decis.458. num.6.*, *& coram Card. Cerro decis.285. num.1. & sequen., & num.7.*, *& in Recent. decis.154. num.2. cum seqq. par.14.*, *& in Taurinen. Professionis coram clar. mem. Card. Vicecomite impress. decis.514. num.21. par.18.*, & confirmata *sub die 20. Februarij 1679. §.1. coram bon: mem: Emerix (inter suas decis.402. num.1.)*

Huiuscemodi autèm minimè conuincebantur esse probationes adductæ per Bernardum coràm Iudicibus prioris Instantiæ; Totæ namquè radicabantur in quibusdam Testibus de ass. violentia, & metu obloquentibus: Verùm ad abundantiam quoquè posthabita nullitate depositionis eorumdem Testium ob omissam citationem Procurato-
18 ris Fiscalis Sac. Religionis Hierosolymitanæ, aliorumque desupèr interesse habentium, sicuti in quolibet examine desideratur, ad *Text. in l. Si quandò §.1. in fine*, *ibiquè gloss. verb. noluerint, Cod. de Testibus*, *& in cap.2. ibiquè DD. omnes, eod. tit. in Decretal.*, *Rota decis.160. num.15. coram san: mem: Alex. VIII.*, *& in Vicen. Canonicatus 30. Ianuarij 1690. §. Demùm, coram bo: me: Emerix* (quæ est *la 944. num.6.*), &
19 in hoc ipso casu, seù proposito respondit *eadem Rota decis.516. num.6. par.5. Recent.*, *& dicta decis.514. num.1. par.18.* confirmata vt suprà *20. Februarij 1679. §. Tùm etiam quià, coram prælaudato bo: me: Emerix (dicta decis.402. num.8.)*

Statim ex lectura earumdem Testificationum effulsit, nihil illas concludere ad probationem effectiui metus, aut incussæ violentiæ; primò namquè prædicti Testes ab-
20 stractiuè quodammodò immorabantur in nimiùm generali potiùs suppositione incussionis eiusdem metus prò parte Francisci Aui ipsius Bernardi, absquè eo, quod vllibi descenderent ad aliquam specificationem huius, vel alterius violentiæ verbo, aut factis illatæ, proindequè deficiebant in neces-
21 sarijs, cùm ad hunc effectum exposcantur tales demonstrationes, quæ rationabili trepidatione Cor occupantes, veluti per vim euellant ab ipso Corde, non autèm à suprema parte mentis assensum, ad litteram *Text. in l. Interpositas, Cod. de transact.*, cum qua sæpiùs processit *Rota*, & signantèr *d. dec.516. num.17. par.5.*, *d. decis.154. num.4. par.14.*, *dicta decis.514. num.21. par.18.*, *& dicta decis.285. num.1. coram Card. Cerro.*

Et quidèm satis non est ad infringendam Professionem solemnitèr in manibus legitimi Superioris expletam quælibet externa tre-

trepidationis apparentia, cùm vel ad pudo-
22 rem, animique conflictum, vel etiam quandòque ad illum improprium metum cuiusdam obsequialis tantummodò reuerentiæ ergà ipsos Superiores, vel etiam Consanguineos veniat referenda, vt pulchrè notant *P. Moron. respons.73. num.10., & seqq., Sanchez de Matrim. lib.4. disput.6. num.18., Guttier. eodem tract. cap.44. num.44., Sperell. dicta decis.79. num.62., Adden. ad Buratt. decis.628. num.9., Rot. coram Gregor. decis.120. num.22., & coram Merlin. dec.120.*
23 *num.2.* itaùt requirantur disiunctiuè saltèm interuentus trucium minarum, asperi tractatus, quodque metum incutiens existat prædictus sęuitiâ, ac cæteròquin solitus exequi minas, quemadmodùm vltrà relatos obseruant *Coninch. de Sacram. tit. de Matrim. met. contract. disput.28. dub.2. num.23., Donat. in prax. Regul. tom.2. tract.11. quæst.10. ex num.5. vsquè ad fin., Sperell. dicta decis.79. num.43., & decis.108. num.15. & seqq., Rot. in Tullen. Matrimonij coram bon: mem: Albergato impress. apud Tondut, quæst. Benef. par.3. cap.154. num.53., & seqq.* & priùs *coram Merlin. decis.23. num.7., & dec.516. num.18. par.5. recent., & in Neapolitana Matrimonij 2. Aprilis 1683. §. Quoniàm, coram bo: me: Guaxardo.*

Secundò addebatur, quod, quidquid etiam circà huiusmodi metum deponere videbantur ijdem Testes, totum procedebat ex ore Bernardi, siuè de simplici auditu ab eo-
24 dem Bernardo; quapropter, sicuti ipsimet Bernardo tamquàm ad proprium commodum deponenti nulla fides adhiberi potuisset, ad punctualitèr tradita per *Lezan. oper. moral. tom.4. consult.55. num.23. & 24.* Ità nec tribui valebat memoratis Testibus à Bernardi ore, siuè suppositione pendentibus,
25 nè pluris (vt dicitur) efficaciæ concedatur copiæ, quàm Originali, ex generalitèr animaduersis per *Crauett. cons.112. num.13., Rot. coram Buratt. decis.323. num.18.,* in *Calaritana Pensionis 21. Februarij 1698. §. Minùs obstante, coram R. P. D. meo Muto, & in Terracinen. Donationis 22. Iunij 1699. §. Minorem verò in fin. coram R. P. D. meo de la Tremoille,* & in subiecta speciali materia *Franc. Palm. consult.14. num.8., Sperell. dicta decis.79. sub num.46. vers. ex his itaquè, Rot. coram Rembold. decis.458. num.2., & coram Card. Cerr. dicta decis.285. num.6., & in Rec. decis.666. num.4. par.4. par.4., & in præcitata Taurinen. Professionis impress. par.18. Recen. d. decis.514. num.14.,* & in eius confirmatoria *20. Februar. 1679. §. Tertius, coram bo: me: Emerix (dicta decis.402. num.4.)*

Tertiò paritèr dilucidè apparebat, quod prædicti Testes neque tempus assumpti Habitus, neque alterum emissæ Professionis obtingebant; ac proptereà eorumdem Testium assertiones, etiam quandò de facto, aut visu proprio loquerentur, parùm, immò nihil opitulabantur ad effectum euincendi pręsumptam (vt suprà) mentis libertatem,
26 ipsiusque Professionis validitatem, quià minæ, mali tractatus, cæteræque species violentiæ metum inuoluentes, alterutrum tempus vel præcisè, vel de proximo ferire debent, iuxtà perpensa per *Ramon. cons.96. num.20. & seqq., ibiquè modern. Forolivien. in annot. cap.3. per tot., Francisc. Stephan. dec. Aquen.5. num.5. & 6., Censal. dec. Lucen.8. ex 22. cum pluribus seqq., Rot decis.266. num.3. par.18., & in Æsina fructuum extradotalium 17. Iunij 1678. §. Sicuti nequè probatur, coram clar: me: Card. Vicecomite,* & magis in specie *eadem Rot. dicta decis.458. num.6. coram Rembold., & in Recent. dicta decis.516. num.19. par 5., dec.334. num.12. par.11., & dicta decis.514. num.6. & 7. & num.15., & 16. par.18.* confirmata vt suprà *coram Emerix Iun. (dicta dec.402. num.5.)*

Quartò tandèm etiam in casu, quo aliquam adhùc fidem sibi prędicti Testes promererentur, agnitum fuit, illam penitùs labefactari ex oppositis circumstantijs, Testibus, & coniecturis fugantibus omnem nebulam, & suppositionem cuiuslibet vel incussi timoris, vel inflictæ violentię, adeòque
27 præualidè, vt, veluti iuridicę pręsumptionis assistentiam habentes, essent in omnem casum pręferendæ, ex ijs, quę annotantur per *Rot. coram Pamphil. decis.13. num.8., & coram Peutinger. decis.434. num.9., & in Burgen. Iuris deputandi Curatum 26. Nouembris 1685. §. His omnibus, coram bo: me: Benincasa, (decis.55. num.3. inter impressi. coram eodem)*

Prò parte siquidèm Emanuelis in opposi-
28 tum afferebantur Testes de visu affirmantes, Bernardum hilari animo Habitum, siuè Cingulum S. Religionis Hierosolymitanę assumpsisse, quin etiam præcedentèr ipsū exarsisse desiderio pręueniendi ętatem capacem prò nanciscenda Ordinis antiauitate, quodque Franciscus eiusdem Bernardi Auus, & à quo pretendebantur prosilijsse violentię, tàm longè aberat à sęuitia, vt potiùs temperamento mitissimo ditaretur; vn-
29 dè si vmquàm probatio (vt dici solet) probationem non excludit, ad *Text. in l.1. ff. de restit. in integr.* cum concordantibus per *Barbos. axiom.191. num.5.* is videbatur ca-
30 sus de diametro positiuè immunis ab omni vi, & metu, prout ad rem ponderarunt adducti per *Sperell. dicta decis.79. sub num.63. vers. cæterùm, & seq., Rot. decis.391. n.35. & dicta decis.334. sub num.12. vers. ille verò, & num.13. par.11., decis.490. sub nu.3. vers. deponunt enim, & num.4. & 5., & di-*

cta

sta decis.514. num.9. part.18., confirmata 20. Februarij 1679. §. Siquidèm, coram bo: me: Emerix (dicta decis.402. num.2.) & in dicta Neapolitana Matrimonij 2. Aprilis 1683. §. Etenim, coram bo: me: Guaxardo.

Faciliùs verò, quoniàm etsi idem Franciscus enixè concupisceret, Nepotem in Patria profiteri, ideòque obtulisset desupèr opportunam reportare dispensationem, & ex alia parte Commendatarius Gort, cui Eminentissimus Magnus Magister delegauerat facultatem recipiendi Professionem Bernardi, producere desideraret ad duos
31 vltrà dies actum Professionis, nihilominùs flagrans Bernardus dilationi abnuit, & contrà desiderium Aui Melitæ professus est, ipso Auo moram in Patria trahente; quantùm autem hæ probationes, & circumstantię metum, & violentiam excluderent, ad
32 oculum palpabatur, cùm sola longinguitas à conspectu illorum, qui metum intundere valebant, vel impedire, nè de eodem metu Profitendus protestaretur, magnoperè deseruiat ad quemlibet timorem, & vim eliminandam, Teste *Sperell. dicta decis.179. sub num.55. vers. tertia in fine, Rot. coram Rembold. dicta decis.458. sub num.3. vers. quinimò, & coràm Peutinger. decis.32., ex n.8. vsquè ad 12., & in Rec. dicta decis.516. n.19. & 20. par.5., & decis.154. num.7., & 8. par.14., & in dicta Taurinen. Professionis decis.514. num.18. par.18., & in eius confirmatoria 20. Februarij 1679. §. fin. coram bo: me: Emerix, (dicta decis.402. num.10.)*

Concurrebat in idem alia non minùs solida circumstantia, quod dę tempore initæ Professionis nulla suppetebat ratio, quarè Franciscus Auus patrare debuisset huiusmodi facinus, extorquendi nimirùm à Nepote etiam inuito Professionem, quià tunc superextabat Frater Bernardi natu maior, & ad quem vniuersa Bona Primogenialia vtriusque memoratæ Familię semper deuolue bantur, siuè Bernardus profiteretur, siuè
33 non; cessante etenim commodo, vel interesse nusquàm cogitari potest metus illatus, vt ait *Card. de Luca de Regular. disc.41. sub num.20., Rot. coram Dunozett. Iun. dec.385. num.11., & in Romana fideicommissi 28. Ianuarij 1686. §. Læsio autèm, coram bon: mem: Vrsino.*

Quid plùs? dum, prætèr hæc negatiua, & respectiuè affirmatiua documenta liberi consensus, superaccedebant ipsissimæ Epistolæ à Bernardo transmissæ tàm antè, quàm post
34 Professionem Francisco illius Auo: In illis etenim præcedentèr exprimebat vehemens animi sui Votum profitendi, ac deincèps nuncium dans expletæ Professionis plurimas grates refusit ergà Auum, à quo suprà cætera beneficia etiàm exponebat istud completæ Professionis; has autèm Epistolas tamquàm propriam, & innegabilem confessionem, reique veritatem pandentes, plurimi fecit in his præcisis terminis *Rot. coram Peutinger. dicta decis.32. sub num.5. vers. ver um* & concordat *dicta decis.334. nu.13. par.11., & in Cracouien. Matrimonij super Remissoria 21. Aprilis 1698. §. Maximè quià, coram R.P.D. meo Priolo.*

Nequè per speciem supererogationis deficiebant plurimi actus vsquè ad limen hodiernæ propositionis Causæ protendentes, & ex quibus, quatenùs oportuisset, emer-
35 gebat etiam superabundans ratificatio; quoniàm etsi, positâ ignorantiâ nullitatum, corruere valeat in suis casibus efficacia quandòque prętensæ ratificationis elicitæ ex actibus subsecutis, ad terminos distinctionis consideratæ in illa celebri *Mediolanen. nullitatis Professionis 3. Martij 1690. ex §. Non obstat igitùr, vsquè ad §. Cæterùm, confirmata 26. Iunij eiusdem anni §. Nec rursùs, coram bo: me: Emerix (intèr suas decis.952. & 983.)*

Attamèn cùm non posset Bernardus ignorare nullitatem, si qua adfuisset, ex quo nullitas ipsa profluebat ex ass. inflictionibus metus, & violentiæ ab eo (vt prætenditur) propalatis antè eiusdem emissionem Profes-
36 sionis, vel paulò post, vtiquè fortes assurgebant actus positiuæ ratificationis; exegit namquè ab ipsa S. Religione à die celebratæ Professionis, vsquè ad alteram adeptæ Pensionis, illa Sacra militaria stipendia, quæ nuncupant *la Soldea*; Equitem professum
37 se enunciauit penès acta Iudicialia Regiæ Audientię Barchinonensis in lite promota contrà Emanuelem supèr Primogeniturís,
38 ac fideicommissis Maiorum; suffragium effectiuum præstitit electioni Magni Magistri de Vignacourt; reportauit paritèr à Ma-
39 gno Magistro licentiam testandi, quâ non indiguisset, nisi tamquàm validè professus:
40 Ac deniquè reseruari sibi curauit, & obtinuit Pensionem super quadam Commenda, eamque successiuè resignauit fauore Commendatarij de Saiol, qui vnâ cum Vicario Capitulari præcitatam Sententiam nullitèr prò Bernardo in Partibus pronunciauerat; ex quibus sanè omnibus actibus, siuè seorsim, siuè iunctim ponderatis, superaccessisse etiam ex abundanti plenam ratificationem, vno ore concludunt *Sped. cons.94. num.2. lib.3., Sanctarell. var. resol. quæst.48. num.51. cum seqq., Lezan. oper. moral. tom.4. consult.55. à n.28. ad 35. Rot. dicta decis.516. num. 21. & 22. par.5. Rec., & decis.370. num. 10. par.9., & coram Merlin. decis.1. num.8. cum seqq.,* & signantèr *num.14., Peutinger. dicta decis.32. ex num.14. vsque ad 17. Carill. decis.39. num.4. & seqq., & coram Priolo decis.194. num.6.*

Atquè ità in prætensa dissolutione huius quo-

41 quodammodò Spiritualis Coniugij, à vacatione Primogeniorum per præmaturum obitum fratris afs. nullitatem potiùs prouenire, & sic à Dote sagittas, *Domini* repu-tantes resoluerunt, alterâ tantùm &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

IN consimili casu afs. nullitatis Professionis, veluti per vim, & metum (vt prætendebatur) extortæ, scripsi in primis annis suscepti muneris Aduocationis coràm Sacra
42 Congregatione Concilij vnâ cum D. Blasio Antonio Ferrari, Curiali notæ integritatis, & doctrinæ, quiuè, dum hæc reuideo, reperitur meritò cooptatus in Almo Collegio Patronorum Causarum Sac. Palatij Apostolici; vndè iuuat per extensum ponere Restrictum Facti, & Iuris desupèr exaratum ad instantiam Ven. Conuentus RR. PP. Ordinis Eremitarum S. Augustini Ciuitatis Ianuæ, ac honesti Viri *D. Alexandri de Iudicibus* de Oppido *Tobiaghi* Mediolanen Diœcesis, illi adhærentis; cuius tenor ità se habebat.

Ianuen. prætensæ restitutionis in integrum.

Stantibus &c.

Dub. = *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.*

Eme, & Rme Domine. Diuino Spiritu ductus vsquè de Anno 1681. P. Carolus Maria, in Sæculo *Ioannes de Iudicibus* nuncupatus, de Oppido Tobiaghi Mediolanen. Diœcesis, cupiens Altissimo famulari Habitum suscepit in Conuentu Ordinis Eremitarum S. Augustini Ciuitatis Ianuæ, ibiquè expleto probationis Anno solemnem Professionem emisit.

Abindè autèm citrà, & signantèr intrà quinquennij decursum, dictus P. Carolus Maria tenacem propositi voluntatem verbo, & opere patefecit; Verbo siquidèm, quià tàm per Epistolas suis Consanguineis per eum conscriptas, quàm publicè, & palàm magnificabat Deum, eò quod sibi cælitùs inspirauerat, vt faceret voluntatem suam; Opere verò, quià non solùm ad gradum Lectoris, Baccalauri, ac Vice-Prioris extolli iugitèr obtinuit, sed etiàm ad Sacros Ordines sub assueto Religiosæ paupertatis titulo promoueri curauit.

Post hæc omnia, & (quod notabilius est) post diutinum interuallum viginti, & vltrà Annorum idem P. Carolus Maria Aduersarius diuerso spiritu motus vanam excitauit prætensionem impugnandi validitatem suæ Professionis, tamquàm emissæ per vim, & metum, ad quem effectum supplicauit SS. D. Nostro felicitèr regnanti prò obtinenda restitutione in integrum aduersùs lapsum quinquennij: Cùmque Sanctitati Suę placuerit instantiam de more remittere huic Sacro, excelsoque Senatui, hinc Pars aduersa, nemine citato, obtinuit ab EE. PP. subdelegari in Iudicem Rmum Archiepiscopum Ianuen., qui licèt præfinitas haberet facultates, audiendi nimirùm Superiorem localem super expositis ab Aduersario; ac recipiendi formitèr, ac ser. ser. probationes per eumdem Aduersarium inducendas, nihilominùs idem Rmus Delegatus spretâ formâ sibi præscriptâ deuenit ad compilationem Processus, nullâ seruatâ telâ iudiciariâ, nec auditis interesse habentibus (vt infrà demonstrabitur); Quamobrèm cùm in hodierna Congregatione disputari contingat præinsertum Dubium, credimus, & speramus, illud fore *negatiuè* resoluendum, proùt etiam humillimè deprecamur.

Necessitas quippè ità rescribendi promanat non minùs ex multiplici patentissima nullitate, quàm ex omnimoda inefficacia, ac irreleuantia probationum exaduersò desupèr adductarum: Incipiendo etenim à nullitatibus occurrit priori loco animaduersio, quod quamuis præcitatus Iudex ex lege subdelegationis teneretur audire Superiorem localem Religionis super veritate, aut insubsistentia expositorum in precibus per Patrem Aduersarium Sanctissimo porrectis; Attamen neglexit penitùs illum nedùm audire, sed etiam ad Iura sua deducendum saltèm extraiudicialitèr commouere, quod
43 sanè influit in nullitatem totius Processus, vtpotè constructi contrà formam subdelegationis ad vnguem, & inuiolabilitèr seruandam, ad *Text. in cap. cùm dilecta, de rescript.*, *Fælin. in cap. cùm sit num. 15. de appell.*, *Corrad. in prax. Dispens. lib. 8. cap. 6. num. 21. & num. 55.*, *Episc. de Rosa de Exec. Litt. Apost. par. 2. cap. 6. num. 9.*, *Pignatell. Consult. Canon. tom. 2. consult. 26. num. 30.*, *Rot. coram Vbald. decis. 432. num. 1.*, & magis punctualitèr ad terminos casus nostri in *decis. 516. num. 10. par. 5. Rec.*

Potissimè, quià Sacra hæc Congregatio per verba ablatiui absoluti præceperat audiri Superiorem Conuentus, in quo Pars aduersa Professionem emiserat, vt ibi = *Audi-*
44 *to Superiore locali*, in quibus terminis corruit quidquid gestum fuit inaudito eo, qui ex præscripto subdelegationis vocari debebat, vt in proposito verborum *vocatis proximioribus* = dixit *Rot. decis. 52. num. 17. apud Posth. de subhast.* aliàs *cor. Cocciu. dec. 1238. num. 15.*, *& coram Bich. decis. 408. num. 2.* vbi in terminis Clausulæ = *vocato dicto Iosepho* = inquit, quod vti concepta per ablatiuum absolutum importat conditionem, & formam, quâ non impletâ Processus est nullus.

Huic nullitati superaccedit altera non
dissi-

dissimilis, ac de cætero magis releuans, magisque substantialis, quià tametsi in litteris subdelegationis adiecta fuerit lex reci-
45 piendi *seruatis seruandis* probationes in oppositum inducendas, præmissaque Clausula
46 tamquàm æquipollens alteri = *vocatis vocandis* = præseferret necessitatem citandi, & audiendi omnes interesse habentes, teste *Barbos. de Clausul. vsufrequen. Clausul.*185. *num.*2. *&* 3., *Burgnin. decis.*46. *num.*415. *par.*1., *Rot. decis.*209. *num.*3. *par.*4. *diuers.*, *& coram Duran. decis.*238. *num.*6., *& in Rec. decis.*94. *num.*49. *par.*7.; Adhùc postquàm contestata fuerat lis cum D. Alexandro de Iudicibus vno ex nostris Principalibus, præfatus Reuerendiss. Archiepiscopus ad instantiam Partis Aduersæ eumdem D. Alexandrum à limine Iudicij reiecit, quod certè fieri non poterat citrà labem nullitatis, nedùm quià vbi (pròut in subiecta hypothesi) D. Alexander Principalis
47 fuerat iam in Causa citatus, ac pluriès, auditus, non poterat successiuè reijci à limine Iudicij, dum iam effectus fuerat legitimus contradictor, & vti talis vsquè ad complementum Processus citari debebat, ad tradita per *Falin. in cap. cùm intèr sub num.*11. *vers. vndè generalitèr*, *de except.*, *Surd. cons.*114. *num.*3., *Argel. de legit. contrad. quæst.*3. *art.*1. *num.*19. *& seqq.*, benè *Rot. decis.*572. *num.*4. *coram Emerix Iun.*

Verùm etiam, quià dum agebatur de examinandis Testibus per R. Aduersarium inductis ad finem probandi ass. metum sibi (vt perperàm prætenditur) à prælaudato D. Alexandro incussum antè ingressum in Religionem, omnis æqui, boniquе ratio suadebat, quod audiretur ipse D. Alexander ad hoc, vt posset opportuna parare interrogatoria, necnon allegare exceptiones contrà Testes, ac demùm cumulare proba-
48 tiones ass. metus exclusiuas; non enim in dubium cadere potest, quin etiam ad terminos Iuris communis in huiusmodi controuersijs Consanguinei censeantur legitimi contradictores prò sustinenda validitate Professionis, quæ ex quocumque capite nulla prætendatur, ex plenè deductis per *Andreol. contr.*301. *num.*11. *cum duobus seqq.*, *Panimoll. decis.*29. *annot.*2. *num.*12. *&* 13., *Rot. in vna Ianuen. Professionis decis.*370. *n.*4. *cum duobus seqq. par.*9. *Rec.*, *& decis.*514. *per tot.*, & præcipuè *num.*5. *par.*18., *& in Placentina nullitatis Professionis* 31. *Martij* 1656. §. *Concurrit prætereà*, *coram Albergato*, quæ extat apud nos manuscripta;
49 & concordat notoria praxis, & stylus huius Sacræ Congregationis, quæ signantèr in vna *Bononien. restitutionis in integrum* 10. *Ianuarij* 1697. dilata resolutione Causæ rescripsit, vt citaretur Frater Religiosi allegantis nullitatem suæ Professionis tamquàm emissæ ob ass. vim, & metum sibi ab eius Consanguineis illatum; & idipsum in eisdem terminis rescriptum fuit in *Adiacen. restitutionis in integrum* 16. *Maij* 1699. per hæc præcisa verba = *Dilata, & conficiatur Processus coràm Ordinario citatis interesse habentibus*.

Insupèr vltrà recensitas nullitates enumeratur tertia non minùs substantialis resultans ex eo, quod totiès memoratus Iudex Subdelegatus voluit in Loco *Spetiæ*, necnon etiam in Ciuitate *Mediolani* subdelegare alios Iudices, coràm quibus Pars Aduersa absquè vllo Contradictore festinantèr curauit examinari nonnullos Testes; quod quidèm fieri non potuit absquè manifesto vitio nullitatis, ex notissima propositione, quod
50 Subdelegatus nequit alium vlteriori loco subdelegare, vt per *Garz. de Benef. par.*5. *cap.*1. *num.*358. vbi plures refert concord.

Hæc itaquè superabundarent prò denegаnda exaduersò petita in integrum restitutione, aut saltèm prò decernenda subdelegatione alterius Iudicis, qui ser. ser. recipiat nouas hinc indè probationes, quià
51 cùm agatur de rescindenda Professione tamquàm per vim, & metum emissa, speciale est in hac materia, quod vis, & metus neutiquàm iustificetur per Testes sinè citatione Partis interessatæ, & sic nullitèr examinatos, vt prò regula tradit *Pignatell. Consult.*181. *num.*10. *vers. certa enim tom.*9. & passim respondit *Rot. decis.*343. *num.*15. *par.*6., *decis.*301. *num.*14. *&* 15. *par.*11., *& dicta decis.*514. *num.*1. *par.*18. confirmata *coram Emerix Iun. decis.*402. *num.*8., *& in Barchinonen., seù Vrgellen. prætensæ nullitatis Professionis* 15. *Ianuarij* 1700. §. *Huiuscemodi autèm*, *coram R.P.D. meo Ansaldo*.

Cęterùm quatenùs etiam per meram hypothesim Processus transmissus ab Ordinario Ianuen. nullâ ex prætactis nullitatibus laboraret, adhùc contraria Instantia *negatiuè* (vt præmisimus) foret resoluenda: Ad hunc autèm effectum non omittimus pręliminaritèr exponere, quod tria, quæ probare tentauit P. Carolus Maria Aduersarius ad finem assequendi prętensam restitutionem in integrum, non fuerunt vllo modo iustificata.

Non etenim probauit primum, & principale assumptum consistens in metu sibi (vt prętenditur) per D. Alexandrum eius Patruum, & Principalem nostrum incusso antè ingressum in Religionem; Quià tametsi desupèr induxerit quatuor Testes, quorum tres tantùm formitèr modò superiùs enunciato examinari curauit, attamen duo ex illis, qui sunt *Hieronymus Riboldus*, *& Io: Baptista Moltenus*, ass. vim, & metum nequàquam concludunt.

Quoniàm prætèr personales exceptiones con-

consanguinitatis, nimiæ affectationis, ac inuerisimilitudinis, quas ambo prędicti Testes patiuntur, vt notatur in Restrictu eorumdem Testium exaduersò inductorum ad partes dato; ex triplici potissimùm capite illorum dicta non merentur attendi, primò
52 scilicèt, quià eorum neuter deponit de minis, aut violentijs illatis de tempore proximo antè ingressum, aut Professionem, pròut indubitantèr requiritur ad effectum infringendi quemcumque actum, qui prætendatur meticulosè extortus, pròut in fraternizantibus terminis Matrimonij temporalis firmauit *Rot. decis.600. num.2. par.4. Rec.*, *decis. 301. num.28.*, *& decis.334. num.12. par.11.*, &(longè post hęc scripta) in *Lucceorien. Matrimonij* 10 *Ianuarij* 1727. *§. Vel quatenùs*, *coram R. P. D.*
53 *Calcagnino*, & in puncto Professionis Regularis per *Text. in cap. dudùm propè fin.*, *vbi gloss. verb. tempore, de conuers. Coning.* confirmant *Petr. Enriquez consf.61. sub num.14. & sub num.15. vers. quartò quià*, *P. Moron, respons.73. num.10.* vbi ampliùs subnectit,
54 non esse bonam illationem, *metu ingressus est Religionem, ergò etiam metu Professionem emisit*, sed probatio metus debet percutere tempus Professionis, *Pignatell. dicta consult.181. num.14. & num.34. to.9.*, *Rot. dicta decis.514. num.6. & 7. par.18.*, & in eadem Causa *decis.402. num.5. coram Emerix Iun.* cum alijs plenissimè congestis *in dicta Barchinonen.*, *seù Vrgellen. prætensæ nullitatis Professionis 15. Ianuarij* 1700. *§. Tertiò paritèr*, *coram R. P. D. Ansaldo*.

Secundò, quià nemo ex præfatis duobus Testibus dicere ausus est, (pròut asserere non poterant,) quod D. Alexander Principalis fuerit pręsens in Ciuitate Ianuę de tempore ingressus, vel Professionis Reu. Aduersarij, quià reuerà idem D. Principalis de vtroque tempore moram trahebat in Terra *Tobiaghi* sub Ditione Mediolanensi: Ac propterea ex hoc solo fundamento elisa remanet probatio ass. metus, quam Pars Aduersa deducere satagit ex depositione di-
55 ctorum Testium, non enim allegabilis est coactio, trepidatio, aut violentia in actibus, aut contractibus gestis absente eo, qui metum intulisse pretenditur, quemadmodùm vltrà generalitèr tradita per *Petr. de Luna inter cons. diuers. Sicul. Illustr. cons.46. n.21.*, *Francisc. Palm. consult.14. num.17.*, *Vincent. de Franch. decis.119. sub num.11. vers. vndè videbatur*, *Censal. decis. Lucen.8. n.67.*, *Rot. decis.26. sub num.10. vers. & omnis*, *par.15. Recent.* ponderat in subiecta hypothesi Monasticæ Professionis *Pignatell. dicta consult.181. num.8. tom.9.* & comprobat *Rot. coram Rembold. decis.458. sub num.3. vers. quinimò*, *& coràm Peutinger. decis.32. nu.8. cum seqq.*, *& in Rec. decis.516. sub nu.19. vers. neque deponunt*, *par.5.*, *& dicta decis.514. n.18. par.18.* confirmata vt suprà *coram Emerix Iun. dec.402. n.10.*, & in prææallegata *Barchinonen.*, *seù Vrgellen. prætensæ nullitatis Professionis 15. Ianuarij* 1700. *§. Faciliùs verò, coram R. P. D. Ansaldo*.

Fortiùs verò, quià agitur de Professione emissa non iam in aliquo paruo Oppido, vbi timeri posset Patrui, vel eius amicorum
56 præpotentia, sed in magna, ac libera Ciuitate, in qua resident Serenissimus Dux, Reuerendiss. Archiepiscopus, cęterique Supremi Magistratus, ad quos facilis fuisset recursus prò vindicanda naturali libertate aduersùs quemcumque illam infringere tentantem: quam sanè circumstantiam prò diminuenda fide Testium de vi, & metu deponentium, plurimùm esse attendendendam, vno ore obseruant *Paris. cons.135. num.12. lib.4.*, vbi de contractu facto in Ciuitate *Bisuntina*, *& cons.170. num.20. eod. lib.4.*, vbi de Matrimonio inito in Ciuitate *Ferrariæ*: *Bursat. cons.72. num.49.*, vbi de solidatione, ad quam prætendebatur deuentum fuisse per vim, & metum in Ciuitate *Mantuæ*, : *Petr. Enriquez dict. cons.61. n.10.* vbi de Moniali professa in quodam Monasterio Ciuitatis *Neapolis*, : *Panimoll. dec.102. annot.1. num.33.*, *Rot. coram Card. Vbald. decis.75. num.7. & 8.*, *& decis.169. sub n.9.*, vbi de transactione facta in Ciuitate *Messanæ*, : *& in Recent. dicta decis.516. num.20. par.5. repetit. decis.343. num.19.*, *& 20. par.6.*, vbi de Ciuitate *Parmæ*, : *& dec.154. num.7. & 8. par.14.*, vbi de Ciuitate *Leodien.*, : *& dicta decis.514. num.22. & 23.*, vbi de Professione emissa in Ciuitate *Taurinen.*, *par.18. Rec.*

Tertiò demùm, quià vterque contrarius Testis in ea parte, in qua præfigurant atrociorem Facti circumstantiam, videlicèt ass. percussiones cum Capulo denudati Pugionis, vocant in contestem, & respectiuè deponunt de auditu à quodam *Carolo Francisco Sauiono* tunc temporis Famulo D. Alexandri Principalis nostri: Et tamèn iste Sauionus ad instantiam R. P. Aduersarij formitèr examinatus non solùm minimè confirmauit ea, quæ deponere ausi sunt prænotati duo Testes, sed de diametro retulit oppositum, vt videre est in Restrictu Testium exaduersò inductorum *litt. A.*; Inquit enim, quod ipse reperiebatur addictus seruitio D. Alexandri Principalis tempore, quo P. Carolus Maria ingressus fuit Religionem, & referendo præcitatum factum percussionum, quas semèl passus est d. P. Carolus Maria de manibus D. Alexandri eius Patrui, constantissimè deponit, illas processisse simplicitèr ex causa correctionis, non verò ad finem, vt Nepos desperatione ductus indueret Habitum Religiosum, pròut affe-

affectatè nimis expofuerunt prænominati
57 duo Testes, qui proindè in nulla merentur haberi consideratione, dùm testimonium, ad quod relatiuè se habent, est penitùs contrarium eorum depositionibus, sicuti ex Theorica *Bald. in cap. cùm causam num.17. de Testib.* communitèr asserunt *Grammat. cons. Crimin.26. num.20., Cephal. cons.233. num.24., Bursat. cons.69. num.26. Giouagnon. cons.44. num.8. lib.1., Cyriac. contr.27. num.8., & 9., Intrigliol. decis. Sicil.12. num.14., Ciarlin. contr.116. num.36. Rot. coram Mant. decis.317. num.8., & decis.289. num.9. & 10. par.17. Rec.*

Dùm igitur exageratæ percussiones prouenerunt ex causa correctionis ob excessum à P. Carolo Maria in statu Sęcularitatis perpetratum, vanum est prætendere, quod ex [illegible] argui valeat vis, & metus influens in defectum consensus in actu assumendi Ha-
58 bitum Religiosum; quotiescumquè etenim rigor, & sæuitia ergà filium, aut Nepotem, originem habent ab extrinseco facto alicuius Criminis, vel alterius iuuenilis leuitatis animaduersionem promerentis, inallegabilis remanet prætextus metus, aut violentiæ, quæ sit apta ad irritandam Professionem, vt indiuidualitèr obseruauit *Rot. dicta decis.514. num.15., & 16. par.18.*, & in eius confirmatoria *coram Emerix Iun. decis.402. num.6.*, & recentiùs *in Ianuen. Professionis 3. Iulij 1702. §. Ex quibus, coram Reuerendiss. D. Molines Decano.*

Quinimò ex prænarrata depositione *Sauioni* mirificè etiam destruitur tota machina ass. metus, & violentię fundata in dicto prefatorum *Riboldi*, & *Molteni*, quotiès perpendere libeat, quod P. Carolus Maria Aduersarius pluriès tentauit muneribus subornare eumdem *Sauionum*, vt deponeret *quello, che lui voleua &c. cioè, che il detto Signor Alessandro suo Zio lo battesse, e maltrattasse, perche si facesse Religioso, la qual cosa Io non hò potuto, nè posso dire, perche non l'hò saputo, nè lo sò*, vt latiùs in citato Restrictu Testium *litt.B.*, ex hac enim tentata
59 subornatione *Sauioni* vnius ex contrarijs Testibus vehementissima oritur præsumptio ac suspicio, quod & alij duo, nempè *Riboldus*, & *Moltenus* fuerint paritèr exaduersò subornati, & instructi ad deponendum quidquid Pars Aduersa censuit sibi posse ad intentum suffragari, ex animaduersis per *Rain. cons.36. num.8. in fin. vers. Item contrà omnes lib.4., Vermigliol. cons.74. num.16., Farinac. cons.130. num.44., & in tract. de Testib. quæst.67. num.256., Mascard. de probat. concl.1340. num.6., Mastrill. dec.295. num.43., Rot. decis.207. sub num.5. vers. hinc enim par.1. Rec., & coram Priol. dec.89. num.7. & 8., & in Beneuentana nullitatis Testamenti 28. Aprilis 1704. §. Non minoris, coram Reuerendiss. D. Molines Decano*, & post hęc scripta *in Capuana Iurispatronatus 10. Iunij 1709. §. Fortiùs, coram R. P. D. Aldrouando;* & in indiuidualibus terminis prętensæ nullitatis Professionis *Rot. dicta decis. 514. num.10. & 11. par.18.* & concordat egregiè *Pignatell. dicta consult.181. n.32. tom.9.*, vbi punctualitèr ad rem nostram subdit, quod hæc præsumpta omnium Testium subornatio sufficientèr resultat (sunt eius verba præcisa) *ex depositione vnius Testis asserentis sibi promissam remunerationem, si deponere voluisset, Professum per vim, &*
60 *metum inductum fuisse ad profitendum, & licèt vnicus, contrà tamèn subornantem plenè probat.*

Corroboratur hæc præsumptio ab illa circumstantia publicæ vocis, & famæ, quam refert *Moltenus* secundus Testis, non ad alium fortassè finem, nisi vt maiorem fidem sortiretur eius depositio: ipse namque post enarratam pretensam Tyrannidem à D. Alexandro Principali ergà R. Aduersarium exercitam, statim subnectit = *E le medesime, & altre cose le hò anche intese raccontare publicamente, e communemente da altre persone del detto luogo di Tobiago, oue liberamente si discorreua delli maltrattamenti, e crudeltà, che faceua detto Signor Alessandro al detto suo Nipote per indurlo a farsi Frate*, vt in dicto Restrictu Testium *litt.C.*; Si enim ass. atrocitates, & sæuitiæ, quas patiebatur P.Carolus Maria antè ingressum in Religionem, adeò notæ erant Lippis, & Tonsoribus, pròut Testis ipse præfigurat, non est perceptibile, cùr pro illarum iustificatione fuerint dumtaxàt exaduersò inducti duo miserabiles Testes tot in personis, & in dicto exceptionibus laborantes: quapropter aptissimè locum sibi vindicat in hoc proposito
61 illa sinistra præsumptio militans contrà eũ, qui dum de facili poterat plures, eosque idoneos Testes adhibere, seù superinducere ad probandum factum, quod prætenditur notorium, adhùc supèr eo non affert, nisi vnum, vel duos Testes inhabiles, aut aliquam notabilem exceptionem patientes, iuxtà notata per *Francisc. Aretin. cons.13. sub num.11. vers. præterea, Surd. cons.168. num.38., Menoch. cons.207. num.35. & seq. & de præsumpt. lib.2. præs.91. num.12. & 13. Cyriac. contr.486. num.19., Carol. Marant. resp.13. num.46. par.2., Aluar. Pegas. resol. For. cap.19. num.94., Pastell. exped. Ciuil.61. num.28.*

Nequè credimus, quod pro quarto Teste exaduersò numerari valeat informis Attestatio subscripta à quodam *Carolo Martino Ripamonte* sub prætextu, quod stante eius obitu paulò post subsecuto haberi debeat, acsi extitisset formitèr examinatus: Tùm quià
62 Testis iste post exaratam dictam attestationem

nem sub die 4. Iunij 1702. superuixit per quatuor Menses, & vltrà, cùm decesserit in Archihospitali Mediolanen. die 6. Octobris eiusdem Anni, intrà quod temporis interuallum poterat commodè ad formale examen reuocari, in quibus terminis similes depositiones extraiudiciciales nullum robur nullamque maiorem fidem recipiunt à superuenta morte attestantium, vt antiquioribus omissis ponderat *Rot, decis, 3. num. 4. par. 2. Rec*, , *& coram Vbag, decis. 78, nu, 20*, & magis præcisè ad rem nostram *in Romana Quarti dotalis 27, Iunij 1695, §, Substantiam, vers. circà autèm conquestiones, coram bo: me: Vrsino, & in Romana Dotis 2. Iulij 1700. §. Parùm officiente cum seq. coram R. P. D. meo Ansaldo*.

Tùm etiam, quià vltrà nimiam affectationem, ni dicamus rabiem, cum qua concepta noscitur eadem Attestatio verisimilitèr extensa à P. Carolo Maria Aduersario, dùm dictus *Ripamontes* illam simplicitèr subscripsit; concurrit insupèr, quod idem Testis super atrociori facto percussionum cum Gladiolo vocat in contestem prænominatum Sauionum, qui (vt vidimus) contrarium

63 testatur, & cuius proindè depositio præualere debet, vtì tendens ad exclusionem metus, & consequentèr delicti, sicuti cum *Sperell. decis. 79. num. 66.* præcisè respondit *Rot.* in superiùs allegata *Ianuen, Professionis 3. Iulij 1702. §. fin. coram Reuerendiss. D. Molines Decano*.

Minùsque P. Carolus Maria Aduersarius est in probatis circà secundum assumptum, quod nempè intrà Annum probationis pluriès extraiudicialitèr conquestus fuerit tàm apùd Magistrum Nouitiorum, quàm coràm eius Connouitijs, quod contrà propriam voluntatem seseReligioni addixerat ob vim, & metum sibi incussum à D. Alexandro Principali, ad id adducendo duos Religiosos, videlicèt *Fr: Io: Petrum Franciscum Auanzinum*, & *Fr: Io: Baptistam Peccium*, quorum tamèn depositio emicat vndequaquè irreleuans, & insubsistens.

Primus namquè ad omnia ferè interroga-

64 toria nil aliud respondit, nisi per concisa negatiua verba = *Signor nò, non ne sò niente, non me ne ricordo*, vt videre est in Restrictu Testium *litt. D*, , quo casu Testis nullum facit gradum probationis, vt aduertunt relati per *Conciol. alleg. 24. num. 32*, , *Rot, coram Priol, decis. 156, num. 8.*, *& in Camerinen. Bonorum 24, Martij 1681. §. Primus enim, coram Pauluccio, & coram R. P. D. meo Ansaldo decis. 24. num. 11.*, , vbi concordantes; & quamuis successiuè deponens supèr articulis professus fuerit se remittere ad quamdam assertam Informem Attestationem aliàs ad complacendum Parti Aduersæ exaratam, nihilominùs non ideò probata dici potest intentio Reu. Aduersarij, cùm

65 iuxtà inconcussam, & in Foro receptam sententiam minimè attendatur quid Testis deposuerit supèr articulis, sed id dumtaxàt, quod euomuit sub tortura Interrogatoriorum, pròut vltrà generalitèr tradita in alijs materijs indifferentibus per *Rot. coram Seraphin. decis. 1073. num. 9. vers. magis autèm, & apud Posth. de manut. decis. 488. num. 4.*, *& coram Bich. decis. 243. sub num. 16. vers. minùs vrgent, & decis. 628. num. 17.*, *& coram Card. Cerr. decis. 421. n. 13.*, *& decis. 606. num. 6.* in præcisis terminis prætensæ nullitatis Professionis dictum fuit in totiès allegata *decis. 514. num. 8. par. 18.*, *& in dicta decis. 402. num. 7. coram Emerix Iun.* & in citata *Iannen. Professionis 3. Iulij 1702. §. Quibus sic constitutis in fin. coram Reuerendiss. D. Molines*.

Eodemque adamussim defectu laborat depositio Fr: *Io: Baptistæ Peccij*, dum & ipse ad singula fermè Interrogatoria per speciem Intercalaris respondit = *non ne sò niente*, dicto Restrictu Testium *litt. E.*; Nil penitùs releuante, quod supèr vno ex articulis dixerit recordari de figuratis conquestionibus intrà Annum probationis: Vltrà enim, quod re-

66 currit mox enunciata animaduersio, quod non attenditur responsio data supèr articulis, & vltrà etiam, quod detegitur fallax in suo dicto, dum supponit, quod ipse de Anno 1683. tamquàm Prior morabatur in Conuentu Ianuæ, quandò ex libris eiusdem Conuentus contrarium conuincitur, dùm non ipse Fr: *Io: Baptista Peccius*, sed P. *Andreas Morellus* gradum Prioris de eo tempore occupabat.

Cessat tamèn aliundè difficultas, quià quādò etiam darentur mille Testes, qui confirmarent id, quod refert prædictus Fr: Io: Baptista, nimirùm, quod P. Carolus Maria de tempore Nouitiatus aliquandò dixerit = *che voleua lasciar l'Habito, sfratarsi, & vscire di Noviziato, e ritornare al Secolo, perchè non s'era fatto Frate volontariamente*,

67 non propterea hæc omnia concluderent, aut præsupponerent ingressum coactum, sed potiùs momentaneam animi trepidationem aut displicentiam, secundùm ea, quæ in hoc ipso proposito practicè considerat *Fagnan. in cap. ex parte num. 19. de Regular.*; Potissimè quià idem Fr. Io: Baptista ingenuè testatur, sese de hisce conquestionibus P. Caroli Mariæ sermonem habuisse cum P. Regente *Crippa*, quodque iste Nouitiatum adijt ad finem hortandi eumdem Carolum Mariam, nè Religionem desereret, subdens = *e non sentij più altro, e finito il mio Priorato ritornai alla Spetia, hauendo lasciato il sudetto Gioui-*

68 *ne in Noviziato*; ex quibus profectò verbis ad euidentiam deducitur, quod ass. reclamationes P. Caroli Mariæ longè antè Profes-

fessionem præcesserunt, & consequentèr nequit super illis aliquod constitui fundamentum, cùm censeatur ab illis recessum per Professionem postmodùm voluntariè, & pacificè emissam, ad ea, quæ in nostris indiuidualibus circumstautijs cum *Graff. decis. aur. tom.1.lib.3. tit.de Regular. cons.7. n.17. & seq.* egregiè ponderat *Sperell. decis.79. num.56.*, quem laudat, & sequitur *Rot. in dicta Ianuen. Professionis 3.Iulij 1702. §.Prætereà,coràm R̃mo D. Decano*.

Nequè mirum videri debet, si P. Aduersarius non potuit adinuenire meliores Testes, qui prætensas conquestiones, & protestationes iustificarent; nàm veritas, quæ vna est, in contrarium se habebat, ex quo idem Aduersarius numquàm in effectu reclamauit,aut indoluit de eius spontaneo ingressu in Religionem, quinimò iugitèr de eo gauisus est coràm Deo, & hominibus, pròut medio Iuramento testimonium perhibet memoratus P. Magister *Crippa* à dicto Fr. *Io: Baptista Peccio* in contestem vocatus, quiuè exponit causam accidentalem, proptèr quam fortassè P. Carolus Maria semèl tantùm ostendit animum à Professione alienum; vt in dicto Restrictu *litt.A.*, eadem-
69 que deliberata, & spontanea voluntas plenissimè comprobata remanet ab Epistolis ab ipsomet Reu: Aduersario contemporaneè conscriptis, ex quibus liquidissimam emergere probationem cuiuslibet prętensi metus, & auersionis exclusiuam, in specie nostra concludit *Iacob. Pignatell. dicta consult.181. num.18. tom.9.*, *Rot. coram Peutinger. decis.32. sub num.5. vers. verùm, & in Barchinonen., seù Vrgellen. prætensæ nullitatis Professionis 15. Ianuarij 1700. §. Quid plus & coram R.P.D. Ansaldo*.

Non deniquè probauit Pars Aduersa tertium, ac postremum assumptum fundatum in ass. impedimentis sibi (vt contenditur) illatis ex parte D. Alexandri Principalis, ne posset infrà quinquennium reclamare aduersùs Professionem meticulosè (vt prætenditur) emissam; Ad hunc enim effectum exaduersò inducti fuerunt duo Testes vnicè affirmantes, quod P. Aduersarius degens in Ciuitate Mediolani de Anno 1685. accessit quadam die ad Bancum Notarij ad finem instruendi Iudicium supèr nullitate suæ Professionis, quodque re infecta idem Aduersarius de mandato suorum Superiorum Regularium mane sequenti ex abrupto abire coactus fuit è præfata Ciuitate, vt in Restrictu Testium *litt. F.*

Verùm ex hiscè depositionibus nequè per vmbram iustificatum remanet contrarium assumptum; Primus namquè Testis, qui tunc temporis erat Amanuensis in Officio prædicti Notarij, testatur simplicitèr, sese ad dictamen ipsius Notarij scripsisse quamdam citationem directam contrà Promotorem Fiscalem Curiæ Archiepiscopalis Mediolanen. & D. Alexandrum Principalem nostrum, sed in reliquis deponit de auditu ab eodem Notario: Secundus autèm Testis, qui est idemmet Notarius, confirmat paritèr factum præparatæ citationis, se nil penitùs concludit super eo, quod improuisus discessùs P.Caroli Mariæ Aduersarij prouenerit ex dato, & facto D. Principalis pro impedienda actuali introductione Causæ supèr prætensa nullitate Professionis; inquit enim solummodò, quod P. Aduersarius in actu discedendi à Ciuitate Mediolani sibi dixit, *che non staffe à far'altro, perche per ordine de suoi Superiori partiua da questa Città di Milano per andare ad altro Conuento*, vndè nescimus videre, quid Pars Aduersa deducere prætendat ab hac depositione, dùm Notarius nequè imaginabilitèr refert, quod P. Carolus Maria conquestus fuerit, quod ob Patrui violentias cogebatur Mediolanum deserere, quinimò quatenùs etiam per meram suppositionem id audiuisset ab ore ipsius Aduersarij, non ideò prætensa impedi-
70 menta censeri possent iustificata, quià quemadmodùm supèr hoc deferendum non esset originali testimonio Partis aduersæ tamquàm ad proprium commodum deponentis, ex Iuribus notissimis; ità nulla fides præstanda foret Notario tamquàm referenti de auditu ab ipsamet Parte interessata, vt omissis generalibus passim in nostris terminis respondit *Rota*, & præsertim *in decis.666. num.4. par.4. Rec., decis.301. n.20. & decis.334. num.7. par.11., decis.514. n.14. par.18., & coram Card. Cerr. decis.285. n.6. & coram Emerix Iun. decis.402. num.4., & in dicta Barchinonen., seù Vrgellen. prætensæ nullitatis Professionis 15. Ianuarij 1700. §. Secundò addebatur, coram R.P.D. Ansaldo*.

Prætereà quandò etiàm R.P. Aduersarius plusquàm concludentèr iustificasset, quod de prædicto Anno 1685. ob ass. impedimenta interposita prò parte D. Alexandri Principalis non valuerit inchoare, ac prosequi Iudicium supèr prætensa nullitate suæ Professionis, adhùc nonnè supererat aliud triennium, in quo milliès potuisset ad sui libitum reclamare coràm Iudicibus Ecclesiasticis, ac Superioribus localibus, præsertim quià idem Aduersarius durante quinquennio sempèr moram traxit modò in Statu Mediolani, & modò in Ditione Ianuensi, sicquè vtrobiquè poterat de facili reclamare, si non iudicialitèr, pròut exigit *Sac. Conc. Tridentinum sess.25.de Regular.cap.19.*
71 saltèm extraiudicialitèr coram honestis personis, sicuti practicatur, & admittitur, quotiescumquè ob ingruentes violentias non datur aditus iudiciali reclamationi, vt in specie admonent *Menoch. de præsumpt. lib.3. præs.*

*præs.*127. *num.*9. *&* 10., *Altimar. ad Rouit. consf.*6. *num.*2.. *lib.*3., *Pignatell. consult.*173. *num.*101. *tom.*9., alijque apud istos: Ac demùm quis impedire poterat, nè vel per Epistolam, vel mediante supplici libello recurreret ad hanc Sac. Congregationem eâdem facilitate, qua recursum habuit de præsenti post 20. Annorum silentium?

Absquè eo, quod allegabilis sit excusatio, quod ideò R. Aduersarius minimè reclamauerit intrà adeò diuturnum temporis interuallum, quatenùs semper durauerit causa metus ob superuiuentiam D. Alexandri Principalis, à quo metum ipsum illatum fuisse præsupponitur: Quidquid enim dicendum esset, si Pars aduersa distulisset reclamationem proponere post obitum dicti D. Alexandri eius Patrui, pròut regularitèr facere solent ij Religiosi, qui sub hoc prætextu vis, & metus tentant excute-
72 re Iugum Religionis; profectò quotiès adhùc de tempore moti Iudicij viuit is, qui metum intulisse prætenditur, frigescere præmissam excusationem, quinimò petitionem restitutionis in integrum non procùl abesse à suspicione calumniæ, non minùs solidè, quàm punctualitèr arguit *Pignatell. d. consult.*181 *num.*30., *&* *num.*38. *tom.*9., *Rot. decis.*169. *num.*9. *in fin. vers.*, *&* *quod reuerà coram. Vbald. Iun. tom.*3., *&* *in Neapolitana Matrimonij* 2. *Aprilis* 1683. *§. Etenim, vers. Filius verò* ibi: *Filius verò sicùt de facto recessit, ac litem introduxit, ità paritèr ab initio, si metus incutiebatur, aufugere, & Proregem adire poterat, & sic metum, & malum, quod ex eo timebat, euitare: coram bo: me: Guaxardo*.

Sublatis contrarijs probationibus frustraneum quodammodò videtur ad faciliùs sternendam semitam fauorabili resolutioni subnectere pro coronide, quòd quatenùs etiam per merum discursum P. Carolus Maria Aduersarius sese Religioni addixisset ob vim, & metum sibi incussum à D. Alexandro
73 Principali, nihilominùs quilibet metus sufficientèr purgatus remansisset ex tacita ratificatione Professionis promanante non minùs ex longæua vicennali acquiescentia, quàm ex acceptatione graduum, ac munerum Religionis, *Lectoratus* nempè, *Baccalaureatus*, ac *Vice-Prioratus*, necnon ex susceptione SS. Ordinum ad titulum Religiosæ paupertatis, pròut attentis hiscè, & consimilibus circumstantijs non esse ampliùs audiendum Regularem excipientem de nullitate suæ Professionis ex prætenso capite vis, & metus, per *Text. in cap.*1. *propè fin. de his, quæ vi, metusque caus. fiunt, & in cap. Significatũ ad fin. de Regular.*, communi placito affirmant *Corrad. in prax. Dispens. lib.*5. *cap.*14. *num.*51., *&* *seq.*, *Andreol. contr.*301. *num.*7. *&* 8., *Iul. Chartar. dec. For. Archiep. Mediol.* 85. *num.*23. *cum seqq.*, *Pignatell. dicta consult.*81. *num.*19. *tom.*9., *&* *consult.*9. *num.*11. *tom.*10., *Rot. decis.*216. *num.*16. *vers.*, *& eò magis par.*2. *diuers.*, *& dec.*370. *num.*10. *par.*9. *Rec.*, *& coràm Peutinger. decis.*32. *num.*14. *&* *seqq.*, *& in dicta Barchinonen.*, *seù Vrgellen. prætensæ nullitatis Professionis* 15. *Ianuarij* 1700. *§. Fin. coram R. P. D. Ansaldo*; atquè ità in eisdem nostris præcisis terminis pluriès resoluit Sacra hæc Congregatio, vt in *Mantuana* 6. Iunij 1693., in *Montis Politiani* 16. Iunij 1696., in *Papien.* 19. Iulij 1698., in *Florentina* 27. Iunij 1699., in *Bononien.* 26. Septembris eiusdem Anni, & in alia *Ianuen.* 26. Iunij 1700., in *Tiburtina* 7. Iulij 1703., & nouissimè in *Neapolitana* 9. Augusti præsentis anni 1704.

Quarè &c.

Andreas Lupardus Aduoc.

Blasius Antonius de Ferrarijs.

Propositâ hac Causâ sub præinserto Dubio in Sac. Congregatione Concilij die 29. *Nouembris* 1704., *prodijt rescriptum*: Negatiuè, *nequè de ea ampliùs actum audiui*.

A. Lupardus.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Ven. 15. *Ianuarij* 1700.

ARGVMENTVM.

Sub legato Negocij socialis an veniat debitum, quod Testator habebat cum ipso Negocio. Deliberatio Locorum Montium fideicommissariorum quandò censeatur absolutè facta etiam quòad illorum proprietatem, vel potiùs quòad solam commoditatem fructuum durante vita grauati. Legatum quandò censeatur, nec nè relictum animo compensandi cum eo, quod Testator legatario debebat, etiam quod debitum esset necessarium; de quo fusiùs *in Addit.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* de duabus conformibus *non procedit, nisi vbi Sententiæ sint validæ, & iustæ*, & n. 42.

2 *Immissio in vim* leg. fin. Cod. Edict. D. Hadr-tollen. *competit fideicommissario concurrentibus necessarijs extremis*.

3 *Immissio non competit fideicommissario supèr Bonis distractis pro dissoluendo ære alieno fideicommittentis*.

4 *Iniustitia Sententiarum operatur, quod illæ, etiamsi forent mille, numquàm transeant in authoritatem rei iudicatæ*.

5 *Rota non attendit Sententias aliorum Tribunalium, nisi priùs degustatis illarum meritis*.

6 *Rei*

sandi cum debito ipsius legantis, quandò iste non benè erat affectus ergà legatarium.

Et è conuerso non censetur relictum animo compensandi stante nimia dilectione Testatoris ergà legatarium, n. 57.

58 *Legatum relictum* pro amore Dei, *vel* pro alimentis, *vel* ex causa maximæ dilectionis *ergà legatarium, non censetur relictum animo compensandi cum eo, quod Testator legatario debebat.*

59 *Legatum filio relictum cum hac causali* = acciò se lo goda in segno dell'amore, che gli porto = *non imputatur in illius legitimam.*

60 *Legatum non præsumitur relictum animo compensandi, si Testator de tempore inscripti legati ignorabat, se esse in aliquo debitorem legatarij.*

Limita, vt n. 61.

DECISIO CXXIII.

PRætendens ad sui fauorem binas numerare Sententias ex præscripto Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 180.* sortientes efficaciam trium, siuè rei iudicatæ, contendebat hodiè Marcus Antonius ad normam Commissionis Signaturæ Iustitiæ declarari per Tribunal, quod locus esset eidem Statuto: Verùm DD. existimarunt oppositum, respondendo dubitationi per Me propositæ = *negatiuè*.

Ratio non stetit supèr numero, minùsque supèr conformitate, ac deniquè etiam validitate earumdem Sententiarum, quarum primam protulerat A. C. vsquè de anno *1666.*, & alteram nuperrimè Reuerendiss. D. meus Decanus, sed vnica, eademque solida difficultas versata est circà Iustitiam; Cùmque *Domini* libratis, siuè mensuratis cardinibus vtriusque Sententiæ, quarum nouissimam præcesserat *Decisio diei 30. Martij 1699. coram prædicto Reuerendiss. D. meo Decano*, dignouerint, illos non benè subsistere, & vtramque Sententiam iniustam 1 esse, necessariò etiam responderunt, non esse locum Statuto, quod sempèr intelligitur de Sententijs copulatiuè validis, & iustis, vt admonent *Gratian. discept. 691. num. 27., Penzon. in Comment. ad dict. cap. 180. num. 54., & 55., Card. de Luca de Iudic. disc. 36. numer. 58. & Rot. decis.* 88. *num.* 4., *& 5. par. 13., decis. 598. num. 1. par. 18., & in Bononien. fideic. de Ghisellis 24. Ianuarij 1685. §. DD. responderunt, coram Reuerendiss. D. Heruault Archiepiscopo Turonen.*

Defectus siquidèm Iustitiæ incontinenti desumebatur, ex quo, quantumuis Marcus Antonius omnia extrema pro obtinenda immissione ad terminos *Leg. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll.* superlatiuè iustificasset, dùm de sua incontrouertibili actiua vocatione fideicommissaria docebat ex simplici littera, siuè lectura Testamenti per Vitum illius Auum exarati, deque opportuna identitate liquidissimè paritèr apparebat, stante quod sexdecim loca cum dimidio Montis Nouennalis, quæ detinebantur per Ecclesiam in Vrbe magnificè insurgentem sub auspicio, & dedicatione insignium SS. Præsulum Ciuitatis Mediolanen., magnorumque vniuersalis Ecclesiæ luminum Ambrosij, & Caroli in Via, quæ nuncupatur *ad Cursum*, procùl dubio proueniebant ab hæreditate eiusdem Viti fideicommittentis, vti etiam cantabant partitæ, seù Pergamena eiusdem Montis, 2 quibus sanè concurrentibus extremis regulariter non solùm iusta, sed innegabilis redditur immissio, vt quotidiè dictum fuit, & signantèr *in Perusina fideicommissi 5. Aprilis 1680. §. 1. in fin. coram bon. mem. Emerix Iun.* (modò inter suas *dec. 447. antè num. 1.*), *in Bononien. fideicomm. de Burzanis 16. Ianuarij 1697. §. Quod enim attinet, & in Reatina fideicom. 26. Februarij 1698. §. 1. coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano.*

Nihilò tamèn minùs vltimum extremum, de quo mox differuimus, illicò remanebat interuersum ab iudiciali distractione istorum locorum Montium subsecuta per viam deliberationis in Flaminium, & fratres de Lucarinis, à quibus causam duplici medio mediatam fouebat prænominata Ecclesia, pro dissoluendo nimirùm æs alienum, quod iamdiù viuens contraxerat Vitus Testator; 3 proindèque non poterat vires habere fideicommissum super hiscè locis Montium etsi milliès hæreditarijs, minùsque in consequentiam desupèr intentari remediũ adispiscendæ, siuè immissionis, vtpotè locum non habentis quòad res alienatas ex causa dissolutionis debitorum fideicommittentis, ad passim firmata per *Rot. coram Peuting. dec. 26. num. 1., & coram san. mem. Alexand. VIII. dec. 225. num. 9., & 10., & in Rec. dec. 152., & decis. 364. vtrobiquè num. 1. par. 17., & in Romana Bonorum 13. Iunij 1698. §. Et quamuis, coram bon. mem. Vrsino.*

Frustràque Marcus Antonius impugnabat hanc Prætoriam alienationem sub eo prætextu, quod etsi illa proueniret vigore rei iudicatæ promanantis à Tribunali Reu. Cameræ, adhùc illa detegeretur iniusta circà canonizationem in subiecta hypothesi 4 debiti Testatoris, ideòque nullatenùs exceptio eiusdem rei iudicatæ in hoc casu mereretur attendi, cùm id potissimè operetur iniustitia, quod Sententiæ, etiamsi forent mille, nunquàm efficiant rem iudicatam, vt prætèr *Authoritates* suprà in hoc non dissimili proposito Statuti Vrbis allegatas, citrà scrupulum tradiderunt *Gratian. discept. 103. num. 25., Modern. Argentan. Collect. 6. n 69., & seqq.*, & signantèr *nu. 74. lib. 1., Rot. Florentin. apud Vrceol. de transact. quæst. 59. nu. 13.*

Præ-

Præcipuè (vt adijciebat) attento , quod Negocium agebatur *in Sacro Auditorio*, in quo ea quidèm , qua decet, circumspectione
5 æstimantur iudicata aliorum Tribunalium , sed nunquàm assueuit positiuè haberi tàm cœca submissio , vt priùs non deguſtentur merita Causæ , & consecutiua enascatur eorumdem Iudicatorum approbatio , teste *Add. ad Buratt. decis. 636. num. 10.* , *Card. de Luca in Relat. Cur. Rom. disc. 32. num. 92.*, *Rot. decis. 80. num. 9. part. 14. rec.* , *& decis. 283. num. 43. par. 17.*

Quod eò faciliùs concludendum videbatur , ex quo præfata Ecclesia SS. Ambrosij , & Caroli iteratò permiserat , non obstante
6 prædicta re iudicata , tractari , ac disputari de meritis Causæ, quocircà in vim cuiusdam implicitæ renunciationis proniùs facescit exceptio rei iudicatæ , ex annotatis per *Rot. coram Royas decis. 86. num. 4.* , *& coram Ninot. decis. 75. num. 3.* , *& in rec. decis. 3. numer. 7. par. 16.* , *& decis. 224. num. 7.* , *& 8. par. 17.*

Ponendo igitùr licitè os (ſicuti sibi suadebat) in discussione iustitiæ , vel iniustitiæ eiusdem rei iudicatæ , alacriùs subiungebat, eam esse vndiquè iniustam , quia vel legitimè non constabat de vllo all. debito Viti fideicommittentis , iuxtà calculùm , quem hodiè præ manibus ipse Marcus Antonius exhibebat , vel quod in omnem casum , in quem ostenderetur , Vitum remansisse debitorem Negocij socialis initi , & administrati per eumdem Vitum , vnà cum Io: Paulo Patre Flaminij , aliorumque de Lucarinis in prætensa quantitate scut. 4002. 18. , huiusmodi tamèn debitum , quod proueniebat ex particulari administratione Capsæ gesta per Vitum , effectum erat irrepetibile ex causa Legati , quod ipse Vitus inscripserat fauore prædictorum fratrum de Lucarinis sub conditione expressa , nè posset discreta, & sepatata eius hæreditas vniuersalis inquietari per vllam prætensionem , creditum , aut hypothecam ab ipsa Societate , seù Negocio
7 resultantem: quamobrèm cùm ijdem fratres spontè acceptauerint idem Legatum huic conditioni mancipatum , neque potuerunt ipsi præcedentèr in Tribunali Cameræ , nequè hodiè ex illorum iure Ecclesia poterat in Rota impugnare hanc conditionem, quemadmodùm vnanimitèr monent *Crauett. cons. 174. num. 9.* , *Houded. cons. 89. num. 31.*, *& seqq. lib. 1.* , *Surd. cons. 150. num. 20. cum seqq.* , *Altogr. Iun. contr. 74. num. 47.* , *Rot. decis. 36. num. 33.* , *& seqq. coram Card. Cerro*.

Absquè eo , quod opponi valeret , quod accuratiùs introspecta dispositione Viti neutiquàm impediri possent tùnc temporis prædicti fratres , & hactenùs Ecclesia , à consecutione memorati crediti ergà hæreditatem Viti , ex quo statim ac Vitus Socius , & debitor insimùl Negocij legauit totam suam virilem , siuè portionem ad se spectantem supèr eadem Taberna , siuè Negocio , quod consistebat in emptione , & venditione lignaminum , vtiquè alio non explicato cen-
8 seretur etiam contrà se ipsum, siuè suam hæreditatem legasse sub ipsa generaliori nuncupatione Mercimonij , negociationis , aùt peculij id , quod in proprio Testator ipse debebat, quoduè augebat in sequelam ipsum Peculium , ipsam vniuersitatem , ipsum Negocium à se legatum, per *Text. in leg. si Peculium 6. §. Sicùt autèm, & in leg. Dominus Sticho 23. §. Testamento , ff. de pecul. legat.* , & consequentèr , quod conditio non molestandi hæredes , vel hæreditatem = *per gl' obblighi , ipoteche , debiti , vincoli , e pesi , e per qualsiuoglia altra cosa per causa , & occasione spettante al detto Negotio , e Compagnia di Legnami , e dependenti , e prouenienti da essa in qualsiuoglia modo* = applicari non posset
9 qualitati huius crediti , quod iam de Iure peraugebat , siuè auxerat legatum , nè aliàs idem legatum sibi remaneret contradictorium , & inutile , quod non est dicendum, per *Text. in leg. si quandò , ff. de leg. 1* , *& leg. Mæuius , ff. de leg. 2.* vtrobiquè *in princ.*, *Dec. cons. 425. num. 14.* , *Menoch. cons. 279. num. 8.* , *& 9.* , *Ambrosin. decis. Perus. 11. num. 8.* , *Rot. coram Zarat. decis. 41. num. 6.*, *& in Romana , seù Ianuen. fructuum Dotis 5. Martij 1681. §. Quia Testator ad med., vers. esset enim, coram bo. me. Vrsino Decano*.

Audactèr etenim respondebat Marcus Antonius , ac Informantes pro eo , verum quidèm esse , quod ex lege , & significatione
10 nominis *Peculij* iuxtà mores antiquos quandòque per Libertos , quandòque per Seruos administrari consueti veniebat quoquè, quod antiquus, vel actualis Dominus relatiuè debebat ipsi peculio etiam suo , & hæc est regula , quam ponunt præcitati *Textus in dicta leg. si Peculium , & in dicta leg. Dominus Sticho , ff. de pecul. legat.* ; Verùm hoc erat verificabile , quatenùs ageretur de appretiando ipso Peculio : sed quatenùs posteà idemmet Dominus , & insimùl legans erat debitor suimet Peculij , in hoc sanè casu ,
11 præcisiuè ab explicita voluntate ipsius Largitoris , seù Legantis , quod creditum contrà se , vel respectiuè debitum proprium censeatur vllo modo inclusum in ipso legato ad finem vexandi Dominum, Benefactorem, & Legantem , id vtiquè Imperatores *Seuerus*, & *Antoninus* , ac (vt alij notarunt) *Pegasus* , & *Nerua* expressissimè denegabant , vt habetur *in dicta leg. Si peculium, dicto §. Sicùt autèm* , ibi = *Sicùt autèm æs alienum, hoc est , quod debetur Domino, minuit legatum Peculium , ità per contrarium id , quod Dominus debet Seruo , augere debet* ; *Sed huic sententiæ aduer-*

aduersatur rescriptum Imperatoris nostri, & Patris eius, quod ità est = Cùm Peculium Seruo legatur, non etiam id conceditur, vt petitionem habeat pecuniæ, quàm in se ratione Domini impendisse dixit, quod & referendo, seù potiùs sumendo substantiam præcitati *Textus*, & alterius *in dicta leg. Dominus Sticho*, obseruauit *Camarell. de legat. lib. 3. de pecul. legat. quæst. 2. num. 28., & seqq. fol. mihi 369.*

Idquè adeò verum, vt nequè in casu, quo
12 legans, etiam filiæ suæ propriæ, Peculium à se profectum, aut aliàs aduentitium, sese conscripsisset eiusdem filiæ debitorem circà præstationem alicuius annuæ quantitatis ab eo per biennium posthabitæ, & omissæ, adhùc annua hæc quantitas nequaquàm includi poterat, & contineri sub ipso Peculio legato, vt ex mente *Attilicini I. C.* necnon consonantiâ cum Imperatorio rescripto, de quo suprà, decidit *Vlpian. in dicta leg. si Peculium, dicto §. Sicùt autèm, vers., & càm Gneus*, ibi = *& cùm Gneus Domitius filiæ suæ Peculium, quod eius esset, legasset, & annuum, quod ei solitus erat dare, biennio non dedisset, sed in rationibus suis retulisset, filiæ se debere quinquaginta; Attilicinus existimauit, legato non cedere, quod verum est, quià consonat rescripto*, & paritèr obseruauit *Camarell. loc. cit. num. 32.*, & abstractiuè, ac generalitèr,
13 quod nusquàm quis præsumatur legare voluisse quidquam contrà se ipsum, commonet *Bald. in leg. 2. C. an Seru. ex suo facto post manumiss. ten.*, & post eum *Alex. cons. 149. num. 6. lib. 2., Rot. decis. 450. num. 3. part. 2. Re., & coram Pamphil. decis. 365. num. 11., & in Tyburtina Castrorum 7. Decembris proximè præteriti §. Et tertia, coram R. P. D. meo Muto.*

Si igitùr (postremò concludebat) de Iure
14 est, quod legatâ Tabernâ, vel Peculio, non intelligitur compræhensum id, quod debebat Testator, nisi, vt annotatum est, positiuè Testator hoc voluerit, vt limitat *idem Vlpian. in dicta leg. si Peculium, dicto §. Sicùt autèm, vers. quid tamèn, ff. de pecul. legat.*, ibi = *quid tamèn, si hæc voluntas fuit Testatoris, cur non possit consequi? Certè compensari debet hoc, quod impendit, cum eo, quod Domino debetur;* idque, iuxtà verba mox re-
15 gistrata, per viam compensationis, non autèm suppletionis de proprio, ac de Bursa ipsius Legantis, vt etiam prosequitur *Camarell. vbi suprà num. 30.*, quid dicendum, quandò ex opposito Vitus Testator secundùm verba superiùs recensita *in §. Absquè eo quod* intellexerat omnimodè liberare fauore fideicommissi in eodem Testamento vniuersalitèr ordinati ad commodum propriorum filiorum, & descendentium suam ipsius hæreditatem ab omni, & quocumque debito proueniente ex causa, vel occasione ipsius Negocij sub vlteriori præcepto, quod fieret Bilancium, quodque *in caso, che detti miei Eredi, e Successori per causa, & occasione della detta Compagnia, e Negotio sentissero danno, e molestia alcuna, che dd. Legatarij non gli rileuassero, ò liberassero subito, voglio, che li medemi Eredi, oltre il poter agitarsi contro di loro per detta rileuatione, possino, se gli parerà, e piacerà, dichiarare li sopradetti Legatarij priui del sudetto legato &c.* hæc etenim verba adeò effrænata tantum aberat, quod includere valerent possibilem voluntatem legandi contrà suam hæreditatem, vt potiùs quandò de Iure sancitum esset, etiam sub legato compræhendi debitum legantis, manifestarent, neutiquàm id intendisse, ac permittere voluisse, dum procùl dubio debitum, quantumuis particulare, & ex causa Capsæ per Vitum administratæ, sempèr suam radicem desumebat ab ipso Negocio lignaminum, nisi etenim adfuisset in rerum natura huiusmodi Negocium, præberi non potuisset Vito causa, vel occasio efformandi debitum, à quo liberanda esset eius hæreditas, & consequentèr prædicta verba = *per causa, & occasione spettante al detto Negotio, e Compagnia, e dependenti, ò prouenien-*
16 *ti da esso in qualsinoglia modo*, non poterant non comprehendere sub præcepto istudmet debitum Capsæ occasione eiusdem Negocij proueniens, & ab eo aliquo saltèm modo dependens, vt in similibus inspecta dictione *quomodolibèt* obseruarunt *Paris. cons. 58. numer. 9., & 10. lib. 1., Gozadin. cons. 14. numer. 22., Riminald. Iun. cons. 513. num. 34., & seqq., Rot. decis. 602. num. 4. par. 2. Rec., & coram Coccin. decis. 1680. sub num. 9., & decis. 33. num. 7., & seq. coram Card. Cerro.*

Sed, vt diximus, frustrà tentabat Marcus Antonius falcem prætensæ iniustitiæ procacitèr apponere aduersùs rem iudicatam pleni Tribunalis Cameræ, sub ea insuperabili animaduersione, quod hìc, & nùnc minimè agebatur de ipsa re iudicata exequenda, vndè oporteret gustare de viribus, & Iustitia eiusdem rei iudicatæ: Illa namquè obiectabatur tamquàm Murus in medio positus per viam simplicis exceptionis, ac defensionis, in quibus profectò terminis nequè per
17 vmbram loquebantur *Authoritates* in oppositum adductæ, quippè vbi adest de medio res indicata, hæc vti faciens de albo nigrum, & pariens exceptionem litis finitæ, vt inquit *Surd. decis. 170. num. 15.* cum reliquis plenè apùd *Modern. Foroliuien. in obseru. ad Ramon. cons. 88. num. 38.* nequit, præsertim ex capite prætensæ iniustitiæ, per indire-
18 ctum contemni, vel de ea disputari, nisi insufflato spiritu reuiuiscentiæ per organum alterutrius Signaturæ Gratiæ, vel Iustitiæ, præambulè concessa fuisset facultas illam impugnandi, iuxtà notissimam praxim, & tradita per *Rot. decis. 489. num. 17., & 18.,*

& de-

& decis.613. num.10. cum seqq.par.18. Rec., & coram Priol. decis.414. num.8., & seqq., & decis.455. num.6., & 7., & in Bononien. Bonorum 15. Martij 1697. §. Nequè As hæreditarium, & 26. Februarij 1698. §. Etenim, coram R. P. D. meo Pio

19 Non refragante, quod loco huiuscè concessionis deseruire posset implicita renunciatio ergà eandem rem iudicatam deprompta ex tolerantia Ecclesiæ Reæ conuentæ, quod supèr meritis negocij principalis disputaretur; Quià præcitata conclusio concernens hanc implicitam renunciationem rarò suaptè natura remanet practicabilis, & præcisiùs quando, proùt hic, extitit sedulò proposita exceptio ipsius rei iudicatæ, si etenim illam Iudices reiecère, hoc erat ferocius grauamen, quod intulisse videbantur, & à quo idcircò signanter fuerat appellatum, & à Signatura Iustitiæ Mihi commissa Causa cum Clausula suspensiua = *constito, quod sit locus Statuto*, quandò ad effectum,

20 vt hæc improbabilis implicita renunciatio rei iudicatæ valeat opitulari, exquiritur animus certus, & indubitatus, ac inuoluens fermè consensum, vt Causa quodammodò ex integro reuideatur, ex firmatis per *Fusar. cons.41. num.57., Surd. decis.185. num. 18. vers. cùm enim, Rot. coram Rembold. decis.609. num.3.*

Aduertendo, quod nèc erat tutum refugium hodierni Actoris ad elisionem eiusdem rei iudicatæ supèr eo, quod ipse ad Causam coràm A. C., & in Rota venisset independentèr, atquè iure propriæ vocationis fideicommissariæ, vndè eum tenacitèr obstringere non posset talis res iudicata, quæ prodierat cum Nicolao eius Patre, à quo nullam causam, vel dependentiam agnoscebat: Quia cùm nullæ exhiberentur imaginabiles coniecturæ, ac demonstrationes vllius collusionis inter Lucarinos, & Nicolaum, suc-

21 cedebat conclusio irrefragabilis, quod Sententia, aut res iudicata circà res, vel iura fideicommissaria cum legitimo contradictore, qualis erat tunc temporis possessor grauatus, æqua lance complectitur, & ligat vlteriores fideicommissarios, & substitutos, iuxtà *Text. in leg. ingenuum, ff. de stat. homin., Peregrin. de fideic. art.53. num.44., & seqq., Card. de Luca de Iudic. disc.40. num.18., Rota coram Royas decis.287. num.21., Bich. decis. 193. num. 3., Priol. decis.416. num.1., & 2., & in Romana Saluiani 14. Iunij 1697. §. Indè autèm, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Ex hoc proindè solo capite ordinis nimis è conuerso absquè abundantiori progressu sauciata remanebat prætensa per Instantem pendula res iudicata vigore *Statuti Vrbis*, duarumque præcedentium Sententiarum: Sed eò magis fortificabatur ista res iudicata ex publico Instrumento transactionis initæ per eumdemmet Marcum Antonium posteàquam primam Sententiam fauorabilem supèr immissione reportauerat coràm A. C.: Is enim biennio post, nempè de anno 1668., transigendo cum Flaminio Lucarino non obstantibus omnibus præmissis, quodquè loca Montium controuersa coempta per ipsum Flaminium apparerent sub vinculis, & conditionibus etiam respicientibus Testamentum Viti, approbatiuè ad ipsam rem iudicatam, & relatiuè ad illius Acta nominatìm expressa in eadem littera transactionis, assecutus est liberationem à considerabili residuo debiti descendentis à re iudicata in scutis 3202. per solam exbursationem scutorum 400., eximendo correspectiuè Flaminium ab omnibus suis prætensionibus: Vndè dum vice reclamandi aduersùs hodiè exageratam vtì iniustam rem iudicatam Tribunalis Cameræ, exemit Flaminium,

22 transegit, & soluit, hæc vtiquè transactio murum suprà murum imponebat, cùm & ipsa pariat exceptionem peremptoriam, habeatque vim rei iudicatæ, per *Text. in leg. non minorem 20. C. de Transaction., Gratian. discept. 400. num. 27., Vrceol. de Transact. quæst.4. num.65., & quæst.69. num. primo, cum 2. seqq., Rot. decis.86. ex num. primo, vsque ad 9. part.6. Recent., decis. 473. num. primo part. 14., & in Reatina fidcicommissi 11. Februarij 1689. §. Neque qualitas, coram bon. mem. Emerix*, (quæ est *la 879. num. 8. inter eius impress.*).

Cœterùm neque vllo modo subsistebant rationes iniustitiæ per Marcum Antonium disseminatæ contrà præmissam rem iudicatam; Quoniam quidquid esset de præcitatis abstractiuis responsis *Iureconsultorum in ff. suprà allegatis*, in facto habebatur, quod legatum substantiabatur circà capitalia, & lucra Tabernæ, seù Negocij lignorum, sicuti ocularitèr sese explicauerat Vitus Testator, ibi = *E questo Legato s'intenda fatto del Capitale, vtile, e guadagno della detta Compagnia, e Negozio de' legnami*; ac propterea nequàquam dici poterat, illud non amplecti debitum legantis, cùm stante hac declara-

23 tione legandi Capitalia, & vtilia venirent vniuersa credita, & debita, commoda, & incommoda respicientia Negocium, intèr quæ non minùs comprehendebatur, quod idem Negocium fouebat ergà Vitum vti Capserium, & distinctum à persona sociali, ad limites *Text. in leg. cùm Pater, §. Mensæ, ff. de leg.2., Camarell. de legat. lib.3. tit. de Mercant. legat. num.1., & per tot. fol.352.,* & meliùs *in dicta leg. Dominus Sticho, dicto §. Testamento, ff. de Pecul. legat., Bartol. in præcitata leg. cùm Pater, dicto §. Mensæ numer.6. ff. de legat.2.*

Palpabiliùs autèm, quia non deferendo etiàm

etiàm examen in meritis præfatæ rei iudicatæ, hæc indagatio *Textuum*, & voluntatis Viti legantis reddebatur extranea à casu nostro, quoniàm Ecclesia, causam, vt præmisimus, habens à Flaminio, ostendebat, quod ipse Flaminius egerat aduersùs Nicolaum primum hæredem grauatum ex titulo omninò diuerso, & separato cessionis reportatæ ab Ioanne Paulo eius Genitore, & respectiuè Consocio eiusdem Viti; ideòque, quidquid dicendum esset, quotiescumquè Flaminius induisset in Iudicio personam simplicitèr propriam, & cuius vigore relictus fuerat vnà cum fratribus legatarius Viti sub explicito præcepto non molestandi hæreditatem (vt suprà), certè repræsentando
24 personam cedentis nullo præcepto, nullo onere mancipati, nulla quoquè poterat intrare applicatio supradictæ prohibitionis, nulla sibi locum vindicare disquisitio, vtrùm legatum comprehenderet præcitatum debitum legantis, nullaque demùm insurgere compensatio ab vna ad alteram personam, ex animaduersis per *Surd. cons.91. num.19., & decis.153. num.16.*, *Cyriac. controu.198. num.28.*, *Fontanell. decis.194. num.16.*, *Rota coram Gregor. decis.252. num.8., & coram Peutinger. decis.194. num.19.*

Quodquè de facto Flaminius aut restrictiuè, aut saltèm cumulatiuè, & æquè principalitèr cum titulo legati instantiam introduxerit pro consequenda satisfactione ab hæreditate Viti sub præfato positiuo titulo cessionis à Patre præcedentèr obtentæ, non solùm euincebatur à tenore Decreti relaxationis Mandati, & signantèr vltimi deincèps expediti in executionem prædictæ rei iudicatæ per clar. mem. Aloysium Cardinalem Homodeum tunc Cameræ Apostolicæ Clericum, *hodierno Summario Ecclesiæ num.4., & 7.*, verùm quoquè eamdem repræsentatiuam figuram puri Cessionarij in Flaminio recognouerat ipsemet Marcus Antonius in quodam ordine Sacro Monti Pietatis directo de soluendo in hanc causam scuta 500., *dicto Summario num.12.*, qua sanè confessio-
25 ne, siuè agnitione concurrente superfluum efficiebatur diuagari circà vlteriores demonstrationes, ac probationes, *vulg. Iur. in leg. cùm precum, C. de liber. caus., leg. cùm te (la 2.) C. de transact.* cum concord. per *Rot. in Toletana Decimarum de Capilla quoàd Parochos 23. Martij 1699. §. Ac deniquè, coram Me*, (quæ est *la 78. num.17. tom.1.*)

Parùm officiente subalterna illa replicatione, quam promouebant Defensores eiusdem Marci Antonij, videlicèt, quod si non posset subingredi compensatio de vna persona ad alteram in ordine ad agendum, congrueret tamèn quoàd substantiam ipsius actionis, seù crediti, quasi quod mediante relicto per Vitum in personas filiorum Ioannis Pauli Consocij, & indubitati Creditoris, is intellexerit huiuscemodi relictum compensare cum credito Paterno: Siquidèm, vltrà quod sempèr obiectum supponebat id, quod erat in quæstione, nimirùm quod legatum in semetipso foret compensabile cum debito; Et vltrà etiam, quod ipsamet controuertibilitas, siuè ambiguitas articuli dubio procùl eximebat rem iudicatam à totali, palpabilique iniustitia, quæ requiritur saltèm in hoc casu non obtentæ priùs restitutionis in integrum, ex iam firmatis: Nihilominùs in hac obiectione latebat æquiuocatio apertissima, qualis est ea, quæ versatur inter sensum actiuum, & passiuum, in-
26 quiri namquè solet sæpissimè, vtrùm legatum filio familias relictum censeatur reuerà relictum contemplatione Patris, itaùt ei acquiratur, & ab ipso censeatur proficisci, iuxtà disputata apud *Mantic. de Coniectur. lib.8. tit.16. per tot.*, *Boss. de Patr. potest. cap.4. num.15., & seqq.*, *Michalor. de fratrib. par.1. cap.7. per tot.*, *Capyc. Latr. decis.124.* paritèr *per tot.*

At quod relictum filio præsumatur redu-
27 plicatiuè relictum ad extinguendum quoquè debitum Testatoris cum Patre personæ legatariæ, videbatur existere extrà lineam cuiuslibet disputationis, dum intantùm suboritur insinuata colluctatio circà relictum animo compensandi, necnè, inquantùm relictum tendat velato nomine filij positiuè, & infallantèr in beneficium Patris animo
28 compensandi, aliàs relictum vni non facit compensationem cum credito alterius, vti plena, & punctualis est prædicta *decis.124. penès Capyc. Latr.*, & generalitèr per *Text. in leg. rem 18. §. Creditor, ff. de compens., & in leg. eius 9. C. eodem*, prosequuntur *Noguerol. alleg.11. num.138.*, *Card. de Luca de Credit. disc.47. num.5.*, *Modern. Palm. alleg.29. num.15.*, *Rota coram Buratt. decis.325. num.10., & 12., & decis.69. numer.16. coram Card. Cerro.*

Atque ob id, nulla apparente demonstratione huius reduplicatiuæ præsumptionis, superuacaneum effulgebat ex alijs præclaris quoquè capitibus eliminare quamcumque oppositionem compensationis, quæ tamèn non deerant in præsenti, nàm compensatio
29 locum non habet, quando agitur de specie, genere, vel iure (proùt hìc) scilicèt Tabernæ legatæ, cum credito quantitatiuo; sicuti neque introducitur animus compensandi legatum cum proprio debito, quotiès idem debitum, in sui radice resultans à contractu Societatis vltroneo, dignoscitur voluntarium, ad distinctionem debiti descendentis à lege, vel Statuto, & sic necessarij: Ità etenim recolligendo asserunt in proposito primæ conclusionis *Mysinger. in §. Bonæ fidei num.25. Instit. de action.*, *Graff. de except. exc.16.*

ex c. 16. num.66., Ios. Ludouic. decis. Perus. 15.
num.5., Gratian. decis. Marcb.47. num.5.,
30 *Card. de Luca de Regal. disc.26. num.6.*, &
in specie secundę *Bart. in leg. si cùm dotem 22*
§. Si Pater num.3., & 4. ff. sol. Matrim.,
Mantic. de coniect. lib.10. tit.2. num.3., &
seq., Castill. de vsufruct. cap.46. ex num.2.
cum seqq., Modern. Lucen. consult.101. nu-
mer.24., & consult.299. num.6. cum 2. seqq.,
Rota coram Buratt. decis.291. num. 3.4., & 5.,
& in Recent. decis.79. num.22., & seqq.
part.13., & decis.86. num.17., & 18. coram
Card. Cerro.

Contemnenda paritèr apparebat asylus
superiùs tacta à principio, nempè, quod non
constaret de legitima iustificatione crediti
contrà Vitum, quandò plusquâm ad oculum
de ipsissima summa per eundem debita ple-
nissimè liquebat nedùm ex eadem re iudi-
cata hodiè non impugnabili, verùm etiam
ex prælaudata transactione anni 1668.; è
conuersò autem dumtaxàt aduersùs hęc duo
31 suprema genera probationum afferebatur
quidam calculus modernissimus nulla ex-
trinseca iustificatione fulcitus, & consequen-
tèr in nulla penitùs habendus considera tio-
ne, ad *Rot. coram Buratt. decis.14. num.22.,*
& seqq., & coram Bich. decis.77. num.14.,
& decis.184. num.8.

Agnoscentes firmitatem horum funda-
mentorum recurrere postremo loco tenta-
bant Defensores Marci Antonij ad hypo-
thesim, seù suppositionem, quod præfata loca
sexdecim cum dimidio in vim deliberatio-
nis ex causa præfati crediti per diuersa me-
dia transfusa in Ecclesiam, extitissent tan-
tummodò distracta ad vitam Nicolai primi
grauati, hoc arguendo à modicitate pretij
solùm ascendentis ad scuta 35. pro quolibet
loco: Sed & hæc leuissima obiectio restitit
euidentèr in sua propositione ex pluribus;
Primò, quia non erat ratio, proptèr quam de-
liberatio explenda esset ad solam vitam
32 Nicolai, qui cùm non foret debitor ex pro-
pria persona, sed ex illa fideicommittentis,
non poterat haberi reflexio ad puram com-
moditatem, & vitam grauati, quemadmo-
dùm habita fuerat in consideratione per *Rot.*
in illa *Romana Immissionis 23. Martij 1699.*
§. Hanc tamèn, coram R. P. D. meo Capra-
ra (intèr suas *decis.438. num.2.*) in qua,
stante debito respiciente grauatum, non
autèm ipsum fideicommittentem, attributa
fuerat immissio ad commoditatem solum-
modò pertinentem ipsi grauato.

Secundò fortiùs, quia effectiuè Iudicium
primordialitèr in Camera non fuit ex aliquo
debito Nicolai suscitatum, sed ex debito
Viti fideicommittentis, vndè nequibat illius
consumatio interuerti extrà limites instan-
tiæ, vti patebat ad sensum: Tertiò etiam
magis, quia præfata deliberatio per verba
Cursoris de more explicata, vt ibi = *Deli-*
berauit &c. loca 16. Montis Nouennalis, Sum-
mario Ecclesiæ num.9. eademque oblatio, vt
ibi = *obtulit scuta 35. pro quolibet loco Montis*
Nouennalis, citrà tamèn approbationem vin-
culorum, ac animo obtinendi liberam resigna-
tionem &c. dicto Summario num. 8. cantabat
circà effectiuam importantiam proprietatis
33 eorundem locorum Montium, vndè non
poterat vtraque littera deliberationis, &
oblationis detorqueri ad ius merè vitali-
tium, sicuti in hoc ipso proposito plenissimè
responsum fuit in *Romana Censuum super re-*
seruatis 7. Decembris nupèr elapsi ex §. Non
obstat cum plur. seqq. coram Reuerendiss. D. meo
Vrsino Decano.

Quartò demùm, quià circumstantia par-
uitatis pretij satis de plano referibilis erat
ad importantiam vinculorum, quibus in
litteris Patentalibus legebantur affecta ea-
dem loca Montium, euictionis scilicet Castri
Montis Lanici, & obligationis de restituen-
do prioribus, & potioribus Creditoribus
Domus de Comitibus originariæ Dominæ
eiusdem Castri, *Summario Ecclesiæ num.10.;*
familiare quippè commercium horum loco-
rum Montium in dies ostendit, quod consi-
34 milia vincula ad proportionem periculi ad-
modùm faciant decrescere valorem eorum-
dem locorum, & testatur etiam *Card. de Lu-*
ca de Regal. disc.30. num.9., & disc.32. nu-
mer.6., Rota in Romana Quarti Dotalis 1. Iu-
lij 1697. §. At rursus, coram Me (*decis.19.*
num.13. tom.1.)

Addita præsertim calamitate illorum
temporum, in quibus remanserat exple-
ta deliberatio, nimirùm ad intermedium
Bellum Parmense, & Annonæ caritatem:
hiscè namquè tempestatibus introspectis
35 summoperè imminui appretium locorum
Montium, vtpotè fundatorum super reddi-
tibus publicis conflictatis ab eisdem calami-
tatibus, præmonuit in specie *Card. de Luca*
36 *de Regal. disc.122. num.7.*, & in fortioribus
quòad ipsa stabilia *Bald. in leg.2. sub num.61.*
C. de rescind. vendit., Menoch. cons.114. nu-
mer. 23., Rota coram Priol. decis. 281. nu-
mer. 12., & 13., & in Romana Fornacis
28. Nouembris 1695. §. Nec huiusmodi pro-
batio, coram bon. mem. Emerix, (intèr suas
decis.1290. num.5., & 6.)

Attrita prætensione restringendæ acqui-
sitionis ad vitam Nicolai, pari ratione ce-
cidit altera minùs profectò congruens Acto-
ri, scilicèt, quod longè etiam minori pre-
tio, quàm fuerint ab initio iudicialitèr di-
stracta, seù deliberata loca Montium, illa
conquisiuerit Ecclesia à Societate S. Colùm-
bani mediata succeditrice Flaminij. Quo-
niàm huiusmodi exceptio, quandò per dis-
cursum extitisset aliquo modo subsistens,
non erat allegabilis ab hodierno Actore, qui
in

in nihilo repræsentabat Societatem vendi-
37 tricem, & in præsenti non proponebat hanc exceptionem pro tuitione suæ possessionis, quo casu forsàn valuisset illam, etsi de Iure Tertij, obiectare, sed ex opposito vestiebat
38 figuram Actoris ad auocandam possessionem ab Ecclesia, in quibus terminis oppositis nullatenùs licet excipere de Iure Tertij, prout aduerterunt *Peregrin. de fideic. art. 48. num. 71.*, *Mieres de Maiorat. par. 4. quæst. 15. num. 30.*, *Rota decis. 53. num. 1.*, *& seqq. part. 16., decis. 357. num. 12. part. 18. Recent.*, *& decis. 6. num. 23., & 24. post Card. Albit. de Inconstant. in Iudic.*

Extranea pariformitèr illuxit indagatio circà vincula contenta in Pergamenis, seù litteris Patentibus, per quas à prædicta Societate transitum fecère eadem loca Montium ad Ecclesiam SS. Ambrosij, & Caroli: Quamuis enim constaret, quod in illis haberetur relatio ad Testamentum, vel fideicommissum Viti, non tamèn ob id aliqua exoriri valebat actio fauore Marci Antonij, sed ad summum enasci mera præseruatio, quatenùs fideicommissum hoc exercibile extitisset contrà præcitata Montium loca, vt est notorium, & quotidiè habemus in su-
39 prà memorata obligatione de restituendo prioribus, & potioribus, quæ intantùm arctat, & procedit, inquantùm detegantur veri, & legitimi Creditores anteriores, & potiores, vt patet ex traditis per *Salgad. in labyr. Credit. part. 1. cap. 10. num. 68. cum seqq.*, *Merlin. de pignorib. lib. 4. quæst. 34. ex nu. 3. vsquè ad fin.*, *Rot. decis. 276. par. 17.*, *& decis. 255. par. 18. Recent.* vtrobiquè *numer. 1.*, & priùs *decis. 130. ex num. 1. vsquè ad 4. part. 16.*, *& in Romana Pecuniaria super negocio principali 1. Decembris 1698. §. Fundamentum, & seq. coram R. P. D. meo Scotto.*

Sed cùm, iuxtà stabilita in præsenti resolutione, vinculum Testamenti, ac fideicommissi ordinati per Vitum experibile
40 non esset aduersùs huiusmodi loca Montium, tamquàm legitimè effecta extrà causam eiusdem fideicommissi per dissolutionem debiti ipsius fideicommittentis, & ex hac ratione mandata consecutiua ad rem iudicatam, siuè deliberatio illius vigore facta cantarent dumtaxàt restrictiuè ad vinculum legati concepti in personam Flaminij, aliorumquè de Lucarinis, hoc sanè nu-
41 dum vinculum erat inspiciendum, nè vna, eademque res iudicata, quæ erat basis eiusdem præsentis resolutionis, per indirectum scinderetur, diuersamque operationem pareret in effectu, contrà vulgatam regulam *Text. in leg. iam hoc iure, ff. de vulg.*, *& pupill. cum suis notiss. concord.*

Et ità, vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

Binæ in hac Causa præsentem meam *Decisionem* præcesserunt Sententiæ, quarum prima coràm A. C. Areosto, & altera in nostro Sacro Tribunali *coràm Reuerendissimo Domino meo Molines Decano*; & licèt ex præscripto *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 180.* sperari per Appellatum potuisset Rescriptum fauorabile, nimirùm: *Esse locum Statuto de duabus*, ex quo omnia concurrerent, quæ ad dicti Statuti obseruantiam essent necessaria, tamèn contrarium in præsenti *Decisione* resolutum fuit, eo sub fundamento, quod vtraque Sententia esset notoriè iniusta,
42 qua stante iniustitia, consequens erat, quod locum non haberet Statutum *de duabus*, vt præter citatos in Decisione *num. 1.* passìm dixit *Rota apud Marchesan. de Commiss. part. 2. fol. 144. num. 2.*, *& decis. 205. num. 1. part. 15.*, *& decis. 67. num. 1. part. 18. Recent.*, *& in Imolen. Bonorum, seù Reintegrationis 25. Nouembris 1705. §. Nihilominùs*, *coràm Me*, *& in Romana, seù Sabinen. fideicommissi 5. Maij 1706. §. Idque non ex eo*, paritèr *coram Me.*

Expetitâ posteà aduersùs hanc Decisionem nouâ Audientiâ, illaque ex solita benignitate nostri Tribunalis concessâ, confirmationis robur obtinuit coràm Me sub die 17. *Iunij* 1701., expeditâque etiam successiuè Causâ, & latâ iuxtà Stylum per Me Sententia Rotali, commissa ex post denuò fuit Causa R. P. D. meo Lancettæ: Sed dilata ob suffragiorum paritatem resolutione vsquè ad diem 14. *Februarij* 1707., tandèm sub eadem die conuenit Tribunal, Sententiam à Me prolatam esse confirmandam, (quemadmodùm videre est in *decis. 467. coram eodem Lancetta tom. 2* nupèr, dùm hæc imprimuntur, publicæ luci tradito.)

Distinctio intèr debitum voluntarium, vel necessarium ad effectum præsumendi, necnè animum compensandi in Testatore, qui aliquid legauerit eius Creditori, de qua in præinserta mea Decisione *num. 30.*, non
43 procedit, vbi aliundè ex coniecturata mente legantis constat, quod ipse reuerâ legare intellexerit in compensationem debiti, quod habebat ergà legatarium, quià tùnc idem legatarius obstringitur legatum accepto ferre in diminutionem, vel extinctionem sui crediti, etiàm quod debitum respectu legantis esset voluntarium, vt omissis antiquioribus notant *Francisc. Palm. consult. 67. num. 42.*, *Mans. consult. 36. num. 32.*, *Bersan. de compens. cap. 2. quæst. 30. num. 31.*, *Palm. Nep. alleg. 195. num. 12.*, *Galderon. resol. 87. num. 10. cum duob. seqq.*, *Rot. cor. Card. Caprara decis. 606. num. 6.*, *& in Romana*

mana Immissionis 8. *Iunij* 1705. §. *fin. coram bo. me. Kaunitz*,

Intèr coniecturas autèm, ex quibus etiàm in debito voluntario præsumitur, Testatorē
44 legasse animo compensandi, potior est illa, vbi legatum appareat expressè relictum *pro omni*, & *toto eo*, quod Legatarius prætendere posset ab hæreditate legantis, tùnc enim de voluntate compensandi non est ambigendum, siuè debitum in sui origine sit necessarium, siuè voluntarium, ex traditis per *Spad. cons.* 348. *num.* 2. *lib.* 3., *Tranchedin. consult.* 39. *num.* 1., & *seqq. lib.* 1., *Bersan. dicta quæst.* 30. *num.* 33, & 34., *Palm. Nep. dicta alleg.* 195. *num.* 14., *Rot. coram Buratt. decis.* 183. *num.* 2., & *coram Merlin. decis.* 249. *num.* 11., & *coram Emerix Iun. decis.* 1162. *num.* 6., & *in Romana Hæreditatis* 2. *Iunij* 1704. §. *Sed ad vlteriorem, coram Card. Priolo*,

Idque fortiùs procederet, quotiès Testa-
45 tor legatum inscripsisset sub explicita conditione, quod legatarius nil ampliùs petere posset à Bonis, vel hæreditate ipsius legantis, ad firmata per *Rot. decis.* 312. *num.* 12, & *seqq. par.* 7. *rec.*, & *coram Cerr. decis.* 82. *num.* 24., & *coram Caprara dicta decis.* 606. *num.* 5., & *in Aprutina Pecuniaria* 3. *Martij* 1704. §. *In præsenti, coram Card. Scotto*,
46 & in terminis legati relicti cum verbis taxatiuis = *e niente più* = responsum fuit in præcitata *Romana Immissionis* 4. *Iulij* 1704., & 8. *Iunij* 1705., vtrobiquè §. *fin. cor. Kaunitz.*

Difficultate solùm cadente, vbi Testator, nullâ factâ mentione propriæ hæreditatis de sui natura compræhendentis credita, &
47 debita, simplicitèr dixisset, quod legatarius nil vlteriùs petere, aùt prætendere posset *supèr suis Bonis*; in his namquè terminis non desunt, qui tenent, non exindè inferri ad voluntatem compensandi relictum cum eo, quod Testator legatario debebat, sub ea ratione, quià legatarius petendo creditum suum nil petit de Bonis Testatoris, cùm Bona non dicantur, nisi deducto ære alieno, vt latè fundat *Surd. cons.* 112. *sub num.* 80. *vers. Tertia quoquè*, & pòst eum, & alios admittit *Rot. decis.* 257. *num.* 6. *par.* 7. *Rec.*; & habemus in proposito Patris legantis cer-
48 tam quantitatem eius filiæ cum prohibitione, quòd nil aliud prætendere valeat *supèr suis Bonis*, non etenim ex hoc impeditur filia legataria, quominùs vltrà summam legatam petere, & consequi possit Dotem maternam, idque sub prætacta ratione, quià Bona non alitèr intelliguntur, quàm deducto ære alieno, prout ex traditione *Bart. in Leg. vt Iurisiurandi* §. *Si liberi num. fin. ff. de oper. libert.* connotarunt *Sicard. cons. Matrim.* 9. *num.* 59., *Gratian. discept.* 274. *num.* 6. *cum duob. seqq.*, *Cancer. var. resol. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 61., & *seqq.*, *Prat. in addit. ad Pascal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 6. §. *Penult.*, & *final.*, *Carol. Rub. de confus.* & *distinct. Iur. hæred. cap.* 14. *nu.* 20., & 21., *Rota coram Coccin. decis.* 1568. *num.* 31.;
49 contrarijs procedentibus in casu, quo Testator prohibuisset eius filiæ, nè quidquam aliud prætendere posset aduersùs *eius Bona*, & *hæreditatem*, quià tùnc legatum censeretur relictum animo compensandi cum Dote materna, dùm prohibitio refertur etiàm ad hæreditatem Testatoris, sub qua æs alienum compræhenditur, quemadmodùm intèr vtrumque casum distinguendo obseruat *Surd. cons.* 348. *num.* 29. *lib.* 3., & concordat *Rot. coram Seraphin. decis.* 451. *nu.* 1., & 2., & *coram Buratt. decis.* 283. *num.* 3., & *in Reatina Successionis* 3. *Iunij* 1709. §. *penult. cor. Card. Priolo*.

Alia coniectura, seù circumstantia præsumere faciens in Testatore animum compensandi proprium debitum cum legato, promanat ex causa eidem legato adiecta;
50 putà si (ex: gr:) Testator, qui erat debitor legatarij ex titulo Dotis, seù alimentorum, nominatim legauerit in alterutram ex prædictis causis, videlicèt prò Dote, vel alimentis, *Bursat. cons.* 60. *num.* 11., *Honded. cons.* 50. *num.* 20. *lib.* 2., *Phanuc. de lucr. Dot. gloss.* 8. *num.* 92. *in fin.*, & *sub num.* 95. *vers. Item quandò sub commemoratione*, *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 2 *num.* 16. *ad med. vers. Et siquidèm*, *Menoc. de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 110. *sub num.* 9. *vers. hæc tamèn coniectura*, & *num.* 54., *Francisc. Rocc. respons.* 64. *sub num.* 30. *vers. Quarta lib.* 2., *Bersan. de compens. dicto cap.* 1. *quæst.* 30. *n.* 35. *Rot. decis.* 249. *n.* 7. *cor. Merlin.*

Præsumitur prætereà, quod Testator le-
51 gando habuerit animum compensandi, quotiès legauerit eadem Bona, vel idem corpus, quod erat fauore legatarij obligatum, siuè hypothecatum pro illomet credito, quod habebat aduersùs legantem, vt prætèr allegatos *in annot. ad decis.* 93. *num.* 66. *coram Me tom.* 1. habetur apùd *Bersan. dicta quæst.* 30. *num.* 43., *Rot. in Romana Dotis*, & *lucri dotalis* 22. *Iunij* 1716. §. *Eòque fortiùs, coram R. P. D. meo Lancetta*.

Idemque dicendum est, quotiès legatum
52 excedit debitum Testatoris, aùt saltèm illi æquiualet, *Mart. cons.* 85. *num.* 14., *Trentler. cons.* 24. *num.* 15., *Altograd. cons.* 68. *num.* 38. *lib.* 1., *Menoch. dicta præs.* 110. *n.* 32. *in fin. vers. Et idem est lib.* 4., *Rocc. dicto respons.* 64. *num.* 30. *lib.* 2., *Palm. Nep. dicta alleg.* 195. *num.* 15., *Calderon. dicta resol.* 87. *num.* 17., *Rot. dicta decis.* 312. *num.* 9. *par.* 7. *Rec.*, & *in Romana*, *seu Bononien. Pecuniaria* 12. *Maij* 1681. §. *Coniecturæ autèm, coram Card. Matthæio*, & *in mox cit. Romana Dotis* & *lucri dotalis coram R. P. D. Lancetta dicto* §. *Eòque fortiùs, vers.* & *ex quantitate*;

quod

53 quod potissimè locum sibi vindicaret, vbi ageretur de Testatore auaro potiùs, seù tenaci, & dùm viueret inclinato magis ad accipiendum, quàm ad aliquid dandum de suo, iuxtà animaduersa per *Nouar. decis. Regn. Neap. 194. num.2., & per tot.*

Rursùs præsumitur in Testatore animus
54 compensandi, quotiès legando professus est, quod id faciebat ad euitandas lites, & discordias intèr legatarium, & hæredem, *Riminald. Iun. cons.393. num.44., Monoch. cons.236. num.17., & dicta præs.110. nu.39. lib.4., Phanuc. de lucr. Dot. dicta glos.8. n.81., Mant. de coniect. dicto lib.10. tit.2. num.27. in fin., Bersan. dicta quæst.30. num.48., Afflict. decis.44. sub num.29. vers. decimoquartò colligitur.*

Similitèr legatum præsumitur relictum animo compensandi, quandò aliàs prò il-
55 lius solutione, & insimùl prò satisfaciendo debito legantis oporteret deuenire ad distractionem Bonorum stabilium, quorum alienationem ipsemet Testator enixè fideicommittendo prohibuerat, *Spad. d. cons.348. num.5. & 6. lib.3., Menoch. dicta præs.110. num.52., Francisc. Palm. dicta consult.67. num.45., Afflict. dicta decis.44. num.28., Palm. Nep. dicta alleg. 195. num.16., Rot. cor. Pamphil. decis.480. num.19., & in Rec. dicta decis.312. num.6. par.7., & decis.583. num.5. par.19. tom.2.*

Et prætermissis alijs coniecturis in subiecta hypothesi expensis apùd præadductas *Authoritates*, & signantèr penès *Mant., Me-*
56 *noch., & Bersan. in loc. cit.*, vrgens motiuum esset pro præsumendo animo compensandi, quotiès probaretur, quod Testator erat non benè affectus ergà eius Creditorē, quem legato honorauit, vt aduertunt *Riminald. Iun. dicta cons.393. num.31., & seqq., Menoc. dicto cons.236. num.30.*; sicutì è con-
57 uersò ex nimia dilectione Testatoris ergà legatarium insurgit præsumptio, quod legans nullatenùs intellexerit compensare proprium debitum cum legato, sed potiùs quod voluerit, vtrumque legatario præstari, ex relatis per *Merlin. Pignatell. contr. for. cent.2. cap.44. n.44., Sabell. var. resol. cap.10. num.14. cum duob. seqq., Bersan. dicta qu.30. num.59., Rot. decis.152. num.22. & 23. par.9., Rec. & coram Card. Caprar. dec.350. num.7., & in dicta Reatina Successionis super reseruatis 14. Martij 1710. §. fin. cor. Card. Priolo*, confirmata 30. Ianuarij 1711. §. *Verùm, cor. eodem*.

Ex opposito paritèr excluditur in Testatore animus compensandi proprium debi-
58 tum cum legato, quotiès istud apparet Creditori relictum ob aliam diuersam causam, vel respectum, putâ pro amore Dei, pro alimentis, vel ex causa dilectionis, cum similibus; vt scribunt *Alex. cons.7. num.18. lib.6., Farinac. in repertor. vlt. volunt. qu.271 num.29., Gratian. discept.134. num.2., ibiquè Carol. Ant. De Luca num.10., Tell. Fernandez ad leg.16. Tauri num.4., Sadarin. respons.12. num.26. propè fin. vers. Ex quibus, Posth. resol.21. num.7., Sabell. var. Resol. dicto cap.10. num.13. cum duob. seqq., Tartagl. de reseru. Statut. art.19. num.2., & 3., Berlich. decis. Saxon.223. num.24., Rot. coram Ottbobon. decis.242. num.17.*; pròut in similibus videmus, quod si Pater reliquerit filijs legatum alicuius rei, aùt quantitatis
59 addita causali = *acciò se lo godino per segno di amore, che gli porto*, ex huiusmodi causa legato adiecta excluditur præsumptio, quod Pater in animo habuerit, vt filij legatarij forent obligati imputare tale legatum in eorum legitimam, sicuti decisum fuit in vna *Interamnen. Fideicom. 14. Ianuar. 1703. §. Nec in diminutionem, & 22. Februar. 1704. §. Replicatio autèm, coram R. P. D. meo Lancetta* (nunc intèr eius nouitèr impressas *decis.162. num.10., & decis.303. n.17.*)

Excluditur insupèr in Testatore animus
60 compensandi, si ipse non sciebat, aùt aliàs de tempore conditi Testamenti non cogitabat, se esse in aliquo debitorem ergà legatarium, non enim dici potest actu volitum, quod priùs cognitum non fuerit, quemadmodùm post *Coru., Bero., Altograd., & Capyc. Galeott.* in specie dictum fuit in præallegata *Reatina Successionis super reseruatis 30. Ianuarij 1711. §. Altera, cor. Card. Priolo*, & concordant in eisdem terminis *Gabr. cons.16. sub num.32. vers. Cùm igitùr lib.1., Marcabrun. cons.110. num.29. & 93., eademque Rot. in Camerinen. Legati 12. Maij 1589. in fin. coram Card. Platto m. s.*; quamuis secundùm aliquos mox citan. con-
61 clusio hæc non procedat in debito necessario, in quo putant intrare præsumptum animum compensandi etiam citrà scientiam, aùt cogitationem legantis, eo quià lex supplet voluntatem Testatoris, qui si sciuisset, se esse necessarium debitorem legatarij, fortè vel illi non legasset, aùt verisimilitèr adiecisset onus compensandi rem, vel summam legatam cum proprio debito ipsius legantis: Et hi sunt *Bald. in leg. quoniàm in prioribus 32. num.6. post med., vers. Primo casu, C. de inoff. Testam., Petr. Barbos. in leg. si cùm dotem, §. Si Pater sub num.7. ver. Vndè colligo, ff. sol. Matrim., Marcian. disput. 84. num.54., Tartagl. de reseru. Statut. art.9. num.39.*

ARI-

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 20. Ianuarij 1700.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi de Iure non censentur actiuè, seù dispositiuè vocati, præsertim vbi agitur de dispositione Transuersalis, nisi concurrant pro vocatione vrgentes coniecturæ, quales non sunt reciproca ordinata intèr primos institutos, ac requisita qualitas legitimitatis, & naturalitatis. Transmissio licèt faciliùs inducatur, quàm vocatio, nihilominùs non intrat cessante vocatione eius, ex cuius persona eadem transmissio prætenditur. Fideicommissum præsuppositum, & agnitum in Instrumento diuisionis nequit impugnari ab hæredibus diuidentium, etiamsi illius existentia non sit clara, sed turbida, aùt disputabilis.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi regularitèr non censentur dispositiuè vocati.*
Sed tantummodò eis censetur præseruata successio ab intestato, iuxtà opinionem gloss. in leg. Lucius (la 2.) verb. liberos, ff. de hæred. instit., *ibid.* num.2., & n.20.
Præsertim vbi agitur intèr Transuersales, quo casu vrgentiores requiruntur coniecturę pro præsumenda illorum dispositiua vocatione, n.3.
Opinio tamèn gloss. in dicta leg. Lucius *impugnatur à multis magni nominis* Doctoribus, n.21.
Et declaratur, in quibus terminis illa procedat, n.22. & 23.
4 *Filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati stante reciproca per Testatorem ordinata intèr primos Hæredes.*
Idemque est, quandò filij apparent positi in conditione cum qualitate legitimitatis, ac naturalitatis, n.5.
Verùm vtraque coniectura nullius est roboris, aùt momenti, quotiès deficit digressus ad plures gradus substitutionum, aut expressa contemplatio agnationis, n.6. & 7.
8 *Hæres repræsentat personam defuncti.*
9 *Transmissio faciliùs inducitur, quàm vocatio.*
10 *Transmissio operatur, quod filij, ingrediendo locum Patris, id capiant, quod Pater ipse accepisset, quatenùs superuixisset.*
11 *Transmissio non intrat, vbi deficit vocatio eius, ex cuius persona quis illam prætendit.*
12 *Fideicommissum reciprocum potest per fratres condiuidentes constitui in actu diuisionis Bonorum paternorum.*
Quo casu idem Fideicommissum nequit posteà impugnari ab hæredibus ipsorum Condiuidentium, n.13.
14 *Exceptio erroris non admittitur in Iudicio executiuo, vbi requirat altiorem indaginem.*
15 *Error propriæ confessionis non præsumitur.*
16 *Fideicommissum, seù illius existentia nequit induci ex sola, ac simplici confessione Partium vbi illud reverá non adest.*
Quod secùs est, vbi existentia Fideicommissi apparet aliqualitèr disputabilis, quià tunc confessio, & agnitio grauatorum summoperè inseruit pro illius dilucidatione, n.17.
18 *Testatores plerumquè censentur plus voluisse, quàm fuerit scriptum in eorum tabulis Testamentarijs.*
Et de ratione, ibid.
19 *Creditores Patris præferuntur in Bonis paternis legitimæ filiorum.*
24 *Verba Testatoris quandoquè impropriare licet ad finem euitandi absurditatem dispositionis.*
Amplia, vt ibid.
25 *Filij in conditione positi an, & quandò censeantur à Testatore dispositiuè vocati*, remissiuè, & n.26.

DECISIO CXXIV.

Balda, & Vrsina Sororibus contendentibus de rata pretij residualis prouenientis à distractione cuiusdam Prædij hæreditarij Angeli, qui, propria sobole destitutus, hæredes scripserat Odoardum ex Eleonora Sorore, alteram Eleonoram ex Hercule, ac demùm Lauram ex Pacio fratribus Nepotes, sub hac vlteriori substitutione = *E venendo poi il caso della morte di vno di detti Eredi senza Figlioli legitimi, e naturali, la sua rata si parta frà li due restanti, e così doppo la morte di tutti trè, la rata di chi non hauerà figlioli, vada à chi ne hauerà;* Tota massa disputationis reducebatur ad articulum, vtrùm, iuxtà mox enunciata verba, actiuè forent in præfata substitutione comprehensi filij, filiæuè eiusdem Lauræ, pròut ipsa Laura transigendo supèr hocmet residuali pretio cum Eleonora cohærede explicitè fassa erat, ac supposuerat, vel potiùs substitutio sisteret in primis cohæredibus, eorumque indifferentibus successoribus: Vrsina namquè in his posterioribus terminis exuta apparebat illa Veste hæreditaria, qua, respectu Lauræ communis Matris, Balda pollebat; Verùm *Domini*, desupèr per Me consulti, minimè ambigerunt, quòminus ex vi coæquæ substitutionis æqua pars pretij consignanda foret fauore Vrsinæ, quemadmodùm, præuia relaxatione Mandati, & successiuâ Sententiâ absolutoriâ ab exceptionibus, per anteà quoquè decreuerat, & iudicauerat A. C. Origus.

Etsi

Etsi namquè Scribentes pro Balda ad ex-
1 clusionem substitutionis toti immorarentur in regula deriuante ex famigerata *gloss. in Leg. Lucius, ff. de hæred. instit.*, per quam communitèr receptum est, quod filij simplicitèr in conditione positi neutiquàm censeantur actiuè, seù dispositiuè vocati, sed
2 solùm eisdem reseruata censeatur successio ab intestato, vt citrà controuersiam hodiè tradunt *Fusar. de substit. quæst.*437. *num.*2., *Caren. resolut.*147. *num.*4., *Cresp. de Valdaur. obseru.*20. *num.*22., *Mart. de success. legal. par.*1. *quæst.*9. *art.*1. *num.*1., *Cirocc. discept.*61. *num.*46., *Rot. decis.*221. *num.*2. *par.*5. *recent.*, *decis.*231. *num.*1. *cum duob. seqq. par.*8., *& in Montis Falisci Fideicommissi* 8. *Februarij* 1686: *§. Quià totum fundamentum, cor. clar. mem. Card. Matthæio.*

Potissimè, quià ad præsens agebatur de inducenda actiua vocatione ad ratam pretij prædicti Prædij, deuolutam per mortem
3 Eleonoræ transuersalis vltimò defunctæ: in quibus sanè terminis durior existit prouincia recedendi à præmissa regula, sed fortiores exiguntur coniecturæ, quàm quod desiderantur in Bonis, vel effectibus à Patre, vel Matre, alioue Ascendente possessis, vacantibusque per illius obitum, quemadmodùm pleníssimè distinguunt *Caren. dict. resol.*147. *num.*8., *Cirocc. dicta discept.* 61. *num.* 47. *&* 48., *& num.*66., *Modern. Argentan. collect.*11. *num.*10. *&* 11. *lib.*2., *Rota coram Buratt. decis.*385. *num.*1. *&* 2., *& coram Royas decis.*110. *num.*3. *&* 4., *& in rec. decis.*276. *num.*2. *&* 3. *par.*18.

Absquè eo, quod propterea in hoc difficiliori casu suadere possit limitationem, seù recessum à regula prædicta duplex tantummodò, & vnaquæque debilis coniectura; altera videlicèt, quod ex verbis suprà relatis Angelus Testator ordinauerit substitutionem reciprocam intèr primos Hæredes in mutua contingentia mortis sinè liberis:
4 quamuìs enim huiusmodi coniectura suos habeat sequaces ad effectum limitationis, seù castigationis *glossæ*, vt patet ex *Fusar. dicta quæst.*437. *num.*87., *Andreol. controu.*85. *n.*10., *Adden. ad Buratt. d. dec.*385. *sub num.*10. *vers. Quinta est*, *Modern. Camerinen. alleg.*51. *num.*12. *& seqq.*, *& alleg.*55. *num.*10. *cum duob. seqq.*

Pròut non minùs considerari soleat in hac præcisa indagatione, quod fuerit filijs in conditione positis superaddita aliqua
5 qualitas, quæ in hodierna These concurrebat, nempè legitimitatis, & naturalitatis; ex quo, si filij non existerent vocati, parùm intererat poposcisse in eis vllam qualitatem, teste *Fusar. dicta quæst.*437. *num.*64., *Surd. decis.*162. *per tot.*, *Andreol. d. contr.*85. *n.*8. *Mart. de success. legal. dicta par.*1. *quæst.*9. *art.*3. *num.*5. *& seqq.*, *Attolin. resol.*73. *num.*8., *& seq.*, *& resol.*106. *num.*13., *Modern. Camerinen. alleg.*52. *n.*4.

Vtraque adhùc circumstantia, seù coniectura vacillare videbatur, tamquàm denudata alio vlteriori fulcimento, & præcipuè vel digressus ad plures gradus substitutionū, vel implicitè, aut expressè contemplatæ Agnationis, per quas redditur inuerisimile, vt ipsi saltèm filij in conditione nominati non succedant, potiusuè expiret substitutio, quandò ob prædictum digressum, vel contemplationem Agnationis conuincitur, Testatorem exoptasse maiorem perseuerantiam suæ ordinationis, & fideicommissi, sicuti his, vel similibus vrgentissimis coniecturis
6 deficientibus, non obstante ordinatione reciprocæ intèr primos Hæredes, responderunt *Cresp. de Valdaur. dicta obseru.*20. *n.*61. *& seqq.*, *Rot. coram Royas dicta decis.*110. *num.*13. *&* 14., *Bich. decis.*342. *num.*2., *Arguell. decis.*32. *num.*20., *& in dicta Montis Falisci Fideicommissi* 8. *Februarij* 1686. *§. Reciproca enim, coram clar. me. Card. Matthæio*;
7 & non obstante paritèr adiectione qualitatis legitimi, & naturalis, habetur apùd *Caren. dicta resol.*147. *num.*9. *&* 10., *Ciroc. dicta discept.*61. *num.*55. *& seqq.*, *Rot. Lucen. intèr diuers. collect. per Modern. Palm. dec.*87. *sub num.*6., *Royas d. decis.*110. *n.*10., *Cels. decis.*145. *nu.*10. *&* 11., *& in recen. dec.*200. *ex num.*14. *vsquè ad* 20., *& decis.*383. *num.*5. *& seq. par.*15., *& in Pisauren. Successionis* 11. *Martij* 1684. *§. Prima pars assumpti post med.*, *coram Reuerendiss. Heruault Archiep. Turonen.*

Quamobrèm concludendo perstringerent præcitatæ Baldæ Defensores, quod inani ex præmissis remanente actiua vocatione filiorum, vel filiarum Lauræ, parùm referret, quod portio præmorientium sinè filijs deferretur *à chi ne hauerà*; quoniàm cùm in subiecto casu verba hæc forent inaptabilia personis cohæredum, dùm alia immediatè præcedentia præsupponebant expressè deficientiam eorumdem cohæredum, vt ibi = *E così dopo la morte di tutti trè, la rata di chi non hauerà figlioli vada à chi ne hauerà*, pernecessè fatendum erat, quod ea verba = *à chi*, (quę certò certiùs non poterant referri ad ipsos filios, vtpotè nullibi, & maximè hic non vocatos, minùsque, vt præmisimus, ad coheredes, stante prædicta præsuppositione deficientiæ ipsorum) non alitèr intelligi deberent, quàm de ficta illa persona, quæ repræ-
8 sentat defunctum, nempè de hæreditate illius, qui de tribus cohæredibus reliquisset sobolem post se, iuxtà *Text. in Leg. Si filius* 21. *ff. si quis omiss. caus. testam.* cum concordan. per *Conciol. de hæred. art.*1. *n.*20.

Exclusa vocatione, superuacaneum (vti subiungebant prædicti Defensores) efficiebatur discurrere de transmissione; quamuìs enim

9 enim; Volumina sint plena, quod faciliùs inducatur transmissio, quàm vocatio, ex quo vocatio sempèr imponit Parenti graua-
10 men, transmissio autèm operatur, vt filij introeundo locum Parentum vocatorum, assequantur id, quod acciperent, seù accepissent superuiuendo eorum Paréntibus, ex collectis per *Giouagnon. cons.* 82. *n.* 72. *&* *n.* 119. *lib.* 1., *Cancer. var. resol. part.* 3. *cap.* 21. *num.* 244. *&* *num.* 267. *cum seqq.*, *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 10. *par.* 2. *n.* 42., *Rot. coram Gregor. decis.* 551. *sub num.* 9., *&* *coram Buratt. decis.* 568. *num.* 11. *&* 12., *&* *decis.* 176. *num.* 4. *cor. Card. Cels.*

Quià tamèn transmissionis effectus substantialitèr onus importat, si non proprio Parenti prædefuncto, alteri grauato ad fauorem eiusdem Parentis, quasi eodem passu transmissio progreditur, seù regulatur cum contermina quæstione vocationis filiorum in conditione positorum, itàut cessantibus efficacibus demonstrationibus, seù non concurrente alterutra ex prædictis vrgentioribus, scilicèt digressus ad plures sub-
11 stitutiones, vel voti conseruandæ Agnationis, difficilè in praxi admittatur transmissio, vbi non admittitur vocatio, sicuti videre est penès *Cresp. de Valdaur. dicta obseru.* 20. *num.* 96. *&* *seqq.*, & signantèr *num.* 98., *Modern. Camerinen. alleg.* 55. *num.* 2. *&* 3., *&* *alleg.* 59. *num.* 5., *Rot. decis.* 389. *num.* 7. *coram Royas*, *&* *in recent. decis.* 124. *num.* 10. *&* *seqq. par.* 13., *decis.* 203. *num.* 8. *&* 9. *par.* 14., *&* *decis.* 125. *num.* 9. *par.* 16.

In oppositam nihilominùs traxit sententiam præcordia *Dominorum* illa vehemens, & statim antè oculos prorumpens consideratio, quod in præsenti agebatur de Iudicio prorsùs executiuo, itàut per modum solius exceptionis secundariò elisæ per sententiam A. C. Orighi degustanda forent merita substitutionis, & fideicommissi; mortuo siquidèm Odoardo altero ex cohæredibus ab initio institutis ab Angelo, solutisque debitis, & legatis, nec non detractâ Trebellianicâ ad commodum hæredum eiusdem Odoardi, Laura, & Eleonora æqualitèr sibi diuidentes residuale pretium Prædij distracti ad præcitatos effectus, positiuè conuenerunt in Instrumento celebrato de anno 1652. *Sum.* Vrsinæ *num.* 2., quod si aliqua illarum sic, siuè absquè liberis prædecesserit, ratam ad se in ipsa diuisione peruentam teneretur (sunt verba præcisa) *dare*, *soluere*, *&* *numerare alteri superuiuenti*, *seù eius filijs*, *aut cui*, *seù quibus*, *ad cuius*, *vel quorum fauorem fideicommissum purificatum fuerit*, *in pecunia numerata*, *&* *non in alia re*, *absquè alia exceptione &c.* *&* *pro mora incurrenda pro fructibus compensatiuis*: Vndè posthabita disputatione, vtrùm in prædicta di-
12 uisione Partes potuerint, & intellexerint etiàm, quatenùs oportuisset, de nouo statuerd fideicommissum, quod erat vicissitudinarium, siuè æquè ad vtriusque commodum in se, vel sua descendentia purificabile, ex ijs, quæ in suis terminis affirmarunt *Crauett. cons.* 130. *num.* 10. *vers. septimò*, *Menoch. cons.* 944. *num.* 36. *&* 27. latè *Caren. resol.* 67. *ex num.* 19. *vsquè ad* 24., *Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst.* 21. *art.* 9. *n.* 16.

Indubium tamèn erat, quod eædem Partes certitudinalitèr agnouerant, & confessæ fuerant fideicommissum, & progressum, seù complexum substitutionis, etiàm respectu filiorum ex vtraque, vel alterutra Consobrina descendentium, non solùm ad tenorem verborum, quæ mox retulimus, sed etiàm, quià literalitèr in principio eiusdem Instrumenti declarauerant, quod Angelus *alteri deficienti sinè filijs legitimis*, *&* *naturalibus in illius portione substituerat alios superuiuentes*, *&* *post omnium eorum mortem ordinauerat succedere eorum filios*: Ac proptereà, dùm ad limites huiuscè tàm claræ agnitionis, & confessionis absquè exceptione pepigerant sub obligatione Camerali, ratam decedentis sinè filijs soluendam esse superuiuenti, vel eius liberis, vtiquè in dubio etiàm, & non apparente de aliquo ma-
13 nifesto errore, non valebat Balda Lauræ confitentis, & paciscentis hæres, illius factum, agnitionèm, & confessionem euitare, ad *Text. in Leg. Cùm à Matre*, *Cod. de rei vindic.*, quem in his præcisis terminis expendunt *Decian. cons.* 44. *sub num.* 76. *vers. &* *ideò lib.* 3., *Bim. cons.* 140. *n.* 17., *Barz. decis. Bonon.* 5. *num.* 19, *Rot. decis.* 344. *num.* 3. *&* 4. *coram Priol.*, & maximè, vt diximus,
14 in Iudicio executiuo, non admittente de facili exceptionem erroris non præsumendi, vel aliundè patientem altiorem indaginem, vt pluriès dictum fuit, & signantèr in *decis.* 55. *num.* 18. *coram Priol.*, *in Romana*, *seù Ianuen. Pecuniaria* 10. *Martij* 1698. *§. Constitit siquidèm in fine*, *coram R. P. D. meo Muto*, *&* *in Romana Subappaltus Theatri* 27. *Iunij eiusdem anni §. Siquidèm*, *coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano*.

Et sanè tantum aberat, quod ad præsens
15 error præscriptæ agnitionis, & confessionis foret præsumibilis, contrà omnes regulas Iuris, vt ait *Rot. in Amerina Fideicommissi* 15. *Iunij* 1696. *§. fin.*, *coram R. P. D. meo Muto*; quinimò Laura, & Eleonora declarantes (sunt verba prædicti Instrumenti) *earum intentionem non esse afferre præiudicium aliquod fideicommisso per qu. Angelum ad earum*, *vel earum filiorum fauorem facto*, statìm subiunxerunt *de quo certam scientiam*, *&* *informationem habere dixerunt*;
16 quaproptèr licèt sola confessio, vel agnitio, alio indicio nouæ voluntatis non effulgente, minimè ex se sufficiat pro inducendo fidei-

commisso, vbi non adest, vt dicunt *Bellon. iun. consf.18. num.26. cum duob. seq.*, *Mant. de coniect. lib.3. tit.1. num.29.*, *Vrceol. consult.90. num.71. cum duob. seq.*, *Rot. coram Royas decis.153. num.23., & decis.98 n.15. & 16. par.10. recent., & in Tusculana Fideicommissi 9. Maij 1687. §. fin. coram b. m. Rondinino*.

Profectò, quotiès fideicommissi existen-
17 tia iustam turbiditatem, & ambiguam secumfert, ac admodùm probabilem ansam dubitandi, confessio, & agnitio grauatorum summoperè attenditur ad eiusdem fideicommissi dilucidationem, & declarationem, ità vno ore conuenientibus *Franc. Palm. consult.96. n.58., Andreol. contr.254. num.65. & seqq.*, *Episc. Rocca select. disput. Iur cap.10. num.21.*, *Rot. coram Vbald. decis.22. num.12., in Interamnen. Fideicommissi 13. Iunij 1681. §. fin. coram bon: mem: Albergato, & in Romana Fideicommissi 10. Ianuarij 1689. §. Idque euidentiùs, coram bon. mem. Rondinino*.

Fortiùs verò, quià etiàm præcisiuè à tàm seriò emissa confessione, & agnitione, & vt par erat, introspecta quoquè medulla verborum substitutionis, de qua suprà, probabilior, imò tutior coruscabat interpretatio pro actiua compræhensione filiorum, adeòut quantumuis verba non forent, nisi nimiùm laconica, & succisa, & consequen-
18 tèr subobscura, attamèn si vmquàm in aliquo casu militat illa propositio, quod plùs sit à Testatore volitum, quàm scriptum, vel per Notarij imperitiam, aut incuriam, vel per turbatam formidine mortis Testatoris expressionem, vt inquit *Vlpian. in Leg.1. §. Si ex fundo, vers. sin autèm, ibiquè gloss. verb. minùs scriptum, & in Leg. Quotiès, §. Sed si non in corpore, ff. de hæred. instit.* & Papinianus in celebri *Leg. cùm Auus ff. de condit. & demonstrat., Mant. de coniect. lib.3. tit.19. num.18. & lib.8. tit.1. num.3., Amat. decis. Ferrarien.4. num.57. cum duob. seqq.*

Vtiquè casus magis præcisus dari fortasè non poterat prò actiua filiorum inclusione, quàm is; irrationabile namquè nimiùm extitisset, quod ad sensum, vel prætensionem Baldæ, adesset contrà hæredem Eleonoræ de facto ineuitabile grauamen fideicommissi in dorso personarum substitutarum, vt importabant illa verba = *E così doppo la morte di tutti trè vada &c.* quodque proindè eadem Eleonora neptis, & hæres Testatoris prædilecta, adhùc esset censenda indubitantèr onerata, & alligata vinculo restitutionis, ad hoc, vt posteà eadem restitutio fieret nomini, seù personæ fictę, nempè hęreditati, per possibile deuolubili in suis casibus vsquè ad Fiscum, & magis contingentèr ad Creditores extraneos vltimæ prædefunctæ, itàut in concursu ipsiusmet Baldæ, ac Vrsinæ filiarum, si qui adfuissent legitimi Creditores Lauræ Genitricis, ab eisdem filiabus, & respectiuè sororibus, & testatam, & intestatam in effectu successionem supèr his bonis, seù pretio auulsissent, cùm Cre-
19 ditores Parentum in re libera effecta, seù remanente, præferantur successioni, quodque magis est legitimæ filijs de Iure debitæ, ad tradita per *Natt. cons.214. num.4.*, *Decian. cons.1. num.30. lib.4.*, *Magon. dec. Lucens.85. num.2.*, *Rot. coram Seraph. dec.976. num.4., & decis.735. num.3. par.1. diuers.*

Retenta igitùr tàm clara, & euidenti irrationabilitate, inapplicabilis euadebat authoritas *prædictæ glossæ in Leg. Lucius la 2. de hæred. Instit.*; cubitalitèr enìm determinante *Textu*, quod vbi liberi ipsius grauati positi leguntur in conditione, prudens existat consilium Testantis, ex quo *non fratrem solum hæredem prætulit substitutis, sed*
20 *etiam eius liberos*, magis recepta quidèm (vt præmisimus) & signantèr in nostro Auditorio, est authoritas, siuè interpætatio *prædictæ glossæ ibidèm verbo liberos* intelli-
21 gens = *tacitè, scilicèt ab intestato*: licèt non desint plures, ac plures exteri, magnique nominis Contradictores eamdem *glossam* expressè reprobantes, ex deductis per *Redenasc. cons.8. num.1. cum duob. seq.*, *Altograd. Iun. contr.36. ex num.2. vsquè ad 30.*, *Actolin. resol.42. num.33.*, *Leoncill. decis. Ferrar.82. num.10., Card. de Luca in conflict. leg. & ration. obser. 92.*, *Modern. Mantuan. consult.50. num.1.*, *Rot. decis.328. num.15. par.19. recent.* vbi etiam communem appellat (vt puto extrà) opinionem, quæ prædictæ *glossæ* aduersatur.

Verùm quià *glossa* loquitur, semperquè intellecta est ad leuamen Patris grauati, &
22 ad simplicem exclusionem substituti, sicquè intuitu cessationis fideicommissi, fauorabilisque libertatis bonorum, palàm in hodierna These, similibusque contingentijs remanebat, nedùm fortassè aspera, sed penitùs extranea: nàm quandò filij in conditione positi non possunt Testatoris Bona per præmorientiam Patris, vel Matris, antè obtentum ab ipsis emolumentum subsecutam, regularitèr adipisci ab intestato, vel ex Testamento, nullusque intercedit fauor libertatis ad leuamen proprij Parentis, vel etiam alterius grauati, sed certitudinalitèr durat fideicommissum, & obligatio restituendi bona grauantis, non intrant ampliùs termi-
23 ni, & suppositio *glossæ*, vndè oporteat illius authoritatem euincere contrarijs, validisque coniecturis, nempè contemplationis agnationis, aut digressus ad plures gradus substitutionum: at ijdem filij, etsì positi simplicitèr in conditione, reputantur per tacitum fideicommissum inuitati, nè aliàs inane redderetur collaudatum à littera *Text in d.*

Leg.

Leg. Lucius consilium Testatoris, neuè pariter (quod intolerabilius esset) superexistentia filiorum foret, à contrario, causa potiùs durationis fideicommissi, & grauaminis finè propria vtilitate, quàm vllius leuaminis, ac libertatis, ad celebre, & receptum in fortioribus *cons. Peregr.* 132. *sub num.* 5. *vers. hæc tamèn lib.* 5. cum qua procedunt *Fusar. de substit. quæst.* 437. *num.* 71., alijque adducti per *Rot. decis.* 690. *num.* 9. *& seqq.* & signantèr *num.* 11. *&* 12. *par.* 18. *recent.*

Quapropter per illa cęteròquin ambigua verba = *vada à chi hauerà figliuoli*, satis nihilominùs clarè Testator præsupposuisse videbatur, filios fuisse sufficientèr substitutos, ac vocatos, acsi dixisset = *vada a quei figliuoli, che vi saranno*; Cùm enim foret incertum, à quo ex Nepotibus instit utis filij progenerentur, & superesse contingerent, necessarium idcircò erat adhibere loquendi formam, relatiuam quidèm, sed insimul impersonalem, ac incertam = *a chi*: proindèque sempèr in concursu alterius admodùm improbabilis, & absurdæ intelligentiæ respectu hæreditatis, illa dictio = *à cui* = denotare planiùs videbatur = *à quelli* = quemadmo-
24 dùm, ponderata consimili aliàs resultante irrationabilitate, & absurdo, in durioribus, nempè vsquè ad resoluendum sensum expressum negatiuum in affirmatiuum, & è conuersò, censuit *Rot. in Romana Fideiussionis* 23. *Maij* 1660 *coràm bon. mem. Verospio Iun.*, quam scribens in eadem Causa collaudat *Card. de Luca de Credit. disc.* 103. *num.* 7., & secuta fuit *eadem Rot. in Anconitana Fideicommissi* 27. *Nouembris* 1682. *§. Etenìm*, *&* 14. *Iunij* 1683. *§. Nèc huiusmodi dispositio, cor. b. m. Vrsino Decano.*

Atquè ità non minùs ex litera substitutionis, quàm & certiùs insimùl inspecta sempèr in dubio attendibili declaratione, confessione, & stipulatione Lauræ auctricis eiusdem Baldæ, *Domini* responderunt; Vtraque &c.

ANNOTATIO R.P.D. AVTHORIS

PRæsens *Decisio*, quæ reperitur etiam impressa *post Commentaria moderni Asculani ad Statut. Vrb.* in ordine *la* 111. *tom.* 3., fuit postmodùm in gradu vlterioris appellationis à Balda interpositæ confirmata *sub die* 18. *Februarij* 1701. *coram D. Card. Scotto*, & successiuè de hac Causa ampliùs actum non audiui.

Frequentèr in Foro iudiciali, & signantèr in *Sac. nostro Auditorio* disputari contingit de subiecta familiari quæstione, an, & quandò in materia vltimarum voluntatum filij in conditione positi censeantur dispositiuè vocati; Ego autèm de tempore, quo fungebar munere Aduocationis, iteratò scripsi
25 pro vocatione eorumdem filiorum in conditione positorum in vna *Florentina Donationis*, & in altera *Auenionen. Fideicommissi*, vt patet ex meis *Consultationibus* desupèr exaratis, & ad litteram transcriptis in *Addit. ad decis.* 89. *tom.* 1. *ex num.* 61. *vsquè ad* 96., & prò illorum paritèr vocatione in pluribus Causis, Me in plerisque illarum suffragante, respondit *Rot.*, & præsertìm in *Fauen. Fideicommissi* 18. *Iunij* 1703. *coram Card. Caprara* (nùnc intèr suas *decis.* 649.), *in Bononien. Fideicommissi de Grissonibus* 4. *Iulij* 1704. *coram Omaña*, *in Firmana Immissionis* 27. *Iunij* 1708. *coram Molines* (modò intèr eius impressas *decis.* 171.), *in Interamnen. Fideicommissi* 2. *Iulij eiusdem anni* 1708. *cor. Eminentiss. Scotto*, *in Eugubina Fideicommissi* 3. *Iunij* 1709. *coram Kaunitz*, *in Asculana Successionis* 8. *Maij* 1713., *&* 5. *Martij* 1714. *coram R. P. D. meo Falconerio* (nùnc intèr suas *tom.* 1. *sub tit. de Fideic. decis.* 17. *&* 18.) & reliquis omissis *in Meleuitana Fideicommissorum* 22. *Iunij* paritèr 1714. *coram prælaudato D. Card. Scotto.*

E' contrà verò aduersùs prætensam voca-
26 tionem filiorum in conditione positorum videri possunt firmata in *Tarentina Immissionis* 11. *Decembris* 1705, *&* 26. *Februar.* 1706. *coram Me*, *in Romana, seù Camerinen. Fideicommissi* 22. *Februarij* 1715. *coram R.P.D. meo Cerro*, *in Firmana Immissionis* 28. *Iun.* 1717. *coram R. P. D. meo Foscaro*, *& in Sutrina Fideicommissi* 17. *Ianuarij* 1718. *coram R. P. D. meo Herrera* (nùnc intèr suas *decis.* 34.)

AVENIONEN. HÆREDITATIS

Mercur. 20. *Ianuarij* 1700.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac *Decisione* de materia *Text. in leg. Hac edictali*, *Cod. de secund. Nupt.*, in quo prohibetur Patri, vel Matri binubæ, nè plus dare, aut relinquere valeat secundo Coniugi vltrà id, quod datum, seù relictum fuerit vni ex filijs primi Matrimonij; necnon de validitate nominationis factæ in personam vnius ex filijs secundi Matrimonij per secundam Vxorem, cui Vir binubus reliquerat facultatem nominandi: Et *in Addit.* plura singularia adducuntur circà eamdem materiam præcitati *Text. in dicta leg. Hac edictali*, pròut *in seq. Summario à num.* 47. *vsquè ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Pater, vel Mater binuba non possunt plus dare, aut relinquere secundæ Vxori, vel Marito, quàm vni ex filijs primi Matrimonij.*

Et si de facto plus dederint, aut reliquerint, non possunt Nouerca, vel Vitricus plus consequi vltrà minimam portionem taxatiuè relictam alicui ex filijs primi Matrimonij, num.3.

Deficiente autèm taxatiua in relicto vni ex filijs primi Matrimonij, Vitricus, vel Nouerca possunt consequi quantum ascendit ad legitimam eorumdem filiorum, n.4.

2 *Legitima filiorum est tertia pars, vel semis totius Assis hæreditarij, quotiès sunt infrà, vel vltrà quatuor.*

5 *Pater, vel Mater binuba possunt (saluâ legitimâ filiorum primi Matrimonij) sibi hæredes inscribere vnum, vel omnes filios ex secundo Thoro susceptos*, & n.7.

Exemplifica, vt n.32. 33., 41., & 43.

Dummodò id actum non sit contemplatione, vel beneficio secundi Coniugis, dicto num.5., & num.15. 17. 18. 20., & 22.

Quod totum pendet ex coniecturis arbitrio Iudicis pensandis, n.40.

6 *Pater, vel Mater binuba iuxtà monitum, seù hortationem* Imperatoris Iustiniani *debent æqualitèr honorare filios tàm primi, quàm secundi Coniugij.*

Et huiusmodi monitum, seù exhortatio secundùm Thesaur. Pedemontan. *habet vim legis*, n.8.

Licèt Thesaur. *in hoc passu communitèr reprobetur*, ibid.

9 *Pater, vel Mater binuba possunt plus relinquere filijs secundi, quàm primi Matrimonij, quotiès secundus Coniux erat illi exosus, vel erat iam præmortuus.*

Et quid; si secundus Coniux de tempore obitus Patris, vel Matris binubæ erat in humanis, & cessabat ratio, vel causa odij ergà illum, n.10., & 11.

Affertur desupèr opinio, cum qua Sac. Rota *solet in hac quæstione procedere*, num.13., & 14.

12 Rota Romana *in quacumque materia nuncupatur Magistra.*

16 *Nouerca præsumitur odio prosequi Priuignos.*

19 *Mater binuba censetur tacitè prohibere Marito vsumfructum in Bonis per ipsam relictis filio, vel filijs secundi Thori, ad hoc, vt eius dispositio subsistat.*

21 *Nominandi facultatem habens vnum, vel plures ex certo genere personarum, si decesserit nulla facta nominatione, cui debeatur successio*, remissiuè.

23 *Cauthelæ nimiæ, & insolitæ in aliquo actu cæteròquin suspecto adhibitæ inducunt maiorem suspicionem fraudis.*

Exemplifica in relictis per Patrem, vel Matrem binubam filijs secundi Matrimonij in beneficium, & commodum secundi Coniugis, num. 24.

Limita, vt num.31.

25 *Coniecturæ aliud non sunt, quàm implicita quædam animi, & intentionis testimonia.*

26 *Testes deponentes de his, quibus assistit Iuris dispositio, præferuntur alijs deponentibus de his, quibus Ius resistit.*

27 *Mater binuba præsumitur plus diligere filios secundi Thori, quàm primos ex prædefuncto Coniuge susceptos.*

Sed non sic est in Patre binubo, qui præsumitur æqualitèr diligere filios tàm in primo, quàm in secundo Matrimonio à se procreatos, num.28.

29 *Dispositio* Text. in leg. Hac edictali, Cod. de secund. nupt., *in qua prohibetur Coniugi binubo plus relinquere filijs secundi, quàm primi Matrimonij, non procedit in Patre binubo.*

Sed contrarium est verius, vt n.30.

34 *Maritus potest committere Vxori facultatem nominandi in hæredem vnum ex filijs ex communi Thoro susceptos.*

Et adducitur ratio, cùr Testatores id passim facere soleant, ibid., & num.36.

35 *Primogenitus Familiæ Pontificiæ illorum de Barberinis habet facultatem post se nominandi ad Primogenituram vnum ex proprijs filijs sibi magis benè visum.*

37 *Data per Maritum Vxori facultate nominandi in hæredem vnum ex communibus filijs* masculis, aut fœminis, *tenetur Vxor masculum præferre.*

Et quid, si de facto Vxor fœminam nominauerit, remissiuè, n.38.

39 *Voluntas declarationem recipit ex præcedentibus Testamentis, licèt reuocatis.*

42 *Plus iuris nequit esse in causato, quàm in causa.*

44 *Nominatio facta in sequelam facultatis nominandi censetur facta ab ipsomet Testatore, qui talem facultatem concessit.*

45 *Liberatio à redditione rationis intelligitur solùm de scrupulosa, & exacta, non verò vt Tutor, vel Administrator censeatur ab ea omnimodè exemptus.*

46 *Liberatio Tutoris, vel Administratoris à restitutione reliquatus non procedit, quotiès illi in administrando dolosè se gesserint.*

47 *Dispositio* Text. in leg. Hac edictali, Cod. de secund. nupt. *prodest nedùm filijs primi Matrimonij, sed etiam nepotibus natis ex ipsismèt filijs prædefunctis.*

Prædictique nepotes quomodò post detractam legitimam succedant eùm Vitrico, vel Nouerca in residuo hæreditatis, n.48.

Distingue, vt ibid., & n.49.

50 *Dispositio* Text. in dicta leg. Hac edictali *æqualitèr procedit fauore filiorum primi Thori, siuè Vitrico, aut Nouercæ relinquantur Bona in proprietate, siuè in solo vsufructu.*

Amplia, vt procedat etiam in simplici legato alimentorum, quæ fuerint inofficiosè relicta Vi-

Vitrico, aut Nouercæ, n.51.

52 *Beneficium* dictę leg. Hac edictali *suffragatur filijs primi Thalami non vtì hæredibus Patris, aut Matris binubæ, sed vtì filijs.*

53 *Censura* dictæ leg. Hac edictali *non prodest filijs primi Matrimonij, quotiès hi malè se gesserint ergà proprium binubum Parentem.*

Neque paritèr eisdem suffragatur, quotiès agitur de relicto facto fauore secundi Coniugis ex causa remuneratoria, n.54.

Quod tamèn limita, vt n.55.

Similitèr dispositio dictæ leg. Hac edictali *non militat in relicto facto ad beneficium secundi Coniugis ex causa, seù titulo oneroso*, num.56.

Item non suffragatur filijs primi Thori professis in aliqua Religione Bonorum incapaci, num.57.

Secùs, si Religio esset capax Bonorum in communi, num.58.

59 *Dispositio* dictę leg. Hac edictali *non suffragatur filiæ à Statuto exclusæ proptèr masculos, vel proptèr dotem.*

Sed contraria opinio est verior, vt n.60.

DECISIO CXXV.

IMperatoria Constitutio *Leonis*, & *Antuemij Erythrio Præfecto Prætorio* directa, ac registrata in 5. *lib. Cæsarei Codicis sub leg.* 6., quæuè incipit = *Hac edictali, de secund. Nupt.* recopilata, siuè reassumpta, & innouata per *Iustinianum in* 4. *collat. Authenticorum §. Optimè, eod. tit. de Nupt.*, quæuè diù tàm Neotericorum, quàm Pragmaticorum ingenia contorsit, præcipuè ob superuentam sanctionem *pradd. Authenticorum in §. Illud*, aliàs *fin.* præcitato *tit. de Nupt*, ansam quoquè præbuit hodierno acri certamini inter Magdalenam Rosam, ac Spiritum ex latere Paterno Fratrem, & Sororem inuicèm Consanguineos: Cùm enim Maria secundi Thalami Coniux Ioannis Baptistæ communis Genitoris ad normam vltimæ Testamentariæ dispositionis conditæ per eumdem Ioannem Baptistam nuncupasset, seù nominasset hæredem ipsum Spiritum, hic prima vice in Partibus obtinuit per Arbitros Statutarios approbari suam nominationem; sed delata pro parte Sororis ad Curiam reclamatione circà Laudatum, fauftiorem ea sortem in Tribunali A. C. consecuta est, donèc inter hæc pugnantia Iudicata adscito Oraculo Sacri Auditorij, præualuit Arbitrorum Sententia, denegantibus *Dominis* immissionem Actrici, seù (quod idem in effectu sonabat) respondentibus, Ioannis Baptistæ Testamentum, & consequentèr ipsam nominationem substineri.

Residebat nodus in eo, quod per memoratam celebrem *leg. Hac edictali* repetitam in *d. Authent. de Nupt. §. Optimè* edictali-
1 tèr prohibetur, nè Pater, vel Mater, aliauè Persona ascendentalis quidquam siuè intèr viuos, siuè per vltimam voluntatem audeat transferre, siuè relinquere in personam, seù commodum secundi Viri, vel Vxoris, quandò supersint filij Matrimonij præcedentis, nisi ad ratam, qua in effectu ijdem filij ex antecedentibus Nuptijs suscepti noscantur honorati, itàut ad hunc finem minor portio alterutri ex prædictis filijs relicta deseruiat pro commensuratione portionis à Vitrico, vel Nouerca suscipiendæ, non obstante pinguiori emolumento per actum vltimæ voluntatis, vel intèr viuos translato in eumdem secundum Virum, seù Coniugem, vt fert littera *eiusdem Text. in dicta leg. Hac edictali §. Sin autèm*, ibi = *cui minor portio vltima voluntate derelicta, vel data fuerit, aut donata*: qua proindè *Imperiali* determinatione detenta, quià in *eodem §. Sin autèm* incontinenti subiungitur = *Ità tamèn, vt quarta pars, quæ eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur*, receptum
2 communitèr, & absquè contradictore est, quod antè omnia defalcatâ legitimâ, quæ per Ius *Authenticorum* eleuata fuit ad tertiam partem, vel semissem, vt in *dicto §.fin. Authent. de Nupt.* reliquum hæreditatis, vel commodi diuidatur in partes, vel prorsùs coæquales intèr eosdem filios primi, seù antecedentis Matrimonij distributiuè sum-
3 ptos, ipsumque Vitricum, aùt Nouercam, vel redigatur eadem portio residualis Vitrico, seù Nouercæ competitura ad ratam minimæ portionis alicui ex prænominatis filijs per occumbentem, *taxatiuè tamèn*, relictæ, quemadmodùm adnotarunt *Sanchez de Matrimon. lib.7. disp.*88. *num.*3., & *num.*40., *Argel. de acquir. possess. quæst.* 3. *artic.* 19. *num.*965., & *seqq.*, *Conrad. Rittbersus. supèr Nouell. Iustin. part.*4. *cap.*5. *nu.*2., *Ioan. Franc. Balthasar. pract. resolut. tit.*1. *resol.*13. *numer.*11., & 12., *Michalor. de Fratr part.*3. *cap.*13. *num.*150., *Antonell. de temp. legal. lib.*2. *cap.*22. *num.*84., *Carol. Anton. de Luca in animaduers. ad Gratian. disceptat.* 463. *num.* 8. *in fin.*, *Rot. decis.*712. *sub num.* 2. *versic.*, *quod autèm*, & *num.*3., & *seqq. part.*1. *diuers.*, & *decis.*164. *num.*1., & 2. *post Merlin. de legit.*

Diximus, *taxatiuè*; quoniàm eadem taxatiua deficiente in relicto filijs primi Matrimonij, Vitricus, & Nouerca non prohibentur retinere quantum ascendit ad ratam veræ legitimæ filijs competentem, in hoc
4 etenim casu idem Vitricus, seù Nouerca, cessante amaritudine, & odio taxatiuæ, per benignitatem legis sublimantur ad paritatem ipsorum filiorum, quibus sempèr legitima debetur, vti egregiè distinguit *Crauett. cons.*193. *num.*12., & *seqq.*, *Ludouic. Bell.*

Bell. conf. 148. *num.* 40. *cum* 2. *feqq.*, *&* *conf.* 149. *num.* 4., *Cancer. variar. refolut. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 193., *Fontanell. de pact. Nupt. clauf.* 5. *gloff.* 8, *part.* 4. *num.* 24., *&* *feq.*, *Barry de fucceff. lib.* 1. *tit.* 9. *fub num.* 35. *verf. cæterùm*, *& feqq.*, *Hodiern. in Comment. ad dict. leg. Hac edictali quæft.* 8. *per tot.*, *Ioan. à Someren. de Iure Nouerc. cap.* 11. *numer.* 3., *Thefaur. decif.* 170. *in Addit. litt. A. verf. non eft tamèn*, *& verf. verùm*, *Rot. coram Put. decif.* 1. *per tot. lib.* 2., *& decif.* 756. paritèr *per tot. part.* 3. *lib.* 3. *diuerf.*, & latiſſimè *in decif.* 406. *ex num.* 7. *vfquè ad* 12. *part.* 9. *Recent.*

Verùm quià in eadem *Cæfarea fanctione* quidquam poſitiuè non legitur, quod litteralitèr egrediatur relictum Vitrico, vel Nouercæ, & amplectatur alterum caſum, quo Mater, vel Pater, qui ad ſecunda vota tranſiuit, directè velit (ſaluâ legitimâ filiorum
5 præcedentis Matrimonij) inſtituere, vel vnum, vel omnes filios ex ſecundo Thoro procreatos, ſolùmque adhibentur illa verba *in §. Sin verò dicta leg. Hac edictali* = *omni circumfcriptione, fi qua per interpofitam Perfonam, vel alio quocumque modo fuerit excogitata, ceffante*, quod, & repetit *Iuftin. in dicto §. Optimè Authent. de Nupt.*, ibi = *Nulla machinatione neque per interpofitas Perfonas, nequè per aliquam aliam caufam interponi valente*: Ex oppoſito autèm *idem Iuftinianus* in memorato *§. fin. eod. tit. Authent. de Nupt.* explicitè videtur indulſiſſe, ſiuè licentiam dediſſe Parentibus præponendi aliquem filium ex primis, vel ſecundis Nuptijs feſtiuum, vel dilectum, ſicuti liquet *ibidem verf. Siquidèm*, licèt deincèps in toto *Para-*
6 *grapho* per ſubſequentia verba enixè adhortetur Parentes, vt ad inſtar inteſtatæ ſucceſſionis, ad quam æquè vocantur filij vtriuſque Coniugij, eamdem connaturalem æqualitatem obſeruent, ſub illa additione = *Sic enim erunt boni Patres, & noftra digni Legiflatione, & iufti quidèm erunt, folam legem cuftodientes.*

Hinc abſoluto fermè *Doctorum* calculo confirmatum eſt, quod Parentes ex vi *præfatarum legum* minimè interdicantur, quò-
7 minus directè queant, ſaluâ ſemper prædictâ legitimâ inter filios vtriuſque Thalami diuidenda pro tertia parte, vel ſemiſſe hæreditatis, inſtituere, vel per actum vltimæ voluntatis, ſeù inter viuos relinquere plus vni filio, quàm alij, ex plenè collectis per *Nicol. Catan. conf.* 1. *num.* 22., *Peck. de Teftam. Coniug. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 10., *Merlin. de legitim. lib.* 4. *tit.* 2. *quæft.* 3. *num.* 2., *& feqq.*, *Argel. de aquir. poffeff. quæft.* 3. *art.* 19. *numer.* 1005., *Io: à Someren. de Iur. Nouerc. cap.* 9. *Sect.* 2. *num.* 3., *Michalor. de Fratr. d. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 125., *&* *ex num.* 128. *vfquè ad* 142., *Viu. decif.* 396. *num.* 3., *Vrceol. confult.* 67. *num.* 3., *Adden. ad Sanfelic. decif.* 353. *in fin. verf. quòad primum*, *Rot. coram Gregor. decif.* 173. *num.* 2., *& decif.* 443. *num.* 1., *& per tot.*, *&* *in Recent. decif.* 732. *num.* 10., *&* 11. *part.* 18.

At quoniàm nihilominùs huiuſmodi tàm effrenata poteſtas ex ipſamet adhortatione
8 *Iuftinianæa*, (quam nonnulli etiam volunt habere vim legis, vt conſtat ex not. per *Thefaur. decif.* 170. *fub num.* 12. licèt in hoc communitèr reprobatum, teſte *Nicol. Catan. d. conf.* 1. *num.* 63., *&* 64., *Michalor. de Fratr. d. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 137., *Rouit. decif.* 12. *num.* 2.) nec non ex intimis præcordijs *prædicta leg. Hac edictali*, ac demùm ex his, quæ pro noſtra humana fragilitate contingunt, admodùm ſuſpecta, ac periculoſa dignoſcitur, quodque proindè largitas explicata ergà perſonas filiorum nimiùm de facili valeat ad fraudationem legis, & ad inuerſionem illius circumſcriptionis, ſeù circumuentionis, quam damnauere *prædicti Imperatores Leo*, *& Anthemius* intrinſecè protendere; idcircò quotiès Vitricus, vel Nouerca adhùc præereptus non ſit ab humanis, vel alitèr non conuincatur exoſus
9 extitiſſe Coniugi largienti plus filio, vel filijs ſecundi Matrimonij, in quibus ſanè contrarijs terminis prædeceſſus, vel odioſitatis, communiùs, & citrà hæſitationem inualuit, faceſſere ſpiritum, applicationem, ſeù prohibitionem *leg. Hac edictali*, ſicutì obſeruant *Lancellott. Gall. conf.* 18. *num.* 46., *Bellon. Iun. conf.* 82. *num* 5., *Mant. de tacit. lib.* 12. *tit.* 33. *num.* 10., *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 123. *num.* 102., *Fontanell. de pact. Nupt. clauf.* 5. *gloff.* 8. *part.* 5. *num.* 4. *cum feqq.*, *Cutell. de Donat. tract.* 1. *difc.* 3. *part.* 5. *num.* 9., *Antonell. de temp. legal. dicto lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 91. *verf. fecùs effet*, *Paitell. Iun. in annot. ad expcd.* 12. *num.* 17., *&* 18., *Rouit. dicta decif.* 12. *num.* 8., *&* *fub num.* 16. *verf. fextus*, *& feq.*, *Rot. coram Gregor. dicta decif.* 173. *fub num.* 5. *ibiquè Add. num.* 12., *&* *dicta decif.* 443. *fub num.* 9. *verf. conftat autèm*, *&* *in rec. decif.* 225. *numer.* 15. *part.* 12.

Vehementior propterea quodammodò inſurrexit, & exarſit pugna *Scribentium*, cenſentibus aliquibus, quod non obſtante prædicta indulgentia *Imperatoris Iuftiniani in dicto §. fin. Authent. de Nupt.*, vbi Vitri-
10 cus, ſeù Nouerca ſuperuiuant, omne relictum filijs vltimi Coniugij penitùs abſcindatur, vel reducatur, vt ſuprà, tamquàm contemplatione potiùs eiuſdem Coniugis ſuperuiuentis, quàm ex aliqua præcipua ergà nouiſſimos filios præordinata charitate, & dilectione relaxatum, & hanc ſententiam originalitèr tenuit *Florian. à S. Petro in fua difput. de Mulier. binub.* relata per *Bertrand. in dicta leg. Hac edictali num.* 14.

cum

cum concord. adductis per *Lancell. Gall. dicto cons. 18. num. 50., & seqq., Bardellon. cons. 4. num. 32. cum seqq., Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 124. ex num. 5. vsquè ad fin., Fontanell. de pact. dicta claus. 5. gloss. 8. part. 4. numer. 2., & seqq., Thesaur. dicta decis. 170. ex num. 4. cum plur. seqq., Vinc. de Franch. decis. 435. ex num. 1. vsquè ad 11., & num. 44., Mastrill. decis. 175. ex num. 14. vsquè ad fin.*

E' conuerso autèm plurimi non minùs robustè substinuerunt, quod nimis scrupulosa, ac sophistica reddatur prædicta subextorta præsumptio tendens ad supponendam intentionem violandi legem, quandò rectiùs
11 interprætari valet, & referri ad liberam prædilectionem Patris, seù Matris præmorientis, maximè quia aliàs potuisset, ac debuisset *Imperator* absolutè prohibere, non autèm simplicitèr adhortari Parentes, nè relinquerent plus filijs vltimi, quàm præcedentis Matrimonij; atquè ità (licèt sibi totum Mundum fore contrarium putet, vel suspicetur) asserit intrepidè *Bald. in leg. vnic. num. 5. cum 2. seqq. C. de inoff. dot.*, & antiquioribus omissis *Bellon. Iun. dicto cons. 82. num. 18., & seqq., Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. num. 46., Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. quæst. 3. ex num. 2., Io. à Someren. de Iur. Nouerc. cap. 9. sect. 2. sub num. 3. vers. vndè patet, & vers. quod autèm, Michalor. de Fratr. dicta part. 3. cap. 13. ex num. 132. vsquè ad 143., Barrij de success. lib. 1. tit. 9. sub num. 36., Paitell. Iun. dicta annot. 12. num. 12. cum seqq., Vrceol. consult. 67. numer. 13., & 14.*

In hac igitùr feroci (vt ità dicamus) colluctatione, *Rota* nostra, quam in quacum-
12 que materia nuncuparunt Magistram *Fontanell. de pact. Nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 3. numer. 46., Rub. de Testam. ad pias caus. cap. 22. num. 57., & alij passim*, ea Iuris maturitate, ac prudentia, quâ decet, medium quodam-
13 modò, & ideò tutissimum iter assumens, nequè simplicitèr improbauit hanc talem qualem præsumptionem, sed nequè vmquàm existimauit cum hac præsumptione irritandas esse dispositiones Coniugum decedentium, quemadmodùm protestata est *cor. Gregor. dicta decis. 443. num. 2., & seqq., & in Recent. decis. 406. num. 21. part. 9., repetit. decis. 151. la 1. post Merlin. de legit., & decis. 225. num. 9. part. 12.*, quæ est etiam *la 52. coram Priol.*

Totam autèm decidendi rationem pro concilianda tàm aperta permissione *Imperatoris*, & respectiuè pro effugienda illa circumscriptione, siuè machinatione per eumdem *Imperatorem* abhorrita, solidè reposuit
14 in discretione circumstantiarum, & casuum, itàut concurrentibus vltrà prædictam nimiùm vagam præsumptionem coniecturis animum trahentibus, & contorquentibus in præcognitionem fraudis, & violationis legis, cassauerit memoratas præuaricantes dispositiones, vel à contrario in opportunitate casuum illas veluti omninò rationabiles, & exequibiles iudicauerit, vt videre est in hac secunda Classe *in decis. 381. part. 4. Recent., & decis. 732. ex num. 10. vsquè ad 24. part. 18.*, & in prima *Rot. dicta decis. 406. ex num. 17. vsquè ad fin. part. 9., decis. 305. ex num. 1., & per tot. part. 10., decis. 368. ex num. 25. cum plur. seqq. part. 11., & dicta decis. 225. ex num. 6. vsquè ad fin. par. 12., & decis. 244. num. 4., & 5. part. 18.*

His itaquè, vt par erat, in præsenti trutinatione ingeniosè disserta per Informantes vtriusque Partis, quodammodò necessariò præmissis, & ad rem nostram applicando, parùm iuuit Magdalenam Rosam constipatio coniecturarum, quæ per eam ad confouendam illam talem qualem genericam suspicionem adducebantur, exordiendo nimirùm ab ipsomet intimo viscere controuersiæ promanantis à nominatione subsecuta in personam Spiritus filij ex secundo Matrimonio suscepti, idque mediante facultate eligendi, nominandique quem mallet ex filijs, vel filiabus vtriusque Thalami attributa Mariæ secundæ Coniugi; ex hac nam-
15 què tàm vberi potestate latère satis videbatur Anguis in herba, nempè quod Vxoris illecebris Testator illectus despexerit in substantia filias Thalami præcedentis, & in gratiam solius secundæ Coniugis intrinsecè respexerit filios postremi Matrimonij,
16 quià stante notissimo odio Nouercali ergà Priuignos, de quo latissimè *Tiraquell. de ll. connub. leg. 9. num. 196.* certum erat, eam-
17 dem Coniugem potiùs nominaturam filios proprios, quàm alienos, quemadmodùm in specie annotauerat celeber olim I. C. illarum Partium *Ludouic. Bell. cons. 81. num. 18. in fin. vers. ad tertium*, & in specie etiam dixerat, & obseruauerat *Fontanell. de pact. nupt. d. claus. 5. gloss. 8. part. 5. sub num. 24. vers. considerauit itèm Senatus, Mastrill. decis. 175. num. 23., Rot. dicta decis. 305. num. 20. par. 10., & dicta decis. 368. num. 30. part. 11. Recent.*

Fortiùs autèm, quià cùm nullum in Testamento præscriberetur tempus ineundæ electionis, seù nominationis, adeòut etiam valuisset secunda Coniux absquè vlla nominatione decedere, interim nimiùm patens, quantumuis occultè simulatum, reddebatur commodum eiusdem Vxoris circà huiusmo-
18 di tempus intermedium, vel indefinitum, in quo potuisset Bonis hæreditarijs in effectu gaudere, ad trad: per *Fontanell. de pact. nupt. dicta claus. 5. gloss. 8. part. 4. sub num. 82. vers. Secùs si in vno tantùm casu, Hodiern. in leg. Hac edictali quæst. 28. ex num. 19. cum seqq.*, & signantèr *num. 23., & 36., Rot. dicta decis. 305. num. 15. part. 10.*, & tamèn adeò fortis

tis existit huiusmodì consideratio reijciendi quodcumque commodum à Coniuge superstite, vt etiam quandò per expressam dispo-
19 sitionem *Text. in leg. cùm oportet, C. de bon., quæ liber.* Patri superuiuenti debetur vsusfructus in bonis huiusmodi filio secundi Matrimonij directè concessis, tacitè illum extitisse prohibitum in hoc casu crediderint *Paul. de Castr. cons. 150. num. 2. in fin. vers. aut dubitatur vol. 2., Bellon. Iun. dicto cons. 82. numer. 19., & seqq., Nicol. Catan. dicto cons. 1. num. 29., & 49., Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. quæst. 3. num. 6. in fin. vers. quæ tamen ratio, Capyc. Latr. consult. 118. num. 15., Vrceol. consult. 67. num. 13., Rot. coram Gregor. dicta decis. 173. num. 6., & decis. 443. num. 5. cum 2. seqq.*

Addito præsertim, quod Testator sub eodem Testamento, in quo hanc effrenam eligendi potestatem fuerat impartitus, insimùl eamdem secundam Vxorem amplissimè liberauerat nedùm à redditione rationis, sed
20 vsquè à restitutione reliquatus; quapropter eò magis conuincebatur, eam potuisse in fraudem legis perfrui commodo intermedio fructuum, quos percepisset antè nominationem, dum nec ad restitutionem cuiuscumque reliquatus ipsius intermediæ administrationis poterat compelli: Vndè in his terminis suspectissimam censeri dispositionem comprobant *Eugen. cons. 1. num. 29. vers. item grauauit lib. 2., & Rota dicta decis. 406. num. 22. part. 9., & decis. 368. num. 28., & 33. part. 11., & decis. 225. num. 12. in fin. par. 12. Recent.*

Quid euidentius? (conclamabat Actrix) dùm in casu non factæ nominationis per secundam Vxorem, & in casu etiam deficientiæ filij Masculi de eo tempore suborti, & procreati cum secunda Coniuge, non iàm Testator relinquebat Iuris determinationi, quinàm succedere deberent, sed ex tùnc nuncupabat in hæredem filiam natu maiorem secundi Matrimonij: Vndè nimis illusoria substantialitèr remanebat liberior illa authoritas præeligendi etiam filiam primi Matrimonij, & respectiuè amplior illa aptitudo coæqualis capacitatis in filiabus eiusdem
21 primi Matrimonij, quandò de Iure, nominatione non secuta, succedunt vnus, vel plures ex personis eligendis, iuxtà videlicèt gradus æqualitatem, seù proximioritatem, aùt naturam dispositionis in vno dumtaxàt, vel pluribus verificabilem, ex his, quæ habentur pleno Calamo recensita apùd *Tondut. resol. Ciuil. cap. 50., & 51. per tot.*, sic-
22 què à fortiori congruebant pro conuincenda fraude affirmata per *Rot. dicta decis. 305. numer. 19., & 20., & sub num. 21. vers. & licèt part. 10., & dicta decis. 368. num. 30., & 33. part. 11. Recent.*

Et nè deesset occasio ambigendi, quod totum tenderet in fraudem positiuam, & impalliabilem subuersionem legis, fulgebat in eodem Testamento superiniunctum filiabus primi Matrimonij præceptum, nè possent quidquam vlteriùs prætendere vltrà libras 4600. peculiari titulo legitimæ legatas, nedùm ex eodem capite legitimæ, eiusque supplementi, sed neque *per la redutione per causa delle seconde Nozze, Summario* Magdalenæ Rosæ *num. 3. litt. A.*; quamobrèm impossibile erat excogitare, quod Te-
23 stator noluerit legem, & filios primi Matrimonij decipere, dùm etiam voluit iugulare remedium, ac præsidium *Imperatorum*, & Iudicis ex causa secundarum Nuptiarum, ac prędictę *leg. Hac edictali*, secundùm ea, quę appositè connotarunt *Bald. cons. 487. propè fin. vers. quantò enim plus cauthelæ lib. 1., Corn. cons. 217. num. 7., & num. 10. in fin. lib. 3., Bero. cons. 59. num. 14. lib. 1., Mandell. consil. 42. num. 7. in fin. vers., & in effectu, Honded. cons. 14. num. 21., & 22. lib. 1., Manent. cons. 146. num. 20., Rot. decis. 16. num. 9., & seqq.,* & præcipuè *num. 12., & 15. coram fel. mem. Alexand. VIII., & decis. 51. num. 28. coram Priol.*

Absquè eo, quod idcircò Pes figi posset super illo dealbamento, siuè apparentia, cum qua Testator obnubilare curauerat palpabilem hanc deceptionem, vetando, nè secunda Vxor, ac de cætero Arbitra effecta, quidquam posset acquirere de Bonis suis, neque ratione administrationis, neque fructuum, neque vsus: Quià potiùs hæc coloratissima,
24 & plusquàm affectata cauthela dolum, & fraudem arguebat, sicutì in hac ipsa materia animaduerterunt *Riminald. Iun. cons. 141. num. 50, & num. 53. ad med., Lancellott. Gall. dicto cons. 18. sub num. 65. vers. quin etiam, & num. 66. cum plur. seqq., Fontanell. de pact. nupt. dicta claus. 5. gloss. 8. part. 5. numer. 10., Rota dicta decis. 406. num. 28., & 29. part. 9., & decis. 305. num. 12., & seqq. part. 10. Recent.*

Contrà hæc etenim omnia, quæ forsàn primo intuitu non aspernabilia videbantur, vicit nihilominùs determinatio *Iuris*, & præponderantia vrgentiorum, magisquè naturalium circumstantiarum: Iam enìm, vt præmisimus, *Ius* quidèm suspicatur de possibili machinatione, vt per interpositionem aliarum Personarum possit fraudari prohibitio, sed de cætero apertissimè conceditur in *dicto § fin. Auth. de Nupt.* facultas Patri, ac Matri instituendi, seù relinquendi (saluá aliorum legitimâ) plus vni, quàm omnibus filijs secundi Matrimonij; & consequentèr, retenta hac permissione legis, eò faciliùs anteferuntur coniecturæ eiusdem legis permissionem confouentes, quàm destruen-
25 tes; Cùm etenim coniecturæ nihil aliud exi-

existant, quàm quædam implicita animi, siuè
intentionis testimonia, vt per *Mantic. de
coniectur. vlt. volunt. lib. 1. tit. 1. num. 5. vs-
què ad fin.*, receptum quotidiè est, quod in
26 externis Testimonijs plenior fides adhibea-
tur ijs, qui secundùm determinationem le-
gis, quàm qui aduersùs illam deponunt, ad
notat. per *Abb. in cap. auditis num. 15., ibi-
què etiam Fælin. num. 22. de præscript.*, *Rota
decis. 158. num. 7. apud Posth. de manut.*, &
coram Peutinger. decis. 434. num. 9., & *in
Burgen. Iuris deputandi Curatum 26. Nouem-
bris 1685. §. His omnibus, coram bon. mem. Be-
nincasa* (*intèr suas decis. 55. num. 3.*

Et quidèm priori loco alicuius momenti
(licèt ad nudum effectum puræ reflexionis,
& circumstantiæ) videbatur esse notabilis
illa differentia, quæ intercedit intèr disposi-
tionem initam à Matre, ac intèr ordinatam
27 à Patre, pròut hìc; faciliùs namquè ratione
Sexus præsumitur Mulier irretita blanditijs
Viri viuentis, cuius imago sunt filij secundi
Matrimonij, quàm capiatur amore Viri iàm
defuncti, ac Sobolis cum eo procreatæ: E'
conuersò autèm tanta fragilitas regularitèr
28 esse non solet in Patribus respectu proprio-
rum filiorum, etiam in extincto Matrimonio
susceptorum; Pater quippè binubus sempèr est
Pater filiorum siuè vnius, siuè alterius Matri-
monij, eique non congruit ratio Vitricitatis,
nec tàm suasibilis inflexio ergà secundam
Vxorem, vt ab ea sauciatus abhorreat præ-
29 cedentes filios ex suomèt Corpore procrea-
tos, adeòut *Hodierna* censuerit, prohibitio-
nem legis non intrare aduersùs Patrem,
quemadmodùm stat contrà Matrem secundò
nubentem, vtì videre est *in eius Comment. ad
30 dict. leg. Hac edictali quæst. 1. à num. 17. vs-
què ad 22.* etsi meritò in ipsa formalitate nu-
dæ quæstionis magis communitèr reiectus
dignoscatur, teste *Ludouic. Bell. cons. 81. nu-
mer. 18.*, & *cons. 84. ex num. 4.*, *Fontanell. de
pact. nupt. dicta claus. 5. gloss. 8. part. 4. nu-
mer. 14.*, & *15.*, *de Marin. resol. Iur. lib. 1.
cap. 274. ex num. 12. cum seqq.*, *Capyc. Latr.
consult. 118. ex num. 1. ad 10.*, *Ricc. in addit.
ad Franch. decis. 583. sub princ. vers. itèm
adde*, *Rouit. decis. 12. num. 10.*, & *seqq.*

Rursùs considerabilis quoquè erat (non
verò ad palliandam fraudem deducibilis)
prohibitio, nè secunda Coniux quidquam
commodi sentire posset, siuè de Bonis, siuè
de fructibus propriæ hæreditatis; hæc etenim
aperta dispositio, & patula animi explicatio
potiùs confictabatur contrariam cauthelam,
de qua suprà, scilicèt, vt filiæ non valerent
petere reductionem ex capite *leg. Hac edi-
31 ctali*, siuè secundarum Nuptiarum, quià nè
ingrueret præsumptio, quod huiusmodi pro-
hibitionem apposuisset ad gratificandam
Vxorem, expresse sustulit in radice possi-
bilitatem fraudis, quæ tota in commodo
consistit, & ideò hanc cauthelam potiùs ve-
luti legalem commendarunt *Durand. de art.
testan. tit. 6. de legat. cauth. 65. num. 2.*, *Bel-
lon. Iun. cons. 82. num. 6.*, & *7.*, *Nicol. Ca-
tan. cons. 1. num. 25.*, & *seqq.*, & *sub nu. 40.
vers. quando enim*, & *seq.*, *Merlin. de legi-
tim. lib. 4. tit. 2. quæst. 3. num. 6. vers. ideò con-
sulendam*, *Cutell. de Donat. tract. 1. disc. 3.
part. 5. num. 9.*, & *seq.*, *Hodiern. in dicta leg.
Hac edictali quæst. 1. num. 72.*, *Capyc. Latr.
dicta consult. 118. num. 14.*, & *15.*, *Mart.
Vot. Pis. 67. num. 14.*

Sed omnem, posthabitis generalioribus, le-
uioribusque coniecturis, fugauit hæsitationem
solida, ac præcordialis illa animaduersio,
quod Ioannes Baptista Testator hanc sempèr
exoptauerat (vt in quibuscumque solet homi-
nibus naturalitèr innasci) Masculinæ sobolis
procreationem; Vndè cùm ex prima Vxore
nullum filium Masculum suscepisset, & ex
hac causa vnicè, seù probabilitèr ad secunda
Vota conuolasset, naturale nimis, & ratio-
nabile efficiebatur, quod prædiligeret etiàm
illum Thalamum, ex quo iteratam sobolem
Masculinam receperat: quocircà non pote-
rat irritari Testamentum continens faculta-
tem secundæ Coniugi attributam eligendi
quem vellet ex filijs primi, & secundi Ma-
trimonij, ex ipsamet palàm retorquibili ra-
tione, seù præsumptione, quod eadem se-
cunda Coniux, præcipuè ab assertione per
illam facta in actu nominationis, nuncupas-
set potiùs Masculum à se progenitum, quàm
Magdalenem Rosam, vel alias fœminas
Coniugij præcedentis; Ac proptereà, datâ
hac naturalissimâ causâ disponendi, non
erat recurrendum ad machinationem, &
fraudem, etiam abstractiuè, & in dubio non
32 præsumibilem: si etenim maior festiuitas,
& aptitudo vnius intèr plures filios Mascu-
los in causa sufficienti est, quod nulla intret
prohibitio, ac relictum, seù Testamentum
substineatur, ex *Lancell. Gall. cons. 18. nu-
mer. 42.*, *Fontanell. de pact. nupt. dicta claus. 5.
gloss. 8. part. 5. num. 15.*, *Cyriac. controu. 262.
num. 67.*, & *68.*, *Thesaur. decis. 170. num. 30.*,
Mastrill. decis. 175. num. 27., *Rouit. dicta
decis. 12. num. 6.* quid dicendum de vnico
dumtaxàt filio Masculo, (alter enim Mascu-
lus de tempore conditi Testamenti præde-
cesserat) in quem tota Charitas, tota visce-
33 ra Patris effunduntur, vt in specie de filio
Masculo secundi Matrimonij, comparatiuè
ad fœminas primi, robustè ponderarunt *Ni-
col. Catan. dicto consil. 1. num. 33.*, & *ex nu-
mer. 50. ad 54.*, *Fontanell. vbi proximè num. 12.*
& *13.*, *Cutell. de Donat. dicto tract. 1. disc. 3.
part. 5. num. 12.*, *Hodiern. in dicta leg. Hac
edictali quæst. 1. num. 37.*, *Rouit. dicta decis. 12.
num. 20. vers. Tertia*, *Rot. decis. 732. ex nu-
mer. 18. vsquè ad 24. part. 18. Recent.*

Illa autèm sola, ac tacita in corde vniuscuiusque cogitatio, quarè directè Pater ipse non instituit tàm rationabilitèr hæredem filium suum Masculum, sed potiùs relinquere fategii simplici arbitrio secundæ Coniugis nominationem eiusdem vnici filij Masculi? Remansit incontinenti suffocata nedùm ex mòx enunciata verisimili retorsione Materni affectus in eligere debente; Verùm etiàm,
34 quià prudentes Testatores passim ità ordinare consueuerunt ex eisdem congruissimis rationibus explicatis in actu nominationis, vt suprà, nempè vt ità ipse filius Masculus, tùnc Infans, & Pupillus, in ætate crescens, & malitia, non insolesceret tamquàm Dominus aduersùs Genitricem, iuxtà optimum consilium Reipublicæ expediens quotidiè (vt præmisimus) practicatum etiàm in for-
35 tioribus, proùt signantèr in Pontificia Domo Barberina, in qua Primogenitus, ac possessor habet deligendi potestatem quem maluerit ex filis, quemadmodùm generalitèr, & benè laudarunt *Anton. Faber de error. Pragmat. decad.26. error. 4. num.8. vers. & ob id, Griuell. decis. Dolan. 125. num. 89., Fontanell. decis. 526. num. 21. vers. quià saltèm, Rot. decis.206. num. 25. post Torr. de*
36 *pact. futur. success.*, & in terminis nominationis arbitrio Matris relictæ prosequuntur *Ramon. cons. 78. sub num. 1. vers. quòad primum, & num.2., & seqq., Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 10. part. 1. sub num. 68. versic. pulcherrima fuit, & num.69., & decis.525. num.1., & 2. ac per tot., Tristan. decis. Cathalon.54. sub num.27.*

Certissimè, quià nèc in rei veritate ità de facili exercibile erat arbitrium à secunda Coniuge vltrà sphæram filij Masculi sibi implicitè præscriptam à Testatore: quià cùm is delegasset, seù concessisset Vxori superuiuenti potestatem eligendi = *quello, ò quelli de suoi figli, sì del primo, che del secondo Matrimonio, Maschi, ò Femine*, iàm ex ipso
37 ordine scripturæ, ac disiunctiuo modo loquendi suaptè natura Masculus ipse præferendus erat, vt in consimili casu per *Text. in leg. cùm Pater 79. §. à te peto, ff. de leg.2., & in leg. hæredes mei 57. §.fin.ff. ad Trebell.* tradiderunt *Bardellon. cons.191. num.87., & seqq. lib. 2., Castill. controuers. Iur. lib. 2. cap.26. per tot.*, & signantèr *ex num.5., Carol. & Anton. de Luca de Hæred. confident. cap.93. per tot., Fontanell. decis.526. ex num.26. cùm seqq.*, & præcisè *num.29.*, & priùs dixerat *in tract. de pact. nupt. claus.4. gloss. 9. part. 3. num.19., & part.5. num.8.* quidquid in suis
38 peculiaribus circumstantijs secuta de facto contraria nominatione dicendum veniat, ex disputatis in *Carpentoraten. Primogenituræ 11. Decembris 1693., & 13. Ianuarij 1696. cor. Reuerendiss. D. meo Molines Decano*.

Eòque euidentiùs quæcumque fraudatio legis excludebatur, quià idem Ioannes Baptista Testator tria exarauerat Testamenta, & in primo condito de tempore, quo reperiebatur auuinctus Matrimonio cum Catharina Matre Magdalenæ Rosæ, pariformitèr eidem Catharinæ, quæ sola, & prima fuerat Vxor, & consequentèr extrà lineam cuiuscumque *leg. Hac edictali*, fuerat impartitus præeligendi potestatem vnum ex filijs, sed sempèr retenta prædilectione, ac prælatione Masculinitatis, vt ibi = *Hà imposto, & hà grauato la sua Erede di rendere, e restituire intieramente tutti i suoi beni, & Eredità à tale de suoi figli Maschi, che parerà alla medesima, & in mancanza de Maschi à tale, ò tali delle sue figlie &c.*; In altero autèm, siuè secundo Testamento non minùs, quantumuis exarato de tempore, quo diuerterat ad secundas Nuptias, positiuè filium Masculum tùnc existentem ex secundo Matrimonio, videlicèt Ioannem, hæredem instituerat, omnesque alios Posthumos nascituros honorauerat: Sicquè ad euidentiam palpabatur, Masculinum sexum continuò prædilexisse, proindèque de vlla fraudatione carpi posse non videbatur neque Testamentum, neque nominatio in illius sequelam expleta, quià non amor inordinatus in Testatore demandante, non odium Nouercale in secunda Coniuge exequente, seù nominante extiterunt causa efficiens relicti, seù Testamentariæ dispositionis, at sola rationabilis, & æqua prædilectio Masculinitatis ergà Spiritum ab
39 eius Matre nominatum; Ex Testamentis quippè antecedentibus, etsì per aliud posterius reuocatis, sempèr in dubio adstruitur, & depromitur intentio Testatoris, ex collectis per *Trentacinq. cons.34. num.4. lib.1., Mart. consil.96. num.12., Fontanell. decis.89. num.7. & 8., Rot. coram Peutinger. decis. 326. numer.23., & coram Arguell. decis.11. ex numum.10. vsquè ad fin., & in Recent. dec.238. num. 8. part. 11., & decis. 149. num. 21. part.16.*

Et ob id, cùm, vt diximus, tota hæc materia reguletur ab vniuscuiusque casus cir-
40 cumstantijs, Iudicantis religione pensandis, proùt etiàm peculiaritèr monent *Merlin. de legit. lib.4. tit. 2. quæst. 3. sub num. 6. versic. tota itaquè, Paitell. Iun. in annot. ad exped. 12. num. 2., & seqq., Rot. decis. 305. num. 1. par. 10. Recent.* nequiuit tàm enixæ prædilectioni Masculinitatis, in solo filio Masculo Spiritu implebilis, præponderare illa sola, licèt vrgens consideratio, quod in casu non factæ nominationis per secundam Coniugem, Testator adhùc posthabuerit filias primi Matrimonij, potiusquè post Masculum sibi succedere maluerit filiam natu maiorem ex filiabus *del secondo Letto*: Nàm si qua cogitari poterat præuaricatio affectionis in

in hac parte, illa in primis non erat, veluti
ad casum minimè redacta, tàm pestiferæ
conditionis, vt infringere valeret prouidam
de reliquo, ac laudabilem dispositionem
effectiuè consumatam, quinimò in omnem
casum condonanda erat exultationi fauora-
bilioris propensionis ergà quoscumque, etiam
fœminas, quæ prodierant ex Thalamo ma-
gis fælici, siuè ex quo duo extiterant filij
Masculi progeniti, dùm iàm videmus, quod
ex non dispari ratione similitudinariæ exul-
41 tationis in *dicto §. fin. Autbent. de Nupt.* in-
dulgetur Parenti, quod queat anteferre
filium secundarum Nuptiarum sibi magis
festiuum, ac dilectum, ibi = *Siquidèm aliquem
ex secundis habeat Nuptijs, aut etiàm ex primis
forsàn, ità festiuum, ità dilectum, vt velit præpo-
nere eum alijs in possessione, damus licentiam
42 hoc agendi*, nè aliàs sit plus in causato, quàm
in causa, contrà regularia principia, de qui-
bus *Castill. controuers. Iur. lib. 5. cap. 103. nu-
mer.* 14. cum alijs per *Barbos. axiom. 40. nu-
mer. 26. cum 2. seqq.*

Quod fortè ità non esset, quotiescumquè
etiàm ex primo Thalamo filij Masculi ad-
43 fuissent, totumque appareret profusum in
filium Masculum, ac fœminam secundi Ma-
trimonij, tùnc etenim non alia posset sup-
petere ratio inæqualitatis abstractiuè exosæ
apùd *Imperat. in dicto §. fin. Autbent. de Nupt.*
quàm si quæ causa prædilectionis, & maioris
festiuitatis iuridicè demonstraretur, iuxtà
exempla, siuè exemplificata per *Bellon. Iun.
cons. 82. num. 24., Fontanell. de pact. nupt. di-
cta claus. 5. gloss. 8. part. 5. num. 15. cum 2.
seqq., Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 22.
num. 91. vers. secùs esset, Michalor. de Fratr.
part. 3. cap. 13. num. 138., Carol. Anton. de
Luca ad Franch. decis. 435. sub num. 5.*

Firmata itaquè ex præmissis rationabili-
tate dispositionis prorsùs immunis ab omni
inordinata charitate, Aures *Domini* minimè
præbendas esse censuerunt illis frigidissimis
coniecturis, quod & secunda Coniux, cæte-
ròquin rotundis litteris exclusa ab omni, &
quocumque commodo bonorum, & fructuum
hæreditariorum, extiterit liberata à reddi-
tione rationis, neç non restitutione reliqua-
44 tus: Quià eò ipso, quod, nominatione se-
cuta, certus sempèr erat hæres retrotrahi-
bilis in effectu ad diem obitus Testatoris, vt
est infallibile in quacumque specie nomina-
tionis, ex firmatis per *Pappon. cons. 76. ex
num. 11. cum plur. seqq., Cost. de retrotract.
cap. 8. cas. 26. per tot., Noguerol. allegat. 11.
nu. 89., & seq., Salgad. in labyr. Credit. part. 2.
cap. 13. num. 23. cum seqq., Modern. de Angel.
de Confess. lib. 2. quæst. 75. num. 28., & seqq.,
Rot. decis. 494. num. 3., & 4. part. 13. Recent.,
& decis. 377. ex num. 7. ad fin. coram Card.
Cels.*

Benè poterat nominatus à secunda Con-
iuge, vel à Testatore, vel à lege, ad nor-
mam prohibitionis cuiuscumque commodi
iàm demandatæ per decumbentem, exigere
redditionem rationis, vel ab ipsamèt nomi-
nante, vel ab eius hæredibus, quatenùs nul-
45 la facta nominatione decessisset; quià quæ-
libet liberatio intelligitur dumtaxàt de scru-
pulosa, non de reali, & legitima; & lega-
tum reliquatus, siuè exemptio à restitutione
reliquatus sempèr inuoluit præsuppositum
carentiæ doli in Tutore, vel Administrato-
re, vt in specie primæ conclusionis *Text.* est
litteralis *in leg. si Seruus 122. ff. de leg. 1.*, &
communitèr firmant *Anton. Faber in Cod.
lib. 6. tit. 18. defin. 18., Munnoz. de ratiocin.
cap. 5. num. 3., & seqq.*, & signantèr *num. 5.,
Montan. de Tutel. cap. 38. num. 28. cum seqq.,
Camarell. de Legat. lib. 4. quæst. 58. num. 22.,
Carp. de Exec. Testament. lib. 4. cap. 2. num. 10.,
Rot. coram Vbald. decis. 297. num. 22., de-
cis. 65. num. 2., & 3. part. 4. tom. 2. Recent.,
46 & decis. 111. num. 10. part. 18.*, & in propo-
sito secundæ per alium *Text. in leg. quidam
decedens 6. §. 1. ff. de administrat. Tut.* pro-
sequuntur *Cyriac. controuers. 71. num. 9., &
seqq., Barry de successión. lib. 9. tit. 23. sub nu-
mer. 11. versic. deniquè, Hodiern. in leg. Hac
edictal. quæst. 50. num. 18. cum seqq., Rot. co-
ram Gregor. decis. 187. num. 11, & 12.*

Et ità, Partibus vtrinquè acritèr infor-
mantibus &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

ALiqua notabilia placet hìc subnectere ad
materiam *Text. in leg. Hac edictali, Cod.
de secund. Nupt.*, quæ deseruire possunt ad
ornatum præinsertæ Decisionis, postmodùm
confirmatæ in gradu appellationis *die 2. Iu-
lij anni 1700. coram Card. Scotto, impress.
apud. Balducc. rer. iudic. tit. 3. decis. 45.*; Et
primò, quod beneficium prædictæ *legis* ne-
47 dùm suffragatur filijs primi Matrimonij,
sed etiam nepotibus progenitis ab eisdem
filijs prædefunctis, pròut reliquis omissis
respondit *Rot. coram Bich. decis. 293. num. 2.,
& seqq., & coram Cerr. decis. 304. num. 10.,
& 12., & decis. 352. num. 13., & 14., &
in Romana Immissionis 26. Februarij 1717.
§. Nequaquàm attento, coram bon. mem. Lan-
cetta, & 17. Ianuarij 1718. §. Rem enim,
coram bon. mem. Rouault de Gamaches.*

Itaùt effectus sit, quod plures nepotes
48 ex vnico filio, vel filia præmortua post de-
tractam legitimam in triente, aùt semisse
diuidant residuum in capita cum Vitrico,
seù Nouerca, quotiès nullus concurrat Pa-
truus, siuè alter filius primi Matrimonij, vt
explicant *Bertrand. in dicta leg. Hac edictali
sub vers. Quam obseruationem num. 4. in fin.,*

Barry. de success. lib. 1. tit. 9. sub num. 35. vers. Et quia hæc obtinent, *Careu. resol. 69. sub numer. 28. vers. Et in casu nostro*, *Rot. coram Bich.*, *& Cerr. vbi suprà*.

Et ex opposito si concurrat aliquis Patruus, siuè alter filius primi Thalami, eo casu
49 quemadmodùm plures nepotes ex alio filio prædefuncto nequeunt venire, nisi iure repræsentatiuo proprij Parentis, ità haberi debent pro vnica persona, & consequentèr in his terminis Coniux superstes, seù Vitricus, vel Nouerca tantum capere possunt, quantum capiunt non singuli nepotes, sed omnes simùl iuncti, *Io: à Sandè decis. Frisiæ lib. 2. tit. 3. defin. 5.*, & post eum *Someren. de Iur. Nouerc. cap. 11. §. 2. in fin.*

Secundò, quod prædictæ *legis* dispositio
50 habet locum non tantùm in casu, in quo secundo Coniugi relinquantur Bona in proprietate, sed etiam quandò eidem relinquitur solus vsusfructus, *Gratian. discept. 702. num. 28., & 29., Cost. de ration. rat. quæst. 85. num. 10.*, *Cancer. var. resol. part. 3. cap. 2. num. 179.*, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. part. 4. num. 33., & seqq.*, *Capyc. Latr. consult. 118. num. 19, & 20.*, *Bersan. de Viduis cap. 3. quæst. 12. ex nu. 1. ad 10.*, *Tartagl. de reseru. Statut. art. 26. num. 9., & 10.*, *Laurent. decis. Auen. 95. num. 4., & 5.*, *A' Sandè dicto lib. 2. tit. 3. defin. 4. per tot.*, *Thomat. decis. 87. num. 7.*, *Rot. decis. 406. num. 5., & 6. part. 9. tom. 2. rec.*, *& in Veliterna Vsusfructus supèr manutentione, seù immissione quoàd reseruata 6. Iunij 1725. §. Quin dubitari, coram R. P. D. Ratto Episc. Cordubeu.*, & priùs *in Fanen. Successionis 20. Nouembris 1705. §. Absoluto, coram clar. mem. D. meo Ansaldo*, vbi sub *§. Cæterùm* subditur, quod censura *dictæ leg. Hac edicta-*
51 *li* locum sibi vindicat etiam in solis alimentis secundæ Vxori, aut respectiuè secuudo Marito inofficiosè, seù inæqualitèr relictis, quod & habetur apùd *Crauett. cons. 194. num. 3., & 4.*, *Surd. cons. 237. num. 9.*, *Gratian. dicta discept. 702. num. 30., & 31.*, *Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 22. num. 86.*, *Laurent. dicta decis. 95. num. 3.*

Tertiò, quod beneficium *dictæ leg. Hac edi-*
52 *ctali* suffragatur filijs primi Matrimonij non vti hæredibus Patris, vel Matris binubæ, sed vti filijs, *Castren. cons. 268. sub num. 2. vers. Ex quibus patet vol. 2.*, *Roland. cons. 29. num. 14. lib. 4.*, *Bero: cons. 40. num. 11. vol. 2.*, *Mart. de success. legal. part. 1. quæst. 13. art. 11. num. 9., & quæst. 21. art. 2. num. 13.*, *Carol. Rub. de confus., & distinct. Iur. hæred. cap. 19. §. 1. ex num. 37. ad 43.*, *Tartagl. de reseru. Statut. dicto art. 26. num. 19.*, *Bersan. de Viduis d. cap. 3. quæst. 10. n. 15. in fin., & quæst. 12 in princ., & num. 2.*, *Laurent. dicta decis. 95. num. 1.*, *Rot. decis. 110. num. 12. cum duob. seqq. part. 8. Rec.*

Quartò, quod non intrat, neque allegabilis est censura, seù dispositio *dictæ leg. Hac*
53 *edictali*, vbi concurrat ingratitudo, seù mala tractamenta exercita à filijs primi Matrimonij ergà eorum binubum Parentem, *Phanuc. de lucr. Dot. gloss. 5. num. 48.*, *Cost. de ration. rat. dicta quæst. 85. sub num. 8. vers. Nec obtinent*, *De Marin. quotid. resol. lib. 1. cap. 273. num. 8.*, *Michalor. de Fratrib. par. 3. cap. 13. num. 97.*, *Tartagl. vbi proximè num. 50.*, *Bersan. de Viduis dicto cap. 3. quæst. 10. num. 33.*, *Surd. decis. 8. num. 27.*

Quintò, quod prohibitio *dictæ legis* non
54 procedit, vbi Parens binubus plus reliquit fauore secundi Coniugis ex causa remunerationis seruitiorum extrà coniugalem obligationem ei præstitorum, *Bertrand. in ead. leg. Hac edictali nu. 55.*, *Francisc. Rocc. respons. 78. num. 18. lib. 2.*, *Fontanell. de pact. nupt. dicta claus. 5. gloss. 8. part. 4. num. 67., & 70.*, *Cutell. de donat tract. 1. disc. 3. partic. 5. num. 20. propè fin. vers. Quod tamèn temperandum*, vbi tamèn limitat, quandò breui tempore
55 durauit secundum Matrimonium, pròut hanc ipsam limitationem amplexa est *Rot.* in præallegata *Romana Immissionis 26. Februarij 1717. §. Eodem modo cum duob. seqq. coram bon. mem. Lancetta, & 17. Ianuarij 1718. §. Nec est, cùr obijciatur, coram bon. mem. de Gamaches*.

Sextò similitèr non procedit in donatio-
56 ne, aut relicto facto fauore secundi Coniugis ex titulo, seù causa onerosa, *Bursat. cons. 212. sub num. 16. vers. Non autèm, & num. 24.*, *Molfes. ad consuetud. Neap. part. 3. quæst. 21. num. 1., & num. 8. 9. 11., & 12.*, *Fontanell. dicta claus. 5. gloss. 8. part. 4. num. 71.*, *Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 124. num. 9., & 10.*, *Paitell. exped. ciuil. 12. num. 23, & 24.*, *Bersan. de Viduis dicto cap. 3. quæst. 10. numer. 31.*

Quærunt vlteriùs in hac materia *Doctores*, vtrùm dispositio *dictæ leg. Hac edictali* suffragetur filijs primi Thori, qui Professionem
57 emiserunt in aliqua Religione Bonorum incapaci, in modum, vt ij concurrere valeant cum alijs fratribus laicis ad finem auferendi illud plus, quod Vitrico, aut Nouercæ relictum fuit à Parente binubo; Et communi calculo negatiuè resoluunt, pròut videre est apud *Bald. in ead. leg. Hac edictali num. 12.*, *Spad. cons. 263. num. 13. lib. 3.*, *Gabr. comm. concl. lib. 3. tit. de secund. nupt. concl. 4. num. 74.*, *Sanchez de Matrim. lib 7. disp. 88. num. 3. ad med.*, *Io: Francisc. Balthassar. pract. resol. tit. 1. resol. 13. num. 14. in fin. vers. Et hæc*, *Peregrin. decis. Patau. 73. num. 6., & 7.*, vbi idcircò ait, secùs esse, si aliquis filius profes-
58 sus fuerit in Religione capaci Bonorum in communi.

Disputant etiam in hac materia Scribentes, vtrùm censura *dictæ leg. Hac edictali* pro-

59 profit filiæ à Statuto locali exclusæ, vel proptèr masculos, vel proptèr dotem habitam à Patre binubo: Et quamuis negatiuam opinionem tueantur *Angel. in §. Optimè num.38. Authent. de Nupt., Ias in leg. si is, qui pro emptore num. 290. ff. de vsucap., & cons.68. num.47. lib.3., Roland. cons.95. sub num.20. lib. 3., Aldobrandin. cons. 114. numer.88., Riminald. Iun. cons.47. num.40., & seqq. lib.1., & cons.406. ex num. 7. vsquè ad fin. lib.4., Io: Francisc. Balthass. dicta resol.13. num. 14., Francisc. Marc. decis. 25. num. 2. part.2. Thesaur. Iun. in addit. ad Patrem decis. Pedem.170. in fin.*

Alij tamèn magis communitèr affirmati-
60 uam Sententiam pro viribus defendunt ex validissimis rationum momentis frustrà hic transcribendis, prout recognosci potest apùd *Soccin. sen. cons.35. ex num.12. ad 15. vol.4, Bertazzol. cons. ciuil.81. num.17., & cons.82. per tot., Manent. cons.126. num.19., Capriol. de success. ab intest. lib.1. num.431., Facchin. contr. Iur. lib.3. cap. 68. per tot., Fontanell. de pact. nupt. dicta claus.5. gloss.8. part.4 numer.47., Barry de success. dicto lib.1. tit.9. sub num.35. vers. Dubitatur de filia, Mart. de success. legal. part.1. quæst.13. art.11. per tot., Hodiern. in dicta leg. Hac edictali quæst.12. ex num.44. vsquè ad fin., & in addit. ad Surd. decis.8. ex num.9.* paritèr *vsquè ad fin., Bottillier. de success. theor.14. num.17., Casareg. ad Statut. Ianuen. de success. ab intest. in princ. verb. Soli ex num.19. ad 23. fol. mihi 118., & §.9. verb. In omnibus autèm casibus num. 9. cum duob. seqq. fol. 206., Tartagl. de reseru. Statut. dicto art.26. num.38.,* & hanc tenuit *Rot. in dicta Romana Immissionis 26. Februarij 1717. §. Penult. coram Lancetta, & in Romana Legatorum 6. Decembris 1728. §. Non attenta cum seq,* confirmata *25. Iunij 1731. §. Facta autèm, coram Rmo P. D. Patriarcha Aldrouando Decano.*

A. Lupardus.

ROMANA ALIMENTORVM SVPER EXPENSIS

Ven. 22. Ianuarij 1700.

ARGVMENTVM.

Iudex, terminatâ Causâ per Sententiam definitiuam absquè speciali condemnatione succumbentis ad refectionem expensarum, nequit ampliùs supèr huiusmodi expensarum refectione se ingerere, secùs si Causa fuisset expedita per Decretum. Clausula = *Ab excessiua tantùm* = adiecta in Commissione tribuit Iudici facultatem cognoscendi dumtaxàt de prætenso excessu taxationis expensarum, non verò an succumbens fuerit debitè, vel indebitè condemnatus ad illarum refectionem. In Iudicio manutentionis *Rota* non recipit Sportulas in maiori quantitate vltrà decem scuta Auri, & si de facto eius Depositarius ad id deputatus maiorem summam exegerit, promptè illi præcipit, vt succumbenti restituat ratam ab ipso in excessu solutam; & quid, si Causa reuerà excessisset terminos puræ, ac simplicis manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex post expeditam Causam per Sententiam absquè speciali condemnatione succumbentis ad refectionem expensarum, nequit ampliùs huiusmodi refectionem demandare.*
At secùs est, si Causa fuerit expedita per Decretum, n.12.

2 *Expensæ regularitèr non reficiuntur, nisi in fine litis, eaque totalitèr terminata.*
Et ad hunc effectum lis non dicitur terminata per solam manutentionem vni ex Partibus concessam, n.3.

4 *Auditor Rotæ, cui Causa est commissa, nequit aliquid ex se in ea decernere stante protestatione vnius ex Partibus, quod nihil decerni possit, nisi facto verbo in Rota.*
Sed declara, vt n.18.

5 *Clausula* = Ab excessiua tantùm = *præseruat solùm Iudici facultatem cognoscendi de excessu taxationis expensarum, non verò, an succumbens fuerit iuste, vel iniustè condemnatus ad illarum refectionem, &* n.6., & 35.
Et de ratione, ob quam Signatura Iustitiæ in hac materia taxationis expensarum passim, & de stylo rescribere soleat = Ab excessiua tantùm, n.20.
Istaque Clausula impedit, nè Iudex Commissarius cognoscere valeat de meritis Causæ principalis, n.34.

7 *Expensæ ex dispositione* Statuti Vrbis *debent refici per succumbentem in Causa, quamuis Iudex in Sententia omiserit illum specialitèr ad id condemnare.*
Et simile Statutum adest in Ciuitate Ianuæ, num.8.
Sed prædictum Statutum Vrbis *habet locum dumtaxàt in Foro Capitolino*, n.9.
Et vtrùm attendatur in Tribunali Sac. Rotæ, ibid. num.10.

11 *Iudex post expeditam Causam per Sententiam dicitur functus officio suo, nec potest ampliùs in ea se ingerere.*

13 *Renunciatio litis est fortior re iudicata.*

14 *Renuncians liti, quæ pendebat in summarijssimo possessorio, tenetur ad expensas ab altera Parte factas in eodem Iudicio possessorio.*
Idemque procedit, quandò idem Iudicium possessorium fuit absolutum per rem iudicatam, num.15.

Idque.

Idque locum habet non obstante, quod adhùc lis pendeat in petitorio, ibid.

Amplia, vt procedi nequeat ad vlteriora in cognitione petitorij, nisi priùs reficiantur expensæ factæ in Iudicio possessorio, n.16.

Et desupèr affertur casus particularis, in quo fuit ità practicatum, n.17.

19 *Taxatio, & moderatio expensarum ab exteris Tribunalibus committi solet Actuario, seù Notario Causæ*.

Et signantèr ità practicat Rota Ianuen., ibid.

21 *Non entis nullæ sunt qualitates*.

22 *Sportulæ qua ratione fuerint per Summos Pontifices concessæ Tribunali* Sac. Rotæ.

23 *Depositarius Sportularum* Sacræ Rotæ *solet esse vnus de Collegio Patronorum Causarum Sac. Palatij Apostolici*.

24 *Sportulæ in Iudicio manutentionis taxantur in scutis decem Auri pro qualibet Instantia Rotali*.

Et aliquandò Rota renuit illas recipere in maiori quantitate, quamuìs sponsè per victorem oblatas, n.25.

Si tamèn Iudicium excedat terminos simplicis manutentionis, possunt Sportulæ taxari in maiori quantitate, n.30. vsquè ad 33.

26 *Indebiti condictio, seù repetitio an insret in materia Sportularum excessiuè solutarum*.

27 *Alimenta decreta in certa quatitate possunt ex noua superueniente causa per Iudicem augeri, &* n.28., & 29.

31 *Manutentio non datur, nisi ad limites actualis possessionis*.

Adeòut mutato rerum statu fiat noua prouisio, non verò desur manutentio, ibid.

32 *Sportulæ in Causis Alimentorum, Pensionum Ecclesiasticarum, aliorumque Iurium vitalitiorum regulantur ad terminos* Text. in l. Hæreditatum, ff. ad l. Falcid.

33 *Sportulæ in Causis excedentibus importantiam scutorum mille taxantur in scutis 25. Auri*.

36 *Lites intèr fratres solent esse magis rabiosæ, quàm intèr extraneos*.

37 *Fratres plerumquè sunt intèr se discordes*.

Adeòut miraculi species sit, si inuicèm sentiant, n.38.

Et huiusmodi discordiæ, & contentiones magis familiares sunt, vbi intèr eos agitur de diuisione paternæ hæredisatis, n.39.

Quod comprobatur exemplis, vt n.40. cum duob. seqq.

42 *Communio intèr fratres, tamquàm prodigium, raro conspicitur*.

43 *Frater diues an, & quomodò teneatur alere fratrem, vel fratres egenos*, remissiuè.

DECISIO CXXVI.

ETsi intèr cæteras temerè litigantibus pœnas inflictas illa præcipuè Sacrosanctè per Imperialia Diplomata remanserit custodita, quod altera Partium in commisso Iudiciali Prælio deuicta refunderet Victrici eas expensas, quas incommodè nimiùm subire ex hac procaci, vel obdurata Aduersarij sui propugnatione compulsa est, vt habetur sancitum in eisdem *Cæsareis Institutionibus lib. 4. tit. 16. de pæn. temer. litig. ex princ.* & signantèr *§. Hæc autèm*, audiri adhùc non desunt quotidianæ in Foro reclamationes, vèl supèr ipsa substantia demandatæ ab Iudice refusionis, vèl supèr præfinitione, seù liquidatione quantitatis, pròut accidit in præsenti, tenui quidèm, sed asperiori de more controuersia Fratrum de Sannesijs: Nàm quamuìs pro parte Ducis Primogeniti renunciatum fuisset in possessorio liti supèr augumento Alimentorum prætenso, & obtento per D. Abbatem coràm RR. PP. DD. meis dell'Olmo, & Scotto in annuis scutis 200., noua nihilominùs emersit conquæstio eiusdem D. Ducis circà factam ab R. P. D. meo Scotto taxationem prædictarum expensarum; quamobrèm, præuio Signaturæ Iustitiæ rescripto, *Domini* per Me quòad hanc postremam reclamationem consulti sub assueto Dubio, *vtrùm constaret de excessiua taxatione*, in omnibus fermè capitibus negatiua prorsùs suffragia præbuerunt, illo dumtaxàt excepto, quod eorumdem (vt infrà) *Dominorum* solitam liberalitatem, & respectiuè modestiam interpellare videbatur.

Et quidèm prorsùs insubsistens, & inordinata apparuit reclamatio D. Ducis supèr eo, quod perperàm R. P. D. meus Scottus iniunxisset refectionem huiusmodi expensarum, quandò præcedentèr nulla fuerat indicta condemnatio, contrà sancita (vt ipse opinabatur) ab *Imperatore in leg. Terminato, C. de fruct. & lit. expens.*, ex quo enim regularitèr expensæ litis solo dumtaxàt mercenario Iudicis officio præfiniendæ sunt,
1 & refundendæ, non videbatur, quod de præteritis expensis vlla foret habenda ratio, dùm idem mercenarium Iudicis officium per Sententias ab antecedentibus Iudicibus absquè vlla condemnatione latas expirauerat, pròut etiam prænotauit *Pract. Papien. in form. libell. in act. real. tit. 2. gloss. 25. sub num. 5. versic. sed si Iudex, Pacific. de Saluian. inspect. 4. cap. 1. num. 118., Fontanell. decis. Cathalon. 315. num. 2. cum 3. seqq., Rot. coram Manzaned. decis. 371. num. 1., & seqq., & coram Duran. decis. 169. num. 7.*

Fortiùs autèm, quià cùm expensæ ob incertitudinem victoriæ, & consequentèr fi-
2 nalis declarationis, quis nàm ex contendentibus temerè litigauerit, nequè soleant, nequè debeant refici, nisi in fine litis, eademque lite omnimodò ad fauorem alterutrius abscissa, & terminata, sicutì testatur *Gratian. discept. 349. num. 7. & 8., Ridol-*

phin.

phin. in prax. par.1. cap.13. num.613., *Rot. coram Caualer. decis.* 191. *num.2.*, *& decis.*348. *num.1.*, *&* 2. *coram Card. Cerro*.

Asperum proindè reddebatur, quod dùm adhùc in petitorio supèr fixa taxatione alimentorum lis perdurabat, dumquè ipse D. Dux poterat sibi suadere, & sperare plenam victoriam, & absolutoriam à radicali prætensione augumentationis alimentorum suscitata per D. Abbatem, intereà valeret Dux tanquàm temerè litigator condemnari ad subeundam prædictarum expensarum
3 refectionem; non enim simplicis possessorij definitio liti finem imponit, sed petitorium, itàut ad hunc ipsum effectum quælibet Decreta in ordine ad solam manutentionem, & possessorium promulgata, neutiquàm, ex hac eadem ratione Iudicij minimè terminati, transeant in rem iudicatam, ex annot. per *Gratian. disceptat.*384. *num.*22., *Posth. de manut. obseruat.*106. *num.*64., *Thomat. decis.*39. *num.*10., *Rot. decis.*242. *num.*14. *post Cenc. de Censib.* atquè ità de facto (nisi Partes concordassent) inclinabat *Magon.* in plena desupèr *dec. Florent.*88. *per tot.*

Superaddebatur generali huic prætensæ iniustitiæ etiàm nullitas; quià cùm sequuta solita citatione prò parte Philippi Abbatis = *ad videndum taxari, seù moderari expensas* = Dux incontinenti fuisset protestatus in Actis, locum non esse expetitæ taxationi, nisi priùs
4 adscito sensu Tribunalis, seù (vt inquiunt) facto verbo in Sacra Rota, hinc dùm nihilominùs deuenit R. P. D. meus Scottus ad taxationem, intraret clara nullitas inflicta per Reformationem, seù Constitutionem san. mem. Pauli V. *inter suas la* 71. *sub tit. de Audit. Rot.* §.7. *& seq.* quæne etiam habetur impress. apùd *Ridolph. post eius prax. fol. mihi* 675. *n.*7., *&* 8.

Contrà hæc etenim meritò præualuerunt apùd *Dominos* responsiones Abbatis; primario namquè loco, & absquè vlteriori trutinatione superabundantèr præluxit illa, quod D. Dux illius frater, minimè acquiescens iudicato supèr possessorio, tentauit quartam vsquè à Signatura Iustitiæ extorquere Commissionem suspensiuam eiusdem præcedentis Iudicati, & sic non solùm ipsemet fuerat prætergressus limina possessorij, quod vnica, vel ad summum gemina ex capite dubitabilis iniustitiæ cognitione intercluditur, ad *Text. in leg. Vnica, Cod. si de moment. possess. cum suis notiss. concord.*; Verùm statim ac Signatura reiecit hanc vlteriorem
5 prouocationem, & rescripsit in hoc ipso proposito expensarum = *ab excessiua tantùm*, iàm non erat ampliùs (Principe sic per Signaturam suam demandante) inquirendum de substantia condemnationis, sed solùm de excessu circà quantitatem; tùm quià, vt dictum fuit in *Romana Monilis* 27. *Nouembris* 1699. §. *Ineuitabilitèr*, *coram Me*, Tribunali Signaturæ specialitèr competit ius obseruandi, ac præfiniendi ordinem Iudicialem in vniuersis Tribunalibus Vrbis, &
6 Orbis; Sed etiam, quia stante præcitato rescripto, ità quotidiè practicatur, nempè quod solùm de excessu, non de substantia condemnationis expensarum Iudex quilibet Commissarius, siuè Sacra Rota perquirat, quemadmodùm præcisè respondit *eadem Rota decis.*28. *num.*7. *par.*16., *& decis.*412. *num.*9. *par.*19., *& in Dertusen. Beneficij supèr expensis* 1. *Iulij* 1699. §. *fin. coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano*.

Cæterùm adhùc ex abundanti expendentes *Domini* substantiam prædictarum exceptionum agnouerunt, non obsistere primam promanantem (vt suprà) ab omissa condemnatione expensarum in antecedentibus
7 Iudicatis: non solùm, quià aderat in Vrbe peculiare Statutum præcipiens *lib.*1. *cap. penult.* refectionem expensarum, licèt Iudex omiserit condemnare succumbentem, pròut quoquè annotauit *Scacc. de appellat. quæst.*17. *limit.*21. *num.*35. *in fin.*, *Capucc. in prax. tom.*1. *par.*3. *cap.*11. *num.*241., & de simili Statuto Ianuæ *Marilian. decis.*34. *num.*3.; quantumuis etenim huiusmodi san-
9 ctio Municipalis ex sui littera, & in vi authoritatiua non excedat limites Ciuitatis, seù Fori Capitolini, vt dixit *Rot. cor. Manzaned. dec.*371. *num.*3. *&* 4.

Nihilominùs in dubio, & vbi aliæ cir-
10 cumstantiæ facti diuersimodè non suaderent, sempèr finitima lex, & praxis in aliquo casu disputabili obseruata in proximo loco, magnum tribuit fomentum imitationi eius, quod præcedentèr præsupponitur esse sancitum à vicinis legibus, & determinationibus, teste *Ias. in leg. de quibus num.*6. *ff. de leg.* cum alijs per *Cardin. de Luca de Seruitut. discurs.*2. *num.*18. *&* 19., *& de Testam. disc.*30. *num.*17., *Rot. decis.*2194. *num.*36. *cum seqq. cor. Coccin.*

Verùm, & certiùs, quia intantùm non est locus vlteriori taxationi, quandò Iudices antecedentes condemnare prætermiserint per Sententiam, seù (vt dicunt) per
11 Cedulam supèr negocio principali, quia tùnc functi dicuntur eorum officio, ad normam *Text. in leg. Iudex* 55. *ff. de re iudicat.*; At quandò (pròut hìc) Iudices anteceden-
12 tes Causam expediuère per merum Decretum, eodem modo, quo non impedirentur ipsimet Iudices manus apponere in moderatione, vel retractatione eiusdem Decreti, ità nihil est, quod de Iure prohibeat Iudicem vlterioris delegationis facere, & supplere ea, quæ per viam condemnationis ad expensas facere, & supplere potuissent primi Iudices siuè Ordinarij, siuè Delegati, quemadmodùm punctualitèr distinguendo firmanit

uit *Rot. dec.534. ex n.5. cum seqq.* & præcisè *num.11. & seqq. cor. Bich.*

Minùs *Domini* putauerunt firmitatem habere secundam exceptionem innixam qualitati Iudicij possessorij; nàm quamuis verissimæ sint in suis casibus regulæ superiùs connotatæ, nempè, & quod expensarum refusio non intret, nisi integralitèr lite finita, quodque lis reuerà dici nequeat finita, nisi per omnimodam absumptionem petitorij, itaùt firmis adhùc remanentibus reliquijs ipsius petitorij decreta Tenutæ, seù manutentionis transitum nunquàm faciant in rem iudicatam: Attamèn quandò ipsa Tenuta, manutentio, seù possessorium de facto, ac insimùl de Iure iàm fecit innegabilitèr hunc transitum in rem iudicatam, & per eumdem innegabilem transitum palpatur, quod ille, qui succubuit in possessorio, temerè vexauit prætendentem ipsum possessorium, siuè Actorem insistentem supèr possessorio, non est ratio, cùr ad terminos *dicti §. Hæc autèm, Instit. de pœn. temer. litig.* non debeat hic iniustus, seù temerarius Litigator in vna qualitate Iudicij non condemnari ad resarciendas expensas passas ab iniustè, & temerè lacessito, siuè impedito; Ideòque quotiès (vt accidebat ad præsens) per cessionem factam ipsi liti in pos-
13 sessorio, lis supèr eodem mediante eadem cessione, quæ fortior est quacumque re iudicata, remansit eradicata, & consumpta, tùnc vno ore conueniunt *Scribentes,*
14 quod in sequelam eiusdem cessionis sempèr, & absolutè cedens sit condemnandus ad refectionem expensarum, vtì videre est penès *Salicet. in leg. postquàm liti quæst.8. num.10. Cod. de pact., Ias. in leg. properandum, §. Siuè autèm alterutra num.2. Cod. de Iudic., Caball. cons.95. sub num.9. versic. debuitque agens, & num.10. cum duob. seqq. lib.2., Asin. in prax. §. 32. cap.2. ampliat.2. per tot., Gratian. discept.572. num.17., Scacc. de appell. dicta quæst.17. limit.2. num.114., Peregr. decis. Patauu.152. num.2., Thomat. dec. March.130. num.2. cum duobus seqq.*

Diximus, hoc accidisse in nostra Thesi: Nàm postquàm totiès in possessorio succubuerat Dux, effectiuè liti cessit, & proindè, vltrà genericam propositionem mòx
15 enunciatam, in terminis succedebat altera conclusio, quod ex rationibus iam præmissis finito possessorio, siuè per renunciationem, siuè per rem iudicatam, non obstante pendentia alterius Iudicij supèr petitorio intret condemnatio contrá Cedentem, vel Reum supèr expensis; ità namquè pro absoluto præsuppositum fuit *coram Caputaquen. decis.34. num.1., Pat. decis.138. lib.1., & decis.84. num.2. coram Coccin.*, & nupèr in puncto practicatum extitit *in Vrgelien. Seruitutum supèr expensis 22. Iunij 1699. sub §. Etenim, & per tot. coram R. P. D. meo Lancetta* (quæ modò est *intèr eius impress. la 100. n.1. & seqq.*

Idque adeò solidum, vt tantum absit, pendentiam litis indecisam supèr petitorio introspici ad finem eximendi ab expensis iam plenariè succumbentem in possessorio,
16 quìn potiùs à contrario suspendatur ipsum petitorium, ac in eius prosecutione supersedeatur, donèc, & quousquè reficiantur expensæ Victori per Victum in possessorio, sicùt egregiè demonstrat *Rebuff. ad Constit. Gall. tit. de sentent. exec. art.6. gloss. vnic. num.10. & 12., & num.20., Asin. in prax. d. §.32. cap.2. ampliat.60., Peregrin. dicta decis. Patau.152. sub num.2. uers. idem intellige.*

Atquè hoc ipsum elucescit etiàm per exempla quotidiè in Tribunali nostro, & in ipsa Signatura Iustitiæ practicata; Nuper-
17 rimè enìm (cæteris omissis) lite renouata, siuè introducta intèr Episcopum Giennen., eiusque Capitulum per speciem non absimilem à mero Iudicio possessorio, ex quo Capitulum prætenderet, fore inhibendum Episcopo, nè donèc in petitorio definiretur Causa, vtrùm liceret eidem Episcopo mutare Dignitates, Canonicos, & Præbendatos à Residentia Ecclesiæ Giennen. ad alteram Baecen., & è conuersò, interim ad huiusmodi mutationes deueniret, statim ac prædictum Capitulum in hac prætensione succubuit per Sententiam bo. me. Vrsini Decani, quæ deincèps transitum fecit in rem iudicatam, Episcopus obtinuit taxari expensas contrà Capitulum, licèt supèr meritis, præcisiuè ab Inhibitione, Causa penderet coram Me, sicuti liquet *in decis. Giennen. Iuris mutandi supèr expensis 10. Decembris 1698. coram R.P.D. meo Lancetta* (*intèr eius impress. decis.62.*)

Insubsistens deniquè, & prorsùs contemptibilis tertia comparuit exceptio, nimirùm quod R.P.D. meus Scottus nequiret ex se ipso deuenire ad taxationem expensarum, nisi priùs facto verbo in Sacra Rota ad tenorem protestationis interpositæ per D. Ducem, & Constitutionum Apostolicarum:
18 Quià Constitutiones Apostolicæ non loquuntur de hiscè infimis, & necessarijs, ac in se ipsis indubitabilibus sequelis passæ condemnationis, adeòut quodammodò nimis modesta, ac religiosa videatur condescensio, & inclinatio D. Ponentis in implicando propriam attentionem hiscè friuolis ma-
19 terijs, quandò in alijs forsàn inferioribus Magistratibus, & Tribunalibus huiusmodi reuisio, siuè taxatio, & moderatio expensarum demandatur simplici Actuario, siuè Notario Causæ, prònt de Ciuitate Genuæ signantèr testificatur *Marilian. dicta decis.34. num.4., & Flamin. Chartar. dec.28. n.1.*

Et

Et idcircò, quià reuerà munus hoc videtur quasi infrà Dignitatem tàm eximij Magisterij, totumque vt plurimùm pendet à relatione, vel suppositione Notarij meliùs practicè informati, quàm à superiori determinatione, ac mente Auditorum Sa-
20 cræ Rotę, eademmet Signatura Iustitiæ nusquàm & ipsa degustat merita condemnationis, sed reclamantibus plerumquè pro vlteriori defatigatione succumbentibus, veluti de stylo inconcusso sempèr rescribit = *ab excessiua tantùm*, idque vt non insistentibus adhùc deuictis, alter Ponens, siuè Relator audiat, & degustet adscito voto Corresponsalium, an reuerâ fuerit in aliquo excessum, absquè eo, quod hanc sollicitudinem habere debeat antecedens Causæ Relator, siuè Ponens in facienda prima taxatione, prout etiàm practicè animaduertit *Card. de Luc. in Relat. Cur. Roman. disc. 32. n. 101.*

Diluta hac generaliori conquestione Ducis, descendentes *Domini* ad particularia grauamina prætensi excessus, nullatenùs illum adesse inuenerunt in ea parte, in qua dicebatur, quod à notula earumdem expensarum delendæ forent illæ, quæ contigerunt in primordiali Iudicio coram A. C., atque in ipsa Rota vsquè ad diem 14. Octobris 1684., sub eo prætextu, quod eædem expensæ remansissent inclusæ, & dissolutæ mediante ordine fauore Fratris directo sub eadem die per D. Ducem Sacro Monti Pietatis: Lectura siquidèm præfati ordinis simplicitèr, & tantummodò sonabat = *per resto, e final pagamento di tutte le spese de mandati tanto esecutiui, quanto de consignando, sequestri, & exequatur, e citationi fatte nella Causa de' sudetti Alimenti*; proindèque cùm condemnatio decreta per R. P. D. meum Scottum nequè in vno obulo tangeret Crumenam Ducis circà Causas, siuè species expensarum per mox expressa verba enunciatas, nimis de plano ex ipsa confronta-
21 tione iugulabatur quærimonia; imaginarij quippè, sed in rei veritate non entis, nullę sunt qualitates, vt ait *I. C. in l. eius, qui in Prouincia, vers. quoniàm ff. si cert. pet.* cum concordantibus plenè collectis apùd *Barbos. axiom. 162. n. 1.*

Hucusquè *Domini*, vt præmisimus, nullum prorsùs extare excessum agnouerunt, & responderunt; Verùm quià intèr partitas earumdem expensarum aderat recalcitratio
22 Ducis respectu Sportularum, quas loco recompensæ (omninò de Iustitia debitæ laboribus incessantibus nostri Auditorij assiduè cognoscentis plures, easdemque grauissimas materias, & Causas cum intermedia *Motiuorum*, siuè *Decisionum* extensione in circulo vnius anni, quàm fortè apùd alios Senatus, Parlamenta, vel *Rotas* in termino decem) placuit Summis Pontificibus per hanc viam impartiri, vti considerat etiàm *Nauar. consil. 21. num. 3. sub tit. de rescript. lib. 1.*

Lacessiti idcircò in hac, si non omninò reticibili, saltèm exigua prouocatione, quantulis, clarissima adstipulante ratione, ac base Iuris, substentare valuissent solutionem Spor-
23 tularum, nemine impellente factam à D. Abbate in manibus vnius ex antiquioribus Patronis Causarum Sacri Palatij Apostolici, cui Tribunal in hac humiliori materia vices absquè alia superintendentia, siuè indagatione committit: Nihilominùs annuerunt
24 petitæ reductioni à sc. 25. auri ad scuta decem pro duabus Instantijs coram R. P. D. meo dell'Olmo, & R. P. D. meo Scotto, mihi iniungentes, vt eidem diligenti, ac versato Patrono demandarem sollicitam refu-
25 sionem, eadem liberalitate respuentes scuta quindecim in supposita materia manutentionis, qua passim accipere recusarunt scuta centum auri sæpiùs per Illustres Personas oblata, vti contigit in illa *Nullius, seù Senogallien. Bouorum* proposita *sub die 13. Iunij 1695., & 23. Ianuarij 1697. cor. R. P. D. meo Muto*, & milliès dietim.

Supposuimus, æquè rationabilitèr, & de stylo potuisse subsistere factam solutionem in sc. 25.; Nàm prætermissa etiam propositione, quod vbi Sportulæ, siuè Propinæ extiterunt non iam ab ipsis Partibus, sed per
26 organum Notarij, vel alterius Officialis receptæ, de Iure non intret repetitio, siuè condictio indebiti, vt fusè ad tenorem nostrarum Constitutionum probat *R. P. D. Masserius* Votans Signaturæ Iustitiæ, & Sacræ Congregationis Confinium à Secretis in suo peculiari *Tractatu*, seù *prax. Legat. Auen. & Æmil. lib. 1. cap. 23. ex num. 77. cum plur. seqq.*, & signantèr *num. 104.* vbi intèr cœteros in idem collaudat *Ant. Fabr. in Cod. lib. 3. tit. 2. defin. 3. & 4.*

Adhùc in rei quidditate obiectum Ducis aberrabat in facto; licèt enim stylus inoleuerit, quod in Decretis, siuè Mandatis relaxatis supèr simplici manutentione in quocumque grauiori negocio non excedatur respectu solutionis Sportularum importantia scutorum decem Auri: Attamèn in præsenti These longè aberant termini manutentionis, quoniàm insurrecta huiusmodi contentione intèr fratres supèr quantitate Alimoniæ præstanda per D. Ducem Primogenitum D. eius fratri secundogenito, ab initio Iustitia, & prouidentia Tribunalis A. C. ordinauit, quod, vltrà solitam habitationem, Primogenitus exsolueret tàm de Iure, quàm ex lege Primogenituræ annua scuta 400., licèt tùnc temporis Abbas existere prætenderet in quasi possessione exigendi maio-
27 rem importantiam, seù quantitatem; deincèps verò superuenientibus lucidioribus probationibus pro parte eiusdem D. Abbatis, ei-dem

dem fuere ab Auditorio nostro peraucta alia scuta 50., quemadmodùm liquet *ex Decisione* edita *sub die 21. Aprilis 1679. §. His itaquè,& seqq. cor. clar. me. Card. Matthaio*, & confirmata 22. *Iunij 1682 per tot. cor. b. m. Emerix Iun.* (quæ est intèr suas *la* 552.)

Rebus ità se habentibus, casus siuè, infortunium præbuit, quod D. Dux remanserit orbatus vnico filio masculo, nullaque appareret verisimilitudo, quod ipse nouam sobolem procreasset; vndè D. Abbas, nullo charactere Sacro, siuè Ordine detentus, aspirans, & exoptans mediante legitimo Matrimonio semen fratris, & Familiæ propagationem suscitare, conclamauit apud *Patres*, quod vetus præfinitio Alimentorum ex vna parte tanti non esset ad subeundas expensas proprij Coniugij, & ex altera per deficientiam prædicti filij masculi, aliarumque Personarum, onerumque conniuceretur Dux frater alleuiatus ab annuis scutis 1300.

28 circitèr, ac propterea tàm ex vno, quàm ex altero capite rursùs oporteret augere alimoniam in summa benè visa per *Tribunal*; cùm enim ageretur de alimentis ex necessitate sanguinis, & ex præcepto Primogenituræ Maiorum ad rationabilem quantitatem exhibendis, taxatio, siuè superadditio reposita erat arbitrio Iudicantis, ad tradita per *Capyc. Latr. decis. 176. num. 15, & Rot. coram Mantic. decis. 331. per tot., & in alia Romana Alimentorum 5. Martij, & 14. Iunij 1694. cor. bo. me. Emerix* (aliàs *dec. 1153. & 1183. intèr eius impress.*)

Degustantes igitùr *Domini* rationabilita-

29 tem petitionis, ac de cœterò sobriè se se continentes reputarunt, superaddenda esse ex prædicto duplici superuento motiuo fauore D. Abbatis annua scuta 200., sicuti videre est in *Decisionibus* editis *sub diebus 28. Iunij 1697. & 13. Ianuarij 1698. cor. R. P. D. meo dell'Olmo*, quæuè fuerunt confirmatæ in subsequenti reclamatione, siuè Instantia *sub die 12. Decembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Scotto*.

Dùm itaquè Iudicium agitatum coram prædictis RR. PP. DD. meis dell'Olmo, & Scotto ob nouas superuenientes probationes, & accidentia *Patres* obstrinxit ad decernenda (præcisiuè à veteribus Iudicatis) hæc

30 etiam annua scuta 200., vtiquè planum erat, applicari non posse terminos veræ, & propriæ manutentionis: cùm enim Abbas non foret in hac quasi possessione, saltèm per aliquam Iudicis canonizationem, mandatum de manutenendo, vel aliam declarationem, sed rursùs efflagitauerit nouam præfinitionem, siuè iudicialem prouisionem, extranei nimis reddebantur termini manutentionis,

31 quæ neque datur, neque dari potest, nisi ad limites possessionis præcedentis, & in qua, vt præmisimus, non aderat legitimè, & iudicialitèr D. Abbas, nequè vmquàm extitisset, nisi ex post rerum status fuisset immutatus, iuxtà *Text. in cap. quærelam 24. in fin. de Elect.* cum reliquis notiss. apùd *Posth. de manut. obser. 73. ex num. 1. cum pluribus sequen.*

Et ob id, seclusa applicabilitate veræ, & propriæ manutentionis, & correlatiuè vsu taxandi in Iudicio manutentionis solummodò scuta decem pro qualibet Instantia, locum sibi ad literam vindicabat nouissima Constitutio Sanctissimi Domini Nostri, quæ est in ordine

32 paruæ recollectionis *la* 34., aliàs incipiens *Circumspecta*; sub §. namquè 38. ità positiuè decernit = *Quintò in Causis Alimentorum, Pensionum Ecclesiasticarum, atque in alijs Iuribus vitalitijs æstimatio Sportularum fiat iuxtà mensuram Text. in leg. Hæreditatum 68. ff. ad leg. Falcid.*; quaproptèr cùm D. Abbas ad formam *prædictæ l. Hæreditatum* transcenderet limites vltimi desperati quinquennij, eccè quod huiusmodi nouum Iudicium in vim præcedentis Commissionis ob Clausulam *quam, & quas* iuridicè restauratum, quantumuis in se prouisionale, definitiuum tamen, excedebat scuta mille probabilis, & legalis im-

33 portantiæ, & per consequens ascendebat necessariò valor Sportularum ad sc. 25. Auri, secundùm stabilita in Reformatione *san. mem. Pij IV. intèr eius Constit. la 44. §. 18.*, & in altera *sa. me. Pauli V. intèr suas la 71. sub tit. de Auditor. Rot. §. 26*, quæ fuerunt, vt suprà, innouatæ per Sanctissimum Dominum Nostrum in *dicta eius Constit. 34. per tot.*

Et ità vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

PRæinserta mea *Decisio* extat quoquè impressa *intèr recollect. per modern. Asculan. post eius Comment. ad Statut. Vrb.*, & est in ordine *la* 190

Postquàm Abb. Philippus Sannesius obtinuerat in Sac. Auditorio augumentum propriorum Alimentorum in alijs scutis 200. aduersùs Ducem Clementem eius fratrem præuijs duabus Decisionibus *coram bo. me. dell' Olmo*, & alia *coram D. Card. Scotto* sub diebus 28. *Iunij 1697., & 13. Ianuarij 1698.*, & respectiuè 12. *Decembris* paritèr 1698.; & postquàm etiàm idem D. Cardinalis tunc Causæ Ponens deuenerat ad taxationem expensarum, subindè ad reclamationem prædicti Ducis succumbentis, & insimùl conquerentis de indebita (proùt ipse opinabatur) sui condemnatione in expensis, Signatura Iustitiæ, præcognitâ insubsistentiâ huiusmodi conquestionis, non alitèr Commissionem per eum porrectam censuit esse subsignandam, quàm cum Clausula = *Ab ex-*

34 *cessiua tantùm*, quæ sicutì facultatem adimit Iudici Commissario, nè possit vllo pacto se in-

ingerere circà merita Causæ principalis coràm præcedentibus Iudicibus agitatæ, vt ait *Rot. coram Cels. decis.365. num. fin.*, & notat præcitatus *modern. Asculan. ad Statut. Vrb. tom.2. annot.59. num.285.*; Ità obicem præstat, nè valeat in controuersiam reuocare, vtrùm appellans fuerit iustè, vel iniustè condemnatus ad reficiendum expensas Parti victrici, & appellatæ, sed vnicè
35 eius Iurisdictio versatur in perquirendo, ac recognoscendo, an aliquis irrepserit excessus in ipsa taxatione expensarum, sicuti etiam adhæsiuè ad firmata in præsenti mea Decisione *num.5. & 6.* postmodùm respondit *Rot. in Bononien. releuationis indemnitatis super expensis 2. Iulij 1710. §.1. in fin. coram R. P. D. meo Falconerio*, (quæ nùnc est intèr eius impress. *tom.1. sub tit. de Expens., & sumpt. lit. decis.3. n.3.*)

Frequentèr audiuntur in Foro iudiciali contentiones, ac lites intèr fratres, & hæc
36 solent regularitèr esse (ità insufflante Patre discordiarum Diabolo) magis rabiosæ, quàm intèr extraneos, vt aliàs obseruauit *Rot. in Auximana Alimentorum 5. Decembris 1696. §. Et quamuis post med. coram bo. me. Muto*, & Ego quoquè innueram in præsenti mea Decisione *§.1. ad med.*; Vndè abijt færè in prouerbium in ore omnium illud non mi-
37 nùs antiquum, quàm vulgatum *Vatis* dicterium = *Fratrum quoquè gratia rara est*, de quo *Springsfeld. de Apanag. cap.8. n.23.*
38 vbi ex *Trebellio Pollione in Claudio* notat, miraculi speciem redolere, si fratres inuicèm se ament, & innuit quoquè *Card. de Luca de Credit. disc.161. sub num.4.*, *Rot. in Sabinen. Diuisionis 28. Martij 1707. in princip. cor. Me.*

Huiusmodi autèm rabiem, & discordiam
39 magis vt plurimùm intèr fratres baccare experientiâ docemur, quandò isti ad paternæ substantiæ diuisionem deueniunt, teste *Ios. Ludouic. decis. Lucen.14. num.25.*; adeoùt lepidè dixerit *Limnæ*: *de Iur. public. tom.2. lib.4. cap.8. sub num.158. vers. cùm enim fratres*, quod curant etiã Ficos diuidere.

Neque desunt, qui vlteriùs annotauerint, quod fratres in actu diuisionis paternæ hæ-
40 reditatis solent potiùs contentari, quod extraneus plùs participet de ipsa hæreditate, quàm quod vnus eorum capiat plùs altero vnum Iota, pròut habetur apùd *gloss. in §. Et quod sæpè, verb. adducunt, Authent. de trient. & semiss.*, & aduertit *Angel. de Vbald. cons.287. sub num.4. vers. Et hoc potissimùm, & cons.394. num.3.*, & superadditis *Bursat. cons.173. num.40.*, *Pappon. consil.61. num.18.* confirmat *Rot. in Romana Concordiæ 22. Aprilis 1697. §. penult. coram bo: me: Molines*, vbi etiam ex *Doctore Burgen.*, aliàs *Marc. Salon. de Pace ad l. 3. Tauri par.1. num.55.*, & *Michalor. de Fratribus par.3. cap.1. num.30.* refert factum
41 secutum intèr geminos fratres Ponticos, *Cariclem* scilicèt, & *Antiochum*, quod cùm paternam hæreditatem solito fratrum more
42 (intèr quos communio tamquàm prodigium raró conspicitur) inuicèm diuiderent, poculum argenteum in frusta conciderunt, vestemque mediam absciderunt, vt neuter altero plus haberet.

Ad materiam præsentis meæ Decisionis,
43 quandò scilicèt, & quomodò frater diues teneatur alere alium fratrem, vel fratres egenos, videri possunt *Ricc. collect.1162. par.4.*, *Molin. de Hispan. Primog. lib.2. cap.15. à n.57.* cum ibi not. per *Maldonat.*, & *alios*, *Michalor. de Fratrib. par.3. cap.32. per tot.*, *Rot. in Bononien. Alimentorum coram Iusto* apud *Marbesan. de Commiss. par.1. fol.1171.*, *in Auximana Alimentorum 4. Maij 1682. coram Albergato*, confirmata *9. Decembris eiusdem anni coram Cardinali Caccia*, quæ est *la 639. par.19. tom.2. rec.*, *in Romana Alimentorum 1. Iulij 1695. coram Molines*, & in alia præcitata *Auximana Alimentorum 5. Decembris 1696. coram Muto*, & *13. Iunij 1698. coram Card. de la Tremoille.*

ROMANA, SEV TYBVRTINA DONATIONIS.

Lunæ 25. Ianuarij 1700.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Demente non substinetur: Dementia ex quibus arguatur, & ex quibus è contrà excludatur, latè examinatur, & concluditur in casu præsenti pro illius exclusione. Resolutio donationis, licèt conuenta per pactum, non habet locum, nisi præcesserit interpellatio, & nisi volente, & exposcente Donante. Testamentum Furiosi furore perpetuo non substinetur, quamuis redoleat dispositionem vndequaquè prudentem, & quamuis sit conditum fauore piæ Causæ.

SVMMARIVM.

1 *Dementes non possunt donare*;
Neque vllos alios contractus inire, n.2.
3 *Profusio Patrimonij est signum Dementiæ.*
4 *Dementia probata per tempus antè, & post factum contractum, præsumitur etiam adfuisse de tempore intermedio*, & n.7.
5 *Dementia arguitur ex actibus, qui nonnisi à verè Dementibus fieri solent.*
Itèm à permansione in Hospitali Dementium; num.6.
Quod tamèn declara, vt n.35.
8 *Attestationibus S. R. E. Cardinalium est valdè deferendum.*

Secùs, si eorum depositio tendat in præiudicium Tertij, n.44.

9 *Episcopo testanti de statu personarum suæ Diœcesis valdè est credendum.*

10 *Sacramenta non administrantur Dementibus.*

11 *Testi deponenti de facto proprio, & optimam causæ scientiam reddenti, magna fides est adhibenda.*

12 *Dementia benè probatur contrà inducentem à Testibus per illum inductis.*

13 *Dementia, seù mentis imbecillitas arguitur ex inordinata, & deprauata memoria.*

Declara, vt n.38.

14 *Dementia excluditur ex Matrimonio palàm contracto in faciem Ecclesiæ*, & n.37.

15 *Signum Dementiæ est, vbi quis iactat Matrimonium contrahere cum Virgine Iuuene, pulchra, & diuite, si Mulier reuerà sit Vidua, prouectæ ætatis, & absquè dote.*

Declara, vt n.36. in fin.

16 *Donatio facta cum pacto resolutiuo, quatenùs donatarius deficiat in præstando alimenta donanti, resoluitur, si tale pactum obseruatum non sit.*

17 *Mentecaptus per se ipsum in Iudicio stare non potest, sed mediante Curatore à Iudice deputando*, & n.27.

Contrarium alij tenent, nempè quod cura huiusmodi personarum deferatur ad Successores ab intestato, n.18.

Sed distingue, vt n.19.

20 *Curator ad lites an dandus sit Dementi habenti aliquam litem passiuam.*

21 *Curatores legitimi tenentur facere Inuentarium, & satisdare eodem modo, ac Tutores legitimi.*

22 *Quod potui, nolui, quod volui adimplere nequiui.*

23 *Fundans se in negatiua tenetur illam concludentèr probare.*

Exemplifica in donante, qui excipiat de resolutione donationis ob non sibi præstita alimenta à donatario promissa, n.24.

25 *Donatarius obligatus ad præstanda alimenta donanti tenetur ostendere, se illa præstitisse, si vult iuuari donatione.*

26 *Contractus nominatus, etiam accedente pacto resolutiuo, ob inobseruantiam non resoluitur, nisi præcesserit interpellatio.*

28 *Resolutio donationis ob pacta non seruata admittitur dumtaxàt volente, & exposcente ipsomet donante*, & n.30.

Pactum resolutiuum operatur volente dumtaxàt illo, ad cuius fauorem fuit appositum, d. num.28.

29 *Mandatum speciale requiritur in deductione eorum, quæ pendent ab animo Principalis.*

31 *Ex donatione benè ordinata, & potiùs incommodum donantis tendente, excluditur faciliùs, quàm arguatur Dementia*, & n.32.

33 *Magna lætitia quandoquè causare solet mentis abscessum.*

Probè contigit Archimedi, qui ebrius lætitiâ ob quamdam inuentam mathematicam veritatem, seù propositionem, Siracusanam Ciuitatem circumibat nudus, ibid.

34 *Dementia excluditur ab emptione alicuius Prædij facta per publicum Instrumentum absquè vlla læsione in pretio.*

36 *Demens, seù Furiosus habens dilucida interualla potest disponere de rebus suis.*

39 *Pactum resolutionis donationis ob superuenientiam filiorum potiùs arguit solertiam, quàm Dementiam donantis.*

40 *Dementia excluditur ex actibus gestis per ass. Dementem, qui nonnisi homini sanæ mentis conueniunt.*

Itèm excluditur ex confessione Partis Aduersæ eamdem Dementiam prætendentis, n.41.

42 *Inductio Testium, absquè productione illorum examinis, importat simplicem approbationem personarum eorumdem Testium, non verò approbationem eius, quod ipsi deposuerunt.*

43 *Dementia ad effectum irritandi contractum probari debet de tempore præciso illius celebrationis.*

45 *Liber status Animarum regularitèr probat habitationem.*

46 *Attestatio erronea in aliquo facto substantiali talis etiam reputari debet in cæteris eius partibus.*

47 *Reo sufficit vincere per non ius Actoris.*

48 *Donationes ex dispositione* Statuti Vrbis Cap.149. lib.1. *subscribi debent tàm à donante, quàm à Testibus.*

Ex hiscè subscriptionibus arguitur, donantem fuisse sanæ mentis de tempore exaratæ donationis, n.49.

50 *In dubio potiùs prò sanitate mentis est iudicandum, quàm pro Dementia.*

51 *Testamentum conditum à mentecapto, non tamen dementiâ perpetuâ, præsumitur factum de tempore, quo habebat dilucida interualla, si in eo disposita conueniant cuicumque Viro prudenti*, & n.53.

Idemque procedit in donatione facta à mentecapto quandòque habente dilucida interualla, num.52.

54 *Testamentum mentecapti dementiâ perpetuâ an sustineatur ex eo, quod præseferat dispositionem conuenientem cuicumque homini prudenti.*

Aliqui tenent, quod sic, vt ibid.

Sed contrarium resoluitur, n.55., *vbi in terminis Testamenti*, & n.58., *vbi in terminis donationis.*

56. *Testamentum Furiosi furore perpetuo, quamuis factum ad pias Causas, non sustinetur.*

Et de ratione, n.57.

DE-

DECISIO CXXVII.

DOnationem per Gafparem ab Andrea reportatam, & poft defluxum annorum 25. controuerfam in Tribunali A. C., fed in eo, mediante Sententia abfolutoria hæredum eiufdem Gafparis, approbatam, rursùs in gradu appellationis infringere tentarunt hodiè coram Me Petrus, & Hieronymus, vtì proximiores memorati Andreæ Donatoris, concatenando ad huiufmodi effectum non minùs titulum nullitatis, quàm refolutionis, iuxtà *rubric. Cod. de donat., quæ fub mod.*

Refpectu itaquè nullitatis, ea quidèm minimè promouebatur ex aliquo folemnitatum Iuris, aùt Statuti defectu, at ex altero, magifque folido motiuo dementiæ præcitati donantis, qua fanè intercedente,
1 de plano refultabat, quod impugnata donatio reduci deberet ad non ens, fiuè penitùs nulla declarari, cùm veri Dementes, tamquàm velle, & nolle priuati, non valeant vllos inire contractus liberam neceffariò, fanamque mentem expofcentes, vt in proprijs terminis donationis, quæ etiam præcifiùs deperditionem rerum donatarum inuoluit, firmauit *Rot. coram Mantic. dec.60.*
2 *per tot.*, & generalitèr in terminis quorumcumque aliorum contractuum, per *Text. in Leg.1. §. Furiofum, ff. de act. & oblig., l.2. C. de contrab. empt., & in §. Furiofus Inftit. de inutil. ftipul.* cum concord. tradunt *Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.70. num.2. & feqq., Mart. Medic. decif. Senenf. exam.9. ex num.11. cum plur. feqq., Vrceol. de Tranfact. quæft.35. à num.1., Epifc. Rocca felect. difput. Iur. cap.135. à principio, & per tot.*

Quod autèm de huiufmodi dementia, & abfceffu mentis appareret, vltrà enunciatam etiàm in abftracto fpeciem amentiæ, quam
3 re ipfa præfefert profufa omnium Bonorum, totiufque Patrimonij elargitio, quemadmodùm poft *Bald.*, aliofque ponderarunt *Alex. conf.86. num.15. lib.2., Corn. conf.69. n.14. lib.1., Cyriac. contr.329. num.58. & feq., & contr.334. num.20. cum feqq., Rot. in Fauentina Manutentionis 20. Iunij 1681. §. Auget inualiditatem, cor. b.m. Paulnccio.*

Oftendebatur primariò, quod cùm Andreas donationem exarauerit de anno 1672., innegabilitèr autèm tàm antè, quàm poft præfulgeret de præfatæ eius mentis alienatione, benè proindè ab Actoribus inferri videbatur, facilioribus probationibus iuftificari etiàm poffe dementiam, ac inuincibi-
4 litèr illam præfumi de tempore quoquè intermedio, fiuè indiuiduo, nimirùm celebratæ donationis, non minùs ad regulam fatis euulgatam, quod probatis extremis, media præfumuntur, fed etiam ex his, quæ in hoc ipfo propofito affirmarunt *Marius Antonin. var. refol. lib.1. refol.43. n.5., Cyriac. d. contr.334. n.10., Epifc. Rocc. d. cap.135. n.25. & feqq., Rot. decif.107. n.25., decif. 129. n.2., & decif.134. num.6. par.2. diuerf.*

Et quidèm circà amentiam præcedentem intèr cætera per Actores afferebatur, quod idem Andreas vfquè de anno 1655. occafione denunciationis in fummum Pontificem fan. mem. Alexandri VII. prodigè, feù fu-
5 ribundè proiecerat in Foro Capitolino, fiuè à vertice rupis Tarpeiæ, confiderabiles pecuniarum quantitates, & fubindè, ac paulò pòft ad Patriam reuerfus, acfi ocularitèr infpiceret (vt ipfe dicebat) eumdem Summum Pontificem in Quirinali ambulantem, infanâ lætitiâ perfufus ignem admouit cuidam Domui Rurali, idipfum (nifi fuiffet præpeditus) expleturus ergà alteram quoquè Domum, & quoddam Fœnile; ex his namquè, & confimilibus actibus carentiam mentis fufficientèr indicari tradiderunt *Surd. conf.89. num.22. & feqq., Menoch. de præfumpt. lib.6. præfumpt.45. ex num. 24., Pacian. de probat. lib.1. cap.43. num.15. & feqq., Francifc. Rocc. refponf.75. num. 14. lib.1., Barbof. vot. decif.56. ex num.12. cum pluribus feqq. lib.2., Altimar. de nullit. Rubric.11. quæft.8. ex num.34., Epifc. Rocca dicto cap.135. à n.10. cum feqq.*

Certiùs, quià fubfequentèr de anno 1658. formitèr extiterat ad Hofpitale Dementium
6 traductus, quod vtiquè fieri, feù permitti numquàm à vigilibus huius pij operis Rectoribus, & Miniftris affueuit, non introfpecta priùs accuratè mentis inuerfione in perfona recipienda, ficuti in hoc propofito, & circumftantia annotarunt *Vermigliol. conf.65. num.7., Cala de mod. articul. §.2. gloff. vnic. num.291., Virgil. de legit. perfon. cap.9. fub n.5. verf. Itèm fi fuerit*, cum alijs per *Rot. in Romana, feù Veneta Immiffionis 12. Maij 1698. §. Abductio verò, cor. Me (tom.1. dec.44. n.17.*

Quouerò ad alterum extremum, feù tempus effectiuæ dementiæ, rursùs demonftrabatur, Andream de nouo translatum extitiffe fub anno 1684. ad memoratum Hofpitale Fatuorum, quapropter fubiungebant Informantes pro Actoribus, quod conftito ad
7 euidentiam de priuatione mentis tàm antè quàm poft initam donationem, non erat vlteriùs infudandum fupèr confecutiua præfumptione perfeuerantiæ etiam in ftatu de tempore intermedio ipfius celebratæ donationis, iuxtà *Authoritates* fuprà collaudatas: Verùm & huic folidæ præfumptioni fuperaccedebant probationes pofitiuæ, quod etiàm de præfato tempore intermediante Andreas aberrauerat à via fanæ mentis, & Iudicij, adeòut perpetuo, nufquamuè intermittente hoc morbo laborare conuinceretur: Præ cęteris quippè oculis *Dominorum* fubijciebatur expreffa atteftatio clar. mem. Cardina-

dinalis Marcelli Sanctacrucij Episcopi Tyburtini, & consequentèr proprij Diæcesani, & Pastoris eiusdem Andreæ, dùm de anno 1674., & sic biennio post exaratam donationem, præfatus Cardinalis profitebatur, se se cognouisse Andream vsquè de anno 1655. (sunt verba præcisa) *sempre per pazzo, e come tale reputato da tutti*, adijciendo vlteriùs, ex ore Parocorum percepisse = *che come tale l'hanno tolerato da detto tempo 1655. fino ad oggi* (nempè 1674.) *senza mai hauerli amministrato alcun' Sagramento* = *Summario* Actorum *num.* 12.; Vndè quæ maior (exagerabant præfati Informantes) poterat efflagitari iustificatio proteruę, induratæ, & nullo momento temporis intermissæ dementiæ, quàm tàm sedula, clara, & perspicua testificatio proprij Ordinarij, cuius fides iuridicè, & congruentèr non poterat

8 in dubium reuocari, tùm attenta eius Eminentissima qualitate, tùm etiam introspecto munere Pastorali meliùs præ cunctis instructo, & informato Gregis, & Ouium sibi in vniuersum, & singularitèr commissarum, testè respectu tàm insignis Ecclesiasticæ qualitatis *Rot. decis.*339. *num.*1. *par.*2. *rec.*, & *coram Bich. decis.*267. *n.*8., *dec.*295.

9 *num.*4., & *decis.*316. *num.*3. & 4. & respectu qualitatis Episcopalis circà personas, & res suæ Diæcesis, notant communitèr *DD. in Clement.*2. *de offic. Ordin.*, *Rot. decis.*114. *num.*6. *par.*8., & *decis.*325. *num.*16. *par.*16. *rec.*

Tùm, & deniquè, quià duplicem, & vtramque vehementem, eadem Attestatio præseferebat causam scientiæ, vnam ni-

10 mirùm propriæ cognitionis, & alteram priuationis beneficio, & auxilio Sacramentorum, à quibus Fideles adulti, & aliàs non criminosi, vel anathematizati, solùm ex hoc capite excluduntur, ex prænot. in specie apud *Barbos. Vot. decis.*11. *num.*11. *lib.*1., *Caren. resol.* 171. *num.*9., *Modern. Lucen. consult.*29. *num.*45., *Rot. decis.*178. *num.*14. *coram Durano*; nemo autèm non scit, quan-

11 tam fortiorem fidem sibi vindicet Testis de facto proprio, & de optima scientiæ causa deponens, ex congestis per *Rot. decis.*113. *num.*11. *par.*5. *rec.*, & *dicta decis.*316. *n.*5. *coram Bich.*

Nequè omittebatur alia extrinseca, & iudicialis comprobatio promanans ex facto ipsiusmet Gasparis donatarij: Is etenìm de anno 1678., ad finem obtinendi in sui personam curam, & administrationem Bonorum Andreę, induxerat ad perpetuam duos Testes, qui concorditèr testificati erant de continuata memorati Andreæ dementia ab anno 1655. vsquè ad tempus eorum depositionis, *dicto Summario* Actorum *num.*11.; quid igitùr plus desiderari valebat ad probationem amentiæ, si idem Auctor Reorum conuentorum in hoc Iudicio præcedentèr nedùm confessus erat talem dementiam,

12 sed & supèr ea Testes induxerat, quiuè proindè etiàm plenariè probabant contrà ipsum inducentem, vt, omissis generalibus, in his terminis respondit *Rot. in dicta Romana, seù Veneta Immissionis* 14. *Maij* 1696. §. *Causam verò, coram R. P. D. meo de la Tremoille*, & 12. *Maij* 1698. §. *In præsenti namquè, coram Me* (*dicta decis.*44. *num.*9. *tom.*1.)

Pro coronide tandèm confessioni Gasparis donatarij quædam tacita confessio (si fieri poterat) ipsius donatoris adiungebatur; Siquidèm in quibusdam capitulis, & conuentionibus biennio post donationem confectis intèr Gasparem donatarium, & Andream donantem, clarè, & positiuè pro parte Andreæ supponebatur, controuersam hodiè donationem, quæuè tùnc præcesserat, pactum continere resolutiuum, casu quo donator Sobolem ex legitimo matrimonio procreasset: Cùm igitùr huiuscemodi pactum nullibi per vmbram adesset, seù legeretur in præcitata donatione, quinimò totum foret in oppositum, dùm Andreas expressè renunciauerat superuenientiæ liberorum, seù *Textui in Leg. Si vnquàm, Cod. de reuoc. donat.*

13 palmare reddebatur, quod Andras, faciendo hanc contrariam præsuppositionem, facto ipso declararet, se se versari extrà mentis firmitatem, cùm essent incompossibilia, quod ipse frueretur valetudine cerebri de tempore donationis, siuè sciret quid ageret, dùm, duobus adhùc annis non defluxis, in parte tàm substantiali semetipsum decipiebat; vndè postrema hæc præsuppositio pænitùs ad eius intentum inutilis, non poterat, nisi præsignare amentiam præexistentem etiàm de tempore expletæ donationis, per ea, quæ aduertit *Spad. consil.*93. *num.*5. *lib.*1., *Barbos. Vot. decis.*56. *num.*17. *lib.*2.

Et idcircò parùm aduersari posse (subijciebant ijdem Informantes) quod Andreas de anno 1676. Matrimonium publicè contraxisset: licèt enìm hæc ponderatio coæua præcedenti, siuè mox narratæ præsuppositioni, seù imbecillitati eiusdem Andreæ, re-

14 dolere videretur exclusionem furoris, aùt dementiæ, cùm tantum Sacramentum, requirens in faciem Ecclesiæ liberum consensum contrahentis, nequaquàm permissum extitisset in persona dementis, pròut in hoc eodem proposito animaduersum fuit in præallegata *Romana, seù Veneta Immissionis* 14. *Maij* 1696. §. *Rursùs, coram R.P.D. meo de la Tremoille*, & 12. *Maij* 1698. §. *Deniquè, coram Me* (*dicta decis.*44. *n.*25.)

Nihilominùs, inspectis huius Matrimonii circumstantijs, potiùs hoc ipsum Matrimonium inuoluebat maiorem adumbrationem insaniæ: Quatenùs enim attinebat ad Ecclesiæ Ministros, qui solemni celebratio-

ni

ni Matrimonij interfuerant, & authoritatem præstiterant, facilè respondebatur, quod ij religiosissimè expletis ordinationibus *Sac. Concilij Tridentini*, & iam præmissis assuetis denunciationibus, nullo interim comparente, rectè valuerint authorizare Matrimonium, respondente (vt probabile est) Andrea, se velle ducere Lucretiam in Vxorem; Sed, prout spectabat ad substantiam facti, apertissimè conuincebatur, quod Andreas in hoc negocio ex insita hebetudine mentis proculdubiò remanserit circumductus, quià nempè (retento præsupposito, quod sibi ille figurauerat de pacto resolutiuo in casu Sobolis progenitæ) is cogitauerat contrahere Matrimonium cum Virgine pulchra, iuuene, & diuite, *Summario* Actorum *num.2. & 3.*; Sed cùm veritas alitèr se ha-
15 beret, ex quo Lucretia existebat in statu Viduili, potiùsque premebatur inopiâ, quàm diuitijs, cùm nullam effectiuè dotem extradiderit, vsquè ad desumendam vestem nuptialem in Ghetto Hebreorum, &, loco pulchritudinis, aùt iuuentutis, esset annorum 55. & fictitijs dentibus eburneis Oris rastra coronaret, *dicto Summario num.2.*, palpabile per consequens efficiebatur, quod hæc ipsa circumstantia Matrimonij sonans in circumuentionem ex parte (vtì dicebant) Gasparis donatarij, innegabilitèr potiùs etiàm influeret in cerebri relaxationem, & amentiam respectu Andreæ, vt in non absimili proposito prænotauit *Authbor Syluæ nuptialis lib.2. num.56. & seqq.*, *Tiraquell. in leg.6. Connub. num.5. cum seq.*

De reliquo tandèm (vtì subdebant ijdem Scribentes prò Actoribus) quandò hæc omnia concernentia nullitatem donationis minimè suffecissent ad illius infractionem, subintrabat ad limites secundæ partis Dubij propositi clara resolutio, siuè ineuitabilis efficacia pacti resolutiui appositi per Andream in ipsa donatione; quià donatarius correspectiuè sese obligauerat perhibere donatori alimenta, quæ cùm non apparerent
16 præstita per donatarium, corruebat ex hoc non facto citrà vllam hæsitationem ipsa donatio, quemadmodùm in consimili hypothesi remanserat ex hoc eodem capite declarata resolutio alterius donationis, seù renunciationis in illa diù exagitata Causa *Romana, seù Reatina Donationis, seù Renunciationis* 10. *Maij*, & 28. *Iunij 1697. coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* confirmata 27. *Martij*, & 22 *Iunij 1699. coram R.P.D. meo Pio*.

Verùm à contrario ad ista omnia respondebatur ex parte hæredum Gasparis donatarij, quod in primis non erat certum, vtrùm Andreas, adhùc nùnc viuens, compos esset propriæ mentis, & per consequens repellendi erant Actores à limine eiusdem Iudicij; nondùm enim tempus aduenerat, quod ipsi, tamquàm vocati per Testamentum legis, siuè per successionem ab intestato, proclamare possent contrà donationem, ad quem effectum, supposita cerebri valetudine, vel requirebatur expressum mandatum prædicti Andreæ, vt diximus viuentis, vel ex opposito, præsupposita etiàm continuatione furoris, & insaniæ, exigebatur explicita deputatio sub titulo *Curatorum* in
17 personam Actorum facta mediante Iudice, vel Magistratu, cùm mentecaptus stare non valeat in Iudicio, nisi illius nomine assistat aliquis Curator ab Iudice præfinitus, seù deputatus, ad *Text. in §. Furiosi quoquè, Instit. de Curat.*, *Vbert. de Citat. cap.14. num.457.*, *Golin. de Procurat. par.1. cap.3. n.62.*, *Altimar. de Nullit. rubr.11. quæst.18. n.100.*

Licèt enim non desint contrarium sentientes, videlicèt quod cura ista furiosorum,
18 & amentium legitimè, ad similitudinem Tutelæ, deuoluatur ad Successores ab intestato, siuè proximiores tàm de agnatione, quàm cognatione, pròut solidè sustinent *Schrader. de Feud. par.10. Sect.19. num.144. cum seqq.*, *Virgil. de legit. person. cap.9. sub num.21. vers. & ideò, & num.27.*; Attamèn huiusmodi cura legitima, quæ principalitèr respicit personam, & in consequentiam Bona in hoc lacrymoso statu detenti, fortassè
19 apta non erat ad inferendam hanc litem actiuam, quidquid affirmari posset in defensione litis passiuæ, aùt aliàs necessariæ; pro regula namque ex causa litis adesse di-
20 cebatur medela legalis, adhibendi scilicèt Curatorem ad litem dandum à Iudice, coràm quo lis pendet, aut pendere debet, ad *Text. in Leg. fin. §.1.*, *ibiquè communitèr DD. C. de administr. Tut.* cum concord. apud *Schrader. de Feud. dicta par. 10. Sect. 19. num.165.*

Et ad omne peius duo adhùc obsistebant huic legitimationi comparentium; Primò, quod hi proximiores, quantumuis constituti
21 fuissent Curatores à lege, non tamèn vllam impleuerant solemnitatem mediante confectione Inuentarij, & opportuna satisdatione, quam obligantur obseruare non minùs, quàm Tutores legitimi, Teste *eodem Virgil. dicto cap.9. sub num.25. vers. contrà istos*: Et secundò, quod ijdem proximiores in huius Causæ Palestram descenderunt innixi dumtaxàt mandato ad lites generali extorto ab Andrea tamquàm Viro sanæ mentis, & perfecti Iudicij; cùmque tale mandatum generale, ex infrà recensendis, non foret sufficiens, intrabat proindè iusta eorumdem Actorum reiectio, ex familiari regula
22 *quod potui, nolui &c.* de qua post *Roman. cons.496. per tot.*, *Noguerol. allegat.7. n.41.*, *Altimar. de nullit. rubr.11. quæst.24. n.68.*, *Magon. dec. Lucen. 51. n.16.*, *Rot. cor. Puteo*

teo dec.373. num.1. lib.2., *& coram Buratt. dec.479. n.9.*

Cæterùm, prætèr adeò considerabilem defectum legitimationis personarum in Agentibus, & cui parùm rectè occurrebant Petrus, & Hieronymus comparentes, vtì proximiores, robustè Scribentes pro hæredibus Gasparis donatarij tuebantur etiam iura donationis, eamque non minùs ab ass. nullitate, quàm à prætensa resolutione propugnabant: Siquidèm, vt antè omnia sese expedirent ab allegata resolutione donationis ob non impletam conditionem, seù pactum præstationis alimentorum, plura obijciebant, nempè, & quod non constaret de
23 huiusmodi non implemento, sicuti debuissent ijdem Actores manifestè patefacere, vtpotè sese fundantes in negatiua, per *Text. in leg. in illa stipulatione, ibiquè Bart. num.6.*
24 *ff. de verb. oblig.*, & in specie *Rot. decis.458. sub num.6. par.2*, *& decis.41. n.4. par.17. rec.*, proùt quoquè dato, quod potiùs è conuerso hæredes donatarij tenerentur comprobare affirmatiuam præstationis alimen-
25 torum, per ea, quæ in terminis impugnatæ renunciationis, seù donationis ab eodemmet donante, seù renunciante, videbatur sentijsse *Rot.* in allegata *Romana*, *seù Reatina Donationis, seù Renunciationis* 10. *Maij* 1697. *§. fin. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, *& in Romana Fideicommissi* 14. *Martij* 698. *§. Cùmque prætereà, coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

Attamèn nequè efficacitèr apparebat de magnificata præcautione pacti resolutiui in opportunis visceribus eiusdem donationis appositi, nequè docebatur ab Actoribus, quod Gaspar iam prędefunctus, & insimùl donatarius, fuerit vnquàm interpellatus ad
26 præstanda alimenta, quandò regulare est, quod in quocumque contractu nominato requiritur interpellatio ad finem resoluendi eundem contractum, etiàm stante expresso pacto resolutiuo, aliàs quippè agi dumtaxàt potest ad nudum implementum, & ad simplex interesse, ex tradit. per *Rot. coram Buratt. decis.617. num.3.*, *& coram Card. Cels. decis. 321. num. 5. & 6.*, *& in rec. decis.446. num.17. vers. quoverò ad alia, par.13.*, *& dec.56. num.6. & 7. par.17.*

In omnem verò casum strictiùs vrgebat superiùs ponderata carentia legitimæ repręsentationis Actorum in hoc Iudicio; quoniàm esto milliès, quod alimenta non fuissent præstita, & quod legeretur appositum indubitabile pactum resolutiuum, quodque subsecuta etiam fuisset actualis interpellatio, non tamèn idcircò poterant Actores hìc, & nùnc insistere supèr prætensa resolutione donationis, ex plano, & ineluctabili dilemmate; Vel enìm Andreas hodiè realitèr ver-
27 sabatur in effectiua dementia, & in his terminis nequibant absquè speciali decreto, seù deputatione Iudicis eius nomine Iudicium tamquàm simplicitèr proximiores intentare, ex suprà latiùs animaduersis in *§. Verùm cum duob. seqq.*

Aùt verò Andreas reperiebatur sanæ mentis, vt erat quoquè de Iure præsumendum, & eliciebatur etiam præ cæteris ex quodam mandato generali ad lites per eum proximè confecto sub anno 1697.; eoque
28 casu cùm resolutio donationis dependeat ab animo donantis, ipsoque dumtaxàt volente, & exposcente admittatur, vt dicunt *Posth. res. l.146. num.12.*, *Card. de Luca de Regal. disc.196. num.5.*, *Modern. Argentan. collect. 37. sub num.87. vers. ità euidenti s lib.1.*, *Rot. decis.422. num.4. par.4.*, *dec.291. num.16. & 17.*, *& decis.353. num.34*, *& seq. par.9. rec.* necessaria proculdubiò erat declaratio eiusdem Andreæ circà hanc voluntatem, aùt saltèm illius mandatum spe-
29 ciale, quale sempèr desideratur supèr deductione eorum, quæ pendent ab animo Principalis, vt prætèr generalia, de quibus *Rot. coram Caualer. decis.348. num.2.*, *Pamphil. decis.281. num.11.*, *Royas decis.162. num.9.*, *Peutinger. decis.215. num.5.*, *Bich. dec.66. num.4.*, *& coram Priol. decis.68. sub num.22.*
30 in hisce punctualibus terminis respondit *eadem Rot. decis. 240. num.6. & 7. coram Coccin.*

Atquè ex his conflictata prætensione quòad resolutionem donationis, prosequebantur Informantes pro hæredibus donatarij, nequè etiam subsistere decantatam Andreæ dementiam, saltèm in illo gradu, quo valeret ipsum reddere incapacem ad contrahendum, ipsamque donationem infringendam: Exordiendo namquè ab ipso actu regularitèr sapiente speciem fatuitatis, & amentiæ, pròut est donatio vniuersalis omnium bonorum, ex suprà in obiecto laudatis, optimè respondebant, quod eadem donatio non erat pura, nequè statim operatiua, & abdicatiua Bonorum ab Andrea, verùm collata erat ad obitum, siuè post mortem ipsius donantis, intereà verò non solùm Andreas sibi reseruauerat disponendi facultatem de vigesima parte Bonorum donatorum, & vlteriùs de alijs scutis 25.; Sed, quod considerabilius erat, & sagacitatem potiùs adstruebat, expressè pepigerat cum Gaspare donatario, vt is, non obstante, quod interim detineret, ac frueretur Bonis donatis, adhùc foret obligatus ipsi Andreæ præbere alimoniam in propria Patria, seù Castro nuncupato *di Madama*, vel in Ciuitate Tyburis, vel in
31 Vrbe ad eius electionem: quæ sanè norma donandi nullam profectò dementiam inuoluit,

uit., sed maximam ex opposito negociationem, & industriam præsefert, ex quo bonus ipse Vir intereà fruebatur proprio,& non admodùm pingui patrimonio, & vlteriùs superlucrabatur alimenta, nempè victum, & vestitum in forma amplissima etiam in Vrbe, in qua fortassè non ità commodè degere valuisset ex suamet substantia,semperquè poterat discurrere, &, si maluisset, opponere de validitate, vel inualiditate donationis post eius occasum ad omne peius solummodò ad implendæ,ex ijs, quæ in longè durioribus terminis ad effectum substinendæ non absimilis donationis obseruarunt *Dec. cons.* 448. *sub n.*14.*vers. quartò hoc idem, Paris. cons.*88. *n.*44.*&* 45.*lib.*3., *Menoch.cons.*683.*n.*6., *Odd. cons.*93. *num.*35., *Ramon. cons.*42. *num.*27. *& seq.*, *& num.*38., *Modern. Lucen. consult.*29. *sub num.*52. *vers. tertiò qualitas, Rot. coram Caualer. decis.*366. *sub num.*8. *vers. altera erat, & coram Bich. decis.*305. *n.*15.*& in d. Fauentina Manutentionis* 11.*Maij* 1682. *§. Nequè eam magis, cor. b. m. Pauluccio.*

Potissimè, quià etiam aliundè huiusmodi donatio detegebatur rationabilis,ęquitatiua, & iudiciosa; Nàm in effectu noscebatur collata ergà Nepotem Consobrinum studijs legalibus tùnc in Vrbe incumbentem, vrgente etiam causa præambula gratitudinis promanante ab assiduitate assistentię die,noctuque, tàm per se, quàm per proprium Famulum iugitèr præstitæ à Donatario occasione acerrimæ infirmitatis, quæ paulò antè Donatorem afflixerat: Addito, quod, vltrà reliqua pacta superiùs indicata, idem Donator sibi in donatione præcauerat, quod Do-
32 natarius in perpetuum obstrictus esset in suffragium Animæ eiusdem Donantis facere celebrare quolibet anno 12. Missas; Vndè à primo ad vltimū, anatomatizando medullam donationis, ex ea faciliùs insurgebat illatio sanæ mentis, quàm furiosæ, seù fatuæ, vt prætèr mòx collaudatos benè etiàm animaduersum fuit in *Tudertina Donationis* 10. *Martij* 1692. *§. Eò magis, coram clar. mem. Card. Caccia, & in Romana, seù Fanen. Donationis* 12. *Iunij* 1693. *§. Nec subsistit, coram Rmo D. meo Decano.*

Prosequendo autèm ad extrema dementiæ tàm antè, quàm post celebratam donationem coaceruata, siuè magnificata per Actores, replicabant præfati Scribentes pro hæredibus donatarij, quod quidquid dicendum esset de ass.proiectione pecuniarum facta in Capitolio sub anno 1655. cum admotione ignis ad Domum, & Fœnile, quæ
33 ad summum poterant præseferre quemdam mentis excessum referibilem immenso concepto gaudio per creationem fa. me. Alexandri VII. illius fortè Benefactoris, seù Protectoris, absquè tamèn positiua, perpetuaque turbatione iudicij, vèl intellectus, sicutì ferunt Hystorica monumenta de ipso *Archimede*, qui nudus Syracusanam Vrbem de die coram insequenti multitudine cucurrit, vtpotè ebrius lætitiâ cuiusdam mathematicæ veritatis, seù propositionis adinuentæ: Adhùc idem status antecedens ad initam donationem plenariè vindicabatur ab opposita dementia, cùm de anno 1661. coemerit Andreas quoddam Prædium; huius-
34 modi namquè publicus actus acquisitionis ex diametro pugnat cum qualibet dispersione, & fatuitate, eumque idcircò demonstrabat omninò habilem ad contrahendum, sicutì de facto palàm contraxit citrà vllam læsionem, & stultitiam, pròut ad exclusionem amentiæ expendit *Card. Zabarell. consil.*56. *num.*11., *Ramon. dicto cons.*42. *n.*35., *Viu. decis.*377.*sub n.*8. *vers. accedit etiàm, Rot. decis.*256. *sub n.*15. *cor. Buratto.*

Et ob id poterat (vt ipsi Informantes subnectebant) prætermitti abductio Andreæ in Hospitale Furentium; quià quatenùs huiusmodi iustificatio valeret influere ad probationem insaniæ, non obstantibus reflexionibus ponderatis in suprà allegata *Romana, seù Veneta Immissionis* 14. *Maij* 1696. *§. Nec pariter, coram R. P. D. meo de la Tremoille*, & in eius confirmatoria 12. *Maij* 1698. *§. Abductio verò cum seq. coram Me (dicta decis.*44. *num.*17., *& seq.)*; Nihilò tamèn minùs hæc circumstantia coarctabatur ad mensuram
35 temporis, in quo Andreas ad summum manserat in Hospitali, sed non poterat progredi vlteriùs; nàm eadem mancipatio in Hospitali successerat de anno 1658., sed parùm durauerat, cùm paucis ab hìnc mensibus fuerit à præfato pio Carcere relaxatus, & de facto, vt mox iudicauimus, tamquàm homo perfectæ mentis celebrauit Instrumentum emptionis Prædij in subsequenti anno 1661., ideòque amentia non erat fixa, & perpetua, sed aut prorsùs accidentalis, &
36 ephymera, aùt saltèm lucidis intersecabatur interuallis, quod sufficit, vt quis disponere possit de rebus suis, secundùm vberrimè distincta in proximè enunciata *Romana, seù Veneta Immissionis* 12. *Maij* 1698. *§. Verùm quià cum plur. seqq. coram Me (dicta decis.*44. *ex n.*3. *ad* 6. *tom.*1.)

Eodemque modo debilitabantur probationes percutientes alterum extremum temporis post factam donationem; respectu namquè similis abductionis in Hospitale subsecutæ de anno 1684., occurrebat eadem animaduersio, nimirùm quod amentia, si qua aderat, esset ephymera, saltuaria, siuè intermittens, non autèm constans, & perpetua:Quouerò ad Matrimonium ab Andrea contractum cum Muliere sene, & indotata, poterat hoc magis referri ad circumuentionem, & respectiuè simplicitatem Andreæ, sed nusquàm ad perfectam amentiam, & in-sa-

37 saniam, quia potiùs admissio secuta in Vrbe ad celebrationem tanti Sacramenti ostentabat Andream sanæ mentis, cùm dementes ad hunc contractum, & vinculum Sacrosanctum neutiquàm ab Ecclesia admittantur, sicuti ad retorsionem amentiæ videre est penès *Dec. cons.* 112. *sub num.* 1. *vers. & ideò*, *Paris. dicto cons.* 88. *sub num.* 40. *vers.*, *& comprobari possunt libr.* 3., *Rot. decis.* 70. *num.* 10. *post Zacch. quæst. Medicoleg.*, & in præcitata *Fauentina Manutentionis* 11. *Maij* 1682. *§. Nàm fuit*, *coram bon. mem. Paluccio*.

Hinc, non egrediendo terminos huius secundi extremi, pari irreleuantia, quinimmò manifesta retorsione per eosdem Scribentes notabantur capitula in executionem antecedentis donationis exarata intèr ipsum Andream, & Gasparem de anno 1674.; nàm quamuis tota vis in eo consisteret, quod Andreas fuerit allucinatus in falso præsupposito præseruationis factæ in ipsa donatione quoàd superuenientiam liberorum, adhùc 38 hæc allucinatio nullam formalem arguere poterat dementiam, sed ad summum simplicem obliuionem, & inconsiderationem implicitæ renunciationis eiusdem superuenientiæ filiorum intèr cæteras Clausulas executiuas sub mentione *leg. Si vnquàm*, *C. de reuoc. donat.* conglobatas per Notarium: Ast à contrario cùm idem Andreas in præcitatis posterioribus capitulis cum Gaspare confectis totiès emisisset hanc præseruationem, & protestationem, quod nempè non intendebat, donationem habere firmitatem, quotiescumquè sibi liberi nascerentur, pro-39 fectò hæc iterata cauthela potiùs solertiam & plenitudinem mentis, quàm omnimodam illius carentiam indigitabat, vt perbellè in his præcisis circumstantijs considerat *Ramon. d. cons.* 42. *n.* 39.

Apertiùs autèm labefactabatur hoc ipsum alterum extremum post initam donationem ex alijs actibus gestis vsquè ad hodiernam diem per ipsum Andream, quiuè non poterant, nisi homini integri iudicij conuenire: Quià, prætèr effectuationem memorati Ma-40 trimonij, is de eodem anno celebratæ donationis 1672. tamquàm Patrinus susceperat Puerum in Sacro Baptismatis lauacro; De anno paritèr (vt vidimus) 1674. procurauit vigore præfatorum capitulorum temperare, seù modificare donationem factam antecedentèr: De anno 1692. aliud Prædium comparauit; sub anno demùm 1697. publicum mandatum Procuræ generale ad lites exarauit: Vndè hiscè actibus serietatem intellectus præseferentibus iungendo attestationem Hieronymi vnius ex Actoribus inscriptam ex causa eiusdem Matrimonij supèr eo, quod Andreas nullo tùnc impedimento detineretur, necnon iteratas confessiones supèr plena sanitate mentis Andreæ seorsìm quoquè per Petrum alterum contendentem emissas sub annis 1684. & 1689. in litteris ab eodem Petro subsignatis, ac directis tàm Gaspari donatario, quàm eius Matri, *Summario* Reorum *num.* 10. *&* 11., ac demùm in idipsum congestis testificationibus supèr eadem sanitate insimùl non minùs à præfatis Hieronymo, & Petro conscriptis de anno 1686. vnâ cum subscriptione cunctorum fermè Incolarum, ac etiam Communitatis Castri Madamæ Patriæ Andreæ, absonum proculdubiò efficiebatur prætendere, quod ad inferendam dementiam sub intermedio, & indiuiduo tempore donationis vllo modo appareret de hoc secundo extremo, dùm, præcisiuè à particularibus mox enunciatis 41 actibus, ipsum solum factum, seù confessiones Hieronymi, & Petri pro eiusdem extremi euersione superabundabant, pròut in subiecta hypothesi punctualitèr admonent *Ramon. d. cons.* 42. *n.* 46., *Viu. dicta decis.* 377. *sub num.* 6. *vers. talitèr quod*, *Rot. coram Bich. decis.* 305. *sub num.* 14. *vers. Immò ipsa Pars aduersa*, *&* in *d. Fauentina Manutentionis* 11. *Maij* 1682. *§. Potissimùm*, *coram bon. mem. Paluccio*.

Amputata igitùr etiam secunda radice ass. probationis, siuè præsumptæ continuationis insaniæ ob prætensam verificationem extremorum antè, & post compilationem controuersæ donationis, propriùs etiam, & strictiùs descendebant Scribentes pro hæredibus donatarij ad præseruationem temporis præcisi factæ donationis: Sed antè omnia ad tollendum præiudicium inductionis Testium, vt prætendebatur, factæ per Gasparem donatarium de anno 1678. supèr amentia Andreæ, secundùm vberiùs animaduersa superiùs ab initio; replicare non omittebant, nullibì constare, quod Gaspar iudicialitèr vnquàm vsus extitisset depositionibus eorumdem Testium inductorum, quinimmò per eos edocebatur, quod in effectu donatarius ad essequendam deputationem Curatoris in sui personam nullatenùs in Actis reproduxerat examen, seù dicta præfatorum Testium, sed solummodò fidem quamdam extraiudicialem solius Medici, & Aromatarij Castri Madamæ, non iam supèr fixa, & perpetua, vel, quod magis erat, antecedenti hebetudine, & insania, sed supèr tùnc præsentanea dumtaxàt mentis aberratione, *Summario* ipsorum Actorum *num.* 13. Quam-42 obrèm, deficiente vsu, & productione eorumdem Testium, sola dumtaxàt inductio non poterat importare aliud, quàm meram approbationem personarum, non autèm eorum dicti, ex collectis per *Honded. cons.* 84. *num.* 49. *& seq. lib.* 2., *Farinacc. de Testib. quæst.* 62. *num.* 243., *Adden. ad Gregor. decis.* 215. *num.* 9., *&* *ad Buratt. decis.* 298. *litt.*

lit. B. post med., *Rot. decis.* 217. *num.* 15. & 16. *par.* 17. *rec.*, & *in Narnien.*, *seù Hortana Alluuionis* 18. *Iunij* 1696. §. *fin. coram Rmo D. meo Decano*.

Quatenùs itaquè pertinebat ad præcisum tempus exaratæ donationis, constantissime præmittebant plusquàm (vt ipsi dicebant) certam propositionem, quod ad effectum irritandi contractum, vel aliam dispositionem, siuè intèr viuos, siuè per vltimam voluntatem, carentia mentis, de Iure non præsumibilis, liquidò debet, & superlatiuè
43 demonstrari de ipsissimo tempore initi contractus, seù dispositionis, itàut quodammodò superuacaneum fuerit excludere hucusquè, siuè retundere, & offuscare reliquas vt suprà probationes percutientes tempus antè, vel post, cùm regula à principio insinuata, quod probatis extremis media præsumuntur, ex communiori, & veriori sententia non militet ità absolutè pro infractione dispositionis, ex quo sat est aliàs ad illius limitationem, prætensum Amentem quandoquè saltèm antè, aùt post, vèl intellectum omninò sanum habuisse, vèl dilucidis gauisum esse interuallis; Vndè posita certitudine perfectæ sanitatis ex tanta actuum serie in oppositum proximè adductorum, firmiùs incumbebat Actoribus verificare insaniam in Andrea de effectiuo tempore confectæ donationis, vt latissimè ostendit *Modern. Lucen. consult.* 29. *num.* 31. *cum duob. seqq.*, *Vrceol. de Transact. quæst.* 35. *num.* 15., *Rot. coram Caualer. decis.* 366. *num.* 7., & *post Zacch. quæst. Medicoleg. decis.* 70. *num.* 4., & *coram Dunozett. Sen. decis.* 191. *n.* 12. & 15., & *coram Bich. dicta decis.* 305. *num.* 14., & *in dicta Romana, seù Veneta Immissionis* 14. *Maij* 1696. §. *Visum fuit cum duob. seqq. coram R. P. D. meo de la Tremoille*, & 12. *Maij* 1698. §. *Nihilominùs*, *coram Me* (*aliàs dicta dec.* 44. *n.* 18. *cum duob. seqq. tom.* 1.)

Percurrendo itaquè documenta, & adminicula hinc indè ad hunc finem, seù contemporaneitatem collata, totum præsidium pro parte Agentium consistebat, seù reducebatur ad attestationem clar. mem. Cardinalis Sanctacrucij Episcopi Tyburtini, quæ, iuxtà verba, & circumstantias superiùs ponderatas, includebat etiam necessariò ipsum tempus explctæ donationis, (de Testibus enim supèr hoc paritèr à Gaspare donatario inductis nulla iàm, ex prænotatis,
44 poterat haberi ratio:) Verùm huiusmodi attestatio, non obstantibus prærogatiuis tanti Antistitis, & eximij Cardinalis, etiàm citrà aliam replicationem, nequibat de rigore Iuris totalitèr suffragari, non minùs in Tertij donatarij præiudicium, quàm in suppositionem tantæ notæ, pròut est amentia respectu eiusdem Andreæ; ideòque ad hoc, vt in Iudicio mereretur attendi, requirebatur, quod cum legitima cognitione dementiæ, seruatisque de Iure seruandis prodijsset, ad tradita in specie per *Galganett. de Tutor.*, & *Curat. lib.* 3. *quæst.* 31. *num.* 4. *cum duob. seqq.*, *Gutier. de Tutel. par.* 1. *cap.* 19. *num.* 7. cum reliquis apùd *Modern. Lucen. d. consult.* 29. *n.* 35. & *seq.*

Eòque faciliùs, dùm in rei veritate conuincebatur, quod eadem attestatio parùm solidis fundamentis innitebatur; dùm enim ipsa continebat in se figurationem insaniæ continuatæ ab anno 1655. vsquè ad annum 1674., vti apparebat ex Data eiusdem attestationis secuta sub die 7. Augusti prædicti anni 1674., profectò non solùm eneruabatur à præcitata renouatione Capitulorum facta præcedentèr ad eamdem Datam per mensem, & dies antè cum tanta vèl sagacitate, vèl prudentia, ex iàm suo loco demonstratis: Sed & euidentèr claudicabat, quià non sempèr Andreas toto hoc tempore in attestatione interclusso moram traxerat sub oculis Ordinarij, & Parochorum Tyburtinæ Diæcesis, ast ex recensitis *in Summario* hæredum Donatarij *num.* 5. clarè apparebat, quod Andreas per plures annos antè, & post donationem, habitauerat in Vrbe, quemadmodùm ostendebant partitæ extractæ à libro Status Animarum Parochiæ gloriosissimi S. Francisci de Paula; ac propterea quomodò valebat ex præfata indefinita attestatione D. Cardinalis elici concludens probatio dementiæ circà indiuiduum tempus celebratæ donationis, vti oportebat, si tàm ocularitèr aberrabat à possibilitate probationis in tot annis antecedentibus, & sub-
45 sequentibus ipsam donationem: ex præfato enim Animarum statu regularitèr habitationem iustificari, liquet ex traditis per *Rot. decis.* 347. *num.* 4. *cor. Dunozzett. Sen.*, & *in Bononien. Fideicommissi de Linis* 17. *Iun.* 1680. §. *Et prædicta, cor. bo: me: Emerix Iun.* (nùnc intèr suas *dec.* 451. *num.* 5.)

Addebatur vlteriùs, quod duplicitèr huiusmodi attestatio de minùs fortè subsistenti præhabita informatione conuicta remanebat, dùm in illa asserebatur, fuisse Parochis Tyburtinæ Diæcesis interdictum, nè Andream, tamquàm ob defectum mentis incapacem, copularent in Matrimonium, quodque insimùl ex eorumdem Parocorum testimonio nusquàm fuerant Andreæ ex hoc positiuo titulo dementiæ ministrata Diuina Sacramenta, quandò tamèn è conuersò palàm erat, & fuerat (vt suprà) probatum, quod & Andreas paulò antè donationem extiterat admissus ad confessionem Sacramentalem, & ad Augustissimi Panis Eucharistici susceptionem, nec non etiàm, licèt biennio post, publicè Matrimonium contraxit in faciem Ecclesiæ; Quemadmodùm ete-
46 nim in factis tàm substantialibus attestatio red-

reddebatur erronea, ità non minùs poterat reputari talis in magis importanti illatione, siuè verificatione fatuitatis de tempore donationis, per ea, quæ aduertunt *Thob. Non. cons.63. sub num.17. vers. quemadmodùm igitùr, Adden. ad Gregor. decis.79. num.6., Rot. decis.596. num.10. cor. Bich., & dec.97. num.5. & 6. post Zuff. de legit. Process.*

Prolabente igitùr solidiori, seù potiùs vnico fundamento prælaudatæ attestationis, vtiquè (postremo loco conclamabant informantes pro prædictis hæredibus) illis suffi-
47 ciebat, iuncta præsumptione Iuris adstante pro sanitate Cerebri, vincere per non ius Actorum per tritam regulam, de qua *Posth. de manut. obseru.1. n.17., Rot. post eumdem decis.249. n.8.*; Sed adhùc pro lucidiori euersione suppositæ, & obiectæ insaniæ admodùm vrgebat reflexio, quod prætèr iàm consideratam superiùs rationabilitatem eiusdem donationis, non agebatur ad præsens de donatione extorta per Apocam priuatam coràm Testibus ignotis, aùt suspectis, & in aliquo paruo Loco, sed tractabatur de donatione stipulata in meditullio Vrbis per organum publici Notarij mediante rogitu & interuentu geminorum Testium, quorum alter fuerat Medicus, & alter Chirurgus, seù Barbitonsor, qui in proximè antecedenti, ac graui infirmitate Donantem curauerant,
48 quiuè ad normam *Statuti Vrbis cap. 149. lib.1.* manibus proprijs, vnâ cum eodem Andrea, donationem subsignauerant: quarè verisimile non erat, quod & Notarius, qui præsumitur alloqui contrahentem, eumque interrogare circà contenta in Instrumento conficiendo, sese de hac donatione rogasset, nisi præcognita, & degustata sanitate men-
49 tis, quodquè præcitati Testes eidem donationi subscripsissent, nisi agnouissent, Donantem, eis tàm seriò innotescentem, in recta tùnc valetudine intellectus vndequaquè versari, vt appositè obseruauit *Rot. in Romana seù Fanen. Donationis 12. Iunij 1693. §. Quartò reflectendo, coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Maximè conspirantibus in idem replicatis insimùl, & separatis attestationibus eorumdem Medici, & Chirurghi ferientibus præcisum tempus ipsius donationis, vnâ cum alijs Testibus de facto proprio asserentibus, contemporaneè ad exaratam donationem plures habuisse sermones cum Andrea, illumque sempèr reperijsse mentis integritate pollere, *Sum.* Hæredum *n.6.*; Ac demùm finalitèr hoc ipsum conuincentibus duabus Epistolis per Andream proprio charactere conscriptis, seriaque negocia continentibus, & Catharinæ Matri Gasparis donatarij paulò post donationem transmissis, *dicto Sum. num.8.* sicquè à primo ad vltimum, etiàm
50 quandò dici mereremur in conflictu (prout nullo modo videbatur,) nihilominùs hæ demonstrationes, ac probationes, velutì fulcitæ ab assistentia Iuris, debebant citrà scrupulum præferri contrarijs longè debilioribus, parùmque subsistentibus, ex his, quæ etiam in dubio amentiæ, aùt non amentiæ connotarunt *Menoch. de præsumpt. libr.6. præs.45. num.21., Mant. de coniect. libr.2. tit.5. num.6., Noguerol. alleg.25. num.71., Rot. decis.577. n.10. par.1. diuers., dec.681. num.14. cor. Card. Cerro, & decis.202. n.11. cum seqq. coram Priolo.*

Domini igitùr hucusquè punctualitèr deducta, expensaque fidelitèr hinc indè Partis vtriusque munimenta, solita maturitate pensantes, huic posteriori, vtpotè magis præponderanti, & fundatæ adhærentes, resoluerunt, *non constare de nullitate, nequè de resolutione donationis*, vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS

Causa hæc primitùs examinata fuit in Tribunali A.C., vbi prodijt Iudicatum supèr exclusione prætensæ dementiæ, & respectiuè pro validitate donationis, & cum eodem sensu processit *Sacrum Auditorium* in gradu appellationis, iuxtà firmata in præsenti *Decisione*, cui puto, quod acquieuerint ass. proximiores Andreæ donantis, & eiusdem donationis impugnatores, dùm ampliùs ex pòst de hoc negocio actum non audiui.

Quotiès in controuersiam reuocari contingat (vt non infrequentèr accidit) donatio, aliauè dispositio facta per laborantem mentis defectu, non tamèn perpetuo, sed quandoquè intermixto per lucida interual-
51 la, primariò inspicienda est qualitas dispositionis, vtrùm nempè conueniat cuilibet homini prudenti, putâ quia collata sit fauore personæ propinquæ, aùt aliàs benemerentis, ac de cæterò in toto ipsius dispositionis contextu nulla adsit circumstantia, siuè expressio aliquorum verborum, redolens imbecillitatem, aùt infirmitatem mentis, & iudicij; tuncquè, cessante contraria probatione, quod nempè Donator, seù Testator de præciso tempore exaratæ donationis, vel conditi Testamenti reuerâ laboraret totali mentis defectu, omnis præsumptio suadet, quod dispositio facta fuerit eo punctim tempore, quo disponens dilucidis gaudebat interuallis, vt prætèr *Authoritates, ac Decisiones* superiùs allegatas *sub num.31. & 32.*
52 in terminis donationis respondit *Rot. in Albanen. Donationis 9. Martij 1711. §. Præcipuè attento, coram R. P. D. meo Aldrouando, & in Nullius, seù Sublacen. Donationis 11. Iunij 1714. §. Ac propterea, & 19. Iun. 1716. §. Impulitque, coram R. P. D. meo Falconerio*

rio (intèr eius modò impressas *tom.3. tit.42. decis.5. n.6.*, *& dec.6. n.10. & 11.*)

Et in terminis Testamenti conditi ab ass.
53 demente, seù furioso, quem tamèn probaretur quandoquè habuisse dilucida interualla, idipsum connotarunt *Honded. cons.78. num. 61. lib. 1.*, *Ludou. Bell. cons. 101. num.14.*, *& cons.162. num.18.*, *Vasqu. de success. progress. lib.1. §. 1. nu. 90.*, *Barbos. vot. decis.11. num.9. & 10. lib.1.*, *Nouar. de elect. For. sect.2. quæst.44. num. fin.*, *Mart. de success. legal. par.4. quæst.1. art.2. num.24. cum duob. seqq.*, *Noguerol. alleg.25. num.69. in fin.*, *Francisc. Rocc. respons.75. num.26. lib.1.*, *Escann. de Testam. cap.21. n.91. & seqq.*, *Francisc. Palm. consult.86. num.10.*, *Antunez de donat. Reg. lib.3. cap.15. num.26.*, *Mart. Medic. decis. Senen.17. n.40. Rot. Maeeraten. intèr collect. per Vinciol. dec.5. sub num.18. §. Et quidèm, vers. Quibus dilucidis*, *& Rot. nostra coram Buratt. dec.256. num.14.*, *& num.21. & 22.*, *ibiquè Adden. num.31.*, *& coram Rembold. decis.203. n.20. & 21.*, *& coram Dunozett. Iun. decis.701. sub num.15. vers. Quæ faciliùs*, *& coram Carill. decis.68. num.18.*, *& in rec. dec.570. num. fin. par.4. tom.3.*, *& dec.292. num.16. & 17.*, *& decis.293. sub num.20. vers. Vltrà quod apparet*, *par.8.*, *& dec.265. n.23. & 24. par.9.*, *& decis.78. num.14. par.10.*, *& decis.328. num.17. post Torr. de pact. fut. success.*, *& decis.52. num.23. & 24. post Card. Albit. de inconstant. in Iudic.*

Non leuis autèm quæstio exarsit apùd
54 Scribentes, an scilicèt donatio, aùt Testamentaria dispositio facta per Furiosum, & quemcumque alium mentecaptum, quem non constat vnquàm habuisse lucida interualla, substineatur ex eodem motiuo, quod appareat concinnè, & prudentèr ordinata: Et licèt non desint, qui affirmatiuam desupèr sententiam firmauerint, ducti ab exemplo relato per *Valer. Maxim. lib.7. memorabil. cap.8. num.1.*, vbi refert, Senatum Romanum approbasse, ratumque habuisse Testamentum cuiusdam Fatui, eo quià cuncta in illo contenta emicabant rectè, & prudentèr disposita, quemadmodùm videre est apùd *Capriol. de success. ab intest. in proœm. n.256.*, *Mich. Crass. recept. Sentent. §. Testamentum quæst.21. num.4.*, *Gall. de except. tit.1. except.7. par.2. num.27.*, *Intrigliol. de substit. cent.2. quæst.18. num.6.*, *Francisc. Rocc. d. respons.75. num.34. lib.1.*, *Grammatic. dec.73. num.37.*, *Afflict. decis.143. num.5.*, *Ios. Ludouic. decis. Perus.1. num.12.*, *Magon. decis. Florent.97. sub num.22. vers. Maximè*, *Thesaur. decis. Pedem.92. in fin.*, & innuit *Rot. cor. Rembold. dec.203. n.21.*

Nihilominùs verior, & communior opinio est in contrarium, videlicèt quod quid-
55 quid gestum est siuè per viam donationis, siuè per vltimam voluntatem à laborante perpetuo furore, vel insaniâ, nullatenùs substineri valeat, sed penitùs irritum existat, quamuis donatio, aùt Testamentaria dispositio talis sit, vt conueniat cuicumque homini prudenti, cùm id præsumatur actum potiùs casu, vel ex suggestionibus donatarij, aùt hæredis, quàm ex præuia deliberata voluntate, & iudicio ipsius Donantis, vel Testantis, sicuti ex mente *Text. in Leg. Furiosum 9. Cod. qui Testam. fac. poss.* distinguendo intèr Fatuum, aùt Furiosum aliquandò habentem, vel numquàm habentem dilucida internalla, sub præmissis, & alijs rationum momentis concludunt *Ias. cons.141. num.15. lib.4.*, *Cephal. cons.753. num.4.*, *Io: Francisc. Apont. cons.149. num.4.*, *& seqq. lib.2.*, *Philipp. Richter. in dicta Leg. Furiosum sub num.33. vers. sed hanc sententiam, & n.34*, *Spin. in Specul. Testam. Furios. tit. de Testam. n.7.*, *Menoch. de præsumpt. lib.6. præs.45. num.68.*, *Castill. contr. Iur. lib.4. cap.28. num.15. & seqq.*, *Magdalen. de numer. Testium in Testam. requis. par.2. cap.4. ex nu.89. ad 97.*, *Reusner. de Testam. par.2. cap.8. num. fin.*, *Gasp. Manz. eod. tract. tit.2. quæst.1. num.69. & 70.*, *Cyriac. contr.329. ex n.29. ad 32.*, *Barry de success. lib.1. tit.7. num.42. post med. vers. Contrariam*, *Maldonad. in addit. ad Molin. de Hyspan. Primog. lib.2. cap.9. sub num.25. in quinta limit. ad med.*, *Adden. ad Buratt. decis.256. num.32.*, *Paul. Rub. de Testam. cap.15. ex num.306. cum plur. seqq.*, *& in alio tract. de validit. legal. cap.7. à num.120. vsquè ad fin.*, *Vrceol. de Transact. quæst.35. ex num.18.*, & signantèr *num.23.*, *Aloys. Mans. consult.29. nu.55. Card. De Luc. de Testam. disc.38. sub num.2. vers. Quartus demùm cum seq.*, *Nouar. decis. Regn. Neap.127. num.5.*, *Mart. Medic. decis. Senen. exam.9. num.17. & 18.*, *Rot. decis.129. num.15. cum duob. seqq. par.2. diuers.*, *& coram Duran. decis.178. num.25.* paritèr *cum duob. seqq.*, *& coram Merlin. decis.772. num.14.*, *& post Card. Albit. de incostant. in Iudic. dicta decis.52. num.26. 27. & 28.* quorum plerique, & præcipuè *Magdalen.*, *& Paul. de Rub.* respondent contrario exemplo Senatus Romani superiùs indicato.

Estque adeò verum, quod Furiosus, aùt quomodocumquè mentecaptus furore, vel
56 amentiâ perpetuâ sit incapax testandi, vel aliàs de suis rebus disponendi, vt nequè illorum Testamentum, aliauè dispositio substineatur, licèt testentur, & quomodolibèt disponant fauore Piæ causæ, vt post alios ampliatiuè prosequuntur *Capriol. vbi suprà num.251.*, *Crass. in dicto §. Testamentum quæst.17. n.3.*, *& quæst.21. §. fin.*, *Intrigliol. dicta quæst.18. num.3. cent.2.*, *Magdalen. dicto cap.4. num.86. & 87.*, *Barry dicto tit.7.*

sub

*sub num.*41. & primus omnium docuit *Bart. in repet. l.*1. *num.*16. *C. de Sacrosf. Eccles.*,
57 vbi dat rationem,quia in furioso nulla adest voluntas; & hanc rationem desumptam ex littera *Text. in leg. Furiosi* 41. *ff. de regul. Iur.* ad alios effectus allegant quoquè *Hotoman. lib.*4. *obseru. cap.*6. *litt. A. ad med.*, *Godofred. à Bano de reatib. quæst.*23. *num.*6. *in fin.*, *Carpzou. in prax. Crimin. par.*3. *quæst.*145. *num.*15. *&* 16., *Oroz. de apicib. Iur. lib.*4. *cap.*11. *num.*5, *ad med.*, *& Rot.*
58 *decis.*408. *num.*24. *par.*5. *rec.*, quæ loquitur in terminis donationis factæ ab eo, qui laborabat perpetua, numquamuè interrupta mentis infirmitate.

NVLLIVS, SEV TERRÆ PONTIANI SVCCESSIONIS SVPER ATTENTATIS.

Merc. 3. *Februarij* 1700.

ARGVMENTVM.

Fructus restituendi ab eo, qui attentatè, & spreta iudiciali Inhibitione se intrusit in possessionem rei controuersæ, non sunt consignandi alteri Parti, quæ priùs reperiebatur in eiusdem rei possessione, sed sunt depositandi vèl apùd tertiam personam, vèl in aliquo publico Banco, quotiès dubitari potest, quod bonum ius assistat Attentanti circà merita Causæ principalis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus veniunt in sequelam purgationis Attentatorum, vbi possessio capta est in spretum iudicialis Inhibitionis.*
Hi tamèn fructus non sunt consignandi alteri Parti, quæ passa est attentata, sed veniunt depositandi, quotiès dubitari valet, quod illa voluntariè dimiserit possessionem rei controuersæ, num.3.
Et de ratione, num.4.
2 Rota *persæpè mandat expediri Causas extensa priùs breui* Decisione.
5 *Per depositum consulitur iuribus vtriusque Collitigantis*, & num.7.
Et pecunia deposita censetur stare in Banco Iudicis, num.6.
8 *Deposito pensionum, seù fructuum locus est pendente inter duos lite supèr dominio, aùt possessione rei fructiferæ.*

DECISIO CXXVIII.

DEmandata Mihi per *Dominos* expeditione præsentis Causæ, insimùl iniunctum fuit, vt desupèr breuem antè actualem Decreti publicationem extenderem Decisionem, in qua panderem, quod fructus, qui
1 suaptenaturâ veniunt in sequelam purgationis Attentatorum, à die saltèm, quo filij Petri Pauli explicitè fuerant inhibiti, non iam consignarentur Margaritæ, sed interìm deponerentur penès tertiam Personam, vel illorum valor in aliqua Æde Sacra, quemadmodùm de stylo, ità exigentibus facti cir-
2 cumstantijs, in consimilibus expeditionibus declarari practicatur, ex rationibus insinuatis in *Romana Cambij* 31. *Ianuarij* 1698. *coram Me* (*decis.*28. *tom.*1.)

Motiuum huic æquitatiuo temperamento, seù prouisioni præbuit ipsamet *Decisio* posteriori loco edita sub die 16. Nouembris superioris Anni (suprà *decis.* 108.); Cùm enìm respectu eorumdem filiorum Petri Pauli, vsquè ad superuenientiam effectiuæ Rotalis Inhibitionis, admissa extitisset excusatio, quod vigore cuiusdam transactionis initæ inter ipsamMargaritam, prædictosque filios, bona fide, & forsàn iusto titulo ijdem perseuerare valuerint in possessione bonorum controuersorum, vt in *dicta Decisione diei* 16. *Nouembris* §. *Atque ex his*; iustum sanè, & rationabile videbatur, quod si
3 ex causa solius contemptus iudicialis adhùc extitit decreta purgatio Attentatorum, non tamèn idcircò fructus abindè percepti forent consignandi Margaritæ, contrà quam, donèc de viribus memoratæ transactionis discuteretur, vrgebat præsumptio validæ dimissionis eorumdem Bonorum; non enìm intrant termini restitutionis, vbi ex volun-
4 taria dimissione Partis non intrat ablatum, saltèm vsquè ad contrariam Iudicis declarationem, ad not. per *DD. in leg.*2. §. *Restituas*, *ff. nè quid in loc. public.*, *& in cap. quia in omnibus*, *& cap. Cùm tu, de vsur.*, *& in cap.*2. *eod. tit. in* 6. cum suis notiss. concord.

E conuerso autèm mediante fructuum de-
5 positione remanet vtrique Collitiganti salubritèr consultum: subsistente namquè prædicta dimissione, ac transactione, statim ijdem filij recuperabunt fructus depositos, & à contrario inualida apparente ipsa transactione, cauta efficietur Margarita, non tàm de Bonis, quæ non aufugiunt, sed etiàm de ijsdem fructibus à die præcitatæ Rotalis Inhibitionis disputabilitèr perceptis: illi quippè
6 in casu victoriæ alterutrius ex Partibus per iniunctum Iudiciale Depositum reputantur, & sunt in Banco Iudicis, vt ait *Salgad. in labyr. Credit. part.*1. *cap.*13. *num.*12., *&* 13., *Rot. post eumd. decis.*4. *num.*18., *& in rec. decis.*177. *num.*11. *part.*10., *& decis.*304. *numer.*5., *&* 6. *part.*16.

Et ità breuitèr resolutum, seù prouisum fuit, vtraque &c.

AN-

ANNOTATIO ET ADDITIO R.P.D. AVTHORIS.

POst binas *Decisiones* in hac Causa emanatas deuentum etiàm fuit ad illius expeditionem, præuia tamèn breuis *Decisionis* extensione, qua mediante demandata fuit restitutio fructuum in sequelam purgationis attentatorum commissorum post præsentatam Inhibitionem à filijs Petri Pauli, cum hoc tamèn moderamine, quod ijdem fructus minimè traderentur in manibus Margaritæ Victricis, sed penès Tertiam Perso-
7 nam, vel aliquam Ædem Sacram, ad effectum, vt ij posteà cui de Iure consignari possent, & hoc modo vtrique Parti consultum remaneret, iuxtà pluriès firmata, & practicata per *Tribunal*, vt videre est in *decis.* 4. *num.*18.*post Salgod.in labyr.Credit.*, *& in Recent. decis.*177. *num.*11. *part.*10., *& in Romana Datiorum* 24.*Iunij* 1680.*§.Conueniunt*, *coram Card. Matthæio*, *& in Romana Pecuniaria* 22. *Martij* 1706. *§. Si autèm*, *coram bon. mem. Kauuitz Episcopa Labacen.*

Fundamentum demandati Depositi solida fulciebatur ratione, nimirùm, quod si per eamdem Margaritam doceretur de nullitate transactionis, illa, vnâ cum possessione Bonorum, reciperet etiam fructus; si verò deficeret in probatione talis nullitatis, eo quia legitimè à die dictæ transactionis possedissent filij Petri Pauli, eo sanè casu isti possent recuperare vnâ cum Bonis fructus in deposito existentes: Indèque est, quod in
8 omnibus casibus, in quibus de dominio, aut possessione inter duos disceptatur, optimum semper, ac prudens existimatum fuit temperamentum depositi fructuum, per quod neutri præiudicium irrogatur, & è conuerso occurritur periculo deperditionis eorumdem fructuum, sicuti prætèr *Decisiones* mòx allegatas fuit quoquè dictum, & seruatum in *Romana Cambij* 30. *Aprilis* 1700. *§. Impulit Dominos* (inferiùs de proximo registranda), *& in Romana Saluiani supèr subbastatione* 23. *Martij* 1705. *§. final.*, *& in Romana Primogenituræ de Bubalo supèr Palatio ad Cloacam* 8.*Maij eiusdem anni §. Præ reliquis*, *coram Me*.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Mercurij 3. Februarij 1700.

ARGVMENTVM:

Res subrogata in locum alterius rei fideicommissariæ remanet fideicommissaria, & in illa debetur reintegratio fideicommissi, cuius reintegrationis adimplementũ, etiamsi per 30., & vltrà annos petitum non fuerit, nihilominùs contrà Fideicommissarium non petentem tale adimplementum non censetur præscripta actio, si nondùm venerit dies purificationis Fideicommissi ad illius fauorem, à qua tantùm die incipit currere præscriptio.

SVMMARIVM:

1 *Decisiones Rotales sunt tàm ex Constitutionibus Rotalibus, quàm de stylo supponendæ.*
2 *Res subrogata in locum Fideicommissi remanet Fideicommissaria.*
3 *Actio ad quanti interest competit loco facti non adimpleti.*
4 *Obligatio Cameralis afficit non solùm ipsos obligatos, sed omnes quoquè illorum hæredes, etiam per plura media mediatos.*
5 *Obligatio Cameralis, vtpotè in ventre præseferens Clausulam* = quorum interest &c. *prodest omnibus habentibus interesse, licèt in contractu haùd specificè nominatis.*
6 *Via executiua præscribitur spatio* 30. *annorum, &* n.23.
Et de ratione, n.10. & 11.
Amplia, vt n.24.
Limita, vbi quis intrà idem temporis spatium agere non valuit, n.13.
Limita etiam, vt ex n.26. vsquè ad fin.
7 *Præscriptio* 30. *annorum perimit quodcumque creditum, & quamcumque actionem.*
8 *Contrà non valentem agere nulla currit præscriptio.*
9 *Præscriptio non currit contrà Fideicommissarium non valentem agere, ex quo ad sui fauorem non adhùc fuerit purificatum fideicommissum, &* n.12.
Solùmque incipit tempus præscriptibile à die purificati ad eius fauorem fideicommissi, num.15.
14 *Præscriptio non currit durante tempore pupillaris ætatis eius, contrà quam illa allegatur.*
16 *Signatura Iustitiæ, vbi appellationem admittit in Iudicijs executiuis, solet rescribere cum Clausula* = Si quid exequendum.
Ad differentiam Iudiciorum ordinariorum, qua casu rescribit absolutè cum Clausula = de Appellatione, ibid.
17 *Signatura Iustitiæ quotiès rescribit cum Clausula* = Si quid exequendum, *non est ampliùs dubitandum de competentia viæ executiuæ.*
18 *Solutio regularitèr facta præsumitur stante lapsu longissimi temporis.*
19 *Implementum facti promissi præsumitur secutum stante lapsu longissimi temporis.*
Limita, vbi effectiuum implementum potest aliundè de facili iustificari, n.20.
Exemplifica in adimplemento promissæ emptionis, aùt resignationis locorum Montium, num.21.

22.For-

24 *Forma intèr Partes præscripta in solutione, seù circà modum soluendi, est præcisè seruanda.*

25 *Regula, seù conclusio nulla est, quæ aliquam non patiatur exceptionem, seù limitationem.*

DECISIO CXXIX.

OBtinuit Camillus Marchio de Maximis coràm A. C. relaxari Mandatum aduersùs D. Principissam Vrsinam, vti mediatam hæredem D. Ioannis Antonij, & Ferdinandi paritèr de Vrsinis, qui per publicum fideiussionis Instrumentum expromiserant, Augustinum emptorem, & respectiuè distractorem viginti locorum Montium fideicommissariorum prædictæ Domus de Maximis, infrà quinquennij girum, seù terminum totidem loca reempturum, & insimùl subiugaturum iisdem conditionibus, & vinculis, quibus obnoxia erant antecedentia: Agnitâque hodiè per *Dominos* iustitiâ eiusdem Mandati, consequentèr etiàm pro illius executione responderunt.

Cùm enim perspicua, & innegabilis foret legitimatio personæ Marchionis Camilli in ordine ad actiuam vocationem, suique compræhensionem in Fideicommisso per Dominicum de Maximis ordinato, ex his, quæ latiùs respectu durationis, & vocationis ad idem Fideicommissum dispuncta, atquè approbata fuerunt in *rec. decis. 18. par. 8. decis. 45., & 442. par. 13., & decis. 131. par. 14.*, & nupèr (reliquis omissis) in *Romana Fideicommissi de Maximis 4. Iulij 1696. coram bo: me: Emerix Decano*, (nùnc intèr suas *decis. 1362.*) quæ sanè resolutiones, &
1 *Decisiones* in successiuis Audientijs, & disputationibus ex implicita determinatione Constitutionum Tribunalis, nec non de stylo veniunt supponendæ, vt in specie de Fideicommisso aliàs canonizato dixit *Rot. decis. 242. num. 1. coram Sa: Me: Alex. VIII., & decis. 307. num. 2. & 3. par. 19. rec.*

Clarum paritèr erat, quod eiusdem D. Marchionis intentio fundata euidentèr existeret in exercitio actionum fideicommissariarum, intèr quas numerabatur illa expetendi implementum memoratæ promissionis initæ per Authores D. Principissæ: quià cùm loca viginti Montium per Augustinum à principio coempta, dein' distracta, ac demùm ex illius speciali obligatione, & concomitanti fideiussione DD. de Vrsinis reemenda, subiectanda forent (loco Casalis *di Porcareccia* authoritate Principis alienati) fideicommisso memorati Dominici, de pla-
2 no sequebatur, quod sicuti eidem D. Marchioni debita fuisset immissio supèr ipso Casali, ità vice immissionis actio concederetur ad factum conuentæ reemptionis illorum locorum Montium, quæ fuerant ex eadem authoritate Principis subrogata in locum prædicti Casalis, iuxtà vulgarem naturam subrogatorum, de qua in proposito *Rot. decis. 249. num. 5., cor. Sa: Me: Alex. VIII., & in Fulginaten. Pecuniaria 6. Iunij 1698. §. Et sanè, cor. R. P. D. meo Pio impress. ad ornatum Card. de Luc. ad tit. de fideic. dec. 99. num. 2.*

Certiùs autèm, quià cùm vice facti non
3 impleti, eiusque obligationis succedat actio, siuè condemnatio ad interesse, seù tanti, quanti noscitur importare, siuè fuisse valiturum ipsum factum, quotiès fuisset impletum, ad tradita per *Rot. decis. 56. n. 9 & 10. par. 12., & decis. 116. n. 1. & 4. par. 13., & decis. 207. ex n. 1. cum plurib. seqq. par. 19., & in Romana Pecuniaria 4. Iulij 1696. §. Vlteriùs, cor. R. P. D. meo Pio*, in limpidam paritèr descendebat sequelam, quod D. Marchio, qui, reemptione viginti locorum Montium adimpleta, eadem tanquàm subrogata Casali Fideicommissario recuperasset, ità ex eadem intrinseca ratione ad commodum sui, & fideicommissi obtinere deberet actionem, & respectiuè condemnationem ad interesse, præcipuè inspectâ formâ Cameralis obligationis, sub qua sese alligauerant memorati Authores D. Principissæ; ea enim est virtus eiusdem obligationis, vt non so-
4 lùm passiuè afficiat quoscumque hæredes etiam per plura media mediatos obligati, verùm etiam mediante Clausula: *quorum interest &c.* sub eadem obligatione contenta, actiuè complectatur proprium, ac verum desupèr habentes interesse, quantumuis specificè, seù litteralitèr in contractu, seù promissione non inclusos, aùt nominatos, teste in terminis primæ conclusionis *Zacch. de oblig. Camer. quæst. 4. num. 5. cum seqq., Rot. post eumdem decis. 253. num. 1.*
5 *& 2.* & in ordine ad secundam, omissis generalibus apùd *Baratt. decis. 788. num. 3., Bich. decis. 321. nu. 11., Cerr. decis. 34. n. 21.*, in puncto vocati ad Fideicommissum *Rot. in Recanaten. fideicommissi 11. Decembr. 1693. coram bon. mem. Benincasa impress. apud modern. Firman. vot. decis. 86. num. 19.* (modò intèr suas la *372. n. 8.*)

Firmata igitùr non minùs legitimatione personæ D. Marchionis, quàm præcognitâ competentiâ eius petitionis, tota, si qua erat quæstio, reducebatur ad exceptiones allegabiles ex parte D. Principissæ, eædemque (vt sibimet obijciebat Marchio) restringebantur ad vnicum, nimisquè fragile præsidium præscriptionis forsàn deducibile tàm pro dirimenda substantia crediti, quàm pro eneruando exercitio viæ executiuæ, ex quo, cùm sponsio, seù fideiussio eorum, à quibus D. Principissa causam desumebat, inita appareret de anno 1630. paulò pòst purificabilis, & exequibilis, nempè intrà proximum

quin-

quinquennium, abindè citrà aritmeticè defluxerant anni longè suprà quinquaginta; qua sanè intercapedine decursa regularitèr
6 præscribitur non tantùm via executiua, quæ solo spatio annorum triginta contentatur, sed etiam ipsum creditum in sua omnimoda radice, ad terminos *leg. Sicùt*, *Cod. de præscript.30.*, *vèl* 40. *annor.*, vt in specie viæ executiuæ habetur apùd *Scacc. de Commerc. §.7.gloss.7. n. 2., Carleual. de Iudic.lib.1.tit.3. disput. 4. num.1., Conciol. de hered. art.1: num.225. & seq., Rot. decis.208. num.5.cor.*
7 *Carill.*,& in proposito cuiuscumque actionis, & substantiæ crediti prosequitur *eadem Rot. decis.21.num.1., & decis.170. num.8. par.16. & decis.63. num.10. & 11. par.17. rec.*

Verùm, retento eodem indumento legitimationis Personæ D. Marchionis vnicè insistentis tamquàm ex propria, ac prorsùs independenti persona vocati ad Fideicommissum Dominici, vterque præscriptionis Clypeus illicò rumpebatur; Eo etenim ipso, quod Marchio per anteà non valebat vllo modo iura sua experiri, donèc ad sui fauorem fideicommissaria successio aperiretur, certè qualibet prscriptionis allegatio, &
8 oppositio decidebat ex simplicissima regula, quod contrà agere non valentem nulla datur, aut currit præscriptio, vt pratèr generalitèr animaduersa per *Mandell. cons.222. num.21., Surd. decis.236. num. 14., Rot. decis.79. par.15., & decis.366. par.19. rec.*
9 vtrobiquè *num. 5.* in indiuiduo Fideicommissi, siuè actionis fideicommissariæ per successiuè vocatum intentatæ, vno ore aduerterunt *Peregrin. de Fideic. art.41. n.16. & seqq., Fusar. de Substit. quæst.528. ex n.4. cum seqq., Episc. Rocca select. disput. Iur. cap.7. ex num.1. cum seqq., ac per tot., Rot. cor. Priol. decis.417. num.20. & seqq., & in rec. decis.28. num.38. par.8., & decis. 256. n.3. cum duob. seqq. par.17.*

Dictum fuit, vtrumque Clypeum præscriptionis infrangi; Quià licèt præscriptio ordinis, siuè viæ executiuæ differat à præscriptione crediti in ipsa substantia, ex quo remanente etiàm iuridica potestate agendi viâ ordinariâ in quocumque Creditore prætendente satisfactionem proprij crediti, non obstante in suis casibus defluxu temporis annorum 30., vèl 40., congruum nihilominùs
10 non videtur, quod ex alia parte Debitor conquiescens in sua tali quali bona fide nihil alteri debendi, ex abrupto per viam executiuam inquietetur, ac promptè, & incontinenti ad limites eiusdem viæ executiuæ soluere compellatur, quinimò opportunius est, vt idem Creditor morosus per spatium adeò longæuum in quidquam petendo mulctetur in deperditione, si non eiusdem crediti, saltèm viæ executiuæ, velùt in pœnam suæ negligentiæ, pròut egregiè perpendit *Carleual. de Iudic. lib.1. tit.3. disput.4. num.3.*, & antè eum *Bald. in leg. planè, ff. quod fals. Tut. &c. Scacc. de Commerc. §.7. gloss. 7. num.2. & 3., Cæsar de Afflict. controu.49. sub num.30. vers. rationes, Card. de Luca de Iudic. disc.21. num.10., Rot. decis.96. nu.4. par.15. rec.*

Adhùc pro euersione huiusmodi obiecti illicò occurrebat ex Iudicij, & facti circumstantijs eadem animaduersio, quæ vetabat præscriptionem ipsius crediti in ipsa sui radice, siuè substantia; nàm intantùm ex præ-
11 missa valdè æqua consideratione ad minùs præscribitur via executiua, inquantùm Creditor agere potens, & valens comperiatur negligens, & morosus in tacendo per interuallum 30. annorum, vèl vltrà: Verùm, quotiès (vt contingebat in præsenti) tracta-
12 tur de Fideicommissario vocato ex propria independenti persona ad aliquod fideicommissum, tùnc nimiùm euidens est, quod idem Fideicommissarius nedùm agere non valeret, sed nèc obloqui, donèc purificata extitisset, & declarata conditio suæ vocationis; Marchio etenim nonnisi de anno 1696. reportauit canonizationem purificationis fideicommissi in eius personam, vt in dicta *Decisione Romana Fideicommissi de Maximis 4. Iulij eiusdem anni coram bo. me. Emerix Decano*, sicquè cùm non posset vllo modo anteà peragere, neque etiàm plecti merebatur iacturâ actionis, seù viæ execu-
13 tiuæ: adamussìm quippè præscriptio viæ executiuæ, inquantùm est ordo agendi, interrumpitur ex eadem excusatione, vel impedimento impossibilitatis agendi, ex his, quæ habentur apùd prælaudatum *Carleual. de Iudic. d. tit. 3. disp.4. num.21., Rot. in Romana Census 14. Ianuar.1686. §. Pròut nec deficit, coram clar. me. Card. Matthæi*,
14 & omissis exemplis subducendæ ætatis pupillaris apùd *Capon. contr. for. cap.46. n.14.* in proprijssimis terminis Fideicommissarij,
15 quod nimirùm tempus præscriptibile agendi debeat tantummodò commensurari à die purificati fideicommissi, optimè *Rot. cor. Carill. decis.208. num.14., repetit. decis.177. num.15. apùd Zacch. de oblig. Camer.*

Omnemque etiàm ex abundanti submouebat hæsitationem formula rescribendi in hac Causa adhibita per Signaturam Iustitię,
16 videlicèt cum Clausula = *Si quid exequendum* = admodùm diuersa ab altera practicari consueta in Iudicijs ordinariè tractandis, nempè = *de appellatione*; vbicumquè etenim controuersia vertitur supèr modo proceden-
17 di executiuè, vel ordinariè, sempèr in dubio principem sibi locum vindicat formula, & Clausulæ obseruatæ in rescripto, siuè Commissione Eminentiss. Præfecti, siuè Tribunalis Signaturæ Iustitiæ, quemadmodùm in specie eiusdem difficultatis, & respectiuè Clau-

Claufulæ = *Si quid exequendum* = præmonuit
*Rot. in Romana Mercedis 31. Ianuarij 1681.
§. Nil releuante, coram clar. me. Cardinali
Vicecomite*, & fusè obferuatum etiam fuit
in *Romana Monilis 27. Nouembris anni præ-
terlapfi §. Ineuitabilitèr verò, coràm me* (vt
fuprà *dec.111. n.12. & 13.*)

Sublata amaritudine præfcriptionis, con-
trita non minùs remanfit fraternizans,quan-
tumuis ad alios effectus faciliùs admiffibi-
lis, allegatio præfumptæ folutionis, vèl im-
18 plementi, quæ beneficio dilapfus longi, vèl
longiffimi temporis quandòque benigniùs
fupponuntur, vel approbantur, ex collectis
per *Caren. refol.108. num.4.*, *Andreol. con-
trou.57. num.1. & feq.*, *Mart. Medic. decif.
Senen.84. num.2.*, *Rot. decif.379. ex nu.14.
19 par.17. rec.*, & magis in fpecie loquens de
præfumpta effectuatione, fiuè adimplemen-
to facti promiffi, *eadem Rot. in Cauallicen.
Pecuniaria 2. Maij 1698. §. Quin vrgeat, &
feq. cor. R.P.D. meo Muto*.

Siquidèm & hæc cognata præfumptio fa-
tisfactionis, & implementi in hodierna
quidditate facti per contrarias probationes,
& per regulam, quod quælibet præfumptio
cedit veritati, incontinenti profternebatur:
Quià cùm Auguftinus, pro quo fideiufferant
Authores D. Principiffæ, fefe (vt præmifi-
mus) obligauerit ad reemptionem viginti
locorum Montium, impoffibile reddebatur,
adduci poffe vllam præfumptionem fecutæ
reemptionis, quoniàm fi in rei veritate con-
fimilia loca Montium reempta extitiffent,
indubitantèr apparuiffent annotata in Codi-
cibus, ac Regeftris Secretariæ eorumdem
locorum Montium; fidelitèr quippè in eif-
dem Libris, & Regeftris per publicos Offi-
ciales à Principe deputatos infcribuntur ac-
quifitores, & Creditores ipforum locorum
vfquè ad minimam quamcumque partem
20 vnius loci: proindèque cùm D. Principif-
fa non doceret de hac reemptione, & refpe-
ctiuè defcriptione in prædictis Libris Secre-
tariæ, ftatim infurgebat negatiua probatio
non implementi tollens quemlibet difcur-
fum, & præfumptionem, ficutì pofthabitis
generalibus apùd *Natt. conf.358. num. 13.
verf. quià refpondeo*, *Caren. refol.138. n.5.*,
*Zuccar. decif. Lucen.52. num.7. cum duobus
feqq.*, *Rot. in Romana Pecuniaria, feù Ali-
mentorum 27. Ianuarij 1687. §. fin. coram
Reuerendifs. D. meo Molines Decano* (quæ eft
intèr fuas modò, dùm hæc imprimuntur,
publicæ luci traditas *la 6. num.11. & 12.*)
21 in effectiuo propofito refignationis locorum
Montium dictum fuit in *Romana Pecuniaria,
feù locorum Montium 14. Iunij 1697. §. Et
euidentiùs, & 11. Aprilis 1698. §. Sed &
certior, coram R.P.D. meo dell'Olmo*.

Addito, quod nequè per æquipollens po-
terat præfumi fubfecuta fatisfactio, fiuè im-
plementum Auguftini, quafi quod contin-
gere valuiffet, eumdem Auguftinum loco
reemendi prædicta viginti loca Montium
totidèm in fpecie numeraffe pecunias, aut
tradidiffe in fatisfactionem alia iura, vel fta-
bilia: Nàm cùm foret obligatus præcisè ree-
mere loca Montium, eaque ad normam di-
ftractorum fubijcere conditionibus, & vin-
culis fideicommiffi, ac euictionis ad teno-
rem Inftrumenti, de quo *Summario* D. Mar-
chionis *num.5. & 6.*; non poterat proindè,
in præiudicium fignantèr vocatorum ad
idem fideicommiffum, eiufdemque Mar-
22 chionis, alio modo fatisfacere, fibique præ-
fcriptam in folutione formam euitare, fecun-
dùm ea, quæ in fimilibus circà folutionem,
vel obligationem explendam prò vocatis ad
Fideicommiffum differit, & firmat *Card.
de Luc. de Regal. difc.23. num.17.*, *Rot. de-
cif. 215. n.1. cor. Card. Cerro*.

Et ità, vnicâ &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

PRodijt hæc *Decifio*, pròut & altera fub-
fequens *fupèr fructibus* in contumaciam
clar. me. D. Principiffæ de la Tremoille
Vrfinæ tùnc informare non curantis, poft-
què illi conceffam nouam audientiam ad-
uerfùs vtramque *Decifionem* Caufa filuit per
biennium cum dimidio, & vltrà; eâque fuc-
ceffiuè repropofitâ fub die 28. Nouem-
bris 1703. in acerrimo ambarum Partium
contradictorio, *Sac. Rota* refpectu negocij
principalis, de quo agitur in præfenti *Deci-
fione*, perftitit in refolutis: & quòad alterum
punctum *fuper fructibus*, de quo in altera
fubnexa *Decifione*, cenfuit, illos fore, & effe
debitos D. Marchioni de Maximis Actori
non iàm fimplicitèr à die conteftatæ litis,
feù productionis Iurium, pròut reftrictiuè
iudicauerat A. C., & ipfamet *Rota* in hac
Decifione approbauerat, fed à die, in qua
purificata remanferat obligatio per Augu-
ftinum fufcepta de reintegrando Primoge-
nituram, feù fideicommiffum mediante
reemptione totidèm locorum Montium,
quot ipfe diftraxerat, quemadmodùm reco-
gnofci poterit ex præcitatis pofterioribus
Decifionibus anni 1703., quæ fuo loco infe-
riùs, Deo dante, regiftrabuntur.

Interìm verò ad aliqualem ornatum præ-
infertæ *Decifionis* duximus breuitèr adden-
dum, quod nota quidèm eft conclufio fupe-
riùs in obiecto relata *num.6.*, nimirùm, quod
23 via executiua remanet præfcripta, & per
confequens inexercibilis pòft lapfum trigin-
ta annorum à die contracti debiti, vel alte-
rius obligationis, pròut vltrà *ibidem* allega-
tos notant *Gizz. in addit. ad Capyc. Latr. de-
cif.58. num.8. & 9.*, *Flamin. Chartar. decif.*

Ia-

Ianuen. 120. *num.* 2. *&* 3., & nouissimè *Rot. in Romana Quindenniorum* 14. *Ianuarij* 1726. *§. Quamuis igitur, coram Reuerendiss. P. D. Patriarcha Aldrouando Decano*; quam ampliatiuè admittunt *Doctores*, vt procedat
24 non obstante mala fide Debitoris resultante ex scientia proprij debiti, ea sub ratione, quià per defluxum præcitati temporis tricenarij non præscribitur, aùt perimitur substantia crediti, & respectiuè debiti, sed tantummodò amittit Creditor ius, & facultatem petendi, & consequendi proprium creditum (vt dicunt *Regnicolæ*) vià Ritus, videlicèt summariè, & executiuè præuia simplici citatione = *ad soluendum, seù soluisse docendum &c. aliàs Mandatum* &c. quemadmodùm prosequendo obseruant *Carauit. supèr Ritib. M. Cur. Neap. Rit.* 167. *num.* 3., *Carleual. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 4. *n.* 2. *& seqq.*, *Gizz. ad Capyc. Latr. dicta dec.* 58. *sub n.* 13., *Card. De Luca de Iudic. disc.* 21. *n.* 10.

Verùm quià difficile est inuenire vllam
25 regulam, aùt propositionem, quæ aliquam non patiatur exceptionem, seù limitationem, vt præmonuit *R. P. D. meus Ansald. in annot. ad decis.* 100. *num.* 83. *tom.* 1., & connotarunt *Carpzou. in explic. Arbor. Consanguinit. circà success., & Tutel. posit.* 13. *in princip.*, *Theodor. ReinKingK. de regim. Sæcul.*, *& Eccles. lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 19. *num.* 114. Idcircò placet hìc subnectere, quod prædicta conclusio circà præscriptionem viæ executiuæ post lapsum 30. annorum alias quinque patitur limitationes vltrà illam traditam in præsenti Decisione *n.* 13.

Quarum prima est, quandò Debitor pro-
26 misit cum Iuramento obseruare contractum *sempèr*, *& perpetuò*, tùnc enim non desunt, qui censeant, viam executiuam Creditori competere non obstante tricenario temporis defluxu, vt videre est apùd relatos per *Andreol. contr.* 79. *num.* 9. *&* 10., *Conciol. de Hæred. art.* 1. *num.* 228.

Secundò non procedit regula prædicta, quotiès agitur de contractu iurato, licèt de reliquo in eo desit mòx enunciata promissio
27 de illum sempèr, & in perpetuum seruando, quià adhùc ratione interpositi Iuramenti via executiua non præscribitur minori spatio 40. annorum, iuxtà firmata per *Rot. decis.* 572. *num.* 2. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*, *& in Interamnen. Census* 10. *Ianuarij* 1710. *§. Perperàm igitùr, coram Card. Priolo*.

Tertia limitatio est, quotiès intrà 30. an-
28 nos intercessissent ex parte Creditoris molestationes, siue interpellationes etiàm extraiudiciales; per eas namquè interrumpi præscriptionem viæ executiuæ, relatis concord. respondit *Rot. coram Card. Caprara dec.* 271. *n.* 6.

Quartam limitationem suppeditat *eadem Rot. in Romana Census* 14. *Martij* 1701. *§. Cecidit quippè, coram bo. me. D. meo Ansaldo*, impress. apùd *modern. Lusitan. post eius Thesaur. quotid. resol. decis.* 51. *num.* 4. *in fin.*, & inferiùs suo loco registranda; quo-
29 tiès nempè constaret de aliquibus solutionibus intermediè factis à Debitore intrà 30. annos, quià tùnc nequè ipse Debitor, nequè eius hæredes ampliùs obijcere possunt incompetentiam viæ executiuæ ex capite ass. præscriptionis ob lapsum temporis tricenarij.

Quinta demùm limitatio est, quandò olìm
30 etiàm antè 30. annos fuisset cæpta executio ex parte Creditoris, eo quippè casu actio executiua, licèt de sui natura temporalis, de æquitate Canonica effecta fuisset perpetua & consequentèr impræscriptibilis, ex latè deductis per *Rot. dicta decis.* 271. *num.* 2. *coram Card. Caprara*, vbi alias refert concord.

A. Lupardus.

ROMANA LOCORVM MONTIVM SVPER FRVCTIBVS

Mercurij 3. *Februarij* 1700.

ARGVMENTVM.

Fructus non facti Inuestimenti fauore fideicommissi non veniunt à die purificati fideicommissi, sed à die motæ litis, ac contestatæ; & ad effectum illos assequendi necessaria est interpellatio, dies enìm licèt in obligationibus ad factum interpellet pro homine, nihilominùs hoc non procedit, si agatur non cum obligato, sed cum illius hæredibus: Fideiussor licèt quòad eum, pro quo fideiussit, induat personam Principalis, tamèn quòad Principalem non egreditur Fideiussoris limites, & est creditor releuationis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus auocatæ possessionis, vel dominij veniunt restituendi à die motæ litis, seù contextualis productionis Iurium*.

2 *Obligatus ad Inuestimentum, si illud non adimpleat, tenetur ad totum id, quod alteri interest, Inuestimentum non fuisse sequutum*.

3 *Ad effectum assequendi fructus ratione moræ necessaria est interpellatio*.
Limita, vt num. 4.

5 *Tria sunt extrema ad assequendum Interesse lucri cessantis ex doctrina* Castrensis.

6 *Interpellatio non est necessaria post aduentum temporis ad aliquid faciendum præfixi*, & numer. 20., & 23.
Declara, vt num. 15., & 16.
Sicuti nec in obligatione ad factum, n. 7.
Et de ratione, num. 14.
Nec etiam est necessaria in credito cambiario cum

cum pacto cambiandi à se ipso, num.8.
Limita respectu obligati ad factum, vt n.9.

10 *Fideiussor quòad eum, pro quo fideiussit, induit personam principalis Debitoris.*

11 *Fideiussoris fauore benignior semper capienda est interpretatio.*

12 *Fideiussio nil aliud est, quàm alienæ obligationis gratuitò in se suscepta obligatio.*

13 *Fideiussio strictè est interpretanda.*

15 *Præfixio termini ad aliquid faciendum non semper fiat taxatiuè ad ostendendam præcisam necessitatem faciendi absquè interpellatione, sed aliquandò declaratiuè.*

16 *Contrà hæredem, præsertìm mediatum, interpellatio diei non sufficit, sed necessaria est interpellatio hominis ad effectum refectionis Interesse*, & num.21.
Distingue, vt num.22.

17 *Fauore hæredis facilè conceditur restitutio in integrum aduersùs moram per defunctum contractam.*

18 *Fructus Locorum Montium spectant ad legitimum illorum acquisitorem, vel ad illorum venditorem.*

19 *Fideiussor non egreditur limites fideiussoris respectu principalis Debitoris, semperquè ergà istum est creditor ex causa releuationis.*

24 *Mora, quæ oritur ex lapsu diei præfinitæ ad aliquid agendum, æquiparatur moræ, quæ resultat ab interpellatione hominis.*
Sed alij tenent, quod fortior, & inexcusabilior sit mora, quæ contrahitur ex lapsu termini præfixi ad aliquid faciendum, n.25.
Et de ratione, num.26.

27 *Mora, vbi agitur de incursu pœnæ, non contrahitur ex solo lapsu diei, sed ad illam incurrendam necessaria est formalis interpellatio.*

DECISIO CXXX.

AD limites alterius resolutionis captæ in hodierna Audientia expetebat Marchio Camillus, sibi decerni Mandatum etiàm pro fructibus, & interesse ex causa Inuestimenti promissi, & non impleti per Augustinum, satagens idcircò reportare condemnationem aduersùs D. Principissam Vrsinam pro hiscè fructibus, siuè interesse calculandis, & respectiuè reficiendis vsquè ab anno 1635., pròut præseferre videbatur littera obligationis initæ per memoratum Augustinum de anno 1630., nempè de reemendo viginti Loca Montium intrà proximum quinquennium: Sed *Domini* non abscedentes ab Iudicato A. C. in præcedenti Instantia, quantumuis D. Principissa destiterit informare, suasque parare, ac obiectare defensiones, censuerunt, hoscè fructus, seù interesse non deberi, nisi dumtaxàt à die motæ litis.

Nèc iuuit Actorem, quod iuxtà affirmata in altera hodierna *Decisione* super meritis, seù supèr negocio principali sub §. *Certiùs autèm*, D. Principissa obstringenda videretur non iàm simplicitèr ad fructus vel fructus regularitèr purè accessorios ad ipsam rem principalitèr petitam, & ab Iudice concessam, semota in hoc casu defensione illius bonæ fidei, aliàs allegabilis à pacifico per anteà possessore; Cùm, eosdem termi-
1 nos prosequendo, certò certiùs prædicta bona fides remaneat funditùs absorpta, & conflictata solùm à contraria impressione malæ necessariò promanantis ab ipsa contestatione litis, Iuriumque productione, sicuti pleniùs hiscè terminis retentis, scilicèt quandò fructus veniunt in meram sequelam auocatæ possessionis, vel dominij, dictum fuit in *Melevitana Fideicommissorum supèr fructibus* 27.*Iunij* 1698. §. *Supposita namquè*, & *seq.*, & *in Nucerina Paganorum Applicationis Conuentuum supèr prætensa restitutione fructuum* 17. *Iunij* 1699. §. *Regulare quippè est*, coràm *Me* (aliàs *decis.* 59., & *decis.* 98. vtrobiquè *num.*1. *tom.*1.)

Sed & rectiùs (vt ipse opinabatur) condemnanda foret ad illos alios fructus potiùs sapientes essentiam capitalis, ex quo cùm vigore Pontificiæ dispensationis fuerit concessa Fabio facultas distrahendi Tenimentum, seù Casale *di Porcareccia* suppositum fideicommisso Dominici, sub illa tamèn lege reintegrandi fideicommissum mediante assueto multiplico fructuum à principio retrahendorum in annua quantitate scutorum 500., expromisso quoquè deincèps per Emptorem eiusdem Casalis vsquè ad implendam summam scutorum 7. mil., *Summario Marchionis num.*1., ac deniquè inserto, & repetito in litteris Patentalibus Locorum Montium, quæ clar. mem. Scipio Cardinalis Burghesius in altera post primi decoctionem Emptoris acquisitione Casalis extradiderat, *dicto Summario num.* 3., hinc ipsi D. Marchioni non solùm viginti Loca Montium quòad sortem reemenda commodo fideicommissi deberentur, iuxtà deducta in prædicta altera *Decisione* huius diei, verùm etiam vlteriùs illa proportionabilis annua fructuum quantitas ex Papali ordinatione, & respectiuè Instrumentali repetitione, ac lege secundæ emptionis multiplicanda, & inuestienda vsquè ad enunciatam integram importantiam scutorum 7. mil.; pro-
2 mittens etenìm conficere Inuestimentum tenetur ad omne id, quod importat, idem Inuestimentum secutum non fuisse, quemadmodùm vltra allatos in memorata altera Decisione supèr meritis *dicto* §. *Certiùs autèm* habetur apùd *Honded. cons.*39. *num.*4., & 5. *lib.*2., *Rot. coràm Peutinger. decis.* 369. *numer.*3., & *in Rec. decis.*85. *num.*18. *part.* 4. *tom.*3.

tom.3., *decif.167. num.2.*, *& 3. part.12.*, *& decif.168. num.2. part.18.*

Parùm in hoc refragante, quod donèc fecuta extiterit formalis interpellatio, faltèm per effectiuam litis conteftationem, nequirent antecedentèr expoftulari huiufmodi acceffiones, fiuè confideratæ in qualitate fructuum fimplicium, fiuè in implicita for-
3 tis, & capitalis; cùm ad effectum confequendi quaslibet acceffiones, vel fructus, mora, & ob id præcedens interpellatio, tanquàm Mater eorundem fructuum, fempèr, & infallantèr exigatur, ad not. per *Modern. Brixien. de fructib. difp.25. art.2. num.16.18.*, *& 24.*, *Rot. decif.27. num.4.*, *& 5. poft Paitell.*, *& decif.139. num.17. coràm Priol.*

Quoniàm (ficuti fubiungebat Marchio)
4 nulla alia maior interpellatio poterat exoptari, quàm quæ proueniebat à mera obligatione reemendi, & inueftiendi fufcepta per Auguftinum Locorum Montium diftractorem, & refpectiuè contenta in vinculis litterarum Patentium, & geminata in affenfu hæredis D. Cardinalis; nàm cùm idem Auguftinus fpopondiffet infrà futurum quinquennium reemere totidem Loca Montium, eaque fic reempta forent, vt diximus, multiplicanda, non erat alia expectanda interpellatio, maximè impracticabilis à tùnc non natis, & tamèn fuo loco, & tempore vocatis ad fideicommiffum: quidquid etenim refpondendum effet, quandò ageretur de mora
5 inducenda pro vno de tribus extremis ad affequendum intereffe lucri ceffantis præfcriptis à recepta Doctrina *Pauli de Caftro*, de qua pleniùs in *Romana fructuum Dotis 26. Aprilis 1697. coràm R. P. D. meo dell'Olmo*, *& 1. Decembris 1698. coràm Me* (quæ eft *la 65. tom.1.*)

Vtiquè in præfenti thefi fuperabundare
6 videbatur, quod defluxo quinquennio fatiffactum non appareret reemptioni, & multiplicationi faciendæ, & ftatuto tempore refpectiuè promiffæ, ex annotatis in *Modern. Tract. de Commerc.*, *& Mercat. difc.62. numer.61.*, *& feqq.*, & in fortioribus, quod
7 obligatio faciendi, & præcipuè ad tempus limitata, fatis aduento tempore pro homine, & vice hominis interpellet, *Textus* eft in *leg. Magnam 12. C. de contrah.*, *& committ. ftipul.*, cum concord. apùd *Iof. de Rofa confult.48. num.57.*, *Modern. Argentan. collact.20. num.24.*, *& feqq. lib.2.*, *Rot. decif.331. num.13.*, *& 14. part.9.*, *& dec.123. num.7.*, *& 8. part.11. rec.*; Pròut videmus practicari quoquè in Debitore recipiente pecunias ad Cambium, & infimùl fufcipiente
8 in fe onus cambiandi, abfquè eo, quod vlla fequatur, vèl requiratur interpellatio, quià nihilominùs fructus eiufdem Cambij Creditori refici debent, ad *Rot. decif.199. num.2.*, *& feqq.*, *& decif.256. num.8. part.10. Rec.*, *& decif. 706. num.1. coràm Card. Cerr.* cum alijs in *dicto Tract. de Commerc.*, *& Mercat. difc.65. num.76.*

Aduersùs etenim hæc, licèt in abftracto non contemptibilia fundamenta, à quibus non longè aberat vnus ex *Dominis*, maior tamèn eorundem *Dominorum* pars exiftimauit, huiufcemodi fructus per D. Principiffam refundendos non effe, nifi à die motæ, feù conteftatæ litis, ex eo præcipuè motiuo, quod Auguftinus, cui Authores ipfius D. Principiffæ per fideiuffionem accefferant, nihil aliud in effectu promiferat, quàm reemere viginti Loca Montium; ideòque cùm neque ijdem Authores fcirent, neque fcire tenerentur, quidnàm de huiufmodi Locis Montium efficiendum effet, profectò non poterat condemnari abfquè mala fide impreffa per conteftationem litis ad hofcè fructus, fiuè ad hæc prætenfa damna, & intereffe Multiplici non facti, donèc, & quoufquè faltèm extitiffet monita, & interpellata; In obli-
9 gationibus quippè, etiàm de faciendo, nufquàm fuboritur altera actio ad intereffe, nifi poftquàm facere debens conftituitur in mora effectiua mediante clara monitione, fiuè interpellatione, ad normam *Text. in leg. Si legati caufa 23. ff. de verb. oblig.*, *Zacchias de Salar. quæft.47. num.22.*, *& feqq.*, *Caftald. confult.180. num.9.*, *Rot. coràm Coccin. decif.1852. num.19.*, *& 20.*, *& dec.321. num.6. coràm Card. Celfo.*

Et fanè, licèt fideiuffor induat refpectu
10 illius, ad cuius fauorem fideiuffit, pannos, & indumenta principalis Debitoris, vt ait *Angel. in leg. Reos num.1.*, *ibiquè etiàm Caftren. num.4. ff. de duobus Reis*, *Surd. conf.26. num.27.*, *& 28.*, *Modern. Lucen. confult.32. num.32.*, *Rot. coràm Seraphin. decif.558. numer.6.*, nihilominùs eò faciliùs aptari poterat mox adducta propofitio militans ad commodum Auguftini principalis promifforis, fauore Authorum D. Principiffæ, multòque magis ad beneficium ipfius Principiffæ per plura media mediatæ hæredis eorumdem fideiufforum: Iura namquè noftra, quià quod-
11 ammodò compatiuntur hifcè fideiufforibus, benigniorem fempèr pro eis capere inclinant interpretationem, & idcircò proteftantur,
12 & volunt, quod quælibet fideiuffio, quæ eft alienæ obligationis gratuitò fufcepta in fe obligatio, vt in *princip. Inftitut. tit. de fideiuff.*, *& in leg.1. ff. eod.*, quantum fieri po-
13 teft ftrictè intelligatur, vt notant *Honded. conf.50. num.31.*, *& conf.111. num.57. lib.1.*, *Hering. de fideiuff. cap.20. §.6. num.6.*, *Fontanell. decif.536. num.23.*, *& 24.*, *Card. de Luca de Credit. difc.91. num.2.*, *Rot. in Romana Cambij 29. Nouembr. 1699. §. Et hæc adeò vera, coràm R. P. D. meo Lancetta* (nùnc intèr fuas *decif.110. num.12.*)

Ne-

Neque proinde ità mordicùs procedi poterat, vel cum exemplo passini Cambiatoris, eiusque fideiussorum, vel cum generaliori
14 regula, quod signantèr in obligationibus ad factum dies pro homine interpellet; Quoniàm fideiussor recipientis pecunias adCambium certò scit, Principalem subijsse onus, siue Mandatum cambiandi, sibique per consequens debet imputare, cùr huic obligationi voluerit accedere: At non sic erat in præsentanea colluctatione, cùm DD. de Vrsinis fideiubentes ignorare quidèm non possent, Augustinum, pro quo propriam fidem iubebant, fore obligatum reemere viginti Loca Montium subijcienda cum vinculis, ac conditionibus expressis in litteris Patentalibus eorumdem Locorum Montium, nècnon in assensu præstito per Cardinalem Burghesium; Sèd non sciebant physicè, & indubitantèr, quod foret ex eisdem Locis Montium sic reemptis conflandum Multiplicum, & quidèm ea lege, vt statìm dilapso quinquennio Augustinus remaneret obstrictus damna resarcire Multiplici non facti: Quìn etiàm vbi per relationem ad vincula, & conditiones adiectas in litteris Patentalibus effulgeret, Loca Montium reemenda, esse proportionabilitèr multiplicanda, adhùc minimè necessariò sequebatur, quod ex hoc capite dies interpellare debuisset prò homine; præfi-
15 xio quippè termini ad aliquid faciendum non sempèr censetur stare taxatiuè, & inductiuè ad præcisam obligationem faciendi à semetipso, sed quandòque solùm declaratiuè ad tempus, quo valeat (præuia tamèn intimatione) Creditor vrgere prò implemento, pròut castigando regulam, quod dies interpellet pro homine, aduerterunt *Bero: conf. 149. num. 6., & 7. lib. 1., Gabr. comm. conclus. tit. de solut. concl. 9. num. 36.* qui in idem superaddit *Angel., Imol., & Alex. in leg. Si Insulam, ff. de verb. oblig., & Castren. in leg. liber homo, §. Decem hodiè, ff. de verb. oblig.*

Fortiùs; quoniàm vbi etiàm D. Principissa non fuisset hæres tantummodò fideiussorum, ideòque non intrarent eius fauore mitiora præsidia, & considerationes Iuris, de quibus suprà; verùm positiuè extitisset hæres ipsius Augustini principalitèr obligati,
16 attamèn contrà hæredem, & maximè mediatum, satisfacere non solet sola interpellatio diei, sed ad finem reficiendi interesse desideratur interpellatio hominis, vt colligitur ex *Bec. conf. 105. num. 23., & 24., Manent. conf. 66. num. 8., Castracan. de Societ. Offic. cap. 45. num. 10. cum 3. seqq., Pacion. de locat. cap. 37. num. 81., Rot. coràm Rembold. decis. 332. sub num. 6. vers. Et maximè, & numer. 7. cum 2. seqq.*, hæredi etenìm facilè
17 succurritur, etiàm quatenùs opus, mediante restitutione in integrum contrà moram per defunctum contractam, sicuti prosequitur *Crauett. conf. 505. num. 5., Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 3. num. 1., & num. 2. in fin.*

Addebant deniquè *Domini* (vt diximus) ex officio supplentes incuriam D. Principissæ non informantis, quod incassùm D. Marchio inhiare videretur condemnationi eiusdem D. Principissæ; quià cùm, impleto facto reemptionis Locorum Montium promissæ per Augustinum, illorum accessiones, & fructus aut pertinuissent ad eundem Augustinum legitimum ipsorum Locorum Mon-
18 tium acquisitorem, aùt ad omne peius ad Franciscum de Maximis hæredem grauatum, ac venditorem præfatorum Locorum Montium, ex his, quæ tradita, & affirmata fuerunt in *Romana Hæreditatis de Lanuuijs 28. Iunij 1697. §. Præcisiuè autèm, & 23. Iunij 1698. §. fin. coràm Me* (vt in *decis. 15. num. 5., & 6., & decis. 56. num. 5. tom. 1.*)

Quapropter cùm Marchio non esset hæres Augustini, neque paritèr hæres Francisci, nequibat prætendere hos fructus, & accessiones Locorum Montium, qui ad alterutrum pertinebant, sed benè è conuersò valebat sese ab illorum restitutione tueri
19 D. Principissa, veluti subingrediens pro releuatione fideiussionis initæ ab eius Authoribus in locum, & in iura Augustini non minùs quàm Francisci propriè, & verè principalitèr obligatorum, secundùm notata per *Rot. coram Seraphin. dicta decis. 558. numer. 6., & coràm Merlin. decis. 512. num. 9.*, vbi quod, quacumque formula non obstante, sempèr fideiussor respectu Principalis, pro quo accessit, remanet fideiussor, & consequentèr creditor releuationis.

Et ità, alterâ tantùm &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

IN hac subalterna *Decisione* Sacrum Tribunal adhæsiuè paritèr ad Iudicatum in Tribunali A. C. censuit, fructus prætensos à D. Marchione Actore deberi solùm à die contestatæ litis, seù succedaneæ productionis Iurium, non verò à die lapsi quinquennij, intrà quem Augustinus sub solidali obligatione fratrum de Vrsinis promiserat reemere totidèm Loca Montium in locum distractorum, ex rationibus in eadem *Decisione* latè enucleatis, frustràque idcircò hic repetendis.

Verùm in repropositione Causæ habita (vt in præcedenti *Annotatione* innuimus) sub die 28. *Nouembris* 1703. Sacrum Auditorium in diuersam abeundo sententiam resoluit, prædictos fructus debitos esse præfato D. Marchioni à die, qua, elapso iàm quinquennio, Augustinus defecit in adimplemento propriæ obligationis de reemendo Lo-

Loca Montium, eo sub fundamento, quod quotiès præuominatus Augustinus in actu distractionis dd. Locorum Montium sese obstrinxerat eamdem quantitatem locorum paritèr Montium reemere intrà proximum quinquennium, eaque subijcere ipsismet vinculis, ac legibus Primogenituræ, seù fideicommissi, quibus illa originariè affecta reperiebantur, huicque obligationi in solidùm accesserant Authores D. Principissæ; hinc eo ipso, quod Augustinus elapso dicto tempore defecerat in adimplendo suam promissionem, ex tùnc orta fuerit actio fauore vocatorum ad præfatam Primogenituram, seù fideicommissum expetendi vltrà capitale distractum illos fructus, quos Loca Montium reemenda peperissent, quatenùs reemptio cum effectu secuta extitisset, citrà necessitatem docendi de aliqua interpellatione ergà Augustinum, aliosque coobligatos, quia
20 ipsamet aduenta dies post terminatum quinquennium supplebat vices huiuscè interpellationis, vt fusè habetur in *dicta Decisione diei* 28. *Nouembris* 1703. (inferiùs iuxtà ordinem apponenda) *§.Occasio*, & prætèr *ibid.* allegatos per *Text. in leg. Magnam, ibiquè communitèr Scribentes, C.de contrah.stipul.* comprobant *Tranchedin. consult.* 110. *num.* 37. *lib.* 1., *Klock. de Contribut. cap.* 19. *num.*521., *Rot. decis.* 87. *num.* 2. *post secundum Vol. consil. Farinac.*, & antiquioribus omissis *coràm Molines decis.* 1244. *num.* 12., *coràm Eminentissimo Falconerio tom.*1. *tit. de Dot. decis.*4. *num.*4., & *tom.*3. *tit. de Vsur., & fruct. decis.*7. *num.*7., vbi in specie de eo, qui se obligauerat reintegrare Loca Montium, & *in Romana, seù Crotonen. Pecuniaria supèr fructibus 9.Decembris* 1703. *§.Idque procedit*, *coram* Card. *Scotto*.

Nequè obstare dictum fuit, quod D. Principissa esset mediata hæres illorum de Vrsinis fideiussorum Augustini obligati pro reintegratione Locorum Montium, ideòque necessarium fuisse illam specialitèr interpellare, ac in mora constituere, ex quo præmissa regula, quod dies interpellat pro homine,
21 non militat aduersùs hæredem Debitoris ob præsumptam ignorantiam obligationis per defunctum eius Authorem contractæ, ex trad. per *Bec.*, & alios relatos in *præsenti Decisione num.*16. quibus addi possunt firmata per *Rot.* in vna *Sabinen. Fideicommissi coram Beuincas. decis.*189. *num.*5., & *coram Card. Caprara decis.*607. *num.*11., & 13.

Huiusmodi quippè obiectum tunc solùm procedere valuisset, quotiès quinquennium Augustino præfixum ad reemenda Loca Montium sub solidali obligatione illorum de Vrsinis non adhùc effluxum extitisset viuentibus ijsdem coobligatis, quo casu D. Principissa tamquàm verisimilitèr ignara obligationis suorum Authorum non potuisset in mora constitui, donèc ad præstandum illorum factum specialitèr interpellata fuisset ex parte D. Marchionis dè Maximis: Sèd cùm
22 sexennium iàm expirasset de tempore, quo in humanis agebant memorati Authores D. Principissæ, ijque idicircò moram contraxerint, statim ac præterierat vltima dies eiusdem quinquennij, indè sequebatur, quod mora, iàm legitimè impressa, & radicata in fratribus de Vrsinis, dubio procùl transiuerat in D. Principissam illorum hæredem licèt ignorantem, absquè eo, quod opus esset eam peculiaritèr interpellare ad implendum factum à suis Authoribus expromissum, vt per *Text in leg. cùm Patri familias* 27. *ff.de Vsur.* cum *Schenard., Ger. Spin., Altograd.*, alijs, & præsertìm *Rot. coram Bich. decis.*303. *num.*25., & *seqq.* responsum fuit in *dicta Decisione diei* 28. *Nouembris* 1703. *§.Et ob id*, & concordant *Gratian. discept.*241. *num.*54., *Cyriac. contr.*277. *num.*11., *Pacion. de locat. cap.*37. *num.*82., *Mans. consult.*177. *num.*12., *Saminiat. contr.*185. *num.*32., *Vincent. de Franch. decis.*16. *num.*9., & 10., vbi quod propriè non est mora, quæ transit ad hæredes, sed effectus moræ, *Rot. in Fulginaten. Fructuum* 27. *Februarij* 1679. *§.Penult.*, *coram Pauluccio*, & recentiùs *coram Emo Falconer. tom.* 4. *in Miscell. decis.* 31. *numer.*3.

Alijs motiuis, seù fundamentis in præsenti contumaciali *Decisione* (quodammodò ex officio) per *Sac. Rotam* deductis respondit prædicta posterior *Decisio diei* 28. *Nouembris* 1703., ad quam breuitatis gratiâ remissiuè Me habeo: Interìm verò pro eo, quod attinet ad præmissam vulgarem propositio-
23 nem, quod, vbi ad aliquid faciendum præfixus est certus terminus, nulla requiritur interpellatio ad hoc, vt obligatus ad factum incurrat moram, & consecutiuè teneatur ad id, quod alteri Parti interest, vel interesse potest, huiusmodi factum non fuisse impletum, ex quo terminus ipse, intrà quem promissio impleri debebat, satis de per se supplet vices interpellationis, ex suprà allegatis *num.*20., notabile est in hoc proposito dictum
24 *Baldi in leg. Vinum* 22. *num.*4. *ff. si cert.pet.*, vbi inquit, quod mora, quæ oritur ex lapsu diei præfinitæ ad aliquid agendum, æquiparatur moræ contractæ ob actualem interpellationem, quæ fiat ab eo, cui erat implendum.

Quinimò non desunt, qui, hac simplici æquiparatione non contenti, affirmant,
25 quod mora incursa ex lapsu termini ad aliquid faciendum conuenti, fortior sit illâ, quæ contrahitur ab expressa hominis interpellatione, magisquè per consequens inexcusabilis reputetur, vt videre est apùd *Ias in leg. si ex legati causa sub num.*12. *vers. Adde ergò*, *ff. de verb. oblig.*, *Rot. Ianuen. decis.*144. *numer.*2.

mer.2. in fin., Manf. confult.5. num.36., Palm. Nep. alleg. 114. num. 18., Rot. Romana decif.331. num.14. part.9. Rec., & in Romana prætenfi Affictus 19. Iunij 1716. §. Nilquè turbat in fin. coram bon. mem. Rouault de Gamaches.

Ratio autèm huiufcè difparitatis ea eft, quia interpellatio diei ftatìm, & abfquè vllo temporis interuallo conftituit in mora eum,
26 qui promifit aliquid facere intrà certum terminum; quod fecùs procedit in interpellatione hominis, dùm hæc non operatur, vt promiffor illicò, & incontinenti incidat in moram, fed nonnifi poft aliquod temporis fpatium limitandum arbitrio Iudicis: fiquidèm, vbi dies eft certa, Debitor habuit commodum fe præparandi ad faciendum, feù aliàs ad implendum id, quod promiferat, quæ ratio ceffat, quandò ille conftituitur in mora per interpellationem hominis, cùm diuinare non potuerit, an, & quandò Creditor effet ipfum interpellaturus, vt perbellè poft *Pacian. conf.157. num.22., & alios* ratiocinatur *Rot. coram Bich. decif.303. num.14. cum duobus feqq.*

Finalitèr non videtur omittendum, quod ficta, ac de reliquo fortior (vt mòx innuimus) interpellatio, quæ oritur ex lapfu diei, tantummodò operatiua eft ad illum effectum, vt interìm currat intereffe aduersùs obligatum ad aliquid faciendum, non verò vbi
27 tractetur de incurfu pœnæ conuentionalis, vèl à Teftatore appofitæ in cafu, quo Debitor, vèl Hæres deficiat in adimplendo id, quod infrà certum terminum facere tenebatur, quia in pœnalibus dies non interpellat pro homine, fed, vt pœna incurratur, neceffaria eft formalis interpellatio, ficutì diftinguendo obferuant *Io: Bapt. Coft. conf.52. fub num. 12. verf. Admittimus equidèm, Gratian. difcept.523. num.27., Velafc. de priuil. Pauper. part.1. quæft.25. num.6., Caftald. confult. 139. fub num. 6. verf. Licèt enim, Capyc. Latr. decif.59 num.23. in fin., Rot. coram Royas decif.283. num.3., & 4., & coram Bich. decif.132. ex num.25. ad 33., & in Recent. decif.44. ex num.9. ad 12., & decif.56. num.8., & 9. part.17.*

A. Lupardus.

TERMVLEN. MANVTENTIONIS SVPER REMISSORIA.

Ven. 5. Februarij 1700.

ARGVMENTVM.

Pertinentia alicuius Prædij probatur, ex quo illud fit pars alicuius integri corporis, quod non dubitetur ad eum fpectare, ad quem pertinere contenditur dictum Prædium; fortiùs, fi integri illius Corporis fit etiàm poffeffor. Remifforia, ftante releuantia Articulorum, conceditur etiàm poft didicita teftificata, maximè fi Articuli aliquid diuerfum, vèl magis indiuiduum contineant, dummodò calumniam non fapiant, & abfit periculum fubornationis, & ex quibus vtrumque excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium, fiuè pertinentiam alicuius Prædij ad aliquem fpectare, meliùs non probatur, quàm iuftificando, illud effe partem illius totius, quod ad eumdem indubitautèr pertinet*, & num.19.

Fortiùs, fi concurrant actus poffefforij à Domino totius ibi exerciti, num.2.

Qui probentur vèl per publica documenta, vèl per Teftes, num.3.

4 *Suppofitâ releuantiâ Articulorum concedenda eft Remifforia.*

Secùs, fi Teftes fuerint inducti, & examen publicatum, & noui Articuli fint prioribus oppofiti, num.5.

Quod tamèn non procedit in examine faciendo in Curia, & quarè, num.6.

7 *Etiàm poft didicita teftificata conceditur Remifforia, fi noui Articuli aliquid diuerfum contineant à præcedentibus.*

Sicutì etiam, fi contineant magis indiuiduam probationem, num.8.

9 *Quando funt examinandi Teftes neceffaria eft Partis citatio.*

10 *Citatio vtriufque Partis neceffaria eft in Acceffu.*

11 *Reuelationes factæ metu excommunicationis non attenduntur in Iudicio, nifi Reuelantes formitèr repetantur fub Interrogatorijs*, & num.20.

Declara, & limita, vt in feq. num.12., & ex num.21. vfq. ad fin.

12 *Sacerdoti deponenti metu excommunicationis multum eft deferendum, licèt non fit formitèr repetitus.*

13 *Remifforia, vbi adeft præfumptio, quod calumniosè petatur, eft deneganda.*

Declara duplicitèr, vt num.15., & 16.

Sicutì etiam denegatur, fi adfit periculum fubornationis ob præpotentiam Partis, numer.14.

Declara, vt num.18.

17 *Factum Patris Sæcularis nocere non debet filio Ecclefiaftico.*

DECISIO CXXXI.

Limitropha difceptatio inter Homines Cafalis *di Tauenna*, & Abbatem S. Mariæ in Bafilica fitæ in altero Cafali *Montis Attiliæ* fupèr pertinentia cuiufdam Prædij, fiuè intermedij Territorij nuncupati *il Pedicone*, dudùm in Partibus coràm Ordinario pro-

promota, & deincèps in mero fummarijffimo reaffumpta coràm A. C., ad prouocationem eorumdem Hominum vti appellantium à manutentione decreta per eumdem A. C. fauore ipfius Abbatis, propofita remanferat apùd *Dominos* vfquè fub die20.Iunij 1698.;dilataque tùnc refolutione donèc deguftaretur petitorium, fiuè de bono iure quoquè videretur, ad eumdem tamèn effectum manutentionis, hodiè inftitit Abbas ad Iura fua magis confouenda pro conceffione.Remifforiæ, quam innegabilem effe ijdem *Domini* agnofcentes vltrò conceffèrunt.

Nulla quippè difficultas incffe apparebat, quominùs oblata ab Abbate iuftificatio per Teftes vigore Remifforiæ examinandos admodùm conferre poffet ad victoriam; Articuli namquè ab eo propofiti, duos, & fignantèr potiffimos Caufæ cardines perftringebant, nempè, quod controuerfum Prædium, fiuè Territorium *del Pedicone* foret de pertinentijs prænominati Cafalis Montis Attiliæ indubitantèr ad eum fpectantis titulo prædictæ Abbatiæ, feù Beneficij S. Mariæ, quodque ab immemorabili tempore Abbates prædeceffores vfquè ad Annum 1686. pacificè poffederint idem Territorium tamquàm partem integralem ipfius Abbatiæ, ac refpectiuè Cafalis Montis Attiliæ: Melior namquè nequibat exoptari de-
1 monftratio pertinentiæ, ac dominij, quàm quod prædictum Prædium, fiuè Territorium exifteret pars illius totius, quod ad alterum ex contendentibus attinere non dubitatur, ad regulam *Text. in leg. fi quis cùm totum, ff. de except. rei iudic., leg. quæ de tota, ff. de rei vindic., & in leg. 3., vbi Imol. numer. 1., ff. de acquir. poffeff., Pofth. de manut. obfer. 73. fub num.* 24. cum reliquis notiff.

Clariùs, quandò eadem præfumptio à partialitate, fiuè integralitate, ac inclufione
2 fub illo toto dimanans conftipatur etiàm actibus effectiuè poffefforijs per eumdem Dominum totius in illis finibus, feù parte exercitis, & expletis, vt profequitur *Pofth. dicta obfer. 73. ex num. 67. cum plur. feqq., Griuel. decif. Dolan.* 141. *num.* 4., *Thomat. decif.* 41. *num.* 20., idque, fiuè prædicta demon-
3 ftratio actuum poffeffionis comprobetur per publica documenta, fiuè per Teftes, vt fubdit *Rot. in Anagnina, feù Sublacen. Confinium* 4. *Iulij* 1692. *§. Ratio refolutionis, coram bon. mem. Emerix Decano* (modò intèr fuas *decif.* 1077. *num.* 2.), *& in Eugubina Iuris pafcendi* 13. *Ianuarij* 1698. *§. Certiùs quia, coram R. P. D. meo Caprara* (intèr eius nùnc impreffas *decif.* 367. *num.* 6.)

Non valentes igitùr ex capite materiæ articulatæ Defenfores præfatorum Hominum inficiari releuantiam, & confequentèr,
4 ex notorijs, conceffibilitatem Remifforiæ, mordicùs obijciebant folemnem illam fallentiam, quod cùm ex oppofito pro parte contradicentium Hominum *di Tauenna* præuio, feù concomitante acceffu Vicarij Generalis Epifcopi Termulen., coràm quo primæua Inftantia pendebat, iàm extiterint inducti, ac formitèr examinati Teftes fupèr fpecificatione confinium intèr circumdaria, feù Territoria vtriufque Cafalis, vnâ cum effectiua recognitione Signorum, fiuè Ter-
5 minorum, nequiret idcircò poft dicicita, publicata, & difcuffa Teftificata recipi, & admitti articulatio diametralitèr oppofita, nè aliàs periculofæ nimis fubornationi locus aperiatur, ad *Text. in cap. intimauit, & cap. cùm veniffet, de Teftib., Rot. decif.* 2128. *numer.* 1., *& feqq. coram Coccin., & coram Carill. decif.* 238. *num.* 9., *& decif.* 382. *num.* 4. *part.* 12. *Recent.*

Fallente folùm huiufmodi regula, quotiès
6 Teftes examinandi veniant in Curia, quo cafu probitas Caufidicorum, & Patronorum hoc fibi fingulare vindicaffe videtur, vt ceffante in eis formidine fubornationis, probatio probationem etiàm contrariam non excludat, tefte *Card. de Luca de Iudic. difc.* 31. *fub num.* 30., *Rot. decif.* 573. *num.* 8. *coram Bich., & in Rec. decif.* 105. *num.* 8., *&* 9. *part.* 14., *& in Caietana Seruitutis fuper Remifforia* 29. *Aprilis* 1697. *§. Non releuante, coram R. P. D. meo Priolo.*

Verùm multiplicitèr vifum eft, prædictam regulam, fiuè oppofitionem hodiernæ Thefi applicari non poffe: Vltrà enim, quod prænominati Articuli per Abbatem exhibiti non immorabantur fimplicitèr fupèr materiali, & nuda iuftificatione confinium vtriufque Territorij *Tauennæ*, & *Montis Attiliæ*, fed magis præcisè ad vifcera controuerfiæ progrediebantur ad comprobandos actus poffefforios, fiuè dominicales exercitos à tempore immemorabili in hoc ipfo Loco, de quo præfens erat difceptatio; quapropter de plano fuccedebat altera potiùs declaratio, quàm fallentia regulæ præfatæ, fcilicèt, quod vbi Articuli præferant aliquid diuerfum à præ-
7 cedentèr articulatis, ceffat ratio, propter quam Remifforia tribuenda non fit, vt appofitè refpondit quotidiè *Rota*, & præfertim *coram Pamphil decif.* 280. *num.* 4., *Peutinger. decif.* 25. *num.* 10., *Vbag. decif.* 19. *fub num.* 7. *verf. eòque magis, & num.* 8., *&* 9., *& in Romana, feù Veliterna Mutui fuper Articulis* 28. *Iunij* 1697. *§. Non aduerfante, coram Me* (fuprà *decif.* 17. *num.* 3. *tom.* 1.) Adeòut eadem Remifforia denegari minimè confue-
8 uerit, quotiès huiufcemodi Articuli concernant probationem in fubftantia magis fpecificam, vel indiuiduam, quàm quod importaret magis confufa, ac generica probatio alterius Partis, vt profequendo inquit *Add. ad Pamphil. decif* 163. *num.* 7., *Rot. decif.* 697. *num.* 10., *& decif.* 826. *num.* 3. *coram* Card.

Card. Cerro, decis. 304. num. 3. coram Priol., decis. 252. num. 6., & 7. part. 15. Rec., & in Colonien. Praecedentiae 19. Aprilis 1698. §. Nec in oppositum in fin. coram R. P. D. meo Muto.

Adhùc, præcipuè in hac trutinatione, in qua Tribunal assumpserat introspicere medullam boni Iuris, statim *Dominorum* oculis obuersata est admodum considerabilis replicatio Abbatis solidè objicientis, quod nullibi demonstraretur, de tempore celebrati examinis in contrarium, & allegati personalis accessus extitisse lacessitum, siuè citatum Abbatem antecessorem, quandò forma-
9 lis citatio necessaria est non minus in vno, quàm in altero casu, secundùm ea, quæ in proposito examinis Testium habentur in *Barchinonen., seù Vrgellen. prætensæ Nullitatis Professionis 15. Ianuarij proximè decursi §. Huiuscemodi autèm, coram Me* (suprà *decis. 22. num. 18.*), & in ordine ad Ac-
10 cessum iudicialem profitentur *Castren. cons. 412. sub num. 1. vers. vndè dicta remissio lib. 2., Mut. ad consuetud. Panorm. cap. 42. num. 20., Posth. de manut. obser. 101. num. 1. cum seqq., Vrsill. de Citat. cap. 15. num. 98., Card. de Luca de Iudic. disc. 24. num. 2.*

Fortius, quia duo ex tribus Testibus, qui præsupponebantur examinati in Curia Episcopali, ac respectiuè repetiti occasione accessus ad locum differentiæ coràm Vicario Generali, metu excommunicationis impulsi ad exonerationem propriæ conscientiæ testificabantur hodiè, numquàm comparuisse in faciem Vicarij Generalis, ac Notarij, siuè Actuarij illius Causæ, ac Processus; Tertius verò firmitèr asserebat, nusquàm interfuisse memorato accessui, nec extrà illum deposuisse id, quod continebatur in Processu, quinimò prædictum Notarium, siuè Actuarium minimè in scriptis redegisse suam, ac longè diuersam depositionem, quodque plus erat, idemmet Notarius, ad quem veluti Centrum reducebantur, & confluebant ass. hæ depositiones, vsquè ad propriam turpitudinem detegendam vltrò fatebatur exarasse seriem prætensarum Testificationum ad normam notulæ, quam sibi Vicarius Generalis extradiderat: Vndè licèt plenaria fides de rigida Iu-
11 ris censura adhiberi nequiret hiscè reuelantibus, donèc ad formalem interrogatoriorum quęstionem euocati seriùs exponerent veritatem, ex deductis per *Andreol. contr. 270. num. 2., & per tot., Rot. coram Duran. decis. 213. num. 15., & decis. 864. num. 12. coram Dunozett. Iun., & in Romana Pecuniaria 13. Iunij 1698. §. fin. coram Reuerendissimo D. meo Molines Decano* (intèr eius nouitèr impressas *decis. 558. num. 10.*)

Irrefragabile tamèn ad finem reassumendæ legitimæ informationis apparebat, pedem figi non posse supèr præmissa regula de non recipiendis contrarijs probationibus post publicata, & dicicita Testificata, dùm ipsamet Testificata tàm clarè ex se ipsis offuscabantur, & maximè perpenso, quod prænominatus Actuarius modò reperiebatur in Dignitate Sacerdotali constitutus, quamobrèm fortassè pœnitens incongruæ reuerentiæ tunc adhibitæ ergà Vicarium, cum ipso nouo Sacrosancto Charactere veterem trepidationem exuerat; Ideòque multùm de Iure deferen-
12 dum erat eius testificationi, quamuis emissæ simplicitèr in actu primo reuelationis, & non in secundo examinis formalis, ex his, quæ in simili de Sacerdote deponente metu dumtaxàt excommunicationis abundè perpensa fuerunt in *Romana fructuum Dotis 1. Decembris 1698. §. Parùmque, & seq. coram Me* (suprà *decis. 65. num. 15. cum duob. seqq. tom. 1.*)

Detrusa prima obiectione, firmaque sempèr remanente palpabili releuantia materiæ articulatæ, nimium è conuerso irreleuan-
13 tes effulxerunt aliæ geminæ oppositiones, altera nempè, quod Remissoria expetita saperet calumniam, ex quo Abbas antecessor destiterit prosequi appellationem interpositam coràm A. C. à Sententia reintegrationis per Homines, & Communitatem *de Iamenna* reportata, & consequentèr, quod non esset indulgendum vlli Remissoriæ, secundùm trad. per *Rot. coram Duran. decis. 462. num. 3., & coram Coccin. decis. 2128. num. 17. cum seqq., & decis. 261. num. 3. part. 17. Rec.*

Necnon altera, quod valdè probabilis ingrueret timor futuræ subornationis Testium inducendorum, stante exagerata in illis Partibus præpotentia Baronis Iosephi Patris eiusdem modernioris Abbatis, quæuè satis emicabat per Decretum prolatum in Regia Audientia residente Luceriæ circà repositionem signorum, seù Terminorum, qui clàm, & insimùl violentèr amoti dicebantur ab ipso
14 Barone, ac proindè non foret danda de nouo hæc Remissoria, sicuti in similibus terminis formidatæ subornationis ex præpotentia deriuantis resolutum fuit in *dec. 213. n. 8., & 9. cor. Card. Cerr., & in Cracouien. Matrimonij super validitate 4. Iulij 1698., & 12. Ianuarij 1699.* vtrobiquè *§. fin. coram R. P. D. meo Priolo.*

Debilissima quippè, & potiùs retorquibilis enituit exceptio calumniæ; abstractiuè etenìm actum esset de quocumque successore in aliqua Dignitate, Primogenio, Feudo, vel Beneficio, quotiès deserente antecessore prosecutionem Iudicij, occlusa remaneret via successoribus, nè possent reparare prædecessorum desidiam, & acriùs tueri, ac vin-
15 dicare Iura propriæ Dignitatis: In concreto autèm difficile erat arguere modernum

Abbatem de calumnia ex duplici circumstantia, prima nimirùm, quoniàm idem Abbas in Auditorio nostro veniebat suffultus fauorabili Decreto manutentionis obtentæ coràm A. C., & ideò in figura potiùs triumphatoris, quàm Rei; Et secunda, quod cùm
16 ipse Abbas, non obstante prædicto Decreto, staret tamèn extrà possessionem, non poterat illi irrogari ea suspicio calumniæ numquàm de cætero præsumendæ, quæ faciliùs admittitur, quandò Reus, & possessor prò consequenda perseuerantia in sua possessione exhibet Articulos, & futuram probationem, ex optimè prænotatis per *Card. de Luca de Iudic. disc.31.sub num.21. vers. & è conuerso, Rot. decis.477.num.19. coram Bich., decis.296. sub num.13. coram Carill., & decis.119. numer.14. coram san.mem. Alexandro VIII.*

Insubsistens paritèr comperta est postrema oppositio præpotentiæ, per quam Communitas vereri dicebat subornationem: Quià, quidquid foret de præcitato Decreto Regiæ Audientiæ, de quo *Domini* non valebant (absquè transportatione Actorum, & immissione falcis in Sæcularem Iurisdictionem) vllo modo differere; Certè, quod factum
17 Patris Sæcularis non poterat nocere filio Ecclesiastico, prò quo præsumptio militat fauorabilitèr in oppositum, vt in durioribus ponderauit *Rota in Albanen. Canonicatus supèr Attentatis 26. Iunij superioris Anni §.fin. coram Me*, (suprà *decis.103. num.9.*) Et de reliquo cùm subdelegari vigore expetitæ Remissoriæ deberet de stylo persona in longè
18 maiori Ecclesiastica authoritate constituta, non erat ambigendum de vllo incussu violentiæ, vel subornationis, vt erat ex se manifestum, & conferunt in proposito deducta in *Tullen. Nullitatis Matrimonij 18. Martij 1647. §. fin. coram bon. mem. Ghisilerio.*

Et ità, vtrâquè &c.

ANNOTATIO ET ADDITIO R.P.D. AVTHORIS.

Causa hæc coràm Ordinario promota, & posteà prosequuta supèr manutentione coràm A. C., peruenit per appellationem ad Sac. Rotam, à qua responsum fuit coràm Me sub die 28. *Iunij* 1698., quod videretur de bono Iure etiàm ad effectum manutentionis, ad cuius meliorem probationem petita, & respectiuè concessa fuit in præsenti *Decisione* Remissoria ad effectum examinandi Testes in Partibus supèr vera pertinentia cuiusdam Prædij nuncupat. *Pediconi*, an scilicèt compræhenderetur in Territorio, seù Casali *Montis Attiliæ* de dominio Abbatis *S. Mariæ in Basilica*, prout per exhibitos Articulos probare intendebat tùnc temporis Abbas, qui vlteriùs prætendebat iustificare, quod vsquè ab immemorabili possessio eiusdem Prædij stetisset penès Abbates eius prædecessores, quodque insupèr totum Casale *Montis Attiliæ*, de cuius pertinentijs asserebatur esse Prædium controuersum, reuerá spectaret iure dominij ad dictam Abbatiam, seù Monasterium *S. Mariæ in Basilica*, pròut ex post mediante Testium examine adeò præcisè, & concludentèr memoratus Abbas vtrumque assumptum comprobauit, vt Sacrum Tribunal, præuia degustatione meritorum Causæ, non dubitauerit eidem concedere expetitam Manutentionem, vt liquet ex *Decisione* diei 3. *Iulij* 1702. *§. Illicò constitit, coram Me*, (inferiùs suo loco registranda,) necnon ex alijs geminis resolutionibus editis in vlteriori Instantia *coràm bon. mem. Molines Decano* sub diebus 15. *Februarij* 1704., *&* 28. *Iunij* 1706. (quæ intèr eius nùnc impressas sunt in ordine *in* 881., *&* 1053.), & summa quidèm ratione, quia quotiès probatum fuerat ex parte Abbatis præliminare fundamentum, quod dominium, & possessio totius memorati Casalis *Montis Attiliæ* in rei veritate pertinebat, & respectiuè sempèr steterat penès Abbates prò tempore Monasterij *S. Mariæ in Basilica*, de plano consequebatur, quod controuersum
19 Prædium *del Pedicone*, tamquàm situm intrà fines, & circumdarium mox dicti Casalis, eodem dominicali iure pertineret ad ipsum Monasterium, seù Abbatiam, vt prætèr *Authoritates* allegatas in *præsenti Decisione num.1.* comprobant *Bald. cons.265.num.2. lib. 2., Natt. cons.506. num. 30., & 31., Fulgin. de Iur. Emphyt., tit. de contract. Emphyt. quæst.25.num.9., & seqq.* aliique relati per *Rot. in Hortana Syluarum supèr Dominio 6. Martij 1701. §. Siquidèm (il secondo) coràm bon. mem. Caffarello.*

Ad conclusionem, de qua in præsenti *Decisione num.11.*, quod nempè reuelationes fa-
20 ctæ metu excommunicationis comminatæ in litteris Monitorialibus aduersùs scientes, & non reuelantes, parùm attendantur in Iudicio, & præsertìm in præiudicium Tertij, nisi reuelantes ipsi formitèr repetantur sub tortura Interrogatoriorum, vltrà *ibidèm* citatos addi potest *Rot. in Romana Mobilium 23. Martij 1711. §. Et sanè in fin. coram R.P.D. meo Aldrouando, & in Spoletana, seù Nullius oblationis Ceræ 18. Maij 1705. §. Cæterùm, coram Me, & in Tyburtina Successionis, & recadentiarum 10. Februarij 1719. §. Nec quicquàm*, paritèr *coram Me*, cum alijs alleg. *in mea decis.65. num.15. tom.1.*, vbi *num.16., &* 17. duplex affertur limitatio, quarum secunda approbatur quoquè in *præsenti Decisione num.12.*

Cæterùm, quod huiusmodi reuelationibus factis in sequelam Monitorialium stan-
21 dum sit, donèc contrarium probetur, plu-

riès dixit *Rot.*, & signantèr *in Mantiss. ad Card. de Luca tom. 3. sub tit. de Credit. decis.51. n. 4.*, *& in Romana Pecuniaria 9. Iunij 1698. §. Verùm etiam*, *coram bon. mem. Molines* (intèr suas modò impress.*decis.557. num.9.*)

Et præsertìm deferendum videretur hiscè reuelationibus, quotiès ipsimet reuelantes
22 decessissent absquè illarum retractatione, vt notat *Staiban. Iun. in addit. ad eius resol.143. num.29.*, *& 30.*, & approbauit *Rot. in Iudertina Pecuniaria 2. Iulij 1700.* (de qua infrà) *§. Validiùs*, *coram Me*, quæ iàm reperitur impressa apùd *Paulucc. post dissert.26. decis.1. num. 18. fol. mihi 342.* licèt
23 contrarium in alijs reuelationibus emissis clandestinè, & absquè Iuramento censuerit *eadem Rot. decis.342. num.17.*, *& 18. par.16. Rec.*

FERRARIEN. BONORVM SVPER FRVCTIBVS.

Lunæ 8. Februarij 1700.

ARGVMENTVM.

In Iudicio Immissionis, vel possessorio fructus debentur à die motæ litis, hoc est à die productionis Iurium, & solùm debentur ab illis, qui eos perceperunt, & aliquandò etiam ab ijs, qui eosdem non perceperunt, si sint hæredes percipientium, & debentur iuxtà liquidationes à Peritis factas, si ab illis non fuerit appellatum, nec non secundùm Instrumenta Affictuum, seù locationum. Et quandò intret restitutio fructuum etiam antè litem contestatam perceptorum.

SVMMARIVM.

1 *In Iudicio possessorio, & immissiuo fructus debentur à die motæ litis, seù productionis Iurium*, *&* n.15.
Amplia, etiamsi huiusmodi fructus non fuerint ab Actore petiti, nequè à Iudice decreti, n.16.
Subamplia, vt n.17.
Quandò autèm intret condemnatio ad fructus etiam antè litem contestatam perceptos, num.18.
2 *Verbum* = Restituere = *supponit præambulam receptionem*,
Ideoquè qui nullos fructus percepit, non potest condemnari ad aliquam restitutionem, ibid.
Limita, si esset hæres eius, qui fructus perceperat, n.3.
4 *Relationi Periti, à qua Pars non appellauit, standum est.*
5 *Fructus intelliguntur deductis oneribus, & expensis.*
6 *Fructus Melioramentorum spectant ad meliorantem.*
7 *Liberculi, maximè reperti defectuosi, non attendnutur pro liquidandis fructibus.*
8 *Quantitas fructuum perceptorum probatur ex Instrumentis Affictuum, & locationum.*
9 *In materia liquidationis fructuum admittuntur leuiores probationes.*
10 *Fructus sunt sequela dominij.*
11 *Summa minor semper continetur in maiori.*
12 *Prædium aliquod particulare habens proprium vocabulum an, & quandò sit, necnè pars integratiua alterius principalioris Prædij*, remissiuè.
Vel saltèm compræhendatur per viam extensionis sub eodem principaliori Prædio, ibid. num.13.
14 *Clausula* = sinè præiudicio = *cum qua signata est Commissio, præseruat executionem præcedentium Iudicatorum.*

DECISIO CXXXII.

Appræhensa per Renatum, aliosque de Brasaulis possessione quorumdam Bonorum Emphyteuticorum, quæ per spatium tricenarium, & vltrà iniustè occupauerat Maria Virginia, successiuè coràm bo. me. Vrsino, qui tertiam, & vltimam protulerat Sententiam à plena Signatura Iustitiæ canonizatam cum Clausula = *sinè præiudicio*, reassumpta fuit aduersùs Constantiam eiusdem Comitissæ Mariæ Virginiæ hæredem consecutiua disputatio supèr liquidatione fructuum à die saltèm motæ litis restituendorum Brasaulis; Verùm nulla sub die 28. *Iunij 1697.* capta per *Dominos* resolutione, sed simplicitèr demandata electione Periti, contigit hodiè in iterata propositione, post expletam, & in Actis reproductam præfati Periti relationem, absquè hæsitatione resolui = *fructus deberi iuxtà modum* in præsenti *Decisione* differendum.

Nulla quippè cadebat ambago, quominùs Constantia refundere teneretur fructus recollectos à præfata die motæ litis, videlicèt ab anno *1660.* vsquè ad annum *1696.*, quemadmodùm etiam expresè præseferebat explicita condemnatio desupèr contenta tàm in secunda Sententia pronunciata per Eminentiss. Imperialem Ferrariæ Legatum, quàm in postrema deincèps edita, & in iudicatum transacta per prænominatum bo. me Vrsinum; de plana etenim sequela est, quod in
1 quocumque Iudicio possessorio, & immissiuo fructus ad commodum Actoris euincentis debeantur, vel ab ipso momento motæ litis,

vèl

vèl Iurium paulò post productorum, vt latè demonstratum, & discussum fuit in *Romana Hæreditatis de Lanuuijs 6. Iunij 1695. §. Cùm enim, coram R. P. D. meo Scotto, & 28. Iunij 1697. §. Confirmatione paritèr, cor. Me*
(*suprà decis. 15. num. 3. tom. 1.*)

Nil faciente, quod huiusmodi controuersa Bona Emphyteutica nonnisi pòst annum 1675. deuenerint ad manus Constantiæ, quodquè proindè eadem Constantia, velutì non possèditrix, minimè foret arctan-
2 da restituere illos fructus, quos non perceperat, vt indicat ipsummet verbum = *restituere*, verificabile dumtaxàt quòad accepta, siuè percepta, iuxtà *Text. in Leg. 1. §. Elegantèr, ff. depos.* cum concord. in celebri *Romana pretij Officiorum coram bo. me. Albergato impress. apùd Card. de Luca de Offic. Venal. fol. 380. num. 2. & 3., & fol. 390. num. 1. iuxtà editionem Romanam*.

Quoniàm cùm incontinenti docuerint Actores, ipsam Constantiam, Ream hactenùs conuentam, fuisse, & esse hæredem mediatam Petri, qui per anteà, & litem indebitè substinuerat, & fructus iniustè perceperat, tùm ex tenore Mandati ex hoc titulo hæreditario relaxati contrà Constantiam, *Summ. Actorum Additionali n. vnico*; tùm ex absoluta præsuppositione habita in *Ferrarien., seù Anconitana Fideicommissi 12. Decembris 1698., & 27. Nouembris 1699. coram Reuerendissimo D. meo Molines Decano* (nùnc intèr suas *decis. 581., & 641.*) Se-
3 quebatur idcircò clarè, & incessantèr, eamdem Comitissam Constantiam fore compellendam nedùm ad refusionem fructuum, quos per semetipsam collegerat post prædictum annum 1675., sed etiàm eorum, quos antecedentèr, scilicèt vsquè ab anno 1650. Petrus Author Constantiæ desumpserat, ad notissima Iura collecta per *Cyriac. contr. 24. num. 19 & seqq., Hodiern. contr. 31. num. 1. cum seqq., Conciol. de hæred. art. 1. num. 20. & seqq.*

Stabilitâ igitùr Iustitiâ condemnationis in genere, ac descendendo ad speciem, siuè quantitatem, vtiquè valuissent *Domini* simplicitèr inhærere iudicio, & liquidationi Periti, qui, sæpiùs auditis Partibus, rei statum in præcitata sua relatione explanauerat, & respectiuè censuerat, huiusmodi quantitatem conscendere ad scuta 22. mil., & vltrà; Cùm etenim Constantia detrectauerit in hodierna Audientia Iura sua deducere,
4 & informare, & per anteà (vt aliàs moris est) prætermiserit interponere appellationem ab ipsa relatione Periti, ad illius procùl dubio normam decerni poterat condemnatio, teste *Rota in recent. decis. 393. num. 2. par. 4., decis. 23. par. 14., & decis. 201. par. 18. vtrobiquè num. 3. & 4., & in Sutrina Dotis 28. Iunij 1697. §. Vlteriùs, cor. R. P. D. meo dell'Olmo*.

Mitiùs tamèn, & ex propria sollicitudine, ac officio *Domini* procedentes, & insimùl distinguentes fructus vnius Prædij ab altero non minùs debito, & iudicialitèr concesso Brasaulis, quatenùs attinet ad illud *del Gorgo* prò nùnc reputarunt, fructus esse liquidandos in sc. 9521. 86., bonificando ad hunc effectum vniuersas intereà deductiones allatas, & prætensas à Comitissa Constantia coràm Perito, scilicèt salarium prò Factore, Ratiocinatore, Castaldo, necnon Proxeneticum ex causa distractionis frumentorum, aliasque consimiles, & fortasè non improbabiles exiguas expensas, ac demùm detrahendo fructus Melioramentorum; nàm, absquè alia rigidiori iustificatione forsàn in posterùm apertiùs in facto trutinanda, hìc, & nùnc responderunt de Iure, secundùm quod
5 & fructus intelliguntur deductis omnibus expensis, & quandò sunt sati de ipsis Melio-
6 ramentis spectant ad meliorantem, ex his, quæ in proposito primæ conclusionis habentur in *Leg. Fructus 7. ff. sol. Matrim. & in Leg. quod in fructu 46. ff. de vsur.* cum reliquis apùd *Modern. Brixien. de fructib. disp. 2. art. 7. num. 5., & num. 11. & 12.*, & circà secundam *Rot. decis. 359. num. 4. & 5. par. 2. rec., decis. 564. num. 12. cum seqq. par. 18.*, *& in Romana Saluiani 28. Iunij 1697. §. Minùsque, cor. R. P. D. meo dell'Olmo*.

Diximus, absquè alia rigidiori iustificatione, seù trutinatione: seueriùs enim procedendo, & nisi etiàm hodiè manus modestissimè dedissent Actores, fortasè ad longè maiorem summam ascendisset calculatio fructuum ab anno 1660. vsquè ad 1675.; Peritus etenim coactus fuit redditum desu-
7 mere à nònnullis liberculis sibi porrectis à Constantia, quiuè de ceterò in pluribus reperti defectuosi nullatenùs attendi promeruissent, iuxtà firmata per *Rot. in Romana Æconomiæ, seù redditionis rationis 14. Martij 1698. §. Hoc ipsum, coram præfato R. P. D. meo dell'Olmo*, & recentiùs in *Romana Pecuniaria 16. Nouembris proximè præteriti §. Nequè releuare, cor. R. P. D. meo Scotto*.

Quamobrèm cùm abindè citrà, nempè à dicto anno 1675. vsquè ad annum 1696. ob deficientiam similium liberculorum necessarium extiterit habere recursum ad publica locationum, & Affictuum documenta, in hisce Affictibus, & Instrumentis adinuenta est maior importantia recollectionis, & fructuum, quàm præcedentèr præseferrent præfatæ notulæ, seù liberculi; vndè stante enunciata illegalitate præfatarum notularum, & librorum non abs re, & Iustitia
8 fuisset liquidare fructus, etiam prò annis antecedentibus, ad mensuram, siuè propor-

tio-

tionem subsequentium annorum, pro quibus dilucidè, & effectiuè per publica documenta manifestabantur ab Actoribus probationes, seù locationes, pròut in hac mate-
9 ria, quæ leuioribus iustificationibus contentatur, aliàs practicatum fuit, & signantèr *coram Merlin. decis.*483. *num.*3. *&* 4., *& in Bononien. Fideicommissi de Gargantis* 26. *Februarij* 1698. *§. Vlteriùs*, *&* 27. *Iunij eiusdem anni §. Quouerò ad alios, coram R.P.D. meo Pio*.

Cæterùm in hac liquidatione fructuum Prædij *del Gorgo* non fuit existimatum, ab eis delendam esse summam recollectam intrà prætensum circumdarium 50. Perticarum, non obstante, quod Eminentissimus Cardinalis Imperialis ab Immissione tùnc expetita, & in secunda Instantia obtenta per Actores, huiusmodi Terrenum exceperit; Exceptio siquidèm non fuit libera, & absoluta, sed dumtaxàt in Sententia præfati D. Cardinalis per viam declarationis tantummodò apposita, quodque magis est conditionalitèr, nimirùm quatenùs in vim contractus exarati intèr Reu. Cameram Apostolicam, & olim Marchionem Entium Bentiuolum occasione generalium Bonificationum illius Ducatus, consimilis quantitas deberetur eidem Marchioni bonificatori: Quarè cùm (vt in præsenti ostendebatur per Actores) Marchio diuersimodè conuenerit cum habentibus desupèr interesse, vsquè ad specialem remissionem, & cassationem ipsius pacti de acquirendo vllam conuentam Terreni quantitatem, nulla suppetebat ratio, ob quam Comitissa posset abradere hanc fructuum supputationem, & ità illos indebitè lucrari prò conditione, quæ non euenit, & nequit ampliùs euenire, sed ex opposito omni Iure erat obstringenda ad dimittendum dominium totius, & integri Prædij, & consecutiuè, nulla facta detractione, ad restituendos integros fructus, ve-
10 luti de consequentijs dominij eiusdem Prædij ad Brasaulos Actores, & non ad eamdem Comitissam pertinentis, per *Text. in Leg. Iulianus, ff. de act. empt.*, *& in Leg. Bonæ fidei*, *ff. de acquir. rer. domin.*, *Gratian. discept.*988. *num.*11., *Fontanell. decis.*73., *& decis.*108. vtrobiquè *num.*4., *Rota decis.*47. *num.*26. *part.*6. *recent.*, *& decis.*780. *n.*10. *cor. Card. Cerro*.

Quouerò ad alterum Prædium nuncupatum = *la Fetta Inuestitura*, & ad quod pro medietate dumtaxàt decreta fuerat Actoribus immissio, *Domini* paritèr, ipsissima benignitate ambulantes, Ream interìm condemnarunt ad sola scuta 3921. 10., & sic ad quanti Peritus, subtractis, & computatis omnibus prætensionibus, ac exceptionibus Comitissæ, incontrouertibilitèr redu-
11 xerat fructum huiusce medietatis Prædij; semper enim hæc eadem certissima summa minor continebatur in maiori, vt ait *Vlpianus in Leg.*1. *§. Si stipulanti*, *ff. de verb. oblig.*, cæterique adducti per *Barbos. axiom.*215. *n.*1.

Verùm, respectu vberioris prætensionis eorumdem Actorum, Tribunal non intellexit quidquam denegare, vel affirmare, maturius sibi reseruans iudicium efformandum occasione alterius Dubij per Me proponendi supèr prætenso excessu possessionis adeptæ per Brasaulos, tùnc quippè pleniùs animaduertetur, & iudicabitur, vtrùm portio illa Terrarum in vocabulo *Colombarola*, aliàs *Motta*, de qua Brasauli in vim trium vniformium Sententiarum appræhenderunt possessionem, reuerâ existat corpus, & Tenimentum stans de per se cum sua reali
12 distinctione, & separatione, vel potiùs existat, & conuincatur membrum, seù pars iuridicè connexa, & integratiua principalioris Prædij *della Fetta Inuestitura*, ex his, quæ adamussim per vigilantiam Tribunalis recognita, & disputata fuerunt in *Aquinaten. Fideicommissi* 26. *Iunij* 1697. *coram bo.me. Vrsino Decano*, confirmata 1. *Iunij* 1699. *cor. Me* (*decis.*92. *tom.*1.)

Rursùsque paritèr sub eadem proponenda Dubitatione discutietur, vtrùm sub confinibus, quibus citrà vllam amaritudinem intercluditur Terrenum vt suprà nuncupatum = *la Fetta Inuestitura* = contineatur in rei veritate totum, quod hactenùs compellatur, seù nuncupatur sub denominatione prædicta, vèl è conuerso tantùm illa portio magis propria, & restricta, quæuè ad limites, & cancellos prætensionis Constantiæ non excedit mensuram, seù (vt dicunt) *stara* 324., adinstar pariformitèr eorum, quæ
13 circà perquisitionem, & examen extensionis, vel comprænhensionis sub aliquo vocabulo, vèl concessione Prædij, aut Tenutæ, perspicuè animaduersa extiterunt in *Bononien. Prædij* 23. *Ianuarij*, *&* 1. *Iunij* 1699. *coram Me* (*decis.*69. *&* 91. *tom.*1.)

Atquè ità, Actoribus tantùm informantibus, & fructibus prò nùnc vtriusque Prædij magis indubitantèr collatis, prodijt liquidatio in scutis 13442. 96. &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R.P.D. AVTHORIS.

POst tres Sententias, binas in Partibus, & tertiam in Sac. Rota *coràm bon. mem. Vrsino* reportatas per fratres de Brasaulis super canonizatione eorum boni iuris circà quædam Bona emphyteutica, & pòst adeptam eorumdem Bonorum possessionem in sequelam rescripti Signaturæ Iustitiæ, quæ non aliàs annuerat concessioni vlterioris Commissionis petitæ ex parte succumbentis, quàm

quàm cum Clausula = *finè praeiudicio*, de
14 cuius natura est praeseruare executionem Iudicatorum, aduersùs quae expostulatur vlterior appellatio, teste pòst alios *Ridolphin. in prax. par.1. cap.13. num.491., & seq., Rot. coram Otthobon. decis.228. num.4. & 5., & in Romana Pecuniaria, seù Cambiorum supèr fructibus 18. Martij 1695. §. Et quòad hoc, coram bo. me. Molines* (nùnc intèr suas *decis. 372. num.6.*) suborta fuit intèr ambas Partes controuersia supèr liquidatione fructuum per 30., & vltrà annos ex dictis Bonis à Comitissa Maria Virginia, eiusque Auctrice perceptorum, & prodijt resolutio, illos deberi Parti victrici à die motae, seù
15 contestatae litis, ex quo ab hac die (pòst tamèn Iurium productionem) in quocumque Iudicio possessorio, & immissiuo restitui debent fructus ex re controuersa per Reum conuentum percepti, vt vltrà adductos in Decisione *num.1.* dictum fuit in *Reatina Fideicommissi de Clauellonibus 11. Aprilis 1704. §. Quò enim, coram Muto, & in Ferrarien. Fideicommissi supèr fructibus 27. Aprilis 1708. §. Quòad restitutionem, coram Card. Scotto, & in Bononien. Fideicommissi de Griffonibus super fructibus quòad reseruata 21. Mart. 1710. §. Quocircà, coram R. P. D. meo Aldrouando, & decis.36. n.1. cor. Me tom.1.*

Idque procedit, quamuis fructus non fue-
16 rint ab Actore petiti, neque à Iudice decreti, quià adhùc victor potest separatìm instare, vt Reus, qui in Causa principali succubuit, condemnetur ad illorum restitutionem, pròut ex *Coccin. decis.2249. num.1. in fin., Merlin. decis.330. num.1. & seqq.*, & signantèr *n.3.* & alijs concord. responsum fuit in *Beneuentana nullitatis Testamenti supèr fructibus 19. Ianuarij 1714. §. Opponebat igitùr, coram bo.me. Barbadico*, vbi in *§. Frustràque* amplia-
17 tur, vt Iudex valeat desupèr executiuè procedere mediante opportuna relaxatione Mandati.

Praedicta autèm conclusio, quod in Iudicijs possessorijs restitutio fructuum facienda
18 sit à die litis legitimè contestatae, solemnem patitur limitationem, quotiès constaret de praecedenti mala fide Rei conuenti, & possessoris aliundè, quàm ex superuenta contestatione litis, seù Iurium productione, quià tùnc intraret contrà eum condemnatio ad restituendos fructus etiàm antè motam litem perceptos, iuxtà casus pluriès decisos per *Rot.*, & praesertìm in *Romana Domus, seù Palatij 31. Ianuarij 1710. §. Quinimò, coram R. P. D. Crispo, in Recineten. Praedij 6. Maij 1712. §. Penult. coram R. P. D. Falconerio* (nùnc intèr suas *tom.3. tit.36. decis.5. num.11. & 12.*) *in Firmana Immissionis 9. Decembris eiusdem anni 1712. §. Quatenùs tamèn, coram R. P. D. Aldrouando, in Senogallien. Immissionis 11. Decembris 1713. §. Minimè subsistente cum seq. coram praelaudato R. P. D. Crispo*, confirmata 14. *Maij 1714. §. Penult. & final. coram R. P. D. Lancetta, & 7. Decembris subsequentis §. fin. coram R. P. D. Cerro, & in Romana Immissionis supèr fructibus 3. Februarij 1716. §. Quâ habitâ, & per tot. cor. R. P. D. Fuscaro.*

Caeterùm liquidatio stabilita in praeinserta mea *Decisione* percutiebat fructus, qui nullam patiebantur exceptionem; sed quòad reliquas partitas, quae hinc indè controuertebantur, successiuè prodierunt aliae geminae resolutiones sub diebus *16. Ianuarij, & 9. Iunij 1704.* paritèr *coram Me*, inferiùs suo loco, & ordine apponendae.

TRIVENTINA IVRIVM PAROCHIALIVM.

Lunae 15. Februarij 1700.

ARGVMENTVM.

Parochus habet pro se Iuris assistentiam supèr exercitio Iurium Parochialium ergà omnes personas intrà limites suae Parochiae existentes. Fundatio Beneficiorum non pertinet ad Praelatum Inferiorem, sed ad Loci Ordinarium; Contrarium procedit, si Praelatus inferior habeat Iurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato. Tumulatio aliquorum Cadauerum facta in alia Ecclesia, quàm Parochiali, non tribuit aliquod Ius Parochialitatis, cùm possit referri ad illam libertatem, quam quisque habet eligendi Sepulturam in Ecclesia sibi magis benè visa: cum alijs, quae colligi possunt ex *Summario à num.16. vsquè ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet fundatam intentionem supèr exercitio iurium Parochialium in toto circundario suae Parochiae.*

2 *Fundatio Beneficiorum est de iuribus Episcopalibus, neque pertinet ad Praelatos inferiores, licèt amplissimè exemptos;*
Limita, si huiusmodi Praelati inferiores vltrà plenam exemptionem habeant Territorium separatum vnà cum Iurisdictione quasi Episcopali, n.7.

3 *Probatio aequiuoca non attenditur.*

4 *Enunciatiua emissa absente, vel aliàs inaudito eo, de cuius interesse agebatur, nihil probat.*

5 *Actus Iurisdictionales ab Episcopo gesti, nisi aliud appareat, referri potiùs debent ad Ius natiuum, seù ordinarium, quàm ad ius delegatum.*

6 *Abbas Cassinensis habet Iurisdictionem quasi Episcopalem supèr locis sibi subiectis.*

8 *Enunciatiua antiqua est magni roboris.*

Prae-

Præsertim, si roboretur à subsecuta obseruantia, n.9.

10 *In conflictu actuum hinc indè gestorum præferuntur illi expleti ab eo, qui habet pro se Iuris assistentiam*.

11 *Parochialitas alicuius Ecclesiæ non infertur ex sola tumulatione Cadauerum, & de ratione*.

12 *Manutentio competit habenti pro se vltimum statum possessionis*.

13 *Personæ modò hic, modò illic mercenariè peragrantes non dicuntur Parochiani illius Parochiæ, in qua accidentalitèr reperiuntur*.

14 *Testis se referens in attestatione ad aliquem Librum, vel aliam scripturam, nil probat, nisi exhibeatur Liber, vel scriptura relata*.

15 *Testes deponentes de facto proprio, & habentes Iuris assistentiam præferuntur alijs contrarium, sed vagè, aut aliàs minùs specificè attestantibus*.

16 *Peregrini, Aduenæ, & Vagabundi debent sepeliri in Ecclesia Parochiali, intrà cuius limites moriuntur*.

Declara, *vt* n.17.

18 *Mortuus accidentalitèr extrà propriam Parochiam, putà Ruri, vel alibi, adhùc in illa est sepeliendus, non verò in alia Parochia, intra cuius limites decessit*.

19 *Domicilium originis, an verò illud actualis habitationis attendatur ad finem dignoscendi, quis reuerà censeatur verus Parochus personæ defunctæ*.

Et refertur casus practicè disputatus occasione obitus bo. me. R. P. D. Caffarelli Sac. Rotæ Auditoris, & Almæ Vrbis Gubernatoris, ibid.

In quo casu prodijt Sententia fauore Ecclesiæ Parochialis, intra cuius ambitum habitabat præfatus R.P.D. Caffarellus, cum subsequuto effectu executionis, n.20.

Et de rationibus qualificantibus Iustitiam talis Iudicati, ibid. ex n.21. vsquè ad 24.

Adducuntur desupèr exempla Officialis decedentis in loco, vbi exercebat Officium, necnon Scholaris, qui moriatur in loco, vbi ad studendum accesserat, n.25.

26 *De pluribus controuersijs inter duos Parocos vigentibus supèr exercitio Iurium Parochialium hinc indè prætenso*, remissiuè.

DECISIO CXXXIII.

ARchipresbytero Oppidi Vasti Girardi concedendam esse manutentionem in exercitio Iurium Parochialium respectu Loci, seù Feudi Rustici nuncupat. = *Monte di Mezzo* = resolutum fuerat coràm Me die 1. Iulij superioris Anni in contumaciam Rectoris Regularis Ecclesiæ S. Petri de Auellana Congregationis Cassinen. tùnc informare detrectantis; Sed & eo in hodierna repropositione Causæ indulgentèr ad saturitatem audito, *Domini* adhuc in eodem sensu perstitère.

Iterùm namquè fundata visa est intentio Archipresbyteri Iuris assistentiâ promanante ex ipsa locali situatione præcitati Feudi, seù Loci Montis Medij intrà limites Diæcesis Triuentinæ abundè denuò comprobata ex consensu præstito vsquè de anno 1525. ab Episcopo Triuentino fundationi Beneficij sub Inuocatione S. Donati in eodem Loco Montis Medij cum explicita enunciatiua, quod Locus ipse existeret in, & de Diæcesi Episcopi præfatam Beneficij fundationem authorizantis, iunctâ successiuâ obseruantiâ, per quam apparebat, Episcopos Triuentinos sempèr instituisse præsentatos ad idem Beneficium S. Donati, quodque magis est, Rectorem pro tempore ipsius Beneficij, tanquàm vnum de Clero Diæcesano, suam quotannis exsoluisse quotam, tàm pro Cathedratico eiusdem Episcopi, quàm pro compositione Spoliorum distributa per reliquum Clerum Triuentinæ Diæcesis; Quapropter cum Ecclesia Archipresbyteralis, siuè Parochialis Castri Vasti Girardi sub eadem Diœcesi incontrouertibilitèr sita reperiretur, nullusque alius concurreret Parocus Diæcesanus (alter enim S. Petri de Auellana in Spiritualibus recognoscebat Abbatem Cassinensem) de plano sequebatur, quod idem Archipresbyter manutenendus esset in quasi 1 possessione exercendi Iura Parochialia in controuerso Feudo rustico, veluti saltèm sibi contermino, ac de cætero indubitantèr adiacente sub Cura Iurisdictionali Episcopi Parochi vniuersalis suæ Diæcesis, vt prætèr *Auctoritates* adductas in *Decisione*, quæ confirmatur sub §. *Quod verò* tradunt relati per *Rot. decis.* 348. *par.* 11., & *decis.* 124. *par.* 12. *rec.* vtrobiquè *num.* 1.

Nil ad hæc obsistente responsione, quod intantùm consensus Ordinarij Triuentini adhibitus extiterit in enunciata fundatione 2 Beneficij, inquantùm huiusmodi actus pertinere non poterat ad Abbatem S. Petri, aliosque Prælatos inferiores, quantumuis plenissimè exemptos, ad *Text. in Cap. Auctoritate, de priuil. in* 6. & idcircò consimile exercitium Iurisdictionis non ad legem Diœcesanam, sed potiùs referri valeret ad Ius delegatum competens Episcopo tanquàm viciniori, sicquè veluti res æquiuoca attendi minimè mereretur pro solidè fundanda situa- 3 tione Feudi, de quo est quæstio, sub Diæcesi Triuentina, ad regulam *Text. in Leg. Nequè natales, Cod. de probat.* de qua in proximis terminis *Rot. in Vrbanien. Archipresbyteratus* 17. *Maij* 1697. §. *Minùs postremò*, *coràm Me* (suprà *decis.* 9. *num.* 27. *t.m.* 1.), enunciatiua verò contenta in Instrumento fundationis, quod idem Feudum existeret de

de Spirituali Territorio Episcopi Triuenti-
4 ni, parùm foret attendenda, veluti emissa inscio, & inaudito Rectore S. Petri, quemadmodùm in specialibus terminis aliàs dixit *Rot. decis.380. num.25. & 26. par.5. rec.*

Siquidèm, vltrà quod eo ipso, quod non apparebat, Episcopum auctoritatem proprij consensus desupèr interposuisse Iure dele-
5 gato, præsumptio stabat in oppositum, nempè quod actum expleuerit Iure natiuo, siuè ordinario, & Diœcesano, secundùm animaduersa per *Add. ad Buratt. decis. 578. num.20., Pignattell. consult. Canon. tom.9. consult.154. num.4., Rot. coram Gregor. decis.325. num.24., & in rec. decis. 128. n.8. par.11., & in Surrentina Iurisdictionis 21. Februarij 1698. §. Nec quidquàm, coram Me (dec.31. num.10. tom.1.)*

Adhùc ex alio etiàm capite cessabat possibilitas, & occasio referendi authorizationem fundationis præfati Beneficij ad titulum Iurisdictionis delegatæ, ex quo si reuerà feudum Montis Medij situm esset (vt opponebatur) intrà limites Spirituales Ecclesiæ Regularis S. Petri de Auellana, quæ est de
6 pertinentijs Abbatis Cassinensis, profectò ipsemet Abbas veluti habens, seù prætendens Iurisdictionem quasi Episcopalem intrà loca sibi subiecta, ex deductis in *Capuana, seù Montis Cassinensis Parochialium 18. Martij 1679. coràm bon: mem: Bourlemont, 17. Iunij 1686. coràm clar: me: Card. Matthæio, & 6. Aprilis 1693. coram bo: me: Vrsino Decano*, iuridicè potuisset, vel probabilitèr non omisisset exercere tale Ius approbandi erectionem Beneficij, id enim permissum
7 esse Prælatis inferioribus, quandò, pratèr simplicem exemptionem, gaudere contendunt etiàm Iurisdictione Episcopali, & Territorio separato, testantur *Abb. cons. 59. sub num.3. vers.tertiò principalitèr par.2., Ferrett. cons.327. num.5., Viuian. de Iurepatr.par.1. lib.2. cap.1. num.19. & 20., Barbos. de offic. & potest. Episc. par.3. alleg.70. num.30.& 31., Tamburin.de Iur. Abb. tom.3. disp.9. quæst.21. num.3., Lotther. de re Benef. lib.1. quæst.5.n.48. & 49.*

Respectu autèm memoratæ enunciatiuæ,
8 quamuis antiquitas ipsa, ferè ducentenaria, magnum de per se robur ipsi adijcere valuisset, vt in proposito dictum fuit in *Fauentina Iurium Parochialium 28. Iunij 1697. §. Nilque ad eneruandam, cor. Me (decis.14. num.4.tom.1.)* Nihilominùs omnem submouebat hæsitationem subsecuta, vt diximus, obseruantia subiectiua ratione Cathedratici, Institutionum, contributæ solutionis pro
9 Spolijs; eâdem quippè robustâ interpretatrice comitante obseruantiâ quamlibet simplicem enunciatiuam maximam veritatis præsumptionem præseferre, optimè prænotauit *Rot. coràm Put. decis.149. num.1. in fin. lib.3., & coràm Vbald. decis.126. num.4. cum duob. seqq., & decis.459. num.16. coràm Bich.*

Vindicata situatione, & consecutiua Iuris assistentia fauore Archipresbyteri, constipata etiàm actibus possessorijs iàm abundè recensitis in præcitata *Decisione* sub *§. Et nihilominùs*, in nihilo suffragari Rectori S. Petri potuere nonnulli actus, quos Iure Parochiali exercuisse prætendabat in controuerso Loco Montis Medij: Posthabita etiàm namquè responsione generalitèr attributa in *Decisione*,
10 *quæ confirmatur §. fin.* videlicèt, quod in conflictu actuum hinc indè gestorum præcellant sempèr illi expleti per Parochum, vtpotè fulcitum Iuris assistentiâ, vt etiàm extitit præcedentèr obseruatum in dicta *Surrentina Iurisdictionis 21. Februarij 1698. §. At Domini, coram Me (dicta decis.31. num.6. tom.1.)*

Singillaritèr etiàm ad trutinam appensi huiusmodi actus illicò comperti sunt nullum habere robur, vel subsistentiam ad finem, de quo agebatur: Quod enim de annis 1645. & 1648. in Ecclesia S.Petri tumulata fuerint Cadauera duorum Colonorum, qui obierant in Feudo Montis Medij, pratèr defectum legitimæ probationis, signantèr respectu primi actus, de quo non afferebatur partita extracta ex libro Mortuorum, prout extabat de secundo; ac citrà etiàm animad-
11 uersionem, quod vna, vèl altera tumulatio necessariò non infert Ius Parochiale, cùm referri possit ad illam libertatem, quam quisque habet eligendi Sepulturam in loco Sacro sibi beneuiso, vt per *Text. in cap. cùm liberum, ibiquè gloss. verb. disposuit, de Sepult., & in cap.1. de Sepult. in 6.* in specie pro excludenda ex hoc capite Parochialitate ponderauit *Rot. dicta decis.380. num.37. vsquè ad fin. par. 5. rec.*

Quià tamèn Parochus, siuè Archipresbyter Vasti Girardi formitèr docebat, sese de anno 1675. propriæ Sepulturæ dedisse Cadauer cuiusdam alterius Villici violentèr ab humanis prærepti in eodem Loco Montis Medij, vnicus iste actus, tanquàm posterior, & præsertìm ex iàm deductis ineluctabilitèr communitus assistentiâ Iuris, superabundabat ad effectum, vt donèc in petitorio pleniùs discutiantur Iura vtriusque contendentis, interìm in hoc summarijssimo Iudicio
12 manutentionis tribuenda esset Archipresbytero, veluti habenti pro se in hac ipsa specie possessorij vltimum statum, ad tradita per *Rot. decis.624. num.6. apùd Postb.de Manut., decis. 242. n.2. par. 16., & dec. 661. n.4. & 5. par.18. rec.*

Remanentes actus in substantia restringebantur ad prætensam administrationem Sacramentorum tempore Paschali expletam non solùm ergà Colonos, aliosque actu inser-

seruientes in Massaria Montis Medij de dominio PP. Cartusianorum, sed etiàm respectu cuiusdam Laici Regularis eiusdem Congregationis ibidèm continuò residentis pro custodia, & manutentione ipsius Monasterij: Verùm quòad Colonos, & Famulos, valdè in primis suspecta reddebatur probatio desupèr allata per Testes originarios Loci S. Petri de Auellana, sicquè Subditos Monacis Cassinensibus, de quorum gremio est Rector ipsius Ecclesiæ S. Petri; Sed vlteriùs concurrebat animaduersio, quod admissa etiàm legalitate huiuscè probationis, adhùc irreleuantia erat manifesta, quià cùm ex depositione eorumdem Testium appareret, quod Villici, & Laboratores huiusmodi plerumquè essent vèl omninò Exteri, vèl pro maiori parte Incolæ prædicti Oppidi S. Petri de Auellana, & non nisi accidentalitèr, ratione culturæ de tempore Pascali degentes in Grancia, seù Massaria Montis Medij, mirum idcircò non erat, quod ad satisfaciendum Præcepto accesserint potiùs ad originariam, & fixam, quàm ad alienam, & euentualem Parochiam: Non enim
13 huiusmodi personæ, modò hùc, modò illùc mercenariè peragrantes, efficiuntur Parochiani illius Parochiæ, intrà cuius limites ex accidenti, vel aliàs absquè vero permanendi animo reperiuntur, vt habetur in *cap. is, qui, de Sepult. in 6.*, & communitèr admonent *Pariador. quotid. differ. cent.1 diff.66. num.3.*, *Capon. discep.283. num.10.*, *Panimoll. decis.5. annot.1. num.54.*, *Rot. coràm Zarat. dec.45. n.4. & seq.*

Circà autèm Laicum Regularem, Rector S. Petri deficiebat in salutari legitimæ probationis; Simplex namquè fides cuiusdam Presbyteri attestantis, sese de anno 1685. dùm esset Oeconomus præcitatæ Ecclesiæ S. Petri, in solemnitate Paschali administrasse Sacramenta Custodi Regulari Granciç PP. Cartusianorum, alijsque Famulis in ea-
14 dem Grancia mancipatis, tanquàm relatiua ad Librum status Animarum à se efformatum, nullatenùs attendi merebatur, absquè exhibitione Libri originalis, ad quem sese referebat ipsa attestatio, vt inquit *Rot. decis.644. num.2. in fin. par.3. rec.*, *decis.21. num.4. par.4.*, *decis.170. num.21. par.6.*, & *decis.252. num.3. cor. Card. Celso.*

Eòque præsertim, quià quod in rei veritate Regulares pro tempore commorantes in præfata Grancia quotannis Pascale præceptum adimpleuerint in Ecclesia Archipresbyterali Vasti Girardi, concorditèr deponebant tres Testes de facto proprio, vtpotè qui associati fuerant, & respectiuè alter eorum in propria domo exceperat huiusmodi Laicos Regulares in hoc ipsissimo actu accedendi ad eamdem Ecclesiam Archipresbyteralem pro susceptione Sacramentorum; cùmque ijdem Testes & deponerent de facto
15 proprio, & haberent stabilem pro se Iuris assistentiam, de qua pluriès meminimus, non erat proindè ambigendum, quominùs, forent anteferendi vagæ, & non iustificatæ (vt suprà) attestationi, ex collectis per *Add. ad Pamphil. decis.13. sub n.14. vers. tertia*, *Rot coràm Peutinger. decis.434. n.9.*, & *in Burgen. Iuris deputandi Curatum 28. Nouembris 1685. §. His omnibus*, *coràm bo: me: Benincasa* (modò intèr eius impressas *dec.55. n.3.*)

Et ità, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

Decisio, quæ hìc confirmatur, extat suprà in ordine *la 106.*, in cuius *Addit.* licèt recol. mem. D. Magister meus enunciauerit velle aliqua superadijcere pòst præsentem *Decisionem* confirmatoriam supèr ea quæstione, quisnàm censendus sit verus, & proprius Parochus Loci limitrophi, seù medij intèr duas Ecclesias Parochiales, vt videre est in *dicta decis.106. sub num.16. §. Ceterùm*, id tamèn opere non compleuit, quià in fasciculis suarum *Decisionum* hæc reperta fuit absquè vlla *Annotatione*, aùt *Additione*, pròut & aliæ plurimæ superiùs in hoc *secundo Volumine* registratæ, & respectiuè inferiùs apponendæ.

Pro aliquali igitùr ornatu præsentis *Decisionis* annotandum duxi, quod frequentèr in Foro audiuntur contentiones intèr duos Parochos supèr exercitio Iurium Parochialium per vnũ priuatiuè quòad alterum prætensorum, signantèr verò quòad Ius sepeliendi Cadàuer alicuius extrà Parochiam propriæ Patriæ, aùt domicilij casualitèr occumbentis, pròut (ex: gr:) sunt Peregrini, & Aduenç in
16 itinere decedentes, ac etiàm Vagabundi, quorum omnium respectu regula est, quod sepeliri debeant in Ecclesia Parochiali, intrà cuius limites moriuntur, *Sebast. Medic. de Sepultur. par.1. quæst.7. num.30.*, *Ricc. in prax. For. Eccles. par.1. resol.570.*, & *par.4. resol.293. per tot.*, & *resol.294. num.16.*, *Gratian. discept.94. num.73. & seqq.*, *Marescott. var. resol. lib.2. cap.95. n.10. & 11.*, *Bellett. disquis. Cleric. par.1. tit. de Cleric. debit. §.3. n.21.*, *Diau. resol. moral. par.5. tract.3. resol.113.*, *Lauor. var. lucubr. tit.2. cap.11. num.144. & 150.*, *Antonell. de regim. Eccles. Episc. lib.1. cap.12. num.33.*, *Marchett. de Sepult. tit.38. §.2. num.61. & seqq.*, *Samuel eod. tract. disp.5. contr.8. n.1. & seqq.*, vbi testatur ità iudicatùm in Ciuitate Senarum contrà Parochum S. Ioannis Baptistæ prætendentem ad se spectare priuatiuum Ius sepeliendi Aduenas.

Verùm hoc non absolutè, & indistinctè pro-

procedit, sed solùm quandò similes personæ sub illaParochia per aliquod tempus moram traxerint, & ab ea Sacramenta per-
17 ceperint, secùs autèm, si in mero transitu aliqua infirmitate aggressi fato cesserint, tùnc enim non alibi sunt sepeliendi, quàm in Ecclesia Cathedrali, vt declarauit *Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium* in vna *Fulginaten.* de anno 1592., quam referunt, & sequuntur *Gauant. in Manual. Episc. verb. Sepultura num.15., ibiquè etiàm in addit. num.4., Barbos. de Iur. Eccles. lib.2. cap.10., & de Paroch. par.3. cap.26.* vtrobiquè *num.35., Careu. resol.80. n.25. & 26. Marchett. dicto §.2. sub num.63. vers. Intelligendo, Sperell. decis.87. sub num.14. vers. Cæterùm, Panimoll. decis.5. annot.3. n.44., Eminentiss. Petra in Comment ad Constit.9. Innocentij III. sect. vnic. n. 50. tom.2. pag.277., Rot. in Bisinianen. Iurium Parochialium 10. Februarij 1710. §. Verùm quoquè, coràm bo: me: D. meo Ansaldo, & in Barchinonen. Iurium Parochialium 13. Ianuarij 1730. §. Maior tamèn cum duob. seqq., & 18. Iunij 1731., & 6. Iunij 1732.* vtrobiquè *§. fin. coràm Reuerendissimo Patriarcha Aldrouando Decano.*

Præscindendo autèm ab his, qui longè à proprijs laribus viuere desinunt, vt sunt Peregrini, aliæque mòx enunciatæ personæ,
18 certum de reliquo est, quod si quis casualitèr moriatur extrà propriam Parochiam, putà Ruri, vèl alibi, sepeliendus est in eadem Ecclesia Parochiali, vbi continuò Sacramenta percepit, non verò in alia Parochia, intrà cuius limites accidentalitèr decessit, vt per *Text. in cap. Is, qui, de Sepultur. in 6.* notant *Dian. vbi suprà dicta resol.113. in fin., Marchett. dicto num.63.* paritèr *in fin., Pignatell. consult. Canon.86. n.6. tom.7.*

In hac materia funeralium, & Sepulturæ non infrequentèr quoquè disputari contin-
19 git, vtrùm ad dignoscendum, quis reuerâ censendus veniat proprius Parochus personæ defunctæ, attendatur domicilium originis, vèl potiùs illud actualis habitationis, iuxtà casum, qui accidit circà annum 1714. intèr bo: me: R. D. Andream Marescalchi Parocum S. Thomæ in Regione Parionis, & Reu. paritèr D. Carolum Franciscum Gandulphi tùnc Vicarium Curatum Collegiatæ Ecclesiæ S. Marci occasione obitus clar: me: R. P. D. Prosperi de Caffarellis Sac. Rotæ Auditoris, & Almæ Vrbis Gubernatoris, dùm primus prætendebat, emolumenta funeralia ad se spectare tamquàm Parochum habitationis, eo quià Palatium Gubernij situm est intrà ambitum dictæ Ecclesiæ Parochialis S. Thomæ; alter verò, qui erat Parocus domicilij originis, eadem emolumenta sibi esse debita mordicùs asserebat, excipiendo, quod habitatio defuncti Prælati in Palatio Gubernij fuerat accidentalis ratione Officij, non verò cum animo ibi perpetuò permanendi.

Quapropter delatâ desupèr controuersiâ ad Tribunal Eminentiss. Vicarij, deputatoque in Iudicem de consensu Partium quodam Prælato tùnc temporis Votante Signaturæ Iustitiæ, postcàque intèr Reu: Came-
20 ræ Apostolicæ Clericos cooptato, is præuio elaborato Voto sententiam protulit fauore primodicti Parochi S. Thomæ, qui idcircò omnia prædd. emolumenta funeralia fuit effectiuè assecutus, pròut anteà, Ego eidē Parocho victori non minùs oretenùs, quàm in scriptis prænunciaueram, ea sub præpotenti
21 ratione, quià in subiecta hypothesi emolumentorum funeralium ad finem dignoscendi (vt præmisimus) quis sit proprius, & verus Parochus personæ defunctæ, non attenditur domicilium originis, sed illud actualis habitationis, iuxtà magis communem, & veriorem sententiam, de qua *Valenzuel. cons.37. n.15. & seqq., P. Moron. respons.94. n.57., Samuel de Sepult. dicta disp.5. contr.8. num.1., Marchett. eod. tract. dicto tit.38. §.1. num.12., Pignatell. dicta consult.86. num.9.,*
22 vbi pluribus relatis concord. inquit, quod ad acquirendam qualitatem Parochiani non requiritur domiciliatio, sed sufficit habitatio pro aliquo tempore considerabili, *Gonzal. Tellez in cap. fin. num.3. de Paroch.*, vbi
23 quod respectu iuris sepeliendi, & consecutiuè funerandi sufficit actualis habitatio etiàm absquè animo perseuerandi sub illa Parochia, *Sperell. dicta decis.87. ex num.5. ad 11., Rot. cor. Zarat. dec.45. n.7.*

Et magis præcisè ad casum, de quo agebatur, subiungebam, quod ad effectum sub-
24 iacendi iuribus Parochialibus nequàquam necessè est, quod quis habeat animum constituendi formale domicilium in noua Parochia, sed sufficit animus ibi permanendi per aliquod notabile tempus, pròut exemplificando in Officialibus alibì se conferentibus ratione alicuius Officij, Scholaribus, & similibus, latè fundat *Fæder. de Senis cons.254. per tot.*, & signantèr *num.5. in decimaquarta addit.*, vbi loquens de Ciue Florentino, qui relictis Florentiæ Vxore, & Familiâ accesserat ad Ciuitatem Senarum, ibiquè se addixerat seruitio cuiusdam Domicelli, firmat, quod licèt iste bis, vèl tèr in anno Florentiam peteret pro inuisenda sua Familia, & consequentèr de facto retineret domicilium in eadem Ciuitate Florentiæ, adhùc quòad iura Parochialia non suberat ampliùs Parochiæ originis, sed illi habitationis, videlicèt Senarum; & relato eodem *Fæder. de Sen.*, alijsque confirmat *Sanch. de Matrim. lib.3. disp.23. num.12.*, vbi præ cæteris allegat doctrinam *Card. Zabarell. in cap.1. num.5. quæst.7. de Sepult.*, qui lo-

25 quens de Officiali decedente in loco sui Officij ità ait = *Si Scholaris in loco Studij, vèl existens in Officio ibi decedat, est Parochianus Ecclesiæ, in qua moritur, ex quo non statim, sed finito Officio est reuersurus*: Et in eumdem sensum conueniunt *Barbos. de Iur. Eccles. lib. 2. cap. 10. n. 53. ad med.*, *Van-Espen. eod. tract. par. 2. tit. 38. cap. 3. num. 7. & 8.*, *Bellett. disquis. Cleric. par. 1. tit. de exempt. Cleric. à Statut. Secular. §. 5. num. 17.*, *Layman. Theol. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 10. n. 5.*, *Passerin. de stat. homin. tom. 2. quæst. 187. art. 4. cap. 3. num. 311. & seqq.*, *Samuel d. contr. 8. num. 5.*, *Marchett. dicto tit. 38. §. 1. sub n. 12.*, *Caren. dicta resol. 80. num. 5.*, *Ventrigl. in prax. rer. notab. Eccles. tom. 1. annot. 52. §. vnic. num. 26.*, *Antonell. de regim. Eccles. Episc. dicto lib. 1. cap. 12. num. 36.*, *Amostaz. de caus. pijs lib. 6. cap. 8. num. 12. in fin.*, *Sperell. dicta decis. 87. num. 5.*, *Eminentiss. Petra ad dictam Constit. 9. Innocentij III. n. 42. in fin., & n. 47.*

Plura alia cumulari possent in proposito
26 Iurium Parochialium hinc indè prætensorum à duobus Rectoribus diuersarum Ecclesiarum inuicèm confinantium; sed pro nùnc sufficiet Lectori indigitasse nonnullas recentiores *Decisiones* in hoc Sæculo desupèr emanatas, omnesque editas sub titulo = *Iurium Parochialium*, & signantèr in *Aretina 15. Ianuarij 1703.*, & *27. Februarij 1704. coràm D. meo Ansaldo*, & *in Mediolanen. 23. Aprilis 1708. coràm Card. Scotto, in Bisinianen. 10. Februarij 1710. coràm eodem Ansaldo, in Bononien. 19. Iunij 1716., & 2. Iunij 1717. cor. bo. me: Herrera* (intèr suas modò impressas *decis. 2., & decis. 29.*), & in *Foroliuien. 7. Decembris 1716. coràm bo: me: Lancetta impress. apùd Piton. de controuers. Patron. alleg. 75. sub n. 57.*

A. Lupardus.

FAVENTINA SALVIANI.

Lunæ prima Martij 1700.

ARGVMENTVM.

Fauore Tertij possessoris contrà Creditorem præscribitur hypotheca supèr re alienata spatio decem annorum intèr præsentes, & viginti intèr absentes, sed hoc intelligitur, si vltrà temporis lapsum concurrat in Creditore scientia alienationis, & insimùl negligentia in persecutione ipsius rei alienatæ; & qualis debeant esse huiusmodi scientia latè examinatur: Fructus Census vltrà 29. annos restitui non debent, cum per tale tempus præscribantur; contrarium procedit, si præscriptio fuerit interrupta: Et *in Addit.* plures casus referuntur, in quibus præscriptio decennalis, aùt vicennalis allegari nequit aduersùs Creditorem petentem Immissionem in Saluiano supèr re sibi hypothecata.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca præscribitur inter præsentes spatio decem annorum, & viginti intèr absentes*, & num. 16.
Sed cumulatiuè cum huiusmodi temporis lapsu requiritur scientia alienationis in Creditore, eiusque negligentia in rei alienatæ persecutione, n. 2., & 17.
Et talis scientia debet esse certa, vel saltèm ex vehementibus coniecturis deducta, n. 3.
Et quandò huiusmodi scientia præsumatur in Creditore stante lapsu longioris temporis à die alienationis, n. 18.
4 *Ignorantia nimis supina non excusat.*
5 *Instrumenta sunt reponenda in Archiuio publico iuxtà Constitutionem san. mem. Sixti V.*
6 *Paria sunt scire, & de facili scire posse.*
7 *Cumulus præsumptionum non est admittendus.*
8 *Ignorantia proprij Iuris de facili in hærede præsumitur.*
9 *Basis præscriptionis est scientia, vel nimis crassa, & supina oscitantia.*
10 *Emptor habet beneficium retentionis aduersùs Creditores posteriores, si dimiserit Creditores anteriores, & in illorum iuribus sit subingressus*,
Quod tamèn procedit, si reperiatur in possessione iure anterioris hypothecæ, secùs si iure solius dominij, n. 11.
12 *Fructus Census vltrà 29. annos non debentur, cùm pro reliquis obstet præscriptio.*
Intellige procedere, quotiès præscriptio reliquorum fructuum iàm erat completa in vita Creditoris Censuarij aliàs istius hæres petere potest fructus etiam annorum præcedentium, n. 13., & 15.
14 *Præscriptio non currit aduersùs hæredem non informatum de credito sui Authoris.*
19 *Præscriptio hypothecæ allegari nequit ab Emptore conuento in Iudicio Saluiani, quotiès habuit scientiam, quod res empta reperiebatur affecta Creditoribus hypothecarijs Venditoris.*
20 *Præscriptio hypothecæ per lapsum decennij, aùt vicennij non procedit stante Clausula* Constituti *adiecta in Instrumento crediti Actoris instantis pro Immissione in Saluiano.*
Itèm non procedit aduersùs Ecclesiam, quæ sit Creditrix hypothecaria, n. 21.
Quod ampliatur, vt n. 22.
Similitèr non procedit, si Creditor hypothecarius semèl intrà decennium, aut vicennium egerit aduersùs Emptorem, & de ratione, num. 23.
Itèm non procedit, quotiès hypotheca oritur ex contractu iurato, n. 24.

25 *Præ-*

25 *Præscriptio hypothecæ per lapsum solius decennij non procedit stante absentia vnius ex pluribus Concreditoribus.*

DECISIO CXXXIV.

SVpèr viginti Tornaturis Prædij maioris capacitatis in Contrata *Scola de Ronchi* Comitatus Fauentiæ sub peculiari vocabulo *di Gabadino* imposuitBartholomæus vsquè de anno *1639.* Censum in sorte librarum 1200. fauore Cæsaris: Cùmque idem Prædium titulo emptionis successiuè deuenerit de anno *1662.* in Equitem Bonaccursium, creditum verò præfati Census cessionario iure respectiuè remanserit in hæreditate Taddeæ Matris Castellini, egit hic tàm pro fructibus decursis, quàm decurrendis in posterùm aduersùs hæreditatem præcitati Equitis, Mandatumque de associando desupèr reportauit; sed illicò comperto, quod sola rata viginti Tornaturarum impar existeret, nouum idcircò ab A. C. consequi fategit Mandatum de immittendo super reliquis portionibus eiusdem Prædij, contrà quod reclamante Carolo Equuitis successore ad terminos extractionis subsecutæ, & præcedentèr disputatæ in celebri *Fauentina Buffoli cor. clar. me. Cardinali Caccia, bon. mem. Emerix Iun., Reuerendissimo D. meo Molines Decano, & R. P. D. meo Lancetta*, Dominos consului, *vtrùm danda foret Immissio* Castellino, rescriptumque fuit, quod sic.

Non etenim impugnabatur per Carolum Reum conuentum legitimatio personæ Castellini Actoris, minùsque controuertebatur iustificatio, & concursus omnium requisitorum, quæ in hoc Iudicio desiderantur, solùmque tota spes prò euitanda Immissione reponebatur in duplici exceptione, quarum tamèn releuantia ad trutinam singularitèr appensa, minus ponderis comperta est præseferre; Prima namquè elicita ex tricenaria, & ampliùs pacifica possessione Equitis Bonaccursij, eiusque hæreditatis antè motam litem, quasi quod per tantam temporis intercapedinem præscripta remanserit hypotheca, quæ mater est Saluiani, pròut regu-
1 laritèr in fortioribus intrat huiusmodi præscriptio fauore Tertij possessoris per solum lapsum decem annorum intèr præsentes, & viginti intèr absentes à die secutæ in eumdem Tertium alienationis rei hypothecatæ, ad *Text. in leg. Creditor 12., ibiquè Gloss. ff. de diuersis, & tempor. præscript., & in leg. prima, & 2. Cod. si aduersùs Creditor. præscript. opponat., Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 6. num. 111., Merlin. de pignor. lib. 5. tit. primo quæst. 21. num. 6., & 20., Rota coram Peuting. decis. 322. num. 4., & in Romana Immissionis 8. Iunij 1694. §. Quod autèm, & 22. Aprilis 1695. §. Primo, coram R. P. D. meo Pio.*

Corruere protinùs visa est ex solida illa animaduersione, nimirùm quod cùm ad effectum præscribendæ hypothecæ aduersùs
2 Creditorem non sufficiat solus temporis decursus, nisi etiàm insimùl intercedat in eodem Creditore scientia alienationis in Tertium rei sibi præcedentèr hypothecatæ, vnâ cum positiua negligentia in prosecutione ipsius rei, quemadmodùm communitèr docent *Antonell. Inu. cons. 65. num. 12., Thomat. decis. 44. num. 26., & decis. 246. num. 3., & seqq., Rota coràm Merlin. decis. 811. numer 9., & 10., & in Recent. decis. 108. numer. 6. part. 14., & decis. 231. num. 7. par. 19., & in Romana Saluiani 9. Februarij 1688. §. Secundò non obstat in fine, coram clar. mem. Cardinali Caccia*; & quidèm scientia talis, quæ deducatur ex principio certo, atquè in-
3 dubitato, aut saltèm ex coniecturis, & præsumptionibus, quæ quodammodò vim inferant pro ea asserenda, sicuti generalitèr in præiudicialibus requiritur, teste *Rot. in dicta Romana Immissionis 17. Maij 1697. §. Quidquid enim in fine, coram R. P. D. meo Caprara* (nunc intèr suas *decis. 337. num. 3.*), & *in Firmana Census 9. Iunij 1698. §. Finali, & 22. Iunij 1699. §. Talis tamèn scientia, & prima Iulij eiusdem anni §. In præsenti, coram R. P. D. meo Muto.*

Huiusmodi sanè scientia neutiquàm assurgebat ex geminis circumstantijs, quæ pro parte Rei conuenti afferebantur, altera nempè, quòd pars Prædij, de quo agebatur, esset fundus censitus, quodque magis est, ad illam ex hoc capite Castellinus associationem, vt præmisimus, ab A. C. reportauerat; quàproptèr admodùm inuerisimile videretur, quod non curauerit iuxtà morem cuiuscumque prudentis Patris familias, etiàm longè præcedentèr, siuè ex vno, siuè ex altero capite indagare, quisnàm esset ipsius fundi censiti Dominus, vel possessor, & eo maximè cùm hoc de facili scire posset stante descriptione omnium stabilium Territorij Ciuitatis Fauentiæ in publico Catastro efformari consueto pro regulanda solutione onerum Cameralium, & Communitatiuorum, adeòut, si in hoc defecerit, referri de
4 plano mereatur ad supinam ignorantiam, & nimiam oscitantiam, quæ regularitèr non extrudit probabiliorem scientiam, siuè, vt aiunt, non excusat, vt inquit *I. C. in leg. plurimùm, & in leg. nec supina*, cum not. vtrobiquè per Doctores, *ff. de Iur., & fact. ignorant.* cum concordan. per *Rot. decis. 146. nu. 17. part. 10. Recent., & decis. 389. num. 10. coram Priolo.*

Et altera in idem fraternizante, ex quo de facto, & positiuè Instrumentum emptionis memorati Prædij initæ per Bonaccursium Auctorem Caroli Rei conuenti fuerat exhibitum, & repositum in Archiuio publico præ-

5 prædictæ Ciuitatis ad normam prouidæ le-
gis præscriptæ in notissima Constitutione
sa.mem.Sixti V. *la 83. in Bullar. nouo intèr eius*
impress. tom. 2., indè inferendo, quod Ca-
stellinus promptam habuerit commoditatem
illud perquirendi, legendi, & relegendi,
pròut fecisse censendum est ponderata ex-
tractione eiusdem Instrumenti in publicam
formam, deincèps in effectu procurata pro
instruendo Iudicio associationis aduersùs
hæreditatem memorati Bonaccursij Empto-
ris; quamobrèm in hiscè circumstantijs, &
eò inuerisimilior euadat ignorantiæ prætex-
6 tus, & ex opposito robustior insurgat scien-
tiæ præsumptio, cùm paria sint scire, vel de
facili scire posse, per notiss. *Textum in leg. Lu-*
cianus, ff. ad Macedon., *& in leg. si duo, ff.*
de acquir. hæredit., *Rot. coram Gregor. de-*
cis. 127. num. 7., *& coram Coccino decis. 1623.*
num. 15., & alibi passim.

Siquidèm huiusmodi nimiùm vagæ præ-
sumptiones, & discursus nequaquàm value-
runt inflectere *Dominorum* intellectum, que-
madmodùm sibi pollicebantur Caroli defen-
sores; Vltrà enim, quòd pro illarum elimi-
natione superabundare videbatur animad-
uersio, quòd etiam procedendo cum præmis-
sis circumstantijs, & verisimilitudinibus ni-
miùm multiplicare oportuisset præsumptio-
nes, nempè, & quod Castellino innotuerit
substantia proprij crediti, siuè Instrumentum
Census de tempore distractionis Prædij *del*
Gabadino, idquè saltèm per decem annos an-
tè motam litem, quodque vno, eodemque
tempore indagare debuerit, seù effectiuè non
omiserit, an fundus censitus hactenùs loco
præexistendi in dominio debitoris Census,
eiusque hæredum (vt probabilius erat) po-
tiùs ad extraneas manus deuenisset, non ob-
7 stante regula, quæ militabat in oppositum,
nimirùm quod non sit inducendus fasciculus
præsumptionum, siuè ab vna præsumptione
altera elicienda, iuxtà *Gloss. in leg. prima,*
verbo dotem in fin., C. de dot. promiss., *Ruin.*
cons. 66. num. 20. lib. 3., *Rota coram Duran.*
decis. 307. num. 9., *&* 10. cum reliquis no-
tissimis.

Strictiùs introeundo viscera obiectionis
obseruabant *Domini*, quod hæc omnia for-
tassè possent aliqualitèr vrgere, quotiès res
versaretur cùm originario Creditore Cen-
sus, cuius respectu faciliùs locum sibi vindi-
caret inspectio probabilis, vel improbabilis,
verisimilis, aut supinæ ignorantiæ alienatio-
nis fundi Censiti: Verùm nullam vim ad-
struebant aduersùs Castellinum hodiè in Au-
ditorio nostro comparentem tanquàm hæ-
redem Taddeæ tertiæ succeditricis etiam in
se ipsa titulo singulari in iuribus præfati
Census; maximè, dùm idem Castellinus
nonnisi de recenti notitiam fuerat adeptus
de cessione eiusdem Census obtenta per
eamdem Taddeam de anno 1652. ab hære-
dibus Cæsaris principalis acquisitoris ipsius
Census, tuncquè statim scire procurauit,
quisnàm esset fundi Censiti possessor, eoque
præcognito, incontinenti non destitit Asso-
ciationis remedium iudicialitèr implorare:
Vndè conuictâ potiùs suo loco, & tempore
8 huiusmodi solertiâ Castellini, eò faciliùs de
præterito eniteat proprij iuris ignorantia re-
gularitèr in quolibet hærede de facili præsu-
mibilis, ad *Text. in leg. qui in alterius, ff.*
de Reg. Iur., *Alex. cons. 71. num. 5. lib. pri-*
mo, *Rota decis. 157. num. 11.*, *& seqq. coram*
san. mem. Alexandro VIII., *& decis. 58. nu-*
mer. 13. coram Priolo., quæ idcircò sicuti im-
pediebat suaptè naturâ cuiuslibet actionis
exercitium, ità validiùs resistebat natiuita-
9 ti, & principio cuiuscumque præscriptionis,
cuius basis, & fundamentum vel in vera
scientia, vel in admodùm crassa, & pingui
oscitantia solidatur, vt ait *Federic. Scot.*
cons. 1. num. 44. lib. 4. tom. 2., *Cancer. var. re-*
solut. part. 1. cap. 15. num. 26., *Modern. Ar-*
gentan. collect. 48. num. 25. lib. 1., *Rot. dec. 22.*
num. 8., *& decis. 231. n. 9. part. 18. Recent.*

Sublata igitùr hac prima exceptione, pa-
ri sorte non minùs prolapsa est secunda, &
ad omne peius subsidiaria oppositio retentio-
nis, quâ Carolus sese tueri satagebat, nimi-
rùm ex causa dimissionis, & accollationis
respectiuè plurium Creditorum anteriorum
Bartholomæi primæui debitoris huiusce
Census susceptæ per Equitem Bonaccursium
illius Auctorem in actu emptionis contro-
uersi Prædij sub expressa declaratione subin-
trandi in iuribus eorumdem Creditorum,
illisque vtendi ad omnes effectus sibi magis
10 vtiles, & proficuos, ad normam etiàm re-
gularis naturæ subingressionis, quæ efficit,
vt Emptor aduersùs Creditores posteriores
antiqui possessoris, & Domini rei emptæ ob-
tegi valeat beneficio retentionis, vt aliàs
respondit *Rot. in Forolinien. Saluiani 26. Iu-*
nij 1676. §. Iuxtà quidèm, coram bon. mem.
Bourlemont, & priùs *decis. 313. num. 1.*, *&*
decis. 297. num. 6. par. 10. Rec.

Omissis quippè cœteris responsionibus de-
supèr allatis per Scribentes pro Castellino,
placuit animaduersio, quod cùm huiusmo-
di prætensa credita anteriora per Bonaccur-
sium Emptorem dimissa, & respectiuè ac-
collata, vix attingant summam scuto-
rum 500., è conuersò autèm Prædium *del*
Gabadino, vnâ cum nonnullis alijs Prædio-
lis contextualitèr Bonaccursio venditis per
Bartholomæum, existat capacitatis Torna-
turarum 55., & sic valoris scutorum trium
millium, & vltrà, adhibita, siuè retenta
ratione conuenta scutorum 67. pro qualibet
tornatura: non poterat idcircò Carolus,
11 tanquàm de cœtero possidens iure solius
dominij, impedire, quin Castellino tribuen-

da

da foret Immissio saltèm pro indiuiso, quidquid dicendum fuisset, quotiès Carolus iure dumtaxat hypothecæ anterioris originalitèr reperiretur in possessione Prædij, tùnc etenim è conuersò obstringi nequaquàm posset ad dimittendam vel minimam glebam, donèc sibi integrè satisfactum extitisset de prædictis creditis anterioribus, siuè per fructuum perceptionem, siuè per oblationem, & solutionem factam à Castellino, ad celebrem distinctionem, de qua *Merlin. de pignor. lib.4. quæst.44. num.19., & seqq., Rot. decis.559. ex num.6. vsquè ad 14. apùd Cenc. de Cens., decis. 33. ex num.14. vsquè ad fin. post Rodriq. de priuil. Credit., & decis.151. numer.24. part.19. Rec.*

Comperiens itaquè Carolus, præmissa gemina fundamenta sibi suffragari non valere ad effectum euitandi Immissionem à Castellino expetitam, postremo tandèm loco conquerebatur apùd *Dominos*, quòd perperàm in Tribunali A. C. concessa fuerit Castellino Immissio pro fructibus Census à die eius creationis, & sic per sexaginta annos, quandò tamèn in hac materia fructus peti
12 nequeunt vltrà 29. annos, cùm pro reliquis, siuè antecedentibus regularitèr citrà hæsitationem admittatur sempèr præscriptio, ex trad. per *Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 8. num.211., Rot. decis.190. num.25. post Zacch. de oblig. Camer., & decis.303. num.3. in fin. apùd Pacif. de Saluian., & in Romana Census 14. Ianuarij 1686. §. Validitas, coràm clar. mem. Card. Matthæio.*

Sed & hoc refugium de facili labebatur, animaduertendo, quod Taddæa Auctrix Castellini post reportatam sub anno 1652. ces-
13 sionem eiusdem Census superuixerat per spatium 17. annorum; quapropter iàm respectu ipsius Taddeæ clarum erat, non intercessisse tempus 29. annorum vt suprà sufficiens ad præscribendum: abindè verò citrà, vsquè ad diem motæ litis per Castellinum, neque compleri valuit præscriptio cœpta contrà Taddæam, neque alia de nouo in-
14 choari aduersùs illius hæredem non informatum, vt prætèr generalia, de quibus *Rot. decis. 265. num. 6. post Cenc. de Cens., decis. 142. num. 15. coràm san. mem. Alexandro VIII., & decis.22. num. 8 part. 18. rec.* in his præcisis terminis fructuum Census pe-
15 titorum vltrà annos 29. punctualitèr habetur in *decis. 417. num. 11. part. 16., & decis.330. num.21. part.17.*

Et ità, vtrâque.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

POst obtentam à Carolo succumbente nouam Audientiam aduersùs præsentem *Decisionem* fuit reproposita Causa coram eodem D. meo Ansaldo sub *die 28. Ianuarij 1702.*, & non attentis præmissis, alijsque exceptionibus ex parte ipsius Caroli deductis, Sacrum Tribunal perstitit *in decisis*, prout recognosci poterit ex alia *Decisione* inferiùs suo loco registranda.

Quemadmodùm frequentissimè accidit, quod emptores Bonorum stabilium conuenti in Iudicio Saluiani, ad finem protelandi effectum Immissionis petitæ per aliquem Creditorem venditoris solent opponere defe-
16 ctum hypothecæ, allegando, quod ista remanserit præscripta stante ipsorum pacifica possessione per decennium, si agatur inter præsentes, vel respectiuè per viccnnium, quatenùs sermo sit de Creditore absente, vt pretèr adductos in hac Decisione *num.1.* habetur apùd *Otthobon. decis.129. num.16., & in recent. decis.191. num.10. part.18., & decis.26. num.6., & 7. part.19., & coram bon. mem. Molines decis.527. num.4., & dec.539. num.1.*

Ità pro aliquali ornatu præsentis *Decisionis* non inopportunum duxi referre nonnullos casus, in quibus prædicta decennalis, aut vicenaria præscriptio nullum præstare valet præsidium possessori, ac Reo conuento illam obijcienti aduersùs Creditorem instantem contrà eum pro Immissione in actione Seruiana.

Primus itaquè casus est, quandò nullibi ex parte possessoris iustificatur, quod Creditor, & respectiuè Actor habuerit scientiam alienationis rei sibi hypothecatæ; non enim sufficit allegare solum lapsum temporis, nisi etiam insimùl concludentèr probetur, quod Creditor sciuerit, & adhùc neglexerit propria iura experiri super re sui Debitoris in-
17 tertium distracta, cùm à die talis scientiæ, & non anteà incipiat decurrere præscriptio contrà Creditorem opposita, vt paritèr vltrà *Authoritates* congestas in Decisione *numer.2.* recentiùs respondit *Rot. coram Card. Caprara decis.24. ex num.1. ad 4., & coram Molines decis.643. num.4., & seqq., in Perusina Saluiani 17. Iunij 1720. §. Non releuante, coram bon. mem. Marymon, & in Ariminen. Saluiani 7. Iunij 1723. §. fin coram R. P. D. Calcagnino.*

Nisi tamèn ageretur de lapsu temporis plusquàm tricenario, necnon de Emptore, & Creditore in eodem Loco, seù Ciuitate
18 commorantibus, quia tùnc ex tàm longa intercapedine temporis rationabilitèr præsumeretur, quod Creditor rectè sciuerit distractionem rei sibi hypothecatæ factam ab eius Debitore, & per consequens vtilitèr à possessore allegaretur præscriptio, licèt de specifica scientia Creditoris nullatenùs doceret, prout relatis concord. respondit *Rot. coram Molines dicta decis.527. num.7., & decis.539. num.10., & in Romana Saluiani 21 Mar-*

Martij 1709. §. Corruebat, coram bon. mem. D. meo Ansaldo.

Secundus casus est, quandò Tertius possessor vèl antè acquisitionem rei, vèl ex pòst
19 sciuit, quod eadem res erat præcedentèr affecta hypothecis Creditorum venditoris, tùnc etenim, velutì ratione talis scientiæ in mala fide constitutus, non posset vllam obijcere præscriptionem aduersùs Creditorem petentem contrà eum Immissionem in Saluiano, *Pacif. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. numer. 286., Rot. decis. 30. num. 35. part. 10., & decis. 231. num. 3., & 4. part. 19. rec., in Spoletana Saluiani 22. Iunij 1693. §. Minùs etiàm, coram bon. mem. Heruault impress. post Gob. tract. var. decis. 19. num. 10., & in Signina Saluiani 14. Ianuarij 1726. §. Nequè ad retardandam, coram bon. mem. Rouault de Gamaches.*

Tertius est casus, quandò in Instrumento crediti adest Clausula *Constituti*, quia dato, quod per decem, vel viginti annos præscri-
20 batur hypotheca, non tamèn præscribitur Constitutum, cuius respectu necessaria est præscriptio tricenaria, vt post alios in specie tradit *Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 6. numer. 116., Rot. decis. 300. num. 10. apùd Pacif. de Saluian., & decis. 398. num. 5., & 6. post Cenc. de Censib., & coram Vbald. dec. 350. num. 15., & 17., & in rec. decis. 681. numer. 17. parr. 18*

In pluribus etiàm vlterioribus casibus, quos longum esset hìc referre, remanet inallegabilis præscriptio hypothecæ ex lapsu decem, aùt viginti annorum; quapropter solùm methodicè alios quatuor indigitabimus,
21 quorum alter est, quotiès huiusmodi præscriptio obijcitur contrà Ecclesiam agentem iure Creditricis hypothecariæ, ex not. per *Pacif. d. inspect. 2. cap. 2. num. 279., & seqq.,*
22 vbi ampliat, id procedere etiàm fauore eius, qui commune interesse habet cum Ecclesia, *Gratian. decis. Marcb. 15. in Addit. num. 5., Rot. coram Seraphin. decis. 920. num. 6., & in Romana Saluiani 21. Februarij 1698. §. 1. in fin. coram Vrsino.*

Alter paritèr est, quotiès Creditor hypothecarius intrà decennium, aùt vicennium
23 mouit Iudicium aduersùs Tertium possessorem; hoc namquè casu actio eiusdem Creditoris ità perpetuatur, vt non obstante quocumque posteriori temporis lapsu datum non sit possessori, vel alijs ab eo causam habentibus excipere de præscriptione hypothecæ, vt respondit *Rot. in Romana Saluiani 27. Iunij 1697. in fin. cor. Card. Priolo.*

Similitèr quandò agitur de hypotheca
24 oriente ex contractu iurato, illa non præscribitur per lapsum solius decennij, aùt vicennij, sed dumtaxàt per lapsum 30. annorum, vt pluribus relatis dixit *Rot.* in præcitata *Spoletana Saluiani coram Heruault* apùd *Gob. tract., var. dicta decis. 19. num. 8.*

Vltimus demùm casus est, vbi per Tertium possessorem. à pluribus Creditoribus conuentum allegatur sola præscriptio decennalis, & ex parte vnius ex Creditoribus
25 probetur, quod alter Concreditor interim fuerit absens, in hac namquè hypothesi absentia istius Concreditoris prodest etiàm alijs Creditoribus præsentibus, nè contrà eos opponi valeat præscriptio hypothecæ antè lapsum viginti annorum, ex rationibus perpensis per *Pacif. de Saluian. d. inspect. 2. cap. 2. num. 276.,* quem laudat, & sequitur *Thomat. decis. Marcb. 246. num. 17.,* & confert *Rot. coram Buratt. decis. 598. num. 12., & 13., & coram Coccin. dec. 574. n. 10.*

A. Lupardus.

ASCVLANA BENEFICIJ SEV' ABBATIÆ.

Lunæ 8. Martij 1700.

ARGVMENTVM.

Lis supèr Iurepatronatus alicuius Beneficij inchoata ad effectum obtinendi à S. Sede derogationem pro impetrando eodem Beneficio dicitur fraudolenta, non vera, & legitima, ac propterea inficit Gratiam derogationis vtì obreptitiam: Subsignatio, seù Data Supplicationis quo tempore sit facta recognoscitur ex Libris Datariæ, quibus omnis fides adhiberi solet; Quadrimestre Patronis Laicis concesso ad præsentandum expirato, præsentatio non substinetur, quod licèt currere non incipiat, nisi à die scientiæ, tamèn ignorantia vacationis non admittitur, si sit nimis supina, & crassa. Error, vèl incuria Expeditoris Litterarum Apostolicarum an, & quandò præiudicet Impetranti, seù Prouiso.

SVMMARIVM.

1 *Tertius admissus ad Causam quandò possit, necnè impedire illius expeditionem fauore alterutrius ex Collitigantibus,* remissiuè.

2 *Resignatio sub falso supposito litis admissa per Papam cum derogatione Iurispatronatus in totum, corruit tamquàm obreptitiè extorta.*

3 *Gratia derogatoria Iurispatronatus in totum ex causa litis narratæ eatenùs substinetur, quatenùs lis existat vera, & legitima.*
Et dummodò lis reuerà esset saltèm formitèr contestata de tempore concessionis Gratiæ, num. 4.
Secùs, si lis fuisset mota per fraudem, & machinationem ad finem impediendi, nè Patroni possent præsentare, n. 17.

5 Li-

5 *Liber Dataria, in quo annotantur Supplicationes per Papam signatæ, plenè probat.*
6 *Supplicationes a Papa signatæ, antequàm regisfrentur, ac etiam ex pòst, solent aliquandò peruenire ad manus ipsorum supplicantium.*
Et de ratione, ibid.
7 *Pluralitas scripturarum non præsumitur.*
8 *Allegans errorem tenetur illum probare, cùm non præsumatur.*
9 *Præsumptio militat contrà renuentem exhibere aliquam scripturam, quæ apùd eum præsumitur extare.*
10 *Litteræ Apostolicæ præsumuntur expeditæ in sequelam illius Supplicationis, quæ concordat cum tenore Bullarum.*
11 *Expeditores Litterarum Apostolicarum, vix auditâ famâ alicuius expeditionis, solent præuenire, nè alij se ingerant in illo negocio.*
12 *Resignationes Beneficiorum non admittuntur in Dataria, nisi docto de legitimo mandato Procuræ ad resignandum.*
13 *Datarius Papæ habet facultatem apponendi suo arbitrio Datam in Supplicationibus à Papa signatis.*
14 *Supplicationes à Papa signatæ registrantur in Libro Substituti Dataria per modum compendij, & quòad substantialia tantùm.*
15 *Testes concordantes in substantialibus probant, licèt non conueniant in accidentalibus.*
16 *Officiales Datariæ habent præsumptionem pro se, quod benè, & fidelitèr se gerant in eorum muneribus, siuè Officijs.*
18 *Dolus, fraus, & machinatio in aliquo actu adhibita non excluditur ex contraria declaratione agentis, etiàm iurata.*
19 *Exceptio simulationis admittitur aduersùs contractum etiàm munitum Iuramento, & obligatione Camerali.*
20 *Assertiones, seù declarationes aliàs in se suspectæ, si ab extrinsecis adminiculis coadiuuentur, fidem in Iudicio promerentur.*
Secùs si fiant lite pendente, & pòst ius Colligitanti quæsitum, n.21.
22 *Dolus, fraus, & machinatio an reuerà intercesserit in aliquo actu, remittitur religioni, & arbitrio Iudicis.*
23 *Exceptiones contrà personas, & dicta Testium tamquàm serotinæ non attenduntur, quotiès excipiens illas non deduxit intrà terminum datum ad reprobandum.*
24 *Præsentatio facta à Patronis Laicis pòst expiratum quadrimestre non sustinetur.*
Hoc tamèn quadrimestre ad præsentandum non incipit currere, nisi à die scientiæ vacationis Beneficij, n.25.
Sed illius ignorantia nimis crassa, & supina non excusat à deuolutione, seù à nullitate præsentationis, n.26.
27 *Præsentato per legitimum Patronum, maximè existentem in quasi possessione præsentandi, adiudicandum est Beneficium.*
28 *Instrumentum nequit acceptari quòad simplicitèr in eo enunciata, & insimul impugnari quòad illius substantiam.*
29 *In iudicio possessorio Iurispatronatus non est disputandum supèr pertinentia, nisi sit clara.*
30 *Iudex non debet incidentèr canonizare illud ius, cuius cognitio est alteri Iudici demandata, nè sequatur Sententia contrà Sententiam.*
31 *Error, vel incuria Expeditoris Litterarum Apostolicarum in committendo, vel omittendo non præiudicat Impetranti, aùt aliàs prouiso de aliquo Beneficio.*
Limita, si agatur de Gratia Tertio præiudiciali, & Impetrans illâ vsus fuerit in Iudicio, n.32.
Sublimita, vt n.33.

DECISIO CXXXV.

Repertis fortè cardinibus præteritæ resolutionis difficilè etiàm in alia propositione amouibilibus à proprio centro Iustitiæ, vt liquebat ex *Decisione dici 6. Aprilis superioris anni coràm Me*, paulò deincèps nedùm ex vna parte Resignatarius, qui succubuerat, sedulè institit pro impetratione nonæ Audientiæ, verùm Thecla, & Geltruda potiri prætendentes Iure præsentandi ad huiusmodi Beneficium, vnâ simùl cum Ioseppho Philippo nouitèr ab eis præsentato, reportarunt à Signatura Iustitiæ illam Commissionem, quæ nuncupatur *admissionis ad*
1 *Causam*; At quamuis ad instàr eorum, quæ fuerunt practicata *in decis.165. coram Dunozett. seu., & alibi etiàm*, rectè potuisset instante Mariano victore Causa expediri intèr ipsum, & Io: Franciscum Resignatarium: Nihilominùs *Domini*, solidiùs, ac benigniùs incedentes, eodem tempore, quo iterùm audiendum decreuêre Resignatarium, censuerunt abundantius esse contextualitèr etiàm Iura Iosephi Philippi perpendere; Sed præcognita soliditate veterum fundamentorum Mariani, & respectiuè leuitate promotorum ab alijs de recenti traductis in palestram, simultaneè perstitum fuit *in decisis*, & rescriptum = *Beneficium non esse Ioseppho Philippo adiudicandum*.

Seorsìm siquidèm agendo, ex duplici sanè capite, excluso Resignatario, antelationem obtinuerat Marianus tùnc vnicè præsentatus à Maria; altero nimirùm manifestæ obreptionis ob existentiam litis falsò præsup-
2 positam pro parte Oddi Resignantis, quauè obreptione concurrente certissimum reddebatur, maximè in hac duriori derogatione Iurispatronatus Sæcularis in totum, corruere Gratiam resignationis per Sanctissimum admissæ, ad normam *Text. in cap. Ad aures, & cap.*

& cap. Constitutus, *de rescript.* cum concordantibus per *Rot. decis.302. num.3.,& seqq. coram Bich.*, *& decis. 372. num. 2. part. 17. rec.*, *& in alia Asculana Beneficij die 5. currentis mensis §. Constitit siquidèm*, *coram R. P. D. meo Muto*.

Altero paritèr, quia quatenùs subsisteret etiàm præexistentia litis prænarratæ, nihilominùs qualitas eiusdem litis, veluti redolens vndequaquè machinationem, fraudem, & dolum, non erat apta ad ipsam Gratiam substentandam; mens enim Sacrosanctæ Pontificis non minùs ex ipsa littera concessionis, quàm ad limites congruentiæ, & ho-
3 nestatis, intantùm derogasse censetur præfato Iuripatronatus Laicorum in totum extrà casum magis familiarem vacationis in Curia, vt in *cap.2. de præben. in 6.* inquantùm supposita lis, & exposita conuincatur vera, & legitima, sicùt vltrà laudatos in *Decisione* præcedenti punctualitèr annotaruut *Tondut. resol. Benef. part. 3. cap. 135. num.10., & 12.*, *Fontanell. de Iurepatr. lib.1. quæst. 19. num. 2., & seq.*, *Rot. decis. 766. num.17. coram Dunozett. iun.*, *& decis.558. num.17., & 18. coram Bich.*

Hodiè igitùr, (licèt non omnes *Domini* supèr primo capite, seù fundamento fuerint concordes,) adhùc visum est, firmitèr quoquè illud posse subsistere: Tota namquè discordantia suffragiorum promanabat, siuè pendebat ab ea facti rimatione, vtrùm Supplicatio porrecta pro consequenda resignatione remanserit signata sub die 5. Aprilis anni *1696.*, vel potiùs sub die 19 Augusti subsequentis, quia de reliquo incontrouertibilitèr apparebat, litem etiàm in Partibus
4 non fuisse contestatam, nisi de mense Iunij prædicti anni *1696.*; quotiès quippè substitisset, signaturam Gratiæ prodijsse de mense Aprilis antecedentis, apertissimè sequebatur, quodammodò sub spe futuræ contestationis extortam remansisse derogationem, ideòque eamdem collabescere, vt contingit in omni materia, in qua vis resideat in tempore, ex animaduersis in similibus per *Rot. decis.175. num.16., & 17. coram Buratt.*, *& coram Zarat. decis.73. num.32., & seq., & decis.330. num.11., & 12. par.19. rec.*

Quod autèm in rei veritate Supplicatio dumtaxàt signata remansisset sub præfata die 5. Aprilis, non verò sub die 19. Augusti, potissimè conuincebatur, ex quo in Codice, sub quo per Officialem ad id præelectum, qualis est substitutus Subdatarij, solent annotari cunctæ Supplicationes per Papam signatæ, nulla alia legebatur signatura, quàm exarata sub memorata die 5. Aprilis; proindèque vanum reddebatur immorari supèr mòx differendis coniecturis, & ratiocinijs, quandò præcisè, & analogicè de substantia temporis, ideòque etiàm controuer-
5 siæ, constabat ex prædicto Libro publici Officialis, cui citrà scrupulum plenaria fides erat adhibenda, ad notata in specie per *Corrad. in prax. Benef. lib.1. cap. 5. num. 255.*, *Rot. coram Seraph. dec.1088. num.4.*

Clariùs, & euidentiùs, quia si alia Supplicatio diuersimodè se habens circà tempus prælaudatæ signaturæ adfuisset, vtiquè indicari, siuè exhiberi valuisset per ipsum Resignantem, vel Resignatarium, dùm huiusmodi Supplicationes, vèl essent in eodem Libro per anteà, vèl successiuè conscriptæ, aùt extarent penès eosdem interesse fouen-
6 tes in Gratia; sæpissimè namquè solent eædem Supplicationes, non minùs antè registrationem pro facienda aliqua emendatione, sed etiàm ex pòst ad finem expediendi suo loco, & tempore in Apostolica Cancellaria Litteras sub plumbo, ad manus ipsarum Partium deuenire, teste *Vbert. de Citat. cap.10. num.332., & 334. in fin.*, *Corrad. in prax. dispens. lib.2. cap.3. num. 18., & 22.*, *De Rosa de Exec. litt. Apost. part.1. cap. 8.*
7 *num.8., & sub num.11.* aliàs etenim omnis præsumptio militat aduersùs eum, qui scripturarum, actuumque pluralitatem allegat, *Venturin. cons. 1. num. 330.*, *Gratian. discept.951. num.15.*, *Cornazzan. decis. Lucen.7. num.7., & 8.*, *Rot. decis.225. numer. 7. coram Carill.*

Addito, quod illa allegatio pluralitatis Supplicationum, quæ ad euincendam prædictam præsumptionem ab Oddo resignante, eiusque Defensoribus circumferebatur vigore cuiusdam computi extracti à quodam Libro memoriali expeditionis Bullarum resignationis (vt moris est) retento per celebrem olim Expeditorem Ioannem Louys, acutissimè retorquebatur: dùm enim in eodem computo numerabatur partita scutorum sex sub ea nuncupatione = *pro Supplicatione pluriès facta*, quarè Resignans non exhibebat has pluriès factas, siuè iteratas Supplicationes ad effectum recognoscendi,
8 an fortè prænominatus publicus Officialis in sua annotatione errauisset? dùm eiusdem Resignantis oneri incumbebat docere de errore aliàs non præsumibili, *vulg. leg. errore, cum ibi not. per DD.*, *C. de Testam.*, *Rot. decis.641. num.1. coram Merlin.* quemadmo-
9 dùm in hoc ipso indiuiduo Supplicationum Datariæ contrà allegantem, & non exhibentem Supplicationes originales, cæteris adductis dictum quoquè fuit *in Neapolitana Pensionis 17. Februarij 1698. §. Et de facto*, *coram Me* (*decis.30. num.16. tom.1.*)

Absquè eo, quod pro infringenda, siuè eneruanda tàm aperta probatione resultante ab enunciato Libro publici Officialis, vlteriùs etiàm constipata præ missis adminiculis, contraponi absolutè mererentur

(vt

(vt præmisimus) leuiores coniecturæ, ac ratiocinia deducta per Resignantem; & potissimè illud, quod solummodò sub die 6. Augusti idem Resignans mandatum exarauerit ad explendam resignationem specificè sub ea conditione vallatum, quod ad ipsius Resignantis fauorem reseruaretur annua Pensio ducator. 29., & iul.7., necnon etiàm consecutio fructuum Beneficij post tres menses à die signatæ Supplicationis, quapropter impossibile videretur, quod signatura Supplicationis per speciem Prophetiæ præcedere valeret ipsam extraditionem mandati, præsertim dùm de supradictis conditionibus nulla mentio facta apparebat in ipsomet summario Supplicationis vt suprà annotatæ in præcitato Codice Officialis D. Subdatarij, & ex opposito eædem adamussim conditiones cernebantur adiectæ nedùm in Litteris Apostolicis super Gratia huiuscè resignationis expeditis, verùm etiam in Supplicatione matrice, seù originali, quam cum Data diei 19. Augusti *Dominorum* oculis subijciebant memorati Defensores Oddi Resignantis, quandò, etiàm præcisiuè ab omnibus circumstantijs, sempèr Litteræ
10 Apostolicæ præsumuntur expeditæ in sequelam tantummodò illius Supplicationis, quæ cum littera Bullarum concordat, vt ait *Rot. decis.455. num.23. cum duob. seqq. coram Bich.*

Et ob id, etiàm vbi per discursum, ac in gratiam prælaudati Officialis potuisset credi, quod alia Supplicatio porrecta, ac signata extitisset sub præfata die 5. Aprilis antecedentis, itàut potiùs idem Officialis errauisset in omittendo connotationem posterioris, ac veræ Suplicationis, quàm in committendo, seu figurando Supplicationem, & signaturam, quæ nunquàm adfuisset sub illo præcedenti tempore in rerum natura: Attamèn ad omne peius eadem porrectio primæuæ Supplicationis tribuenda erat in-
11 hianti sollicitudini alicuius Expeditoris, dùm hi quandoquè, vix famâ perauditâ faciendæ expeditionis, satagunt præuenire negocia, nè alij se ingerant, sicuti testificatur *Gomez ad Regul. de Annal. quæst.32. circà med. vers. contrarium tamèn, Lotther. de re Benef. lib.2. quæst. 28. numer.82.*

Præualebat namquè responsio ad omnes hoscè discursus profligandos (retento sempèr themate concursus annotationis enunciati Officialis,) quod circà mandatum tantummodò subsignatum sub die 6. Augusti non poterat vllum elijci fundamentum, cùm rectè id euenire valuerit, ex quo cùm Oddus resignans esset quidèm in Curia præsens de mense Aprilis, & sic de tempore, quo cantabat Liber Officialis, sed ex pòst ad Patriam diuertisset, certè opus erat, quod illic consensus, qui personalitèr præberi poterat in vim Supplicationis anteà signatæ, & ab eodem probabilitèr porrectæ, ob illius deincèps absentiam solide firmaretur, & appareret mediante publico mandato Procuræ
12 ad resignandum, cùm, nisi de legitimo mandato elucescat, nequeat vllo modo fieri expeditio Litterarum cessionis, & resignationis, vt tradunt *Cels. Hug. cons. 43. num.7., Bursat. cons.395. num. 25., Barbos. claus.35. num.39, Paris. de resign. Benef. lib.9. quæst.7. num.9. cum seqq., Rot. coram Manzaned. decis.550. num.10.*

Consecutiuè autèm necessarium quoquè erat, quod Supplicatio originalis, & subiecta, vt diximus, oculis *Dominorum*, appareret datata die 19. Augusti, sub qua Bullæ extiterunt expeditæ, quoniàm absurdum fuisset, quod non constito in monumentis, seù Regestris Datariæ, vel Cancellariæ de præsentia Resignantis tempore, quo fuit subsignata Supplicatio, eadem Supplicatio præcederet mandatum Constituentis ad supplicandum, & resignandum, vt ex se patet; de cætero namquè (quidquid sit in ordine ad Gratiam perficiendam, neuè, stante obitu Resignantis intermedio, resignatio in se euanescat antè consensum formitèr ab eo
13 præstitum expeditioni Bullarum) Datarius habet in suis facultatibus, siue consuetudinibus Ius apponendi Datam, rationabili arbitrio suo commendatum, vt post *Gonzal. ad Regul. Cancell. gloss.63. num.54., & seqq.* dictum fuit *in decis. 54. la 2. num.7., & 8. pòst Vivian. de Iurepatr.* aliàs *coram Merlin. decis.281. num.8. cum duob. seqq.*

Discordantia verò exagerata per eosdem Oddi Defensores intèr Supplicationem registratam in Libro præcitati Officialis, ac alteram oblatam inspectioni *Dominorum* respectu conditionum in hac vltima dumtaxàt adiectarum, in nihilo poterat vrgere, adeòut non subsisteret mòx insinuatum fundamentum, quod vna sola, eaque sub prædicta die 5. Aprilis extiterit subsignata, dilato solùm ex rationabilibus motiuis tempore Datæ: Siquidèm in totiès allegato Libro
14 Substituti integra substantia solùm signatæ Supplicationis refertur, posthabitis, seù neglectis merè accidentalibus; & de facto in ibidèm recensito compendio nulla desiderabatur expressio substantialis, dùm exprimebatur qualitas Beneficij resignandi, videlicèt, quod esset de Iurepatronatus Laicorum, exprimebatur litis contestatio intèr Patronos, exprimebatur institutio pertinens ad Capitulum Lateranense: vndè si repetita non fuerat, seù facta etiàm expressio reseruatæ Pensionis, & fructuum per tres Menses, hæc non erant adeò substantialia, quæ in simplici annotatione forent necessariò explicanda, ad instàr eorum, quæ habemus de

15 Testibus in magis substantialibus concordantibus, licèt in minùs substantialibus, siuè accidentalibus discordare videantur, *Rot. decis.488. num.5. part.18. rec., in Romana Pecuniaria super exhibitione 21. Iunij 1694. §. Absquè eo, quod fides, coram R. P. D. meo Muto, & in Romana Testamenti 7. Decembris mox dilapsi §. Absquè eo, quod, coram R. P. D. meo dell'Olmo*.

Semperquè in omnem euentum perstringebat illa reflexio, quod dùm supradictus Officialis indubitantèr sibi certam, & non somniatam Supplicationem connotauit sub præfata immutabili die 5. Aprilis, vti conuincebat etiam successiua registratio, siuè annotatio Supplicationum intermediantium antè diem 19. Augusti, oporteret idcircò omninò eumdem Officialem redarguere de quadam specie delicti, vèl ob insertionem factam, ac expressam tempore non suo, vel innegabilitèr (etiàm in casu iterationis signaturæ plurium Supplicationum) ob socordiam, ac defectum successiuè apponendi sub ass. legitima die 19. Augusti signaturam illius Supplicationis, cui ratione Datæ mordicùs innitebatur Resignans; quod vtiquè dicendum non est, dùm quilibet Officialis, 16 præsertim publicus, & maximè in ordine ad materiam tàm scrupulosam, præsumitur benè se gerere in proprij Officij regimine, & administratione, quemadmodùm in specie Officialium Datariæ protestatur *Mandos. ad Reg. 27. Cancell. quæst. 24. num.9., Amcyden. de Styl. Datar. cap.26. num.45., Rot. coram Buratt. decis.249. num.8.*

Cæterùm, etiàm præcisiuè ab hoc primo fundamento, compertum est citrà vllam fluctuationem, secundum esse prorsùs, & 27 omninò ineuitabile, machinationis nimirùm, & fraudis adhibitæ per Oddum in suscitanda lite ad finem denudandi Patronos Iure præsentandi sub prætextu litigij intèr eosdem vigentis, secundùm ea, quæ lato calamo demonstrata legebantur *in præcedenti Decisione diei 6. Aprilis 1699. ex §. Eoquè libentiùs, fermè vsquè ad fin, (decis.83. ex numer. 14. tom.1.)*, & ad quam pro euitanda superuacanea repetitione *Domini* sese habuerunt remissiuè.

Quin vllatenùs Oddum adiuuare possent noua hodiè emendicata substentacula ad offuscandas palpabiles demonstrationes eiusdem præteritæ *Decisionis*: Nequè sanè iuuit primum debilissimè desumptum ex Iuramento per eundem Resignantem interposito in memorato mandato Procuræ confecto ad resignandum per illa verba = *quod in præmissis, & circà eam, non interuenit dolus, fraus, vel quæcumque alia illicita pactio &c.*; 18 Actum quippè foret de quibuscumque alijs consimilibus fraudibus, machinationibus, & dolis in Iure nostro detegendis, quotiès per negatiuam iuratam assertionem actum explere volentis macula collusionis, mendacij, vel fraudis abstergeretur, quandò 19 ex opposito adeò potens est exceptio simulationis, vt si illa sufficientèr incontinenti euincatur, etiàm contrà iuratam obligationem recipi consueuerit, ex prænotatis apùd *Ridolphin. in prax. part.1. cap. 8. num. 197., & 229., Rot. decis.3. num.18., & decis.319. num.12. coram Peutinger., & decis. 63. numer.37. part.8. rec.*

Minùsque profuit superallata declaratio Theclæ, & Geltrudæ ingerere contendentium, quod lis earum nomine introducta aduersùs Mariam nullo spiritu suggestionis, simulationis, aùt alterius machinationis afflante inchoauerit, & maximè proderando, eamdem declarationem fulciri vehementi illo adminiculo, quod huiusmodi insurrectio litis nequaquàm propriam agnoscebat originem à denegatione eiusdem Mariæ nolentis præbere consensum resignationi sub grauamine Pensionis in casu, quo de proximo vacaturum erat Beneficium per Matrimonium ab Oddo in ipso limine contrahendum, & deincèps paulò pòst effectiuè contractum, verùm adsimile adamussim iurgium exarserat non longè anteà, nempè de anno 1694. occasione vacationis alterius 20 Beneficij S. Viti; vbi autèm assertiones, vèl declarationes de reliquo etiàm suspectæ fomentum habent ab extrinsecis adminiculis, sufficientem in foro fidem sibi promereri vno ore tradiderunt *Massin. de Confisc. quæst.31. num.19., Castald. consult.9. num.3. & 4., Rot. decis. 167. num. 5., & seqq., & signantèr num.8. coram S. M. Alex. VIII., & in Æsina Census supèr Dubio legatorum 14. Decembris proximè præteriti §. Prætereà in fin. coram R. P. D. meo Muto*.

Iàm enim quòad ipsam essentiam declarationis minimè erat immorandum, dùm ea prodierat lite pendente, nec non pòst dicita, & publicata (vt ità dicamus) testimonia, seù fundamenta præteritæ *Decisionis*, 21 in quibus profectò terminis consimiles declarationes, assertiones, & confessiones, vtì nimiùm facilè expiscabiles, & iuri per quasi contractum in Iudicio Collitiganti quæsito præiudiciales, passim abiecit *Rot.*, vt in *decis.317. num.3. coram Duran., & decis.241. num.27. coram Bich.*, & comprobat *Vrceol. consult. for. cap.4. num.30. in fin.*

Quouerò ad pretensum primordium veritatis, siuè mòx adducti adminiculi de lite similitudinariè intèr easdem Contestatrices de dicto anno 1694. promota, sagitta argumentationis detorquebatur ergà Oddum proijcientem, dùm, non obstante memorata inchoatione Iudicij, eædemmet Thecla, & Geltruda viso, & introspecto publico transactionis Instrumento etiàm circà Ius præsen-

tandi

tandi inito per Iosephum ipsarum Patrem, ac alterum Iosephum Franciscum Mariæ Genitorem, illicò degustatâ iniustitiâ contentionis religiosissimè abstinuerunt ab omni vlteriori prosecutione: quamobrèm nulla erat excogitabilis ratio, proptèr quam desistere debuissent á præterita lite, & nouam hodiè super eodem Iure derelicto amplexari, nisi in effectu positiua intercessisset insti-
22 gatio, quæ, veluti latens in animo, ab Iudicis oculata scrutatione manifestatur, & expenditur, vt ex *gloss. in cap. 2. verb. Coniecturas, de renunc. in 6.* cum reliquis *Authoritatibus* concordantibus pleniùs animaduertit *Decisio*, quæ confirmatur *§. Quodque reuerà (dicta decis. 83. num. 21. tom. 1.)*

Nullum postremò auxilium valuit suppeditare Resignanti fasciculus exceptionum ergà personas Testium ex parte Mariæ examinatorum per eum admotus: Vltrà enim, quod, etiàm seorsim à depositione Testium (vt fuerat animaduersum *in prædicta antecedenti Decisione §. Quartò deniquè*) superabundare videbatur in Iure illa circumstantia Matrimonij de proximo secuti in persona Resignantis pòst expletam ab ipso resignationem, vt exindè ipsa resignatio conuiceretur simulata; & vltrà paritèr alias externas circumstantias in eadem *Decisione* aliundè elicitas: nihilominùs serotina nimiùm, & illegitima comparuit hæc Testium personalis oppugnatio; Illegitima, quia illa afferebatur per fides simplicissimas extraiudiciales, & in calore pendentiæ litis ad-
23 scitas: Serotina verò, quoniàm de tempore examinis completi per Mariam iàm fuerat attributus, statutusque Oddo terminus ad reprobandum, & ipse conticuit, ideòque vtrâque ponderatione, siuè de per se, siuè insimùl vnita, frigescere hanc exceptionem, liquet ex *Cancer. var. resol. part. 1. cap. 20. sub num. 36. vers. si verò, Thesaur. dec. 259. ex num. 2. vsquè ad 5., Conciol. resol. crim. verb. repulsa resol. 2. num. 1., & 3., Rot. decis. 76. num. 1. coram Priol.*

Parùm quoquè fauorabilem (Iustitia deficiente) sortem expertus est Ioseph Philippus à Thecla, & Geltruda præsentatus, & eo modo, de quo suprà, ad Causam admissus; illius quippè prætensionem in hodierna digladiatione prostrauit triplex, & vnumquodque immedicabile vulnus: Obstitit namquè primò, quod idem Ioseph Philippus propriam præsentationem conquisiuerat a prædictis Thecla, & Geltruda nedùm pòst victoriam Mariani, seù resolutionem eius
24 fauore captam; verùm etiam pòst iàm expiratum quadrimestre concessum Laicis adpræsentandum in *Cap. quoniàm, de Iurepat.*; Replicatio autèm, quod eædem Mulieres
25 ignorare potuerint vacationem, & præcipuè ex causa priuatæ resignationis, sicquè à die habitæ scientiæ iuridicè præsentare, ex limitatione attributa per *Viuian. de Iurepat. lib. 7. cap. 2. num. 7., & seqq., Corrad. in prax. Benefic. lib. 4. cap. 2. num. 74., Antonell. de temp. legal. lib. 3. cap. 15. num. 2., & 3., Card. de Luca de Iurepat. disc. 1. num. 5., & 9.*

Protinùs subuersa est ex pluribus, tùm scilicèt ex contemporanea ad resignationem publicatione litterarum Monitorialium pro habendis reuelationibus super machinationibus ab Oddo resignante suscitatis ad effectum efficiendi Beneficium litigiosum; Tùm ex successiuè superuenta examinatione formali Testium: tùm etiàm, ex quo earumdem fœminarum Procurator extitit pro Teste rogatus in superiùs enunciato Mandato Procuræ confecto per Oddum ad resignandum; Tùm, & deniquè, quià publicè iàm Matrimonium ab Oddo resignante fuerat celebratum; sed & quod plus fortassè erat, alter Procurator, & insimùl Patruus earundem Mulierum in quadam protestatione per eum emissa in hoc ad vnguem proposito scientiæ vacationis profitebatur, eius Principales, & respectiuè Neptes habuisse scientiam resignationis solùm occasione publicationis Litterarum ipsius resignationis: Cùmque protestatio, hæc inita appareret die 28. Decembris 1596., præsentatio autèm consumata in personam Iosephi Philippi emanauerit
26 sub die 25. Maij anni nupèr elapsi, vèl ob id scientia erat palmaris, vèl saltèm ex conglobatione tot circumstantiarum ignorantia efficiebatur adeò supina, & crassa, vt penitùs redderetur inefficax ad præpediendum defluxum quadrimestris, iuxtà animaduersa per *Garz. de Benef. part. 10. cap. 2. num. 30., & 31., Viuian. de Iurepat. lib. 14. cap. 6. numer. 12., & 13., Antonell. de temp. legal. dict. lib. 3. cap. 16. num. 3., Adden. ad decis. 21. num. 25. part. 3. rec., Card. de Luca de Iurepatr. disc. 64. sub num. 5. vers. nisi facti circumstantiæ, Rot. decis. 377. num. 3. dict. part. 3. rec.*

Obstitit secundò, quod Maria, quæ legitimè intrà spatium quadrimestris iuridicè suam adimpleuerat præsentationem in personam Mariani, metiebatur indubitabile ius ab Iosepho Francisco eius Patre, qui non semèl, sed bis in præcedenti occurrentia vacationum præsentando obtinuerat proprium instituì Præsentatum, ac insimùl transigendo pepigerat, quod vltimus ex masculis Patronis contransigentibus (intèr quos reperiebatur alter Ioseph Theclę, & Geltrudę Parens) quem superesse contigisset, haberet optionem disponendi de huiusmodi Iurepatronatus: Ac propterea cùm is effectiuè de hoc Iure disposuisset ergà Mariam, nequibat non confirmari adiudicatio iàm decreta Mariano præsentationem exhibenti reportatam ab eadem

27 dèm Maria veluti succeditrice in facto, & in Iure eius Patris, ac etiàm vlteriùs existente in quasi possessione præsentandi in suprà deducta vacatione alterius Beneficij Sancti Viti in eadem transactione dinumerati, ad terminos famigerati *Text. in cap. Consultationibus, de Iurepatr.*, *Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 55. ex num. 1. cum plur. seqq.*, *Lottber. de re Benefic. lib. 1. quæst. 34. num. 21., & seqq.*, *Rot. decis. 483. num. 10., & 11. coràm Cardinali Cerro*, *& in Isernien. Cappellaniæ 27. Iunij 1689. §. Iustificatio propè fin. coràm bon. mem. Benincasa* (nùnc intèr suas *decis. 194. num. 3., & 4.*)

Nimiùmque lenis præfulgebat dimicatio, quod, prosequendo prædictos terminos transactionis, foret in illa præsupposita, vèl enunciata qualitas gentilitia, proindèque nequiuerit hæc ipsa transactio illis tamquàm de genere Agnatis inferre præiudicium: Præterquàm enim in præfato transactionis Instrumento principalitèr disponebatur de
28 hoc Iure præsentandi, sicquè absonum efficiebatur, quòd hæ Mulieres satagerent sese communire cum simplici enunciatiua, & impugnare potissimam, & essentialem dispositionem vnius, eiusdemque Instrumenti, contrà regulam *Text. in leg. Cùm quæritur 17. ff. de administr. Tutor.*, *Surd. cons. 576. sub num. 30.*, *Modern. Lucen. consult. 200. numer. 4.*, *Rot. decis. 294. num. 11. coram Priol.*

Consideratum ex abundanti fuit, quod firmo remanente vltimo statu in Maria, poterant vtiquè consimiles dissertationes supèr qualitate constitutiua huiuscè Iurispatronatus discriminari, & ad trutinam appendi in altero aptiori petitorio Iudicio, non verò fas erat
29 eam collibrare in præsenti possessorio vltimi status, de cuius quidditate est, vt minimè assumantur ad eum absorbendum quæstiones circà pertinentiam, nisi illa coruscet clara, & innegabilis, vèl ex confessione Partis, vèl ex efficacia rei iudicatæ, aut publici Instrumenti, ad firmata per *Abb. in dicto Cap. Consultationibus num. 9. de Iurepatr.*, *Rot. coràm Pan. decis. 1630. num. 6.*, *Merlin. dec. 641. num. 10.*, *Priol. decis. 38. num. 8.*, *& in rec. decis. 514. num. 4., & 5. part. 13.*, *& in Comen. Iurispatronatus 3. Iunij 1689. §. Non obstante, coràm Reuerendiss. Manuel Episcopo Zamoren.*

Obstitit in sequelam etiàm tertio loco controuersia actualitèr pendens coràm Ordinario Asculano per explicitam vsquè remissionem Signaturæ Iustitiæ supèr hac specifica prætensione pertinentiæ; incongruum quippè reddebatur ad oculum, quod in nostro Auditorio valeret in vlla consideratione suscipi similis inspectio, dùm (vt etiàm ostendebat Marianus in *Summario* responsionis *num. Vnico*) R. P. D. Auditor Sanctissimi reiecerat expetitam remissionem ex capite vnionis Causarum eidem Sacro Auditorio, & dùm absurdè contigisset, quod per
30 incidentiam canonizaretur illud Ius, quod erat ab Iure, & à Principe demandatum indagini, ac determinationi alterius Iudicis, & à quo contrarium valuisset ascendere Iudicatum, aduersùs illam repugnantiam, de qua, nè oriatur sententia contrà sententiam, conclamant *Spad. cons. 149. num. 2. cum duob. seqq. lib. 3.*, *Modern. Palm. allegat. 268. numer. 15., & 16.*, *Rot. decis. 1506. num. 2., & 3. coràm Coccin.*, *& coràm Peutinger. decis. 167. num. 7.*

Et ità, iterùm deuicto Io: Francisco Resignatario, & vt par erat, reiecto quoquè nouitèr præsentato, maturè (cunctis Informantibus) extitit resolutum &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

IN sequelam huius secundæ *Decisionis* confirmatoriæ alterius editæ sub die *6. Aprilis 1699.* paritèr *coram Me*, quæ est *la 83. tom. 1.*, successiuè (Tribunali ità mandante) deueni ad expeditionem Causæ per sententiam, à qua prouocantes non minùs Io: Franciscus Resignatarius, quàm Ioseph Philippus præsentatus à Thecla, & Geltruda, obtinuerunt à Signatura Iustitiæ nouam Commissionem directam *bon. mem. Muto*, sed inutilitèr, quia propositâ ab isto Causâ in Audientia diei 22. Iunij 1701. *Rota* in omnibus, & per omnia approbault meum Iudicatum, cui succumbentes, vt puto, acquieuerunt, quia ampliùs ex pòst de hac Causa actum non audiui.

Mentio incidentèr facta de Expeditoribus Litterarum Apostolicarum in præsenti Decisione *num. 11.* memoriam excitauit de eo,
31 quod dixeram in *dec. 61. num. 18. dicto tom. 1.*, nimirùm quod error, vel Incuria Expeditoris in non benè exprimendo, vel penitùs omittendo aliquid, quod necesse erat exprimere in impetratione Gratiæ Apostolicæ, non officit Impetranti, seù Prouiso, iuxtà nonnullas resolutiones Sacri Auditorij *ibidèm* allegatas, quibus addi potest *eadem Rot. decis. 225. num. 11. part. 4. tom. 2. rec.*, *& in Meleuitana Pensionis 28. Iunij 1697. §. Et quidèm, & 23. Ianuarij 1699. §. Consequens*, vtrobiquè *propè fin.*, *coram clar. mem. Card. De la Tremoille*, *& 25. Aprilis 1701. §. Minùsque, coram bon. mem. Molines Decano* (nùnc inter suas *decis. 714. num. 9.*), *& in Mediolanen. Beneficij 15. Februarij 1704. §. Decernentes, coram D. Card. Scotto.*

Hæc etenim propositio in abstracto est verissima; Sed limitanda venit, quotiès aga-
32 tur de Gratia, quæ sit Tertio præiudicialis, & ipsemèt Impetrans, seù Prouisus illâ vsus fuerit in Iudicio; hoc namquè casu per pre-

productionem, & vsum Litterarum Apostolicarum, quæ tempore congruo corrigi potuissent, censeretur idem Impetrans, seù Prouisus approbasse, & ratificasse totum id, quod in eis continetur, & sic etiàm id, quod erroneè, vel aliàs ex ignorantia, aùt incuria commissum, seù omissum fuit ab eius Expeditore, vt notat *Episc. De Rosa de Exec. Litter. Apost. part. 1. cap. 5. num. 105.*, & resoluit *Rot. coram Card. Corrado* in vna *Concben. Pensionis*, quæ est *la 306. num. 25, part. 10.*, & in eius confirmatoria *coram Bich. decis. 410. ex num. 18. ad 23.*, *& in Senogallien. Pensionis* 1. *Iunij 1695 §. Minùsque releuat, coram bon. mem. Vrsino*, quæ est *la 57. num. 9., & 10. in Mantiss. ad Card. De Luca sub tit. de Iurepatr. tom. 4.*

Quod tamèn sublimitandum esset, si huiusmodi productio, & iudicialis vsus Lit-
33 terarum prodijsset ex parte Resignantis ad alium effectum, quàm obtinendi illarum executionem, sed ad solum finem expellendi à possessione Beneficij Tertium impetratorem in eo intrusum ex capite prætensæ nullitatis resignationis ob malam expressionem factam Summo Pontifici non iàm ab ipso Resignante, siuè eius Expeditore, sed ab Expeditore Resignatarij, vt in hiscemèt terminis resignationis per Papam admissæ respondit *Rot. in dicta Mediolanen. Beneficij 15. Februarij 1704. §. Quoùerò ad vsum, coram Card. Scotto.*

CALAGVRITANA DECIMARVM DE HARO.

Lunæ 8. *Martij* 1700.

ARGVMENTVM.

Decimæ debentur Episcopo de omnibus speciebus decimabilibus. Decimæ *Hortales*, *Foraneæ*, ac *Patrimoniales* quæ dicantur, & an illæ præscribi valeant in præiudicium Episcopi à Beneficiatis, qui eas integrè percipiunt, illasque reponunt in Horreo communi intèr ipsos, eumdemque Episcopum. De vi, & efficacia Constitutionum Synodalium, & latè discutitur in *Addit.*, an in illarum editione, & publicatione requiratur consensus Capituli, aliorumque de Cleto, & *negatiuè* resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet in Iure fundatam intentionem supèr perceptione Decimarum ex omnibus speciebus decimabilibus.*
Non tamèn repugnat, quod duæ, vèl tres species decimabiles potuerint antiquitùs assignari Beneficiatis Ecclesiæ Collegiatæ pro eorum congrua substentatione, n. 2.

3 *Præscriptio in materia Decimarum dari potest, vbi non agatur de præscribendo in totum illarum præstationem.*
Exemplifica, vt ibid.
4 *Verba generalia, & effrenata non recipiunt aliquam restrictionem.*
5 *Decimæ* Patrimoniales *dicuntur illæ, quæ exiguntur à Bonis Patrimonialibus Clericorum.*
6 *Immemorabilis exclusa remanet, quandò in contrarium militant Constitutiones Synodales pluriès ab Episcopis renouatæ.*
7 *Solus rumor in contrarium sufficit pro excludenda Immemorabili, &* n. 11.
8 *Decimæ* Foraneæ *dicuntur illæ, quæ exiguntur à Bonis Exterorum, seù Forensium sitis in loco subiecto iuri decimandi.*
9 *Constitutiones Synodales edi solent de consensu totius Cleri prævia illius conuocatione facta ab Episcopo, &* num. 26. cum duob. seqq.
Declara, & intellige, vt ex n. 29. ad 33.
10 *Decimæ* Hortalitiæ *sunt illæ, quæ exiguntur ex fructibus Hortorum, & Viridariorum.*
12 *Immemorabilis excluditur, vbi in contrarium adest confessio, vèl declaratio Partis, quæ illam ad sui fauorem allegat.*
13 *Socius præscribere nequit rem socialem in præiudicium sui Consocij.*
Sicutì nèc Administrator res administratas in præiudicium Domini, cuius nomine administrat, n. 14.
15 *Præscriptio quadragenaria sufficit in materia Decimarum, vbi agatur de varianda, seù præscribenda quota, vèl modo exigendi,*
16 *Constitutiones Synodales habent vim legis in tota Diœcesi inuiolabilitèr seruandæ.*
17 *Cumulus præsumptionum in Iure non admittitur.*
18 *Acquiescentia alicui actui excluditur ex contraria declaratione, seù protestatione publicè emissa.*
19 *Inuentarium confusè ab hærede confectum non nocet fideicommissarijs, neque Creditoribus defuncti.*
20 *Inducens Testes censetur eorum dicta approbasse, quotiès illorum depositiones produxit, eisque vsus est contrà suum Collitigantem.*
21 *Contrà Constitutiones Synodales nequit à Subditis allegari vlla contraria consuetudo, aùt præscriptio.*
22 *Concordia inita sinè Beneplacito Apostolico intèr Episcopum, & Capitulum, vèl Beneficiatos, non afficit successores in Episcopatu.*
Nil tamèn implicat, quod aliquis ex successoribus in Episcopatu possit ratam habere talem Concordiam sua vita durante, n. 23.
24 *Reseruatio Beneplaciti Apostolici in contractu operatur, vt, donèc illud fuerit obtentum, possit altera ex Partibus penitere, & à contractu resilire.*

25 Con-

30 *Concordia, à qua ambæ Partes mutuò recesserunt, non est ampliùs allegabilis, nisi doceatur de noua Concordia ex integro facta.*

31 *Episcopus in edendis Constitutionibus Synodalibus non indiget consensu sui Capituli.*

Sed solùm debet exquirere illius consilium, quod tamèn sequi non tenetur, ibid.

Amplia, vt Deputati à Capitulo non possint prætendere ius subscribendi Acta, & Decreta Synodalia, n.32.

Et de ratione, n.33.

34 *Constitutiones Synodales ab Episcopo editæ non requisito consilio Capituli sunt nullæ.*

Licèt Sac: Congregatio Concilij aliquandò hanc nullitatem sanauerit ex motiuo, de quo n.35.

DECISIO CXXXVI.

REiecta exceptione nullitatis, quam aduersùs Sententiam Reuerendiss. Domini mei Decani procacitèr, & vnicè in præcedenti propositione promouebant Beneficiati de Haro, vt in *Decisione diei 11. Ianuarij anni decurrentis coràm Me* (suprà *decis.121*) placuit nihilominùs assuetæ benignitati *Dominorum* rursùs illos audire, sed supèr meritis tantùm, & Iustitia eiusdem Sententiæ; quam cùm seriò recognouerint, firmitèr etiàm steterunt in *Decisis*.

Frustrà namquè ijdem Beneficiati non valentes genericè inficiari Iuris assistentiam
1 militantem pro Episcopo supèr omnibus, & quibuscumque speciebus Decimarum, quæ à Christifidelibus in recognitionem laborū, & Pastoralis officij soluebantur in Oppido de Haro, corroboratam vlteriùs antiquissimis Exequutorialibus ad fauorem Dignitatis Episcopalis ab Auditorio nostro relaxatis, quemadmodùm fuit constantissimè tentum in similibus Causis, nempè in *Calaguritana Decimarum de Anguiano 17. Februarij 1696. §. Habet enim, in Calaguritana Decimarum de Aguilar 16. Ianuarij 1697. §. Assumentes enim, coràm Reuerendissimo D. meo Decano, in Calaguritana Decimarum S. Petri Maurique 14. Aprilis 1698. §. Et sanè, coràm R. P. D. meo dell'Olmo, & in Calaguritana Decimarum de Enciso 23. Iunij eiusdem anni §.1. coràm R. P. D. meo Pio.*

Recantabant hodiè dumtaxàt, seù respectiuè demonstrarę conabantur, à prædicta regula, siuè Iuris assistentia discedendum esse, tùm ex immemorabili consuetudine excludendi Episcopum à participatione illarum specierum, quę nuncupantur *Foranea, Patrimoniales, & Hortalitiæ*, tùm ex titulo expresso promanante à quadam declaratione per eosdem Beneficiatos ad requisitionem tùnc Episcopi emissa de anno 1617., deincèps quoquè (vti prætendebant) pluriès emologatas; Tùm & deniquè in vim concordiæ intèr eos, & Antistitem antecessorem exaratæ de anno 1682., & ab ipsomet moderno (vti paritèr insimulabant) approbatæ; Ex his etenim, siuè seorsìm, siuè insimùl perpensis insinuare satagebant illam
2 consequentiam, quod vèl præsumendum esset, quod hæ tres species Decimarum extitissent vsquè à sui primordio pro solis Beneficiatis reseruatæ, ex annotatis per *Card. de Luca de Decim. disc.17. num.11.*; vèl quod saltèm legitima fuerit inducta prescriptio,
3 seù consuetudo, sempèr attendenda, quandò non agitur de tollendo, ac præscribendo Iure vniuersali decimandi, sed solùm de stabiliendis, vèl præscribendis aliquibus speciebus, modo, vèl quota, iuxtà receptam distinctionem, de qua *Barbos. de Iur. Eccles. lib.3. cap.26. §. 3. num.65., & seq. Tondut. resol. Benef. par.1. cap.39. num.2., & 3., Rota decis.247. num.6. coràm Priol., & decis.407. num.7. par.18. rec., & in Nicien. Decimarum 10. Decembris 1688. §. Quò enim ad quantitatem, coràm bo: me: Rondinino.*

At nulla ex enunciatis limitationibus, seù fundamentis reperta est habere soliditatem: Non prima prætensæ immemorabili desixa; quoniàm præcisiuè à memoratis Executorialibus expeditis vsquè de anno 1594. præcisè decernentibus absquè vlla limitatione deberi Episcopo quartam partem omnium Decimarum de quibuscumque bonis, tàm Fidelium, quàm Infidelium, aùt aliàs quo-
4 modolibèt annexis: quapropter tàm effrænata formula loquendi supportare posse non videbatur, quod circà prædictas tres species practicari, vèl fieri posset vlla refrænatio, ad regulam, de qua per *Text. in Leg. Iulianus, ff. de legat.3., & in Leg. final. ff. de pœn. legat.* cum concordañ. *Rot. in dicta Calaguritana Decimarum S. Petri Manrique 21. Iunij 1697. §. Collimatque demùm, coràm Rmo D. meo Decano.*

Nihilotamèn minùs huiuscemodi immemorabilem quatiebant, ac penitùs subuertebant Constitutiones Synodales; distinctè siquidèm agendo, quatenùs attinebat ad
5 Decimas *Patrimoniales*, siuè exigi consuetas de Bonis Patrimonialibus Clericorum, in Synodo celebrata de anno 1539. ab Episcopo D. Alphonso de Castilla, sæpiùsque deindè innouata, nempè de anno 1553. in Episcopali Sede confidente Don Ioanne de Luco, nèc non de anno 1620. per Don Petrum Gonzalez del Castiglio, expressissimè habebatur, Decimas prouenientes ex Bonis Patrimonialibus Clericorum fore exponendas in Horreo communi, vt ex eis sua quota perhiberetur Episcopo: quo pacto enim
6 valebat allegari immemorabilis, resistentibus his Constitutionibus, ac legibus Diœcesanis, dùm ad finem mactandi quamlibet

imme-

7 immemorabilem exuberat, nedùm clara recalcitratio legis, sed simplicissimus rumor in contrarium, vt ait *gloss. in cap. Illud, verb. inconcussè, de præscript.*, *De Rosa de Resident. Episcop. cap.4. sect.6. num.513.*, *Sperell. decis. 69. num.29.*, *Rot. decis. 21. num.12. coràm Zarate*, *& decis.139. num.10. par.18.*, *& in Legionen. Decimarum 13. Martij 1679. §. Penult. coràm clar: mem: Card. Vicecomite*.

Idemque erat respectu Decimarum, quas
8 appellant *Foraneas*, veluti exigendas ab Exteris, seù Forensibus Bona tenentibus in Territorio; pariformitèr etenim in magis perantiquaSynodaliConstitutione anni 1410. approbata, ac innouata deincèps in subsequentibus Synodis annorum 1553., 1601., &1620. decernebatur adamussim illud idem, quod proximè retulimus de prædicta prima specie Decimarum *Patrimonialium*, proindèque quælibet immemorabilis, quælibet præsumptio reseruationis pro solis Beneficiatis profligabatur apparente de veritate in contrarium publicè, & palàm, nempè mediantibus Ordinationibus Synodalibus, quæ
9 non nisi coràm, & de consensu totius Cleri, authorizante Episopo, inducuntur, vt pòst *Azor.*, *Massobr.*, *& alios* annotauit *Rota in Calaguritana Decimarum de Ocon 10. Decembris 1687. §. Ex ijs namquè, coràm bo: mem: Benincasa* (modò intèr eius impressas *decis.135. num.2.*), *& in Calaguritana Decimarum de Quintanar, & Bascunana 17. Februarij 1696. §. Paritèr, coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Proùt non minùs euersa remanebat immemorabilis in ordine ad postremam, seù tertiam speciem Decimarum, quas com-
10 pellauimus *Hortalitias*, vtpotè exigendas de fructibus, & oleribus Viridariorum, & Hortorum: Resistebant quippè immemora-
11 bili, quæ, vt præmisimus, solo rumore aduersante destruitur, non tantùm præcitatæ Executoriales indefinitæ, nullamque speciem excludentes; Verùm etiàm antiqua Instrumenta annorum 1567., & 1569.; ex quibus sanè liquebat, per huius Cathedralis Antistites fuisse arrendatas Decimas quoquè minutas, quarum nomine intèr cœtera veniunt hæ retrahibiles de fructibus, & oleribus: quodquè plus est, pro infractione talis immemorabilis intercedebat depositio Testium ad instantiam Beneficiatorum patefacta de anno 1611.; ij namquè absolutè profitebantur, Dignitatem Episcopalem solitam esse percipere propriam quotam ex omnibus Decimis, prætèr quasdam, quas nuncupabant *annexas*: ac demùm adstipulabatur ipsamet declaratio anni 1617., de qua mòx differemus; per eam quippè intèr species, quas per antipartem Beneficiati detrahere intendebant, nullo modo adnumerantur hæ Decimæ minutæ, siuè *Hortali-*
12 *tiæ*, sicquè ambigi non poterat de insubsistentia allegatæ immemorabilis, etiàm in hac tertia specie, dum ei contraibant etiam Testes inducti ab ipsis Beneficiatis, propriaùè confessio, seù declaratio, quæ plenissimè probat contrà Partem vèl Testes inducentem, vèl aliàs confitentem, vt dictum fuit in *Toletana Decimarum de Capilla quoad Parochos 23. Martij 1699. §. Ac deniquè, coràm Me* (*dec.78. n.17. tom.1.*)

Atquè idcircò constito de tot legalibus interruptionibus, & incontrouertibilibus resistentijs, superfluum reddebatur examinare in puncto Iuris, vtrùm Beneficiati priuatiuè valuissent præscribere contrà Episcopum, vèl ad eorum fauorem inducere consuetudinem eidem Dignitati Episcopali præiudicialem, pròut aliàs difficilè erat substentare: cùm enim Beneficiati non docerent, consimiles Decimas vnquàm percepisse verè, & realitèr iure proprio; & aliundè respectu cœterarum per Horrei communionem potiùs appareret, quod præfati Beneficiati illas exigerent iure quodam administratorio, vèl ad summum Sociali: planum proindè efficiebatur, quod perspecto vtroque titulo, siuè Sociali, siuè Administratorio, nullam Beneficiati allegare possent præscriptionem, seù consuetudinem,
13 pròut de Consocio tradit *Iason in §. Quadam num.32. Instit. de action.*, *Corn. cons.24. num.5. propè fin.*, *vers. Quantum autèm lib.1.*, *Felic. de Societ. cap.31. num.75.*, & in nostris terminis *Rot. decis.74. num.34. coràm Zarat.*, *& decis. 544. num. 11. coràm*
14 *Card. Cerro*, & de Administratore habetur apùd *Larræ: alleg. 28. num.5.*, *& 6.*, *Rot. in d. Calaguritana Decimarum de Aguilar 16. Ianuarij 1697. §. Nèc Beneficiatis, coràm Reuerendiss. D. meo Decano*, *& in Calaguritana Decimarum de Enciso 23. Iunij 1698. §. Et probata, cor. R. P. D. meo Pio*.

Progrediendo itaquè ad secundam limitationem, seù fundamentum elicitum ex memorata declaratione Beneficiatorum de anno 1617., & ex qua resultare dicebatur titulus, siuè iustificatio, quod priuatiuè Decimæ recollectæ, siuè recolligendæ ex Bonis non iam minutis, & hortalitijs, quæ extrà alcam huiuscè declarationis remanebant, sed à Foraneis, ac Patrimonialibus, repartirentur in capita eorumdem Beneficiatorum, excluso Episcopo, idque sub ea ratione, quod cùm præcitatæ declarationi nedùm acquieuerit existens tùnc temporis Antistes, sed & illius Successores færè per octuagenariam intercapedinem, hìnc rectè inualuerit, vèl titulus sufficiens, vèl saltèm cum probabilitate tituli duplex qua-
15 dragenaria, quandò sufficit vna, quotiès peragitur de varianda, seù præscribenda quo-

quota, vel modo, ex traditis per *Rot. decis.35. num.9. par.19. rec.*, *& in Calaguritana Decimarum de Inestrillas 12. Martij 1697. §. Quamobrèm, coràm Reuerendiss. D. meo Decano*.

Illicò agnitum fuit, quod vbi quoquè de veritate, seù validitate huiuscè declarationis constitisset, pròut explicitè non liquebat, attamèn cùm vis non staret in efficacia declarationis emissæ ad proprium commodum per Subditos, & inferiores, sed ad summum in acquiescentia ipsius Superioris, gratìs huiusmodi figurabatur acquiescentia, quæ neque affirmatiuo, neque negatiuo modo iustificabatur, & maximè ad effectum præiudicandi Successoribus in Dignitate à sola S. Sede recognoscentibus Iurisdictionem, ac administrationem Mensæ Episcopalis, nèc

16 non ad alterum durissimum finem rumpendi legem Diæcesanam, qualem inuoluebant, seù præseferebant suprà enunciatæ Constitutiones, Teste *Gonzal.*, *Maffobr.*, & alijs adductis per *Rot. dicta decis.74. num.20. coràm Zarat., in dicta Legionen. Decimarum 13. Martij 1679. §. fin.*, *& 15. Ianuarij 1680. §.1. in fin.*, *coràm Cardinali Vicecomite*, & in præcitata *Calaguritana Decimarum de Inestrillas 18. Aprilis 1698. §. Præterquàmquod, coràm R.P.D. meo dell'Olmo*.

Et quidèm affirmatiuo modo minimè docebatur de hac acquiescentia; ea namquè solùm desumebatur, ex quo declaratio hæc tùnc temporis transmissa extitisset Fiscali Generali Episcopatus Calaguritani: At parùm referebat, transmissionem fuisse factam, necnè huic Ministro, seù Officiali, ad hoc, vt desupèr adstrui posset in hac præiudicia-

17 lissima materia cumulus exorbitans præsumptionum, scilicèt, & quod à transmissione valeret inferri ad receptionem, seù consignationem; à consignatione, & receptione ad scientiam, & notitiam; à scientia, & notitia Officialis ad illam Domini, & Episcopi; & à scientia Episcopi ad approbationem positiuam, contrà omnia regularia principia, de quibus *gloss. in Leg.1. verb. dotem in fin. C. de Dot. promiss.*, *Ruin. cons.151. num.15. lib.4.*, *Rot. coràm Mantica decis.37. num.10.*, cum reliquis vulg.

Verùm tantum aberat, quod hic cumulus præsumptionum posset extorqueri ad præfatum finalissimum effectum approbationis Episcopi, quinimò manibus taugebatur oppositum, dùm ipsemet Episcopus, qui prætendebatur absquè alia extrinseca iustificatione requisiuisse de præfato anno 1617. hanc declarationem, nondùm effluxo triennio Synodum celebrauit, nempè de anno 1620., ac toto Clero, vt diximus, præsente, & consentiente, innouauit suprà expressas Constitutiones præcipientes, quod hæ Decimæ *Patrimoniales*, & *Foraneæ* in communi ponerentur Aceruo pro tribuenda Quota Episcopali Dignitati: Ex hoc namquè facto publico, & ædictali infallibilitèr sequebatur, quod vèl præfata declaratio foret purum figmentum, & præsuppositio merè idealis Beneficiatorum, vèl quod, si ijdem Beneficiati attentauerant illam denunciare Fiscali Dignitatis, incontinenti, siuè paulò pòst Episcopus (vti decebat) per legem superiorem, & authoritatiuam eamdem declarationem confregerit; nil enim

18 magis repugnat assertæ acquiescentiæ, quàm expressa ordinatio, siuè publica protestatio in contrarium, ad *Rot. decis.290. num.11. coràm Buratt.*, *& decis.96. num.7. par.17. rec.*, & benè concludit *secunda Decisio* edita in hac Causa *sub die 1. Iunij 1699. §. Quæ scientia, coràm Reuerendissimo D. meo Decano*.

Exclusâ igitùr in hoc validissimo actu prætensâ acquiescentiâ affirmatiuâ, multò magis dilapsa est acquiescentia negatiua resultans ex subsequuta obseruantia repartitionum absquè reclamatione Episcopi: In primis quippè visum est *Dominis*, quod si minùs sollicitè procurarunt Episcopi indagare, quomodò se gererent Beneficiati in facienda hac repartitione, potiùs hoc referendum erat eorum bonitati Pastorali longè deuiæ à perquisitione bursali, ac respectiuè ipsorum iustæ credulitati, quod Beneficiati ausi non essent transgredi Constitutiones Diæcesanas; nàm quantùm pertinet ad modum repartitionis initæ, ac significatæ per Beneficiatos Episcop's, illæ nullatenùs importabant specificationem talem, quæ posset per neglectam reclamationem obesse Dignitati, dùm notulæ, siuè Instrumenta diuisionum, quæ proprio Marte conficiebant, ac remittebant Beneficiati absquè alia specificatione, sic (ex: gr:) sonabant = *spectarunt ad D. Episcopum hoc anno tot faneeæ Tritici, tot Hordei &c.* De cætero namquè notorium est, quod similes confusæ descriptiones neutiquàm valent Tertio præiudicare,

19 exemplo conficientium Inuentaria confusa, quæ non nocent tertijs Creditoribus, aùt fideicommissarijs, vt penès *Natt. consil.574. & 575. per tot.*, *Cyriac. contr.160. num.98.*, *Conciol. a'leg.51. num.31. cum seqq.*, *Rot. decis. 149. num.23., & seqq. par.9. rec., & in Vrbeuetana Fideicommissi 14. Maij 1694. §. Examinatis autèm, coram bo. me. Vrsino Decano*.

Et ex his retorto Telo prætensi tituli, labebatur etiàm exagerata duplex quadragenaria obseruantia, quæ nèc in facto, nèc in Iure vllam habere poterat firmitatem, dùm de facto Beneficiati sub anno 1687. litem substinentes contrà Archidiaconum de Naxera, veluti prætendentem participare de Decimis controuersis, geminos induxere

re Testes, qui specificè deposuerunt, se per spatium 40. annorum, & à tempore immemorabili, vidisse, quod Beneficiati de Haro manserunt semper in quieta, & pacifica possessione percipiendi omnes Decimas, & signantèr (sunt verba præcisa) *ex Agris Foraneorum, & Patrimoniorum Clericorum, non dando ex illis quidquam alicui, præterquàm D. Episcopo*: vndè nefas videtur ambigere, an adesset hæc prætensa obseruantia consecutiua memoratæ declarationis anni 1617., vèl non, quandò oppositum apparebat, nedùm per inductionem præfato-
20 rum Testium factam à Beneficiatis, sed per illorum quoquè vsum, & productionem repetitam ab ipsis in hac Causa, ad ea, quæ in proposito exindè inferendi ad probationem consimilium testificationum, habentur in *Toletana Iurisdictionis supèr Decimis 21. Aprilis 1690. §. His accedunt, & in Calaguritana Decimarum de Aguilar 13. Ienuarij 1698. §. Tantumque abest, coram Reuerendissimo D. meo Decano*.

De Iure autèm impossibile erat extorquere vllam obseruantiam, vèl consuetudinem, quæ quomodòlibet foret apta nocere Dignitati Episcopali; Eò enim ipso, quod, vt suprà demonstrauimus, fermè immediatè pòst annum 1617., nempè sub anno 1620. promulgatæ fuerunt in Synodo Constitutiones
21 aduersatiuæ, hæ profectò, vtì retinendæ, & sciendæ ab ipsis Beneficiatis, alijsque Subditis, præpediebant ortum, & prosequutionem cuiuscumque consuetudinis, aùt præscriptionis, prout egregiè animaduersum, firmatumque fuit in *dec.91.n.14.par.14. rec., in Legionen. Decimarum 3. Martij 1681. §. Non attenta, coràm bo. me. Pauluccio, in Calaguritana Decimarum de Ocon 5. Maij 1683. §. Tùm quià, coràm bo. me. Guaxardo, & in Calaguritana Decimarum del Castil Delgado 4. Iulij 1696. §. Absquè eo, quod, coràm Reuerendiss. D. meo Decano*.

Remanebat postrema limitatio promanans à concordia, quam Beneficiati asserebant initam cum Episcopo antecessore, & in qua dicebatur stabilitum, quod in posterùm Decimæ recollectæ ex Prædijs *Foraneis*, necnon *Patrimonialibus*, pro medietate dumtaxàt reponerentur in Massa, seù Horreo communi, altera verò medietas per antipartem distribueretur commodo Beneficiatorum: Verùm & hoc vltimum Asylum detectum est debile, quoniàm posito etiàm hoc stabilimento, ac concordia, adhùc, de-
22 ficiente munimine Pontificiæ confirmationis, absolutum vndiquè erat, illum afficere non posse modernum Successorem, ex clara determinatione *Sac. Concilij Tridentini Sess.25. de reformat. cap.6. propè finem*, & optimè etiàm comprobat posterior *Decisio* huius Causæ *prima Iunij 1699. §. final. coràm Reuerendiss. D. meo Decano*, ac prius dictum fuerat in *Herbipolen. rescissionis Concordiæ 4. Februarij 1692. §. Primo in fine, cor. bon. mem. Emerix* (nùnc intèr suas *dec.1028. num.1. & 2.*).

Nequè istud ligamen extorqueri valebat ex quadam Epistola etiàm moderni Episcopi, in qua requisiuisse videbatur Instrumentum præcitatæ Concordiæ pro reportanda desupèr Apostolica approbatione, quasi quod ad limites distinctionis habitæ per mòx laudatas *Auctoritates*, ipsa Concordia in his
23 terminis temporalitèr saltèm, & vita durante hodierni Episcopi illam approbantis tenere posset, licèt secùs in præiudicium Successorum, ad notata per *Turricell. de reb. Eccles. non alienànd. cap. 26. num. 11.*; Obseruarunt etenim *Domini*, quod ex hoc facto potiùs effulgebat quædam nuda velleitas, & imperfectio cuiuscumque ratificationis, nàm etiàm quandò perlecto huiusmodi Instrumento, non autèm præambulè in actu requisitionis, Reuerendiss. Episcopus
24 explicitè professus fuisset velle desupèr reportare Beneplacitum Apostolicum, vtiquè eo non obtento, prout nequè obtentum, nequè petitum fuit, quilibet assensus restat reuocabilis, ac locum tribuit pœnitentiæ, iuxtà firmata per *Gratian. discept.514. nu.7., & 8., Marescott. var. resol. lib.1. cap. 14. num.1., Rot. decis.52. num.24. & 25. cor. Dunozett. Sen., & decis.402. num.13. cor. Bichio, & in Tudertina Celebrationis Missarum 23. Maij 1653. §. final. coràm bon. mem. Meltio*.

Certissimè, & citrà hæsitationem, dùm etiàm ab hoc tractatu, siuè pendula approbatione Concordiæ Partes vtrinquè resilierunt; Episcopus, inquantùm de anno 1688. litem instruxit aduersùs Beneficiatos supèr integra transportatione controuersarum Decimarum ad Horreum commune: Beneficiati verò, quià post factam de anno 1687. quamdam portionem ad normam Concordiæ, successiuè tamèn Decimas integrè, excluso Episcopo, partiti sunt intèr se, quemadmodùm conuincebatur ex Testibus, & Articulis exhibitis ex parte Beneficiatorum de prædicto anno 1688. *Summar.* Beneficiatorum distributo sub die 1. Iulij 1697. *ex num.6. vsquè ad 10.*; quaproptèr frigidum nimis erat allegare Concordiam, quæ nèc fuerat approbata per Episcopum, & à qua ambæ Partes diametralitèr discesserant, itàut data etiàm
25 quacumque approbatione, quæ nèc erat somniabilis stante hoc mutuo Iudiciali discessu, opus fuisset alteram de nouo exarare, iuxtà animaduersa per *Rot. in Romana Executionis Apocæ 17. Maij 1697. §. Nequè similitèr pòst med., coràm R. P. D. meo dell' Olmo*.

Atquè ità, in reliquis habentes se *Domini* re-

remissiuè ad *Decisiones* præcedentèr editas *coràm Reuerendiss. D. meo Decano*, responderunt, vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

ALiqua declaratione videtur indigere id, quod præsuppositiuè dicitur in præsenti Decisione *num.9.*, quod nempè Constitu-
26 tiones, seù Decreta edita in Synodo Diæcesana, fieri, & respectiuè publicari soleant de consensu totius Cleri, quod & in alijs similibus Causis Decimarum Diœcesis Calaguritanæ fuit paritèr (quamuìs incidentèr) præsuppositum, & præcipuè *coràm Molines decis.299. num.7., decis.416. num.6., decis.458. num.4., & decis.490. num.12.*; quibus *decisionibus* fortaisè fretus, celebris olim
27 in Curia nostra Aduocatus *Franciscus Maria Pitonius*, ampliando hoc præsuppositum non dubitauit asserere, quod *Constitutiones Synodales*, sunt eius præcisa verba, *non alitèr conduntur, & publicantur, nisi consentiente, & approbante vniuerso Clero ibi conuocari solito*, quemadmodùm videre est in eius *discept. Eccles.93. sub num.11. §. Si autèm*:
28 quinimò plus alibi dixit, videlicèt notam esse praxim, quod Constitutiones Synodales non alitèr emanare solent, *nisi Clero, & omnibus Beneficiatis consentientibus, & approbantibus*, vt patet ex *discept. 125. num.23.*

Quidquid autèm ampliatiuè ceciderit è Calamo *Pitonij*, qui de reliquo longè anteà diffusiùs, & ex professò contrarium firmauerat in eius *discept.16.* inferiùs citanda; Certè, quatenùs pertinet ad prædictas *decisiones* Rotales, credendum omninò est, quod illarum sapientissimi, ac omniscij Extensores acceperint illum terminum *consensus* non
29 iàm pro consensu integratiuo, & necessario ad validitatem Constitutionum Synodalium, sed pro tacita approbatione, & acquiescentia Cleri eo ipso, quod iste non reclamauit aduersùs Decreta præuijs Congregationibus præliminaribus stabilita, & successiuè in die Synodalis Conuentus Capitulo, alijsque de Clero (vt moris est) communicata ad effectum exquirendi simplex consilium eorumdem Capituli, & Cleri, vtrùm illa sint publicanda pròut iacent, vèl potiùs aliquam mereantur correctionem, seù reformationem, vt docet verè practicus *Pax Iordan. var. elucubr. tom.2. lib.8. tit.1. n.19.*, & vberiùs maternâ linguâ explicat non minùs paritèr in praxi Fori Ecclesiastici versatus *Monacell. in suo Formular. par.3. in Append. pag. mihi 197. n.24.*, vbi notat, quod pòst petitum specialitèr ab Episcopo consilium Capituli supèr publicatione Constitutionum Synodalium = *se il Capitolo chiederà tempo à rispondere, potrà darsi il termine di due, ò tre giorni: Se protestarà, ò appellarà, si riceua materialmente la Protesta, ò l'appellazione, mà intanto il Vescouo procederà auanti alla conuocazione, e publicazione del Sinodo, perche questo non può esser ritardato dalle dette proteste &c.* & ex mente Sacræ Congregationis Concilij in vna *Fundana 10. Februar. 1592.* connotauit quoquè *Nicol. in Floscul. verb. Synodus n.5.*, vbi quod Decreta, seù Constitutiones Synodales, antequàm vsu publicè recipiantur, debent ostendi Capitulo, & alijs interessatis, eisque præfigi competens terminus ad hoc, vt si se senserint grauatos possint ad ipsum Episcopum recurrere, vèl ad Sedem Apostolicam.

Idque clariùs elucet ex Formula conuocationis congressus Synodalis, & respectiuè requisitionis consilij Capitularis registrata apùd præcitatum *Monacell. par.1. tit.5. formul.3. sub num.10.* signantèr ibi = *Qua per eos* (videlicèt Dignitates, & Canonicos) *requisitione audita, propositum, & determinationem dicti D. N. Episcopi de Synodo agenda, & Decreta per me* (nempè Cancellarium, seù Secretarium) *vt suprà ipsis præsentibus, & audientibus lecta in ea publicandi, laudaue-*
30 *runt, & approbarunt*: Sicquè ad summum in linea huiuscè laudationis, & approbationis accipiendum omninò venit, & pro certo credimus fuisse acceptum, verbum illud *consensus*, de quo loquitur tàm præsens *Decisio* D. mei Ansaldi, quàm aliæ superiùs allegatæ *cor. Molines*, & quotquot aliæ desupèr adduci possent.

Et reuerâ, quatenùs pertinet ad formalem, siuè integratiuum consensum Capituli, seù Cleri, omnes scribentes in subiecta materia Synodus Diœcesanæ concordant, quod
31 talis consensus nullatenùs requiratur pro subsistentia, & validitate Decretorum, seù Constitutionum Synodalium, quodque Episcopus teneatur quidèm easdem Constitutiones, seù Decreta communicare suo Capitulo, & alijs Deputatis de Clero, eorumque consilium exquirere, vtrùm publicari debeant, sed minimè obstringatur illud sequi, nisi in quibusdam casibus à Iure expressis, sicutì relatis pluribus resolutionibus *Sac. Congregationis Concilij*, & signantèr Litteris datis Reuerendiss. Patriarchæ Venetiarum *die 27. Aprilis 1592.* absquè contradictore firmant *Gauant. in Manual. Episc. verb. Synodus Diœcesana num.62., & in prax. Synod. Diœces. par.3. cap.2. num.1., Barbos. ad Concil. Trident. Sess.24. de reform. cap.2. num.31. & 32., Tondut. resol. Benef. par.1. cap.11. num.4., Piasec. in prax. Episc. par.2. cap.2. art.2. sub num.8., Leo in Thesaur. For. Eccles. par.1. cap.9. num.15., Ciarlin. contr.61. num.11., & num.15.*, vbi de ratione, *Pax Iordan. var. elucubr. dicto lib.8. tit.1.*

tit.1. num.18., *Oliu. de For. Eccles. par.2. quæst.43. num.77.*, *Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.57. num.19.*, *Card. De Luca de Iurisd. disc.56. num.2. & 3.*, *Monacell. dict. par.1. tit.5. form.3. num.9.*, *modern. Scarfanton. in animaduerf. ad Ceccoper. lucubr. Canon. lib.4. tit 3. ex n.11. ad 16.*, latè *Piton. discept. Eccl: 16. ex num.64. ad 72.*, vbi desupèr adducit octo Decreta, seù resolutiones dictæ Sacræ Congregationis, & *num. fin.* testatur ità iudicatum ab eadem Sacra Congregatione *die 26. Nouembris 1689.*, *& 15. Ianuarij 1695.* fauore Archiepiscopi Hispalensis, cuius partes ipse tuebatur; Et concordat *Rot. coràm Molines decis. 846. num.64.*

Subditque mòx relatus *Scarfanton. in cit. tit.3. num.17.* id adeò verum esse, vt Depu-
32 tati à Capitulo, alijsque de Clero, qui interfuerunt celebrationi Synodi, nequeant prætendere ius subscribendi Decreta Synodalia, cùm id spectet dumtaxàt ad Episcopum velutì vnicum illorum conditorem, & legitimum legislatorem.

Et quod solus Episcopus in Synodo Diæ-
33 cesana habeat votum decisiuum, cæteri verò, qui ei assident, censeantur tam quàm simplices Consiliarij, obseruant post alios *Barbos. ad Concil. dicta Sess.24. cap.2. n.29.*, *Ciarlin. d. contr.61. num.11. in fin.*, *Scarfanton. d. tit.3. n.13. & 17.*

Licèt autèm Episcopus (ex mòx prænotatis) non teneatur sequi consilium sui Capituli in edendis, ac publicandis Constitutio-
34 nibus Synodalibus, nihilominùs præcisè obstringitur illud formitèr ab eo expetere, aliàs quidquid in Synodo actum est irrequisito penitùs Capitulo, alijsque de Clero, remanet irritum, & inane, ac neminem obligat ad obseruantiam, ex traditis per *Iacob. Pignatell. consult. Canon. 180. ex n.5. ad 13. iuxtà Venet. impress. tom.1.*, *Card. de Luca d. disc.56. de Iurisd. num.1. in fin.*, *Scarfanton. dicto tit.3. num.8. cum duob. seqq.*, & ità declarasse Sacram Congregationem Concilij in vna *S. Marci Synodi 10. Maij 1666.*, & alia *Boueu. Synodi 17. Februarij 1680.* refert *Monacell. d. par.1. tit.5. form.2. num.10.*; Benè tamèn verum est, quod eadem Sacra
35 Congregatio quandoquè consueuit supèr hac nullitate pertransire, eamque sanare, quotiès comperijt, quod huiusmodi Constitutiones Synodales priuatim editæ, & publicatę ab Ordinario, erant vndequaquè iustæ, ac laudabiles, pròut signantèr pro sanatione respondit in vna *S. Miniati 4. Decembr. 1638.* quemadmodùm meminit *idem Monacell. par.2. tit.13. form.1. num.98.*, & testatur quoquè *Eminentiss. Petra ad Constit.1. Benedicti XII. sect. vnic. num.17. tom.4. pag. mihi 124.*

A. Lupardus.

AVXIMANA IMMISSIONIS.

Lunæ 15. Martij 1700.

ARGVMENTVM.

Iuxtà dispositionem *Statuti Auximani* Mater succedit in Bonis ad defunctum pertinentis ex linea materna, & quòad alia excluditur; quod Statutum licèt Iuris communis correctorium valet, & non dicitur odiosum, saltèm odio irrationabili, cùm sit Iuris communis antiqui restauratiuum, & tale Statutum dicitur à S. Sede confirmatum, ex quo à Iulio II., & S. Pio V. data sit Ciuibus Auximanis facultas statuendi, ac leges condendi. Renunciatio Bonorum, & Iurium præsentium, & futurorum quomodò intelligatur, an scilicèt respectu futurorum ex causa solùm de præsenti, aùt præterito, vèl etiàm ex causa de futuro.

SVMMARIVM.

1 *Ex Statuto* Auximano *Mater, non extantibus Consanguineis ex latere Patris succedit in Bonis, quæ ex linea Matris ad defunctum spectabant.*

Et ad effectum dignoscendi ad quem spectent in vim huius Statuti Bona defuncti, est indaganda origo, vndè eadem Bona proueniant, num.4.

2 *Amita Magna dicitur consanguinea ex latere Patris.*

3 *Bona donata pòst expletam donationem efficiuntur de Patrimonio Donatarij.*

5 *Statutum contrà Ius commune conditum à Ciuitate subdita S. Sedi non substinetur absquè Apostolica confirmatione.*

Sed huiusmodi confirmatio non est necessaria stante præambula facultate per Papam Ciuitati concessa de condendo qualibet Statuta absquè licentia Sedis Apostolicæ, num.6. & 7.

8 *Statutum excludens Matrem à luctuosa hæreditate filij dicitur exorbitans, & odiosum.*

9 *Facultas condendi Statuta intelligitur de honestis, & rationabilibus.*

10 *De Iure communi antiquiori fœminæ agnatæ fœminas cognatas à successione repellebant.*

11 *Statutum restauratiuum Iuris antiqui non dicitur odiosum odio irrationabili.*

12 *Statutum tribuens bona prouenientia ex linea paterna agnatis ex latere paterno, & illa ex linea materna cognatis ex latere materno, non dicitur odiosum, sed laudabile potiùs, & honestum.*

Et ostenditur, quod tale Statutum nequit considerari vti correctorium nouissimi Iuris, de quo in Libris Codicis, *&* Authenticorum, n.13. & 14.

15 *Statuta declaratiua quæstionis apùd* Docto-res

res *ambiguæ*, *laudabilia potiùs*, *quàm odiosa reputantur*.

16 *Statutum, stante vsu*, *& obseruantia per longum temporis spatium, præsumitur à S. Sede confirmatum*, & n.17.

18 *Vsus*, *& obseruantia Statuti satis probata dicitur eo ipso*, *quod constat*, *aliquos* Doctores *supèr eo scripsisse*.

19 *Statutum particulare præsumitur vsu receptum*, *eo ipso*, *quod reperitur insertum in Codice aliorum Statutorum*.

20 *Decisio aliàs edita supèr eodem indiuiduali articulo est supponenda in alijs similibus Causis*, *iuxtà Constitutiones*, *& stylum Tribunalis* Sac: Rotæ.

21 *Renuncians beneficio Statuti*, *illius auxilio non potest iuuari*.

Limita, *si huiusmodi renunciatio reperiatur solùm adiecta intèr Clausulas executiuas*, num.24.

22 *Sub stipulatione* = pro se, suisque &c. *concepta*, *continetur hæres stipulantis*.

23 *Hæres non potest aspirare ad bona*, *vèl iura per suum Authorem renunciata*.

Declara vt n.23.

25 *Renunciatio*, *vtì strictissimi Iuris*, *non trahitur ad non expressa*.

26 *Renunciatio Bonorum*, *& iurium præsentium*, *& futurorum quandò comprehendat Bona*, *& Iura futura ex causa de præsenti*, *vèl futuro*, remissiuè, & num.32. cum duob. seqq.

27 *Termini realis*, *& abdicatiuæ renunciationis regularitèr intrant dumtaxàt in renunciatione*, *quæ fiat intuitu ingressus in Religionem*.

28 *Casus præmorientiæ Donatarij numquàm censetur in mente habitus*, *aùt imaginabilitèr cogitatus à Donante*.

29 *Hæreditas Renunciatarij non venit regularitèr in renunciatione*.

30 *Monitorium expeditum à Procuratore absquè consensu Principalis non est aptum ad inducendam litis contestationem*.

31 *Animus*, *& intentio alicuius qualis ab initio fuerit*, *optimè dignoscitur*, *& declaratur ex actibus subsequentibus*.

35 *Renunciatio Bonorum*, *& iurium præsentium*, *& futurorum restringitur respectu futurorum ad Bona*, *& Iura Renuncianti obuentura ex causa de præsenti*, *aùt de præterito tantùm*.

Limita, *si renunciatio expresiè loqueretur de Bonis*, *& iuribus Renuncianti obuenturis* etiàm ex causa de futuro, n.36.

DECISIO CXXXVII.

TVrbatus ordo naturæ per intestatam præmorientiam Annæ Luciæ Donatariæ, ac respectiuè Proneptis Victoriæ Donatricis, dissidium peperit intèr eamdem Victoriam adhùc de tempore contestatæ litis superstitem, & ex vi Patrij Auximani Statuti excludere nitentem (in iure tamèn, siuè quantitate à se solummodò donata) Bernardinam Matrem ipsius Annæ Luciæ, necnon eamdem Bernardinam è contrà vigore Iuris communis, & *Auth. defuncto, Cod. ad S. C. Tertullian.* Actricis arma retundere satagentem: Sed eo bis fauorabilitèr abscisso pro Victoria Amita magna non minùs apùd A. C., quàm in Rota *coràm bo. me. Vrsino*, frustrà iterùm insurrexit Bernardina; nàm & hodiè, mediante vtriusque Sententiæ confirmatione plenissimè succubuit.

Arrisit enìm *Dominis* determinatio Reformationis memorati Statuti perspicuè demandans in calce *rubr. 15. de success. ab in-*
1 *testat. lib.3.* quod (sunt verba præcisa) *si aliquis*, *vèl aliqua persona moriatur ab intestato sinè legitima descendentium prole*, *Patre*, *vèl Consanguineis ex parte Patris superstitibus*, *Mater defuncti succedat in his*, *quæ ad defunctum ex materna linea proueniunt*, *ab alijs autèm excludatur*: Vndè cùm certò certiùs quantitas sc.2000. aduersùs hæreditatem Bartholomei Patris per Victoriam donata Annæ Luciæ prædefunctæ neutiquàm proueniret ex latere eiusdem Bernardinæ, sed
2 immediatè ab ipsa Victoria, vt diximus, Amita Magna, proindèque consanguinea ex latere Patris Annæ Luciæ, ad *Text. in §. Cæterùm*, *Instit. de legit. agnat. success.*; irrefragabilitèr sequebatur, quod etsi eadem quantitas ob huiusmodi donationem antece-
3 dentèr expletam, & consumatam effecta extitisset de patrimonio proprio, propriaque hæreditate memoratæ Annæ Luciæ, ad *Text. in leg. Si plures*, *§. Filio*, *ff. de vulg. & pupill.*, *& leg.1. §. Veteres*, *ibique Gloss. verb. per vnum*, *ff. de acquir. possess.* cum concord. in hac ipsa quæstione deductis per *Rot. coràm Merlin. decis.126. num.14. cum seqq.*, & generalitèr concordant relati *in decis. 22. num.6.*, *& decis.62. num.1. & seqq. coràm eodem Merlin.*, *& in Meleuitana Bonorum 5. Decembris proximè præteriti §. Immissionem enìm*, *coràm R. P. D. meo de la Tremoille*.

Nihilominùs præcipiente *Auximi* Statuto, ad finem excludendi Matrem indagari Bonorum originem, denegari non poterat, quod hæc summa donata non proflueret à latere Paterno, eo siquidèm mediante Anna Lucia Victoriæ coniungebatur, & consequentèr nimiùm de plano aduersùs ipsam Bernardinam locum sibi vindicabat præfata
4 sanctio Statutaria fauens è conuerso eidem Victoriæ ità quantitatem ad se iàm pridèm ex causa donationis auulsam, nouo superuento Municipali hæreditario iure recuperanti, ex plenè firmatis in terminis consimilium Statu-

tutorum, ac ordinationum post *Angel. in leg. Quod scitis, Cod. de Bon. quæ liber.* per *Giurb. ad consuet. Messan. cap.11. Gloss.6. sub num.8. vers. fatemur vtiquè, & seqq., & glosf.7. num.2. cum duob. seqq., Rot. coràm Gregor. decis.293. per tot., & in rec. decis.417.* paritèr *per tot. par.1. decis.399. par.6., & decis.102. par.7.* vtrobiquè *sub princ., & decis.248. num.6. cum duob. seqq. cor. Card. Celso.*

Nequè reuerâ huiusmodi consequentiam in abstracto inficiabantur Informantes pro Bernardina, sed in concreto dumtaxàt vnicè prætendebant, memoratam Reforma-
5 tionem nullatenùs esse attendendam, ex quo non poterant priuati Ciues, seù Reformatores absquè explicita confirmatione S. Sedis, cuius erant Subditi, legem statuere Municipalem, quæ aduersaretur Iuri communi explicato in dicta *Auth. defuncto*, ac per ipsam S. Sedem, Sacrosque Canones acceptato, vt in *cap.1. §. Quid verò, de nou. oper. nunciat.*, quemadmodùm in proposito similium Statutorum à Iure communi aberrantium vnanimitèr tradunt *Posth.resol.130. num.28., & seqq., Conciol. ad Statut. Eugub. in prælud. num.77., Modern. Perusin. de Contract. Minor. Glofs.8. §.1. num.38., Rot. decis.740. num.2. coràm Merlin., & dec.127. num.28. par.17. rec., & in Aueniouen. Donationis 24. Aprilis 1682. §. Et sanè, coràm b.m. Vrsino Decano.*

Verùm facilè dilapsa est obiectio; quoniàm nullatenùs caruerant Reformatores legitima permissione, ac potestate eis attributa per Summos Pontifices: Etenim fa. me. Iulius II. in confirmatione veterum Statutorum, quæ tùnc de proximò ijdem
6 Ciues ediderant, etiàm habendo oculos antè, positiuam indulserat potestatem ipsis Ciuibus Auximanis conficiendi in posterùm similia Statuta, vt ibi = *Ac nihilominùs vobis, vt perpetuis futuris temporibus similia Statuta, & Reformationes perpetuò valituras, Apostolicæ Sedis, aùt cuiusuis alterius supèr hoc minimè requisitâ licentiâ, & confirmatione, condere, & edere licitè valeatis &c. concedimus &c.*; in quibus sanè terminis de validitate succedentis Statuti dubitari non posse, per doctrinam *Bartoli* in celebri *Leg. Omnes Populi, ff. de Iust., & Iur., & in Leg. Cunctos Populos, Cod. de Summ. Trinit.* cæterosque, affirmat *Paris. cons.20. num.4. & seqq. lib.2.* & loquens de eodem Iulio II. in proposito Ciuitatis Foroliuij *Vrceol. consult. forens. cap.10. num.20., Rota decis.32. num.6. cor. Pamphil.*

Clariùs, quià non tantùm similem elargitus quoquè fuit potestatem æternæ memoriæ Beatus Pius Quintus, sed & superadiecit præuentiuè Clausulas ex tùnc approbatorias, & confirmatorias Statutorum, vèl Reformationum nouitèr edendarum, *Summar. Hæredum, seù Donatariorum Victoriæ num.3.*; ideòque inuanùm quæstio suscitabatur de eiusdem Reformationis legitimitate, quandò iàm Princeps Supremus, etiàm Statuta, & Reformationes in futurum exarandas, supremæ munimento potestatis corroborauerat: accedente siquidèm effe-
7 ctiua approbatione Superioris, apùd quem stat Ius condendæ legis, nefas est de eiusdem legis, vèl Statuti validitate dubitare, vt ait *Paris. cons.3. num.35. lib.4., Modern. Lucen. consult. 310. num.5.; Rot. decis.433. num.15. in fin. coràm Vbald., & decis.381. num.23. cor. Bich.*

Aduersùs hæc, in se patentissima, rursùs, sed insubsistentèr, obiectauêre præcitati Defensores Bernardinæ, quod illa fortassè possent vrgere, quotiès Reformatio ipsa in substantia, nequè Iulio II., nequè Beato Pio V. innotescens, secum non ferret duram correctionem Iuris communis, & non esset pęnitùs odiosa, vtpotè nedùm alterans succedendi modum tùm *à prædicta Auth. defuncto*, tùm ab antecedenti Statuto concomitantèr præscriptum; sed etiàm tollens propriæ Genitrici luctuosam filij hæredita-
8 tem, quod sempèr veluti asperum, & exorbitans in Iure consueuit increpari, iuxtà vno ore firmata per *Bald. cons.83. num.3. cum pluribus seqq. lib.5., Rèdenasc. cons.27. num.17., Cyriac. controu. 367. num.23., Actolin. resol.13. num.74., Mart. Medic. decis. Senen.78. num.5. & 6., Rot. decis.68. num.12. par.19. rec.*, & in his terminis *coram Merlin. dicta decis.126. num. final.*; quę-
9 libet enim statuendi facultas, quælibet etiàm generica confirmatio, subintelligitur sobriè temperata, dummodò videlicèt Statuta condita, vèl condenda licita sint, rationabilia, & honesta, sicutì mouet *Bald. dicto cons.83.n.2. lib.5., Surd. cons.257. num.24. & sequen., Gratian. discept. 245. num.38.41.* & *45., Conciol. allegat.28. n.12. Modern. Perusin. de Contractib. Minor. dicta glossa 8. §.1.n.65. & seqq.*

Domini namquè limitationem hanc, siuè intellectum æquo animo recipientes præcisiuè à subiecta materia huius Reformationis, ad casum tamèn præsentem applicando nullatenùs illam adinuenêre adeò asperam, & odiosam, sed potiùs fauorabilem, ac prudentem, ex duplici, & vnaquaque præualida ponderatione, altera nimirùm, quod eadem Reformatio in sua quidditate appa-
10 rebat vniformis antiquiori Iuris communis determinationi, per quam non solùm masculi, verùm quoquè fœminæ agnatæ fœminas cognatas penitùs arcebant à successione, vt in *d. §.Cæterùm, Instit. de legit. Agnat. success., Rot. dicta decis.293. num.2. & seqq. & num. finali coràm Gregor.* Proindèque nullo mo-

modo odiosa, saltèm odio irrationabili
11 connotari merebatur præfata Reformatio tamquàm restauratiua Iuris antiqui in hac ipsa Italica dominatione, & non in Græcia (vt contigit circà nouissimas *Imperatorum Ordinationes*) exarati, ex his, quæ in proposito obseruarunt *Curt. Iun. consf.9. num.4., Eugen. consf.37. n.24. cum duob. seqq. lib. 2., Modern. Palm. allegat.251. n.19., Card. de Luc. de Regal. disc.177. n.33., & de Legit. disc.2. num.14., Rot. in Nepesina Legitimæ 26. Aprilis 1697. §. Absquè eo, quod, coràm R. P. D. meo Muto.*

Eòque robustiùs reflectendo, quod idem Ius antiquum per masculos, & fœminas agnatas prorsùs repellebat fœminas, aliosque cognatos à tota successione vniuersali, præsens autèm Reformatio solummodò successionem ipsam diuidebat respectu Bonorum ab vno, vèl altero latere paterno, aùt
12 materno prouenientium; optimè idcircò, & rationabilitèr disponens, quod vnaquæque Bona ad normam propriæ originariæ naturæ, ac pristinum statum reuerterentur, quod vtiquè congruum, ac honestum, potiùs laudabile, quàm odiosum, & irrationabile censuit *Rota dicta decis.293. per totam coràm Ludouisio*, quam laudat, & sequitur *Palm. dicta allegat.251. sub num.20.*, & animaduersum quoquè fuit in Causa *S. Seuerini Manutentionis 1. Iulij 1695. §. Hinc datur intelligi, coràm R. P. D. meo Pio.*

Et altera, quod nimiùm impudentèr, & absolutè obiecti suppositio figurabat, quod eadem Reformatio staret ad correctionem etiàm eiusdem nouissimi Iuris in Græcia compilati: grauissima namquè quæstio exardescit, vtrùm etiàm ad normam ipsius postremi Iuris facienda foret consimilis partitio
13 Bonorum ab vnoquoque latere deriuantium; nàm etsì *Rota* magistralitèr articulo à fundamentis examinato tenuerit sententiam, quod hæc distinctio deriuationis Bonorum facienda non esset, ad interpretationem *Textuum*, qui ad inuicèm sibi videbantur repugnare, vt *in dicta leg. Quod scitis, §. Sin autèm, Cod. de Bon., quæ liber.*, & respectiuè *in dicta Authent. defuncto, Cod. ad Sen. Consult. Tertullian.* à quo desumitur alterum *Auth. in §. Si autèm plurimi, de hæred. ab intestat. venien.*, ex his, quæ luculentèr extensa leguntur in plenissima *decis.126. coràm Merlin.* confirmata in *decis.218. coràm eodem.*

Attamèn, vt profitetur *idem Merlin. dicta decis.126. num.3. & 4.* non defuere magni, & acerrimi *Doctores*, atquè egregia *Tribunalia* reputantia, quod *Text. in dicta leg. Quod*
14 *scitis* hanc patrimoniorum separationem præcipiens, & correlatiuè distribuens successionem intèr coniunctos ex parte Patris, ac Matris, veniat specificè seruandus, ac præferendus, non obstante generaliori ordinatione vtriusque posterioris *Authenticæ* mòx enunciatæ; in hanc quippè partem pro Antesignano strenuè pugnat *Bart. in Auth. Itaquè num.2. Cod. commun. de Success.*, & *in dicta leg. Quod scitis, dicto §. Sin autèm in princip. Cod. de Bon. quæ liber.*, ibiquè etiàm *Castrens. num.2., Fab. de Anna consf.1. ex num.2. cum pluribus seqq., ac per totum, & consf.92. num.65. & 66., De Marin. resol. Iur. lib.1. cap.192. ex num.11. vsquè ad finem, Mart. de Success. legal. par.2. quæst.1. art.1. num.7. & sequen., Boer. decis.192. num.5., Thesaur. decis. Pedemont.27. num.4. & per tot., Vincent. de Franch. decis.59. n.4. & 6., Peregrin. decis. Patau.77. num.4. & sequen.*

Posita igitùr disputabilitate huius articuli, etiàm intrà septa *Codicis Cæsarei* vigente de tempore confectæ Reformationis, & longè antequàm prodijssent præcitatæ *decisiones coràm Merlino*, absonum erat prætendere, quod prædicta Reformatio non foret omninò licita, & honesta; non solùm, quià superiùs adductæ asperitati, quod Mater excluderetur à luctuosa filij hæreditate, potentior ratio præeminebat, reuersionis nimirùm Bonorum ad originem primæuam, absquè eò, quod tamèn ipsa Mater quòad Bona ab eius latere prouenientia remaneret in obulo præiudicata: sed etiàm, quià alteri generali odiositati resultanti à correctione Iuris opponebatur fauorabilior, ideòque sanior con-
15 clusio, quod Statuta declaratiua quæstionis apùd *Doctores* ambiguæ, laudabilia potiùs vndequaquè existimantur, quàm dura, & exosa, pròut videre est apùd *Card. de Luc. de Emphyt. disc.46. sub num.3. vers. vbi enim, & de fideicom. disc.74. num.10, & de success. ab intest. in supplem. par.3. disc.142. num.5., Rot. in Viterbien. Donationis 13. Martij 1690. §. Ex Iure autèm, coràm Reuerendiss. Herault Archiepisc. Turonen.*

Atquè ex his superuacaneum efficiebatur inquirere, an etiàm præsumptiuè saltèm, quatenùs oportuisset, intercesserit ex pòst huiusce indiuidualis Reformationis confirmatio Apostolica, dùm inspectis præmissis, seù simplicitèr attenta facultate compilandi noua Statuta Ciuibus, & Rectoribus Ciuitatis Auximi per geminos Pontifices amplissimè attributa, nulla profectò aderat ampliùs occasio ambigendi circà legitimitatem, & validitatem eiusdem Reformationis; sed tantummodò in quamdam exuberantiam animaduersum quoquè fuit, quod explosa inhonestate Statuti non abs re poterat præsumi, & allegari superuentio confirmationis, stante vsu, & obseruantia eiusdem Reformationis: in vnum quippè conspirante
16 spatio tèmporis tàm diuturni, ac suprà Sæculum cum ipso vsu, & obseruantia, in quacumque materia præsumitur approbatio Pontifi-

tificia interueniſſe, ex collectis per *Rot. co-*
ram Dunoz. iun. decis.79. num.9., *& dec.96.*
num.8., *& coràm Arguell. decis.118. num.6.*,
& in recent. decis.309. num.9. & 10. par.15.,
& decis.196. num.18. par.19.; & in ſpecie
17 præſumendæ confirmationis Statuti *eadem*
Rot. decis.193. num.14. pòſt Merlin. de legit.,
decis.107. num.24. par.7. recent., *decis.329.*
num.10. par.10., *& decis.275. num.15. co-*
ràm Priolo.

Et quidèm vſus, & obſeruantia ſufficien-
tèr emergebat, non minùs, ex quo ſupèr
eodemmèt controuerſo capite, ſiuè additio-
ne citrà vllam palpitationem validitatis re-
ſpondiſſe apparebat etiàm illos *Iuris Conſul-*
tos, qui mediante impreſſione eorum lucu-
brationes magis effecère patentes, & quales
ſunt *Marius Antoniu. var. reſol. lib.2. reſol.59.*
caſ.10., *Paulus Æmilius Gallus de Except.*
par.1. tit.4. except.4. num.3.. Aſt etiàm,
quià eadem Reformatio noſcebatur inſerta,
& colligata cum reliqua coordinatione Sta-
tutorum huius Ciuitatis Typis excuſa vſquè
de anno 1571.; contrario etenìm non ap-
parente, ex vtraque circumſtantia etiàm
ſeorsìm cenſetur Statutum vſu fuiſſe rece-
18 ptum, & obſeruatum, ad ea, quæ in ſpe-
cie *Doctorum* deſupèr conſultorum, ſiuè ſcri-
bentium, habentur in *decis.316. num.6.*, *&*
decis.331. ſub num.2. coram Royas, *& coram*
Card. Celſ. decis.125. num.7., *& decis.248.*
num.18. & in dicta Viterbien. Donationis 22.
Iunij 1689. §. Obiectum enim, *& 13. Mar-*
tij 1690. §. Verùm, *& ſeq.*, *& §. Deni-*
què, *coràm Reuerendiſs. Turonen.*, & cir-
19 cà inſertionem controuerſi Statuti in
Codice cœterorum, proſequuntur *Marcian.*
diſput.20. num.5. lib.1., *Altograd. Iuu. con-*
trou. 96. num.291., *Modern. Argentan. col-*
lect.2. num.115. lib.1., *Rot. decis.51. num.12.*
par.1. rec., *decis.198. num.13. pòſt Merlin.*
de legit., *& in Viterbien. fideicommiſſi 16.*
Iunij 1684. §. Iterùm exiſtimarunt, *coràm*
bo: me: Albergato.

Firmata itaquè baſe validitatis totiès me-
moratæ Reformationis, vanæ reddebantur
ratiocinationes ſuperallatæ ex parte Bernar-
dinæ ad contendendum, quod, etiàm proce-
dendo cum præfata Reformatione, illius
cenſura non intraret, vèl ex quo locum ſibi
vſurparet, quotiès Bona vtriuſque ſpeciei
diuidendæ effectiuè reperirentur in hæredi-
tate perſonæ prædefunctæ, vèl vbi concur-
reret fauor agnationis, vèl vbi demùm præ-
exiſteret æqualitas gradus intèr vtrinquè
ſuccedere aſpirantes; Has enim omnes, vt
diximus, vagas ratiocinationes poſitiuè in
omnibus earum partibus ad ſatietatem reie-
20 cit *Rot. dicta decis.283. coram Gregorio*, quo-
què idcircò ſupèr hac quæſtione ſupponenda
eſt, ex vi Conſtitutionum *Tribunalis*, & de
ſtylo, teſte *Card. De Luca de Credit. diſc.10.*
num.5., *& in relat. Cur. Rom. diſc.32. n.69.*
in fine.

Vanæ paritèr detegebantur aliæ ſubſidia-
riæ oppoſitiones per modum vlterioris præ-
ſidij ſuperinſtructæ ab ijſdem Informantibus
pro Bernardina, nempè quod Victoria non
poſſet (vt ab initio fuerat præſuppoſitum)
reaſſumere ex hoc Municipali titulo hæredi-
tario Bona, ſiuè controuerſam quantitatem
ſcutorum 2000. à ſe iàm mediante ampliſſi-
ma donatione radicitùs præreptam, eo quià
dùm eadem Victoria donationem ineundo
21 ad fauorem Annæ Luciæ renunciauerat di-
ſpoſitioni, ac beneficio Statuti, & inſimùl
tranſtulerat in Donatariam omnia iura, &
actiones ſibi competentes, & competituras
tàm vigore huiuſcè ſummæ legatæ in Teſta-
mento paterno, quàm ex quocumque alio
càpite, titulo, cauſa, vèl ſucceſſione; vèl
non poterat ob id ad Aſylum eiuſdem Sta-
tuti conuolare, ex traditis per *Galerat. de*
renunc. cent.1. renunc.3. num.11., *& ſequen.*,
vèl in ipſa donatione includebatur, & rein-
cidebat nouus hic titulus ſucceſſionis ad
22 commodum Bernardinæ Matris, quæ ope
ſtipulationis receptæ *pro ſe, ſuiſque &c.*
tamquàm hæres ipſius Annæ Luciæ transla-
tiuè, & acquiſitiuè continebatur, ſicutì in
proximis obloquentes de iuribus ex pòſt pu-
rificandis affirmarunt *Vrceol. conſult. 98.*
num.54. & ſeq. cum alijs per *Rot. decis.10.*
num.3., *& ſeqq.*, *& dec 11. num.6. pòſt*
Modern. Forolinien. in addit. ad Ramon. tom.4.,
& dec.246. n.6. cor. Card. Cerro.

Iuncto præcipuè etiàm facto proprio eiuſ-
dem Victoriæ, dùm expedito ſub eius nomi-
ne quodam Monitorio coràm A. C. ſupèr
immiſſione ad nonulla bona paterna, ſolem-
nitèr ipſa deincèps eidem Monitorio renun-
ciauerat, *Summario Bernardinæ num. 4.*;
quamobrèm eò minùs valebant Donatarij,
ſingularem cauſam deſumentes ab eadem
Victoria, inhiare huic legato paterno, ſeù
quantitati ſcutorum 2000., ex hoc etenìm
facto, vèl efficax inſurgebat declaratio eius
voluntatis circà intellectum donationis, ac
renunciationis à ſe initæ, vèl improbabiliùs
23 autumabant Actores ire aduersùs geſta per
Auctricem, ſiuè regredi ad iura per eam
renunciata, iuxtà perpenſa per *Rot. coram*
Peutinger. decis.398. num.1., *& 2. cor. Prio-*
lo decis.392. num.2., *& in rec. decis. 529.*
num.10 par.18., *& in Meleuitana Bonorum*
5. Decembris ſuperioris anni §. Quò verò,
coram R.P.D. meo de la Tremoille.

Quatenùs namquè ſpectabat ad præten-
ſam renunciationem ordinationi, & auxilio
Auximani Statuti, nimìs ad oculum palpa-
batur, renunciationem huiuſmodi extitiſſe
in præfato Inſtrumento donationis initæ fa-
uore Annæ Luciæ ſuperadiectam pro ſimpli-
24 ci aſſueta formalitate intèr nouiſſimas

Clausulas pedissequas, & exequutiuas, & pròut subiecta hypothesis exigebat, scilicèt ad finem dumtaxàt validandi ipsam donationem, non obstante prætermissione nonnullarum forsàn solemnitatum ab eodem Statuto præcisiùs demandatarum in contractibus Mulierum; vndè fatuum erat ad casum insperatæ superuenientiæ tituli hæreditarij subextendere Cæremonialem (vt ità dicamus) hanc renunciationem, quandò
25 regularitèr renunciatio, vtpotè strictissimi Iuris, nunquàm extorquetur ad casum in littera non comprælıensum, *Rot. coram Duran. decis.268. num.7., & num.10. cum duobus seqq., & coram Dunoz. Iun. dec.346. num.10. & seqq., & in rec. decis.232. n.3. & 4. & num.12. par.6., decis.23. num.22. & 23. par.15., & in Rheginen. fideicommissi 27. Iunij 1698. §. Successiuè in fin., coram Me (dec.57. n.6. tom.1.*

Quoverò ad alteram somniatam comprælıensionem sub memorata donatione etiàm huius successionis ex pòst Statutario iure adapertæ in persona Donatricis; *Domini* pa-
26 rùm immorati sunt in perquirendo, vtrùm præfata donationis verba complecterentur dumtaxàt iura futura, ex causa tamē de præsenti, vèl etiàm porrigerentur ad iura futura etiàm ex causa de futuro, secundùm controuersa penès *Rub. in addit. ad dec.523. per tot. par.4. tom. 3. rec., Rot. decis. 41. & 42. post Adden. ad Ramon. tom.4., & in Ariminen. fideicommissi Bandi, & Æneæ de Bandis 26. Iunij 1697. ex §. Adstipulante vsquè ad finem, & 5. Martij 1698. §. Non quidèm cum tribus seqq., coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano.*

Siquidèm, cùm non essemus in possibili cogitatione terminorum alicuius realis, & abdicatiuæ renunciationis, sicutì frequen-
27 tèr accidit in renunciationibus expletis per ingressuros, vèl ingressuras in aliquam Religionem, ex perpensis *in Romana Legitimæ 15. Maij 1699. coram Me (dec.90. tom.1.)* & alibi quotidiè; absurdum erat reflectere,
28 quod Victoria Amita magna præ oculis imaginationis habere potuerit casum præmorientiæ eius Proneptis, vt in longè fortioribus responsum fuit in *Romana Donationis 26. Iunij 1680. §. Ex mente demùm, cum duobus seqq., & 9. Decembris eiusdem anni §. Excluditur etiàm, & seqq., coram cl. me. Card. Vicecomite;* & est generale, & insimùl indubitatum, quod, præcipuè à peni-
29 tùs reali, & manifestè abdicatiua renunciatione, hæreditas Renunciatarii, tanquàm nimiùm inuerisimilis, & inopinata, nunquàm veniat in præcedenti donatione, vèl renunciatione, vt per *Rot. decis.434. num.9. & seq. par.13., decis.253. num.12., & 13. par.14. & in dicta Romana Donationis 26. Iunij 1680. §. Maximè quia, coram Card. Vicecomite, & in præallegata Ariminen. fideicommissorum Bandi, & Æneæ de Bandis 2. Decembris præteriti §. Sed etiàm, quia, cor. R. P. D. meo de la Tremoille.*

Eiusdem deniquè irreleuantiæ præfulgebat assertum factum Victoriæ in ordine ad renunciationem ab ipsa factam præcitato Monitorio coràm A. C., siuè huiusmodi renunciatio adduceretur ad effectum subducendæ declarationis eius voluntatis, siuè ad finem præiudicij. Potiùs etenim ex diametro retorquebatur obiectum, quià cùm Victoria (prædefunctâ Annâ Luciâ Donatariâ) iuremeritò prætenderet assequi per Iudicium fauorabilius manutentionis Tenutam supèr quibusdam stabilibus ab ipsa possessis, & respectiuè ob superuenientiam tituli hæreditarij etiàm Immissionem ad Bona correspondentia quantitati prædictorum scut.2000. à se donatæ, noluit inhærere illi Monitorio, illi introductioni Iudicij, quod perperàm, vèl oscitantèr illius Procurator instruxerat, quandò tamèn superabundasset, quod simplicitèr posthabuisset
30 idem Monitorium, ex quo, velutì non expeditum præuio legitimo ipsius consensu, nullatenùs erat aptum ad vllam litis contestationem inducendam, vt ait *Rot. coram Coccin. decis.2003. num.16., & coram Cavrill. decis.35. num.8. vers. & quod constet, & dec.427. n.3. par.18. rec.*

Sed frustrà circumferebatur hæc renunciatio respectu Monitorij, dùm ipsamet abindè incontinenti per viam sanioris, ac celerioris Iudicij pulsauit coràm A. C. & in Sac. nostro Auditorio, tàm supèr congrua manutentione, quàm supèr magis opportuna immissione Bernardinam; alioquin quippè mederi volens ineptitudini Iudicij, ac effugere fortasse Sententiam absolutoriam ab illius obseruatione, diceretur renunciasse Iuri suo, quo nihil absurdius, magisquè oppositum illi propositioni, quod
31 qualis fuerit animus, & intentio alicuius, apprimè declaratur ex actibus subsequentibus, *Mantic. de tacit. lib.2. tit.1. num.4. & seq., Rot. decis.156. num.12. in fine coram Card. Celso*, cum reliquis vulgatis.

Circà finalem exceptionem Bernardinæ ex capite retentionis per ipsam allegatæ pro suis creditis, iuribusque dotalibus ergà hæreditatem Raymundi Viri sui, Patrisque respectiuè Annæ Luciæ, nulla apùd *Dominos* haberi potuit sollicitudo; quià talis prætensio diuersam, ac prorsùs independentem percutiebat inspectionem, diuersamque paritèr efflagitabat Commissionem ab ea, quæ in hodierna tractabatur Audientia supèr penitùs discreta hæreditate, seù Bonis Bartholomei: Vtrâque &c.

AN-

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

POstquàm Bernardina Mater Annæ Luciæ abintestato defunctæ succubuerat priùs coràm A. C., qui Sententiam protulerat fauore Victoriæ Amitæ magnæ dictæ Annæ Luciæ, & successiuè in *Sac. Auditorio* per aliam Sententiam pronunciatam *à bo. mem. Vrsino Decano* prævijs duabus *Decisionibus* editis sub diebus 28. *Aprilis 1686.*, *& 11. Maii 1699.*, quarum posterior habetur *intèr impressas ad ornatum Card. De Luc. tom. 2. lib. 11. decis. 34.*, curauit rursùs Causam Mihi delegari in tertia Instantia, inutili tamèn successu, quià *Tribunal*, agnita validitate, & Iustitia vtriusque præcedentis Iudicati, non dubitauit respondere pro illorum confirmatione, ex rationum momentis expositis in hac mea *Decisione*, in cuius sequelam demandata postmodùm fuit expeditio Causæ mediante tertia Sententia à Me promulgata.

Verùm præfata Bernardina adhùc imperterrita institit in Tribunali Signaturæ Institiæ pro noua commissione Causæ, quam tamèn, stantibus tribus vniformibus Sententijs, alitèr obtinere non potuit, quàm in deuolutiuo tantùm mediante rescripto, seù Clausula = *siuè præiudicio rei iudicatæ*; directaque Commissione *clar. mem. Card. Capraræ* tunc vni ex nostris Coauditoribus, fuit ab eo proposita Causa die 14. Martij 1702. sub assueto Dubio = *An constaret de causis restitutionis in integrum*, cui Sac. Rota *negatiuè* respondit (vt modò videre est intèr illius impressas *decis. 597.*) & puto, quod huic resolutioni Pars deuicta acquieuerit, dùm de hac Causa apliùs actum non audiui.

Quæstio illa remissiuè enunciata in præsenti mea Decisione *num. 26.*, vtrùm nem-

32 pè donatio, seù renunciatio iurium tàm præsentium, quàm futurorum intelligi debeat respectu futurorum de iuribus futuris ex causa solùm de præsenti, aùt præterito, fuit latè discussa in illa celebri *Romana Renunciationis* intèr fratres de Inghiramis renunciatarios Margaritæ eorum Sororis vtrinquè coniunctæ, & Ioannem de Vaijs filium, & hæredem ipsius Margaritæ: Cùm enim hæc Mulier occasione Matrimonij contracti de anno 1652. cum Patre memorati Ioannis deuenisset fauore prædictorum eius fratrum ad amplissimam renunciationem omnium Bonorum, & iurium sibi quomodolibèt competentium, quæuè in futurum competere possent in, de, & super Bonis tàm ascendentalibus, quàm collateralibus quolibet iure, & titulo etiàm ex causa successionis tàm ex Testamento, quàm ab intestato; & casus dedisset, quod pòst lapsum ferè quinquaginta annorum, & præcisè de anno 1701. Cosmus Panthera consanguineus transuersalis dictæ Margaritæ fato cessisset cum Testamento, in quo eamdem Margaritam tùnc adhùc viuentem sibi hæredem vniuersalem inscripserat, cœperunt prætendere præfati fratres de Inghiramis, quod hæc hæreditas Margaritæ superuenta ad eos spectaret in vim prænarratæ renunciationis, tamquàm complexiuæ iurium etiàm in futurum deferendorum eidem Margaritæ renuncianti: Introductoque desupèr Iudicio in Tribunali A.C. voti compotes effecti fuerunt, dùm idem A. C. cen-

33 suit, renunciationem Margaritæ compræhendere iura, seu hæreditates Renuncianti obuenturas etiàm ex causa de futuro; & cum eodem sensu processit *Sacrum Auditorium* in gradu appellationis interpositæ à Ioanne (vt præmisimus) filio, & hærede Margaritæ interìm defunctæ, nàm *bo. me. Molines Decanus*, cui Causa extiterat commissa, consimilem Sententiam protulit fauore fratrum Renunciatariorum in sequelam duarum *Decisionum*, quæ coràm eo prodierant sub diebus 8. *Iunij 1705.*, *& 25. Iunij 1706.* (quæuè modò extant intèr suas nouitèr impressas, & sunt in ordine *la 978. & 1048.*).

Verùm delegatâ denuò Causâ ad prouocationem Ioannis *R. P. D. meo Scotto* (po-

34 steà S. R. E. Cardinali), iura fratrum de Inghiramis comperta sunt minùs habentia in triplici propositione secuta sub diebus *21. Ianuar. & 15. Iun. 1708.*, necnon *6. Maij 1709.* cum subsecuta expeditione Causæ per Sententiam infirmatoriam alterius præcedentèr latæ à prælaudato *bo. me Molines*; & in eodem sensu postmodùm *Rota* perstitit in alijs tribus propositionibus eiusdem Causæ habitis sub diebus 10. Martij 1710. *coram R. P. D. meo Crispo*, & 10. Decembris paritèr 1710. *coram D. Card. Priolo*, *& 26.* Iunij 1711. *coram R. P. D. meo Aldrouando*, cui commissa fuerat Causa in vltima agonali Instantia cum Clausula = *Siuè præiudicio rei iudicatæ*.

Cœterùm in proposito huius quæstionis quemadmodùm pro regula traditur, quod

35 donatio, vèl renunciatio Bonorum, Hæreditatum, ac iurium tàm præsentium, quàm futurorum restringitur ad Bona, Hæreditates, & iura Donanti, aùt Renuncianti in futurum obuentura, ex causa tamèn de præsenti, & ad summum de præterito, non verò ex causa penitùs futura, & cuius nullum vestigium aderat de tempore exaratæ donationis, seù renunciationis, pròut ex theorica *Bart. in Leg. pòst emancipationem*, *§. Illud num. 3. ff. de liber. legat.* notant *Hediern. in Leg. Hac edictali quæst. 11. num. 74. & 75.*, *De Marin. resol. 189. nu. 6. lib. 2.*, *Olea de cess. Iur. tit. 3. quæst. 10. n. 21. & 22.*, *Ioseph de Rosa consult. 7. num. 67. & 69.*

& 69. , latè *Paul. Rub. in addit. ad dec.523. à num.1. cum plur. seqq. par.4. tom.3. rec.*

Ità, pro euitando quocumque litium anfractu, optima cauthela esset, quod in Instrumento donationis, seù renunciationis expresse adijceretur, quod quis donat, seù renunciat omnia Bona, & iura tàm præsentia, quàm futura sibi competentia, aùt quomodòlibet in posterùm obuentura tàm ex
36 Testamento, quàm ab intestato *etiam ex causa de futuro*, quià hoc modo res esset certa, & indisputabilis pro compræhensione hæreditatum, & iurium ex pòst Donanti, aùt Renuncianti ex causa omninò noua obuenientium, per ea, quæ in his specialibus terminis aduertunt relati per *Gabr. comm. concl. tit. de fideic. concl.1. num.42.* , *Ancharan. Ian. quæst. famil.44.num.24. lib.3.*, *Cammarat. respons. decis.2. num.35. lib.2.*, *Gallerat. de renunc. tom.2. cent.1. renunc.17. n.26.*, *& sub num.36. vers. Sed hac intellige*, *Francisc. De Andrea in Alleg. Iur. impress. apud Bottiglier. de Success. theor.49. sub num.22. vers. Et in casu nostro habemus*, *& num.23*, *Capyc. Latr. consult.77. num.31.*, *Boer. decis.147. num.13.*, *Mastrill. decis.65. num.4. in fin.*, *& num.7.*

ROMANA CAMBIJ.

Lunæ 15. Martij 1700.

ARGVMENTVM.

Agitur de admissione ad Causam, eiusque effectibus, & signantèr an Tertius veniens ad Causam pro excludendo vtroque Collitigante valeat differre, aùt retardare illius prosecutionem. Alia colliges ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Tertius veniens ad Causam pro exclusione vtriusque Collitigantis nequit impedire illius progressum, ac expeditionem, &* n.6.

Idque habet duplicem rationem, de qua numer.2. 3., & 5.

4 *Commissio admissionis ad Causam non solet concedi à Signatura Iustitiæ, nisi cum Clausula* = constito de Interesse.

7 *Tertius veniens ad Causam pro suo iure, & interesse non impedit executionem trium conformium latarum fauore alterius ex Collitigantibus.*

Fallit, si iste Tertius existeret in possessione rei intèr Collitigantes controuersæ, num.8., & n.11. cum duob. seqq.

Et hæc fallentia procedit, quamuìs Tertius non totam rem, sed illius partem dumtaxàt possideret, n.9.

Ac rursùs procedit etiàm in quasi possessione iurium incorporalium, n.10. &.13.

14 *Admissio ad Causam petita per Tertium nequit redargui de calumnia, quotiès ille docet de proprio Interesse.*

15 *Scientia aliquorum de Capitulo non infert ad scientiam totius Capituli*, & n.16.

17 *Scientia Capituli, Communitatis, aùt Collegij non officit in præiudicialibus, nisi probetur capitularitèr, seù collegialitèr habita.*

Et an huiusmodi scientia resultet ex publicitate actuum præiudicialium Capitulo, Communitati, aùt Collegio, n.18. & 20.

19 *Confraternitas non obligatur, aùt præiudicatur ex facto voluntario aliquorum Confratrum.*

Idemque procedit in Capitulo, Vniuersitate, & quolibet alio corpore Collegiali, ibid.

DECISIO CXXXVIII.

MAiorum *Domini* subsequentes exempla, & signantèr eorum, quæ practicata noscebantur in *Meleuitana Baiuliuatus coràm Dunozett. Sen.* intèr suas *decis.165.*, non obstante, quod præuia Commissione Signaturæ Iustitiæ obtinuissent Fratres de Pichinis admitti ad Causam post decretam coràm Me, non tamèn effectiuè subsecutam expeditionem fauore Marchionis de Sacchettis, vnanimitèr decreuère, quod extensa hodierna breui *Decisione*, in qua (vt moris est) propalarem fundamenta negligendæ ad hunc effectum admissionis prædictæ, Causam absoluerem, siuè expedirem.

Agnitum quippè fuit, quod præcitati Fratres de Pichinis comparuerant quidèm in termino, in quo cùm non adhùc foret, vt præmisimus, actualiter consumata expeditio, valuissent de cætero, quasi re integrâ, eorum Iura deducere, siuè in abstracto gaudere beneficio admissionis ad Causam: Ve-
1 rùm quià ipsorum comparitio tota tendebat ad exclusionem iurium vtriusque per anteà collitigantis, ex quo sese prætendebant anteriores Cambio D. Marchionis, cuius ratione idem Marchio reportauerat immissionem in Saluiano contra quædam loca Montium promanantia à Iacobo de Vecchijs ass. communi debitore; hinc proindè de plano sequebatur, neutiquàm in hoc statu posse talem Tertium impedire, aùt differre Causæ definitionem, vt, quidquid dixerit *Bald. in cap. vnic. §. Si duo, in primo not., de pac. ten.* vno ore confirmarunt *Innocent. in cap. cum supèr num.5.*, ibiquè etiàm *Felin. num.17.*, *Butr. num.14.*, *& Bellamer. num.11.*, *de Sent. & re iudic.*, *Couar. pract. quæst. cap.14. sub num.4. vers. nos verò*, *Tondut. de præuent. par.2. cap.12. num.25.*, *Schettin. de Tert. ven. ad Caus. par.1. inspect.2. num.1. per tot.* & præsertìm *vers. & in omnibus*, *Add. ad Buratt. decis.833. litt. B.*, *Vinc. de Franch. decis.*

decis.261. & decis.492. per tot., Iosi. Ludouic. decis. Perusin.26. num.26. & 27., Giurb. decis.1. sub num.33., & punctualitèr dictum fuit in præallegata decis.165. num.2. coràm Dunozett. Sen., & habetur etiàm apùd Caccin. decis.1172. num.1., & in rec. decis.287. n.11. par.8., & decis.53. num.4. par.16.

Geminaque solet esse ratio, & vtraque
2 conuincentissima; altera nempè, quod plerumquè huiusmodi serotinæ comparitiones Tertij possunt à machinatione, vel indignatione Succumbentis clàm promoueri, & suscitari ad vlteriorem Aduersarij fatigationem: Et altera, quod, quoquo modo habeat
3 se res, nullum exindè sentit præiudicium idem Tertius, qui, si reuerâ bonum Ius foueat, etiàm contrà Partem victricem poterit illud successiuè tutò experiri, cùm sua nullatenùs intersit, extare rem intereà petitam penès Partem victricem, vèl deuictam, teste in terminis primæ rationis Couar. dicto cap.14. num.4. in fin., Cancer. var. resol. par.2. cap.16. num.10. & 11., Card. De Luca de Iudic. disc.17. num.8. in fin., & Rot. dicta decis.165. num.4. cor. Dunozett. Sen. & in proposito secundæ Bursatt. cons.413. nu.21., Rot. decis.357. num.7. & 8. par.6. rec., & dicta decis.53. num.7. par.16., & decis.53. num.4. & 5. cor. Card. Celso.

Atquè hinc superuacaneum effulxit inniti alteri non minùs vrgenti motiuo persistendi in expeditione decreta, videlicèt, quod etsì per simplicem exhibitionem cuiusdam Instrumenti Affictus initi cum Iacobo prætenso communi Debitore contenderent Pichini anterioritatem aduersùs Cambium ipsius Marchionis, adhùc necesse erat, quod ijdem Pichini per anteà, desupèr audito præfato D. Marchione, rectiùs docerent de subsistentia præfatæ anterioritatis, & sic de sufficienti eorum interesse, cùm consimiles
4 admissiones ad Causam nusquàm à Signatura relaxentur simplicitèr, & liberè, sed conditionatè, & cum Clausula = consisto de interesse, adeòut, opponente Parte, formalis etiàm exigatur prçambula disputatio sub expresso Dubio = An constet de interesse in casu &c. quemadmodùm quotidiana stat praxis, & liquet antiquioribus omissis in decis.15. coràm Vbag., in Ciuitatis Castelli Fideicommissorum 4. Iunij 1674. coràm bo.me. Calataiù, & in Perusina repetitionis Indebiti 22. Martij 1697. cor. Me (dec.5. tom.1.)

Et ità supèr Memoriali vtriusque Partis Domini resoluerunt &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R.P.D. AVTHORIS.

HÆC est illa breuis Decisio, de qua memineram in Annot. ad decis.89. sub n.50. 5. Redeundo autèm tom. 1. edita fauore D. MarchionisSacchetti contrà D. Comitissam Catharinam de Vespignanis supèr immissione per D. Marchionem petita, & obtenta in vim vtilis Saluiani Interdicti ad quædam loca Montium per eamdem Comitissam titulo Dotis possessa, & olìm originariè spectantia ad Iacobum de Vecchis debitorem dicti Marchionis, pròut etiam liquet ex præcedenti Decisione emanata in eadem Causa coràm Emerix Iun., quæ est la 1310. intèr eius impressas.

Cùm autèm fratres de Pichinis prætenderent, se esse Creditores anteriores memorati Iacobi communis Debitoris comparatiuè ad Marchionem, obtinuerunt à Signatura Iustitiæ Commissionem admissionis ad Causam cum solita Clausula = Constito de Interesse, eaque mediante tentarunt præpedire expeditionem Causæ iàm præcedentèr à Tribunali decretam fauore prędictiD. Marchionis Sacchetti, vndè opus fuit, quod Ego desupèr exquisiuerim oraculum Dominorum meorum Correspondalium, qui in Causa principali intèr Marchionem, & Comitissam suffragium tulerant, eamque (vt mòx retuli) expediri mandauerant; Sed ij, auditis rationibus hinc indè per Memorialia deductis ex parte non minùs Marchionis, quàm fratrum de Pichinis, Mihi absolutè iniunxerunt, vt ad vlteriora procederem in effectiua expeditione Causæ, ex motiuis in hac breui Decisione deductis, & examinatis.

Cautè procedendum est cum hiscè Tertijs, qui extemporaneè comparent instando, se ad Causam admitti, quià plerumquè sub
5 colore proprij Interesse student protelare cursum Iudicij, vt faueant Parti, quæ in Causa succubuit, sicutì vltrà alleg. in præsenti Decisione sub num.3. practicè testatur Scacc. de appell. quæst.17. limit.6. membr.4. num.87. ad med. vers. Limita primò, & pòst eum, & alios Capyc. Latr. decis.164. nu.9. & 10.

Cautus etiam, & vigilans debet esse is, qui putans superare posse ambos Collitigantes curat, se ad Causam admitti, non enim expectare debet, quod Causa sit iàm intèr illos confecta, & in statu expeditionis, quià tùnc obtinebit quidèm suum intentum circà
6 admissionem, sed non exindè remoram adijcere poterit, quin Iudex ad vlteriora procedere valeat in publicatione Sententię aduersùs vnum ex Collitigantibus, vt paritèr prætèr adductos in Decisione num.1. habetur apùd Ridolphin. in prax. par.2. cap.4. n.123., Io. Ant. ab Eccles. obseru. for. par.1. obs.204. num.17. & 18., Adden. ad Pamphil. dec.192. num.13. & 14., Rot. decis. 457. num.9. cor. Dunozett. Iun.

Similitèr huiusmodi Tertius serotinè ad Causam admissus non simplicitèr pro suo iure,

re, & interesse, sed pro exclusione amborum
7 Collitigantium, nequit præpedire executionem trium conformium, quas vnus ex eis fortè contrà alterum reportasset, vt relatis concord. respondit *Rot. in Ferrarien. Primogenituræ 16. Aprilis 1706. §. Nil ofsiciente, coràm bo. me. Molines* (nùnc intèr suas *decis.1024. num.12.*) nisi tamèn iste
8 Tertius in actu obtentæ admissionis ad Causam allegaret, ac summariè saltèm doceret, se esse in actuali, vel quasi possessione rei intèr principales Collitigantes controuersæ, tùnc enìm retardare posset executionem etiàm trium Sententiarum conformium, ex rationibus perpensis per *Ridolphin. dicto cap.4.num.126., Cost. in tract. de re integr. quæst.95. num.15., Amat. Panorm. resol.94. n.7., Ios. Ludouic. decis. Perus.26. num.15., Saminiat. contr.16. num.2.*, vbi
9 ampliat, licèt ille Tertius instans ad Causam admitti, ac in executione supersederi, non possideret totam rem controuersam, sed aliquam dumtaxàt illius partem; quod
10 & in terminis partialis quasi possessionis iurium incorporalium aliàs firmauit *Rot. in Montis Regalis Iurisdictionis 26. Nouembris 1601. §. Cæterùm, coram Lancellotto Iun.* iuxtà subnexam particulam, quam registrare volui, dùm eadem *Decisio* nullibì reperitur impressa.

R. P. D. Lancellotto
Montis Regalis Iurisdictionis
Lunæ 26. Nouembris 1601.

„ Egerat Reuerendissimus Archiepiscopus Montis Regalis pro Ecclesia sua contrà Ecclesiam Cathanien. vocato Reuerendissimo Episcopo supèr iure Metropolitico, & duabus obtentis Sententijs, quæ transiuerant in rem iudicatam, comparuerunt Capitulum, Clerus, & Ciuitas Cathanien. ratione sui Interesse, prætendentes, supersederi debere in executione dictarum Sententiarum: Et de ordine Sanctissimi proposito desuper Dubio sub die 21. *Maij*, & iterùm sub die 9. *Iunij*, non potuit ob varietatem *Dominorum* vota capi resolutio; vndè sub die 26. *Nouembris* illo denuò proposito, *Domini* in eo, quod constet de interesse Capituli, & consortium litis, vnanimes fuerunt &c.

„ In eo autèm, an suspendi deberet executio dictæ rei iudicatæ duarum Sententiarum, aliqui ex *Dominis* dicebant, executionem non esse suspendendam; & mouebantur ex eo, quod Capitulum, & litis consortes scientiam habuerint agitati Iudicij, & sic, quod adesse videretur præsumptio calumniæ &c.

„ Cæterùm, his non obstantibus, resolutum fuit, suspendendam esse executionem, & admittendam appellationem Capituli; quià cùm constet de Interesse supradicto, sequitur resolutio effectus Dubij, quod scilicèt sit retardanda executio Sen-
11„ tentiarum: Nàm Tertius veniens ad Causam pro suo interesse est admittendus etiàm ad impediendam executionem Sententiarum, *cap. Veniens (il 2.) cum ibi not. per Innocent., Abb., & alios, de Testib., Rot. decis.2. de re iudic. in antiqu., Couarr. pract. quæst. cap.16. n.1.* etiamsì
12„ sint tres conformes, *Card. in Clem. Vt calumnijs num.4., & ibi Vitalin. num.89. de re iudic., Gabr. cons.28. num.42. lib.2.*, & fuit aliàs dictum in vna *Burgen. Vnionis de Elines 26. Nouembris 1588. coràm bo. me. Orano*; Maximè, quià Capitulum
13„ quoquè est in possessione iurium, & Dignitatum Ecclesiæ, vndè succedit alia conclusio, quod Tertius, quandò est in possessione, impedit executionem, iuxtà notat. per *DD. in Leg. à Diuo Pio, §. Si supèr rebus, ff. de re iudic. &c.*

„ Non obstat præsumptio calumniæ: Quià
14„ illa excluditur stante supradicto Interesse, & præiudicio Capituli, *Couarr. pract. quæst. cap.16. num.2. vers. Hanc calumniæ præsumptionem, Vrsill. ad Afflict. decis.235. num.2.*

„ Non obstat, quod Capitulum habuerit scientiam litis; Quià ista scientia non probatur concludentèr; Nèc scientia ali-
15„ quorum particularium concluderet ad scientiam Capituli, & Cleri, ac litis consortium; Vltrà quod non probatur scientia Sententiarum, vt possit dici lapsum tempus ad appellandum.

„ Ad alia placuerunt responsiones datæ ab Informantibus &c.

ALIA ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

SVpèr eadem conclusione, de qua in præinserta *Decisione Lancellotti §. fin.*, quod scilicèt ex scientia aliquorum de Capitulo,
16 Vniuersitate, aùt alio corpore Collegiali, non liceat inferre ad scientiam totius Capituli, Vniuersitatis, vèl Collegij, præsertìm vbi agatur de re, seù negocio spectante ad illos de Capitulo, Communitate, aùt Collegio vtì vniuersos, non autèm vtì singulos, addi possunt idipsum affirmantes *Dec. cons.437. num.3. vers. Et ideò, Posth. de manut. obseru.40. sub num.30. vers. pròut respectu, Rot. pòst eumdem decis.598. num.3. & 4., & coràm Molines decis.436. num.37., & in Ianuen. Insignium supèr manutentione 4. Februarij 1705. §. Cæterùm, cor. Muto.*

Rursùs in materia præiudiciali ad hoc, vt probata dici possit scientia Capituli, Vniuersitatis, aùt Collegij, necesse est iustifi-
17 care, quod scientia illius actus, vèl alterius innouationis, de qua est quæstio, deuenerit

nerit ad Capitulum, Communitatem, seù Collegium de tempore, quo illud, vèl illa reperiebatur insimùl in corpore congregata, vt communi calculo docent *Fulgos. cons.* 219. *num.* 5. *propè fin. vers. Neque enim*, *Crauett. cons.* 643. *num.* 5., *Surd. cons.* 28. *num.* 107., *& cons.* 323. *num.* 12. *in fin.*, *Io: Bapt. Ferrett. cons.* 41. *num.* 4., *Gratian. discept.* 601. *num. fin.*, *Posth. de manut. obseru.* 36. *n.* 20. *ad med. vers. Vèl nisi Vniuersitas*, *Cost. in tract. Aùt sciebat &c. dist.* 36. *n.* 12. & 13., *Episc. Rocca select. disp. Iur. cap.* 86. *n. fin.*, *Ossasc. decis. Pedem.* 36. *num.* 3., *Rot. coràm Dunozett. Sen. decis.* 249. *num.* 3., *& coràm Card. Caprara decis.* 360. *num* 6. *in fin.*, *& coràm Molines dec.* 436. *sub n.* 37.

Et licèt *Rota* in vna *Romana Iuris Honorifici* 3. *Iunij* 1729. *§. Perperàm autèm*, *coràm bo: me: de Valentibus* in proposito nonnullorum actuum obsequialium, quos aliqui Confratres particulares spatio plurium annorum (non tamèn continuorum, sed interpolatim) præstiterant ergà Deputatos Ven. Congregationis S. Bernardi, & respectiuè Monasterij, & Monialium S. Susannæ occasione eorum annualis accessus ad Ecclesiam eidem Diuo Bernardo dicatam, & iure perpetuæ emphyteuticæ concessionis possessam à Ven. Archiconfraternitate SS. Nominis
28 Mariæ de Vrbe; quamuis inquam *Rota* censuerit, scientiam totius corporis dictæ Archiconfraternitatis quòad præstationem prædictorum actuum obsequialium satis resultare, tùm ex quo tales actus publicè, & palàm præstiti fuerant in Ecclesia Archiconfraternitatis, tùm ex alijs coniecturis, & argumentis in præfata *Decisione* desupèr expensis.

Ego tamèn scribens de anno 1731. in eadem Causa *prætensi Iuris Honorifici* pro dicta Ven. Archiconfraternitate (tamquàm eo tempore vnus ex illius Custodibus) coràm Sac: Congregatione trium Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, ad quam Causa remissa fuerat præuia illius auocatione à Tribunali Sac. Rotæ, intèr cœtera funda-
29 menta, & signantèr, quod ex voluntario, seù vltroneo facto aliquorum priuatorum Confratrum, absquè scientia, & mandato totius Cœtus Archiconfraternitatis, nullum ius quæsitum dici poterat prædictis Deputatis memoratæ Congregationis Diui Bernardi ad effectum cogendi ipsam Archiconfraternitatem, vt in posterùm teneretur ad præstationem dictorum actuum honorificorum, ad id allegando *Surd. d. cons.* 28. *n.* 105., *Adden. ad Buratt. decis.* 285. *litt. A. in fin.*, *Griuell. decis. Dolan.* 188. *num.* 14., vbi quod actus facti per Homines particulares numquàm tribuuntur Vniuersitati, nisi doceantur facti in executionem eius, quod ipsa Vniuersitas legitimè congregata deliberauit, & ordinauit, *Rot. coràm Caualer. decis.* 632. *num.* 7., *& coràm Dunozett. Sen. dicta decis.* 249. *num.* 3., quæ punctualissimè loquitur in terminis alterius Confraternitatis, *& in recent. par.* 3. *decis.* 762. *num.* 6., *& decis.* 774. *num.* 3. *in fin.*, *& par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 300. *num.* 7., *& coram Eminentissimo Falconer. tom.* 3. *tit.* 33. *decis.* 8. *num.* 8., *& in alia Romana Iuris Honorifici supèr possessorio* 24. *Martij* 1702. *§. vlt. in fin. coram Muto*: Dicebam vlteriùs, quod scientia
30 totius corporis Archiconfraternitatis neutiquàm probata dici poterat ex generalibus argumentis deductis in dicta contumaciali *Decisione* edita contrà eamdem Archiconfraternitatem, (dùm ea pęnitùs abstinuit ab informando, vtpotè habens ad sui fauorem geminas Sententias absolutorias in acerrimo vtriusque Partis contradictorio præcedentèr latas à duabus Congregationibus primariorum Prælatorum Romanæ Curiæ, qui processerant in vim duplicis Pontificiæ Commissionis signatæ cum Clausula: *Appellatione remota*,) sed fortitèr inculcabam, quod necessarium erat probare scientiam specificè habitam ab Archiconfraternitate de tempore, quo reperiebatur in vnum congregata pro alijs suis particularibus negocijs, iuxtà *Authoritates* superiùs citatas *num.* 17.

Cùmque de facto Causa hæc proposita fuerit Partibus hinc indè propria iura deducentibus sub die 4 Maij præcitati anni 1731. coràm prænarrata Sac Congregatione trium Eminentiss. Purpuratorum, qui erant *Picus*, *Petra*, *& Ruspolus*, non fuit intèr eos dubitatum, quìn omnimodam confirmationem mererentur memoratæ Sententiæ promulgatæ ab enunciatis geminis Congregationibus Prælatitijs, in quarum prima interfuerant vti Iudices Commissarij RR. PP. DD. *Tauarius* Pro-Decanus Signaturæ Iustitiæ, *De Gentilibus* (posteà S. R. E. Cardinalis), ac *Mesmerus* tùnc A. C. Locumtenens, nùnc verò R. C. A. Clericus; & in secunda RR. PP DD. *Ferronius* Secretarius Sac. Congregationis Immunitatis, *Simonettus* vnus ex Votantibus Signaturæ Iustitiæ, ac *Bolognettus* C. A. Clericus, & ad præsens Annonæ Præfectus, licèt resolutio dictæ Congregationis Cardinalitiæ ex nonnullis prudentialibus motiuis non fuerit hactenùs publicata.

A. Lupardus.

REATINA FIDEICOMMISSI

Lunæ 22. *Martij* 1700.

ARGVMENTVM.

Appellatione filiorum, & filiarum ex proprietate sermonis licèt non veniant Nepotes, & vlte-

vlteriores descendentes, veniunt tamèn stantibus coniecturis id suadentibus, quæ latè examinantur: Reciproca de linea ad lineam non inducitur, nisi verba sint expressa, vèl coniecturæ sint satis vrgentes; faciliùs tamèn inducitur intèr descendentes, quandò dispositio prouenit ab Ascendente, & hoc procedit tàm in linea, & descendentia masculina, quàm fœminina. Præceptum Fideicommittentis, quod Dotes fœminarum constitui debeant ex fructibus, intelligitur, quatenùs isti adsint de tempore dotationis, & de hac materia fusiùs agitur in *Additione*.

SVMMARIVM.

1 *Agens pro aliqua Successione, stante illius non vocatione, repellitur exceptione* = Substitutio de te non loquitur.

2 *Fœminæ, masculis vocatis, censentur exclusæ.*

3 *Appellatione Filiorum, vèl filiarum non veniunt Nepotes, seù Neptes.*
Quicquid esset, si fuissent vocati descendentes, n.4.

5 *A' Parentibus nascimur, & à Maioribus descendimus.*

6 *Dictio* = ex = *refertur ad causam immediatam, & denotat terminum originis.*
Declara, vt num.18.

7 *Dictio* = ex eisdem = *restringitur ad personas præcedentèr expressas.*

8 *Linea dicitur collectio plurium personarum ab vno, eodemque stipite descendentium.*
Ideòque vnica persona non facit lineam, sed ad summum facere potest principium lineæ, ibid., & n.25.

9 *Dictio* = vt suprà = *refertur ad superiùs expressè disposita absquè vlla extensione.*
Declara, *vt* n.20. & 21.

10 *Fœminæ descendentes ab vltimo masculo de Familia dicuntur Agnatæ.*
Non sic fœminæ vlterioris gradus ab alio Patre progenitæ, n.11.

12 *Verbum* = retinere = *non importat nouam acquisitionem, sed perseuerantiam rei iàm acquisitæ, &* num.28.

13 *Reciproca de linea ad lineam non inducitur, nisi verba sint expressa, vel coniecturæ vrgentes.*

14 *Reciproca expressè iniuncta intèr masculos non censetur volita intèr fœminas substitutas, si non fuit quòad eas repetita.*

15 *Nepotes, & Neptes licèt non veniant sub nomine filiorum, aùt filiarum, veniunt tamèn cum vlterioribus etiàm descendentibus, vbi facta est mentio de filijs* nascituris.
Sicutì etiam, si substitutio protracta foret in tempus remotissimum, n.16.

17 *Substitutio facta* = ordine successiuo = *aduersatur vulgari, & fideicommissariam importat.*

19 *Sub vocatione* = lineæ = *veniunt omnes descendentes.*
Et hoc tàm procedit quòad lineam masculinam, quàm fœmininam, n.22.

23 *Argumentum à superfluitate vitanda non multùm in Iure stringit.*
Stringit tamèn quòad non admittendam diuersitatem sensus, & intellectus in vno, eodemque vocabulo, n.24.

26 *Qui vult consequens, vult etiàm necessarium antecedens.*

27 *Familia, & Agnatio potest artificialitèr, seù ciuilitèr conseruari mediante iniuncto onere assumendi Cognomen Testatoris.*

29 *Reciproca de linea ad lineam censetur inducta, quotiès aliàs non verificaretur volita conseruatio Bonorum intèr illos de Familia.*
Præsertìm, si onus fideicommissi sit iniunctum rebus, non autèm personis, n.30.

31 *Verba debent intentioni deseruire, non autèm intentio verbis.*

32 *Reciproca linearis inducitur etiàm ex coniecturis efficacibus, & vrgentibus.*
Præsertìm, si agatur de fideicommisso ordinato per Ascendentem, n.33.

34 *Reciproca iniuncta inter illos de linea masculina censetur etiàm volita inter illos de linea fœminina, vbi Testator vtramque lineam parificauit.*
Et talis parificatio vndè desumatur, vide ibid., & n. seq.

35 *Dictio* = similitèr = *est parificatiua, & quodammodò identificatiua.*

36 *Dotes à fideicommissis, & præcipuè Transversalibus, nonnisi in subsidium detrahuntur.*

37 *Hæres, & insimùl Creditor defuncti præsumitur satisfactus de suo credito supèr pecunijs, mobilibus, alijsque effectibus in hæreditate repertis, de quibus nulla redditur ratio.*

38 *Enunciatiua emissa in transactione pro maiori cauthela, & firmitate contractus, non probat, vbi ex pòst principalitèr contingat disputari de veritate enunciati.*

39 *Confessio Dotis receptæ facta per grauatum non nocet fideicommissarijs, nisi eius effectiua solutio aliundè iustificetur.*

40 *Hæres adiens hæreditatem sui Debitoris sinè beneficio legis, & Inuentarij confundit proprias actiones.*

41 *Inuentarium non præseruat hæredem à consumptione propriarum actionum, nisi legitimam reddat rationem de Bonis inuentariatis.*

42 *Præceptum Fideicommittentis, quod Dotes soluantur ex fructibus, est seruandum, nisi iustificetur illorum insuffieientia de tempore constitutionis earumdem Dotium, &* n.44.
Si verò fructus de illo tempore non adsint, vèl non sufficiant, potest grauatus dotare de Bonis fideicommissarijs, n.45.

Sed

Sed tamen ex post tenetur reintegrare fideicommissum cum fructibus ex post percipiendis, n.46.

Quod declara, *vt* n.47.

Vbi autem agatur de Dote tamdiu assignata super Bonis fideicommissarijs, successor in fideicommisso nequit illam impugnare, nisi probet, quod ea commodè solui potuisset cum fructibus, n.48.

Vel quod grauatus malitiosè fructus consumpserit animo diminuendi substantiam fideicommissi in præiudicium aliorum ad illud vocatorum, n.49.

43 *Retentio non competit, vbi creditum redditum fuit illiquidum ratione fructuum pendente lite perceptorum*.

50 *Fideicommissum nequit minui pro Dotibus fœminarum, quotiès istæ possunt commodè dotari ex fructibus*.

Et de ratione, n.51.

Idque procedit non obstante, quod Fideicommittens ordinasset, fœminas dotari posse ex Bonis fideicommissarijs, n.52.

DECISIO CXXXIX.

IMpugnare satagentibus Carolo, & Hieronymo Reis in hac Causa Sententiam supèr immissione pronunciatam à Reuerendiss.D. meo Molines Decano fauore Dianæ, Lauræ, & Catharinæ, iterùm à fundamentis extiterunt sub hodierna die librata Iura fœminarum Actricium, eorumque stabilitate comperta, pro eiusdem Sententiæ Rotalis confirmatione facilis, & plana prodijt resolutio.

Iàm enim quæstio non erat de validitate Iudicati, minùsque de incapacitate Reorum in ordine ad fideicommissariam successionem supèr Bonis controuersis iniunctam à Paulo Sen. de Nauis, cùm ijdem Rei forent penitùs extranei, propriamque possessionem tantùmmodò tueri contenderent in vim cuiusdam donationis ad ipsorum commodum expletæ per Bibianam filiam alterius Pauli Iun., & respectiuè Testatoris Abneptem, & vltimam horummèt Bonorum posseditricem; Ideòque toti immorabantur
1 in obijciendo consimilem incompræhensionem sub præcitato fideicommisso ergà quoquè memoratas Actrices, ad limites vulgaris axiomatis, sed abundè in suis casibus operatiui pro Actore eliminando = *Substitutio de te non loquitur*, de quo *Honded.cons.*60. *num.*12. *lib.*1., *Cyriac. contr.*281. *num.*41., *Rodulphin. alleg.*113. *num.*26., *Rot. dec.*238. *num.*3. *par.*15., *decis.*149. *n.*3. *&* 4. *par.*16. *Recent.*, *& in Romana Fideicommissi de Moronis* 10. *Maij* 1697. *§. Siquidèm propè fin.*, *coràm R.P.D. meo Pio*.

Et quidèm ad hunc effectum prænotabant, quod etsi Paulus in suo Testamento perpetuam progressiuam, ac vnicuiquè reciprocam, & vicissitudinariam substitutionem ordinasset intèr masculos ab vnoquoque ex primis hæredibus à se institutis prouenientes, horum nihilominùs appellatione neu-
2 tiquàm poterant fœminæ intercludi, ex tritissima regula, quod masculinum nunquàm potest concipere fœmininum, siuè substitutio ad masculos directa fœminas amplecti, ex collectis per *Soccin. Iun. cons.*69. *num.*6. *&* 7. *lib.*3., *Peregr. de fideic. art.*25. *num.*11., *& art.*27. *n.*20., *Fusar. de substit. quæst.*311. *num.*10. *cum duobus seqq.*, *Adolin. resol.*39. *num.* 36., *Rot. decis.* 228. *num.* 4. *par.* 15. *Rec.*, *&* *decis.*402. *num.*2. *cor. Priol.*

Nequè officere posse prosequebantur, quod non extantibus liberis, & descendentibus masculis oriundis à suis hæredibus, eorumque filijs, & descendentibus in infinitum, Fideicommittens expressè inuitasset (sunt verba præcisa) *ad dictam hæreditatem filias feminas legitimas, & naturales ex eisdem nascituras ordine successiuo similiter per stirpes, & non per capita*, quodquè demùm post diuersas alias ordinationes, substitutionesque pœnales in casu alienationis, & delicti, quodammodò reassumpsisset latius vocationem earundem fœminarum per illa nouissima verba = *Item dictus Testator voluit, & mandauit, quod deficiente linea masculina succedat feminina, vt suprà, vocata per stirpes, & non per capita*: Quià, quatenùs attinebat ad primam partem vocationis, nullo modo videbantur Actrices venire posse, ex quo non erant filiæ primi gradus, prout erat Portia filia Marij, & respectiuè genitrix earumdem Actricium; Filiorum quippè, seù filiarum nuncupatione regularitèr nepotes, siuè
3 neptes minimè compræhendi, vno ore decreuerunt adducti per *Rot. in Tropien. Immissionis* 26. *Nouembris* 1695. *§. Testator siquidèm coràm bo. me. Emerix* (nùnc intèr suas *decis.*1289. *num.*1.) *& in Romana, seù Reatina Fideicommissi de Vincentinis* 14. *Iunij* 1697. *§. Tantum autèm*, *&* 28. *Aprilis* 1698. *§. Et sanè, cor. R. P. D. meo Muto*, quidquid
4 esset, vbi Testator vsus appareret latiori vocabulo *descendentes*, quod suaptè natura progreditur ad plures gradus vlteriores, iuxtà *Text. in Leg. fin. Cod. de suis, & legit.*, *Garbos. appell.*70. *num.*1., *Episc. Rocca select. disput. Iur. cap.*27. *num.*14., *Modern. Lucen: consult.* 208. *num.*42., *Rot. decis.* 266. *num.*14., *& decis.*360. *num.*10. *coràm Merlino*.

Eòque lubentiùs inspecto, quod Fideicommittens in vocatione filiarum fœminarum superaddidit illas particulas, siuè dictiones = *ex eisdem*, nempè masculis, proindèque cùm à Parentibus propriè nascamur,
5 à maioribus verò descendamus, vt inquit *Carol. Ant. De Luca de lin. legal. lib.*2. *art.*6. *sub*

sub num. 2., *Card. De Luca de fideic. disc.* 33. *num.* 9. statim idcircò, quod Testator adhibuit non solùm dictionem *ex*, sed & alteram *eisdem*; clarissimè proindè denotauit, egredi voluisse contines filiarum primi gradus
6 ab vltimis masculis prouenientium, cùm dictio *ex* referatur ad causam immediatam, feriatque terminum originis, per *Text. in Leg. eo tempore* 50. *in fin. ff. de pecul.*, *Cæphal. cons.* 330. *num.* 40. *cum seqq.*, *Card. De Luca dicto disc.* 33. *num.* 7. *de fideic.*, *Rodulphin. alleg.* 27. *num.* 4., *Rot. decis.* 507. *nu.* 10. *par.* 2. *Recent.*; particula verò, seù relatiuum *eisdem* magis stringat ad coarctationem ergà
7 personas immediatè, ac præcedentèr relatas, vt omissis generalibus, de quibus *Fusar. de substitut. quæst.* 345. *num.* 7. *& seq.*, *& quæst.* 351. *num.* 28., *Card. De Luca dicto disc.* 33. *sub num.* 10. *vers. Quarta magis*, *Rot. decis.* 406. *num.* 4. *par.* 14. *Rec.* positiuè respectu conditionis *eiusdem*, liquet ex *Gratian. discept.* 629. *num.* 11., *Rot. decis.* 707. *num.* 3. *par.* 2. *Recent.*

Quò verò ad secundam partem prædictorum verborum = *deficiente linea masculina succedat fœminina*, verum vtiquè erat, quod huiusmodi vocabulum = *linea* = vberiùs protendebat, continebatque secundùm fraternizantes terminos descendentiæ cunctos desumentes originem à fœmina, seù fœminis,
8 ad differentiam simplicis vocationis *filiarum* mòx ponderatæ, nè aliàs linea, quæ non minùs mathematicè, quàm ciuilitèr constat ex pluribus punctis, sisteret in primo puncto, siuè in prima fœmina, quæ non existit linea, sed principium lineæ fœmininæ, ex benè animaduersis per *Rot. decis.* 984. *num* 6. *& n.* 9. *&* 10. *coram Dunozett. Iun.*, *& coram Arguell. decis.* 28. *num.* 45. *cum duobus seqq.*, *& in Recent. decis.* 21. *num.* 20. *& seqq. par.* 5., *& decis.* 124. *num.* 5. *par.* 15.

At (subiungebant Rei) huiusmodi discursus congruere non posse præsentis fideicommissi, siuè substitutionis ordinationi, in qua euidentèr apparebat, quod vèl Testator nil prorsùs adiungere intellexerat præcedenti fœminarum vocationi, vèl pro synonimis habuisse dicendum erat lineam fœmininam, siuè filias fœminas ab vltimis masculis nascituras, cùm adhibuerit incontinenti illa alia verba = *Succedat fœmina*, *vt suprà vocata*; Plena quippè sunt Volumina,
9 quod hæc dictio = *vt suprà* = vndequàque relatiua, ac restrictiua, necessitatem inducit recurrendi ad ea, quæ superiùs oculis corporeis leguntur inscripta, absquè alia subextensione, teste *Modern. Lucen. de Primog. & Maiorat. par.* 1. *cap.* 37. *num.* 99., *Rot. decis.* 233. *num.* 16., *& decis.* 406. *num.* 8. *&* 9. *par.* 14. *Rec.*, *& in Romana Fideicommissi de Alborghettis* 3. *Decembris* 1696. *§. Quæ quidèm*, *cor. R. P. D. meo Scotto*, *&* 14. *Iunij* 1697. *§. Absquè eo*, *quod*, *cor. R. P. D. meo Muto*.

Planiùs autèm reflectendo, quod Fideicommittens in tota sua dispositione pluriès expresserat enixum desiderium conseruandi Bona in Agnatione de Nauis, quæ consimile agnomen, siuè Cognomen honorificè conquisiuerat ex quodam passu Fluminis Velini per Nauim ab hac Familia retentam traijci consueto; Quamobrèm dùm superiùs solas filias fœminas inuitauerat ad successionem, non erat (inspecta hac totiès inculcata ratione) permittenda dilatatio ad filias filiarum, illæ namquè progredientes ab vltimis masculis reuerà remanebant agnatæ, & in se ipsis de eadem Familia de Nauis, quod secùs erat de vlterioribus fœminis per necessè
10 cognatis, tanquàm à Patre alienæ Familiæ progenitis, vt in terminis primæ propositionis *Peregr. cons.* 47. *num.* 5. *lib.* 4., *Castill. contr. Iur. lib.* 5. *cap.* 91. *num.* 84. *col.* 7., *&* 8. *Fusar. de substit. quæst.* 352. *num.* 56., *Rodulphin. alleg.* 27. *nu.* 3., *& sub num.* 7. *vers. Nihilominùs*, *& alleg.* 45. *n.* 11., & in proposito
11 secundæ *Rot. coram Gregor. decis.* 293. *n.* 19., *& decis.* 702. *num.* 6., *&* 7. *coràm Card. Cerro*.

Ac deniquè vrgentiùs, obseruando, quod nequè hìc finiebat ordinatio Testatoris in hac secunda verborum parte, sed vlteriùs adiunxit = *quæ linea fœminina sic succedens in hæreditate debeat*, *& obligata sit retinere cognomen Nauis ipsius Testatoris*, sub explicita quoquè in casu contrario comminatione caducitatis; Quomodò enim, vltrà iàm præmissas ponderationes, sub palliamento vocationis lineæ fœmininæ fieri valebat descensus ad omnes, & quascumque fœminas cognatas, si eisdem nullatenùs aptabatur cognomen de Nauis, & consequentèr nequàquam poterant illud retinere, ex quo
12 huiuscemodi verbum = *retinere* = præsefert actualitatem præcedentem, siuè perseuerantiam rei, quæ priùs detinebatur, non verò acquisitionem, siuè assumptionem nouæ non habitæ, nequè possessæ, ad not. per *Alex. cons.* 83. *num.* 4. *lib.* 2., *Rot. coram Seraph. decis.* 758. *num.* 5., *& in Imolen. Bonorum* 3. *Iunij* 1682. *§. Ex hoc enim*, *coram bon. mem. Albergato*, confirmata 30. *Aprilis* 1683. *§.* 1. *coram Reuerendissimo Heruault Archiepiscopo Turonen.*, *&* 20. *Iunij* 1687. *§. Concordat demùm*, *coram bon. mem. Vrsino Decano*.

At quandò etiam per hypothesim Actrices ex hoc solo capite incompræhensionis sufficientèr arceri non valuissent, attamèn ad omne peius (sicuti Carolus, & Hieronymus subdebant) erant à prætensione auertendæ: quià cùm ipsæ descenderent à Camilla, & Portia respectiuè filiabus Marij, non poterant auellere ab ipsis Reis portionem, siuè bona in eos obuenta per donationem initam à Bibiana filia Pauli Iunioris de altero Co-

lumnello, siuè substrunco de Nauis; nulla etenim intèr fœminas siuè primi, siuè vlterioris gradus substitutas legebatur iniuncta
13 reciproca, & maximè de linea ad lineam, quæ nusquàm inducitur, nisi verba sint clara, aùt vehementes coniecturæ perurgeant, ad tradita per *Peregr. de fideic. art.13. num.4.*, *Episc. Rocca select. disput. Iur. cap.17. per tot.*, *Rot. decis.145. num.6. par.1. Rec.*, *& in Bononien. de Dulphis 15. Martij 1658. coràm bo: me: Albergato impress. apùd Castald. consult.237. n.13.*, & alibì passìm.

Tantum verò aberat, quod adessent huiusmodi coniecturæ, quin potiùs stringere videbatur in oppositum solida illa ponderatio, quod vbì intèr masculos à masculis à se institutis descendentes Testator intellexerat coordinare reciprocam, id explicitè profes-
14 sus est, & consequentèr dùm hoc ipsum non expressit in genere fœminino, siuè respectu fœminarum, intrabat efficacia manifestissimæ discretiuæ, quæ contrariam intentionem potentèr facit coniecturare, sicutì generalibus omissis ponderarunt *Fusar. de substit. quæst.475. sub num.37. vers. Secundò quia*, *Molin. resol.61. num.8.*, *Rot. decis.680. num.11. coràm Card. Cerro*, *& in Interamnen. Fideicommissi 13. Iunij 1681. §. Penult. coràm prædicto bo. me. Albergato*.

Verùm, nequè vno, nequè altero obiecto refragante, solidiora visa sunt (vt præmisimus) Actricium Iura: Quantum etenìm spectabat ad exuendum rigorem litteræ, seù ad compræhendendas Neptes, aliasque successiuè descendentes sub actiua substitutione filiarum fœminarum, superabundabat nedùm, quod non essent filiæ fœminæ simplicitèr substitutæ, sed emicaret superadiectum verbum *nascituras*, quodque substitutio protracta foret in tempus remotissimum, nempè ad casum, in quo omnes descendentes masculi in infinitum vocati, ac reciprocè colligati, & substituti defecissent, in his etenim terminis in-
15 differens vocabulum = *filiorum* = sempèr subextenditur ad compræhensionem Nepotum, Abnepotum, Trinepotum, cœterorumque vlteriorum descendentium, quemadmodùm inspecto solo verbo = *nascituras* = pòst *Mant. de coniect. lib.8. tit.8. n.16.*, *Fusar. de substit. quæst.320. n.23.*, *& 24.*, & alios animaduertit *Episc. Rocca select. disput. Iur. cap.27. num.9.*, *Castald. consult. 249. n.10.*, *Rot. decis.162. sub num.1. vers. Et hæc vocatio, par.6. Rec.*, *& decis.548. num.26. & 28. coràm Bich.*, *& in Romana, seù Reatina Fideicommissorum de Vincentinis 2. Aprilis 1696. §. Tertia coniectura*, *& 4. Iulij eiusdem Anni §. Cùm enìm*, *& seq. coràm R. P. D. meo Caprara* (nùnc intèr suas *decis. 285. num.8. & 9.*, *& decis.314. num.1.*, *& 2.*) & re-
16 spectu substitutionis demandatæ pòst tempus remotissimum generalitèr habetur apùd *Peregrin. consil.31. num.15. lib.2.*, *Andreol. contr.82. num.8.*, *Manent. decis.3. num.1. & 4.*, *Rot. coram Merlin. decis.206. num.16. & num.38.*, *& coràm Dunozett. Iun. decis.3. num.7.*, *& in Romana Fideicommissi de Iustis 22. Iunij 1678. §. Prima autèm, coram clar. mem. Card. Vicecomite*.

Et nè ambigi posset, quod huiusmodi in omnem casum vocatio Neptum, & Abneptum intelligi fortassè valeret per meram vulgarem, itàut admissis (pròut hic) ad fideicommissum ex vna parte Bibianâ, & ex altera Camillâ, & Portiâ, subsequens dispositio, seù substitutio expirauerit, ad limites *Textus in Leg. pòst aditam, Cod. de impub. & aliis substit.*, in hac ipsa prima parte Testator adiunxerat (iuxtà verba superiùs
17 registrata) illam aliam Clausulam = *ordine successiuo*, quæ præcipuè coniuncta cum alijs verbis, vt ad præsens, sparsim in Testamento connotantibus volitam perpetuitatem, regularitèr penitùs est inimica vulgari, secumquè trahit fideicommissariam, ac si fuisset dictum = *gradatim de vno in alium*, per *Text. in Leg. cùm Pater*, *§. Cùm existimaret, ff. de leg.2.*, *& in Leg. Si hæredibus, §. Qui filium, ff. de Testam. Tut.*, *Paris. consil.11. num.29. cum seqq. lib.3.*, *Fusar. de substit. quæst.382. num.57. & seq.*, *Rot. decis.492. par.4. diuers.*, *& coram Coccin. decis.2281.*, vtrobiquè *n.1.*

Quìn in aliquo aduersarentur, ad eneruandam vim huiuscè successiui progressus, dictiones suprà ponderatæ, quæuè videbantur esse arctatiuæ ad fœminas primi gradus orientes ab vltimis decedentibus Masculis, videlicèt = *ex*, & *eisdem*: Quoniàm vbì subiecta materia, ac littera dispositionis rectiùs importat successiuitatem fideicommissariæ substitutionis, memoratæ dictiones = *ex*, &
18 *eisdem* minimè stare censentur ad coarctationem originis immediatæ, sed potiùs ad designationem originis in abstracto, & causæ quomodolibèt mediatæ, videlicèt, vt defectis masculis in infinitum antelatis, ac vocatis, illæ fœminæ ordine successiuo venirent, quæ descenderent ex eisdem masculis, & non alijs, quemadmodùm in longè durioribus, nempè etsì dictum fuerit = *ex corpore Titij, vèl Sempronij*, firmauit *Peregr. de fideic. art.28. num.34.*, *Fusar. de substit. quæst.321. num.15.*, *& 16.*, cum concord. plenè relatis per *Mart. Medic. decis. Senen.1. num.80. & seq.*

Sed quandò præcitata verba in prima parte substitutionis apposita aliqualem pati possent hæsitationem, omnis amaritudo cessabat inspecta secunda parte vocationis lineæ
19 fœmininæ, quæ certò certiùs præseferebat processum vsquè ad totam descendentiam promanantem à filia masculi nouissimi, ex ijs,

ijs, quæ superiùs animaduersa extiterunt *sub §. Quò verò*: Non obsistente, quod ad normam superioris obiecti vocabulum progressiuum = *lineæ* = toti descendentiæ fraternizans castigatum dici possit per relati-
20 uam, & arctam dictionem = *vt suprà*; Non etenim ob id per huiusmodi relatiuam dictionem eneruatur vis declaratiua subsequentis amplioris intellectus, sicutì apposite prænotauit *Rot. in Romana, seù Portuen. Terrarum 29. Ianuarij 1685. §. Hoc namquè, coram Reuerendiss. Turonen.*

Potissimè, quià palpabatur, quod huiusmodi dictio, siuè formula loquendi, minimè stabat ad moderationem prædicti vocabuli = *linea*, sed tantummodò ex ipsa
21 lectura noscebatur apposita ad repetendum succedendi modum intèr iàm successiuè vocatos, scilicèt = *in stirpes, & non in capita*, prout manifestissimè denotabant eadem ipsissima verba = *Succedat fœmina, vt suprà, vocata, per stirpes, & non per capita*, ex his, quæ egregiè perpenduntur in *Vrbeuetana Censuum 26. Martij 1696. §. Non obstat in fin. coram R. P. D. meo Caprara* (intèr suas *decis.293. num.11.*), *& in Romana, seù Sauonen. Legati 9. Iunij 1698. §. Prætermissa, & seq. coram bo. me. Vrsino*.

Et ratio vltrà litteram effulgebat euidentissima; quoniàm si dictio = *vt suprà* = staret ad simplicem confirmationem nudæ vocationis filiarum primi gradus, superfluum procùl dubio remanebat pòst tot intermedias prouisiones, dispositiones, & substitutiones velutì ex integro reassumere totam massam suæ ordinationis, & similitudinariè adhibere verbum = *lineæ fœmininæ* = ad alterum = *lineæ Masculinæ*, quemadmodùm
22 enim ipsum idem vocabulum = *linea* = copulatum illi adiectiuo = *Masculina*, vt ibi = = *Deficiente linea Masculina* = manebat in tota sui latitudine, & significabat vniuersam descendentiam masculorum ex masculis seriò, & luculentèr expressam, ità & hoc importare debebat iunctum alteri adiectiuo = *fœminina*, nè vnum, & idem vocabulum in eadem parte dispositionis vsurpatum, diuerso, immò contrario Iure interpretetur:
23 licèt enim solum enunciatum argumentum à superfluitate vitanda admodùm non stringat, ad *Rot. decis.47. num.14. pòst Merlin. de legit., & coram Buratt. decis.237. num.9., & in recent. decis.446. num.4. in fin. par.4., & decis 144. num.24. par.8.* stringit tamèn
24 illud de non diuersificando sensu, & intellectu eiusdem verbi, vt ait *Bart. in Leg. Centurio num. 27., ibiquè Rip. num. 104. ff. de vulgar. & pupill., Torniol. consil.23. num.59., & consil. 104. num.7., Rauden. consil.35. num.63. lib.1., Altograd. consil.60. num.114. lib.1., & cons.79. num.24. lib.2., Rot. Lucen. apùd Francisc. Palm. consult.62. num.33.*

Absquè eo, quod diuersitatem hanc suadere posset superiùs allata reflexio, quod Abnepti ex filia, seù Nepte non congrueret proprietas vocabuli retinendi Cognomen, quale non inerat in sua natiuitate; Non solùm, quià sempèr præponderabat
25 expressio, siuè vocatio = *lineæ* = sistere numquàm valentis neque de per se, neque ratione copulationis (vt diximus) in vnico puncto; sed etiàm, quià satis clarè colligebatur, Testatorem vocem hanc retinendi, & conseruandi adhibuisse, quià cùm vocationem minimè restrixisset ad vnum, vèl alterum gradum, sed ad totam lineam fœmininam direxisset, eidemque onus retinendi, conseruandique Cognomen de Nauis iniunxisset, per necessarium sequebatur antecedens, ipsum existimasse, quod iàm à primis immediatè progenitis à fœmina de Familia assumptum fuisset huiusmodi Cognomen, quod deincèps intendebat quoquè retinendum, conseruandumq; fore per suc-
26 cessiuos vlteriores descendentes, ex notissima regula, quod qui vult consequens, supponit, seù vult etiàm antecedens, ad *Text. in Leg. Illud 76. ff. de acquiren. hæredit., & in leg. Ad rem mobilem 56. ff. de Procur., Fusar. de substitut. quæst.241. num.67. versic. Confirmatur, & quæst.480. num.21.* cum reliquis vulg.

Posito itaquè, quod in mente Testantis adfuerit necessaria præsuppositio, quod præfati primi Cognati descendentes Cognomen de Nauis iàm assumpsissent, optimè, ac egregiè conueniebat, quod reliqui succedentes retinerent, ac conseruarent huiusmodi Cognomentum, quià iàm eorum Pro-
27 genitrices, seù Progenitores ciuili, seù artificiali modò superinduerant qualitatem agnatitiam, vt passìm fit, ex deductis per *Casanat. consil.20. n.29., Cyriac. contr.584. num.33., Rauden. de Analog. cap.30. n.1. & 2.* sicquè benè locum, & ad vnguem si-
28 bi vindicabant, ac retorquebantur *Authoritates* suprà cumulatæ *sub §. Ac deniquè*, quibus addi potest *Rot. decis. 197. num.9. par.4. diuers., & decis.599. num.20. par.18. recent.*

De reliquo autèm tantum aberat, quod apùd *Dominos* subsisteret altera subalterna obiectio de non inducenda etiàm in casu fideicommissi descensiui intèr prouenientes à fœminis, siuè à linea fœminina aliqua reciproca de linea ad lineam, quin potiùs ex hac ipsa enixa intentione Testantis, vt Bona perpetuò conseruarentur in agnatione priùs (vt ostendimus) naturali per masculos, deindè ciuili per fœminas, earumque descendentes, facillima sterneretur via huiuscemodi reciprocæ; quoniàm Bona perpe-
29 tuò non conseruarentur in præfata agnatione vera, vèl artificiali, & præcipuè passius, siue

siuè Cymba traiectitia Fluminis Velini, ergà quam Testator tantam ostentauit affectionem, quotiès per scissuram (vt contigit de Regno Salomonis) Tunica hæreditaria diuideretur, & in parte deueniret ad extraneos, quemadmodùm perpendit *Rot. decis.409. num.11. & 12., & decis.796. n.6. coram Card. Cerro, & in recent. decis.45. num.8., decis.429. num.9., & decis.442. num.4. & 5. par.13., decis.472. num. 11. & 12. par.14., in Romana fideicommissi de Vrsinis 7. Februarij 1681. §. Non obstat, & §. Concurrit etiàm, & 23. Februarij 1682. §. Vltimum requisitum in fin. coram bo. mem. Albergato, & in Bononien. Fideicommissi supèr Immissione 11. Martij 1697. §. Tùm etiàm, cor. bo. me. Vrsino.*

Potentiùs verò, dùm eadem exoptatio perpetuæ conseruationis Bonorum in agnatione per illa verba = *quià voluit, omnia prædicta Bona remanere libera, & illæsa in eius agnatione* = legebatur concepta, siuè directa in rem; in quibus sanè terminis vinculum fideicommissi non personis, sed re-
30 bus iniectum, efficit, quod alter alteri censeatur grauatus esse restituere, donèc & quousquè durant personæ, linea, vèl descendentia vocatà pro effectu eiusdem conseruationis, sicutì prosequitur *Rot. coràm Cerr. dicta decis.796. num.7., & coràm Priolo decis.177. num.11. & 12., & d. decis.472. n.13. par.14. recent.*

Et quamuis hæc non sempèr tuta sint ad inductionem huius reciprocæ durioris, videlicèt de vna ad alteram lineam, attamèn suprà omnem hæsitationem in casu hodierno fulciebantur à pluribus, alijsque fortissimis verbis, & circumstantijs, quandò
31 de cœtero notorium est, quod cùm non intentio verbis, sed verba debeant intentioni deseruire, Teste in his terminis *Rot. decis.339. num.8. par.17.* etiàm præcipuè à vulgaribus requisitis in *leg. Titia Seio, §. Seia Libertis, ff. de legat.2.* reciproca linearis per
32 quascumque, efficaces tamèn, & impellentes coniecturas, sufficientissimè resultet, vtì habetur in *decis.79. num.14. coràm Arguell., & coràm sa. me. Alex.VIII. dec.177. num.30., & dicta decis.339. num.7. cum 2. seqq. par.17., & in Interamnen. fideicommissi 13. Iunij 1681. §. Coniecturæ, & 26. Ianuarij 1683. §. Prout nèc releuat, & in Comen. fideicommissi 5. Iunij eiusdem anni §. Nèc obesse, coràm bo. me. Albergato, & in Bononien fideicommissi de Ghislerijs 4. Maij 1699. §. Verùm tamèn, & seq. coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr eius nùnc impress. *decis.615. n.8. & 9.*)

Primò namquè occurrebat animaduersio, quod in præsens agebatur de reciproca hac decernenda non iàm effectiuè de linea ad lineam, sed potiùs intèr descendentes eiusdem lineæ; etenim tàm Bibiana, à qua Rei Donatarij causam desumebant, quàm ipsæ Actrices de proximo descendebant à Mario altero ex filijs à Testatore institutis, & grauatis, vt egregiè agnitum quoquè fuit in *præcedenti Decisione huius Causæ 4. Februarij 1699. §. Quamobrèm, coràm Reuerendiss. D. meo Decano,* (aliàs *coràm Molines decis. 590. num1.*) quandò nihilominùs à fortiori admodùm prodest ad emolliendam præfatam duritiem, quod etiamsì tracta-
33 tur de vna contradistincta linea ad alteram, adhùc si fideicommissum proueniat ab ordinatione alicuius communis Ascendentis, proniùs ob præsumptam æqualem affectionem ergà omnes inducatur reciproca intèr vtrinquè ab eodem Testatore descendentes, ad obseruata per *Rot. in recent. decis.306. num.22. par.12., decis.326., & decis.411.* vtrobiquè *num.11. par.14., decis.433. n.10. par.18., in Fauentina fideicommissi 23. Iunij 1694. §. Assumptum verò, versic. nàm cùm agatur, coràm bo. me. Vrsino, & in Romana fideicommissi de Palazzolis 4. Iulij 1698. §. Concursus autèm, coràm R.P.D. meo dell' Olmo.*

Secundò certiùs recolligendo superiùs enunciatam parificationem lineæ masculinę, ac fœmininæ; dùm enim respectu lineæ masculinæ in infinitum fideicommittens inculcauerat huiusmodi reciprocam per illa quadruplicata verba = *inuicèm, & vicissìm, actiuè, & passiuè*, nulla suberat ratio, proptèr
34 quam, iuncto subsidiario voto conseruandi Bona perpetuò etiàm in linea fœminina, non deberet subintelligi eadem reciproca, ac fieri omnimoda parificatio, ad normam *Text. in leg. Iàm hoc iure, ff. de vulg. & Pupill.* cum alijs in proposito per *Fusar. de substitut. quæst.257. num.13., Mart. de success. legal. par.1. quæst.13. art.9. n.19.*

Tertiò quid plus? dùm parificationem hanc etiàm in superiori prima parte fideicommittens expresserat in vocatione fœminarum pòst masculos sub illis verbis = *ordine successiuo similitèr*; hæc quippè Clausula = *si-*
35 *militèr* = velutì assimilatiua, & quodammodò identificatiua eiusdem dispositionis, cogebat ad eumdem succedendi modum in masculis explicatum ad fœminas quoquè determinandum, vt arguit *Cyriac. contr.70. num.4. & 5., Rot. decis.355. num.1. & 2. par.17., decis.176. sub num.6. cum 3. seqq. par.18., & decis.460. num.2. & num.12. coram Card. Cerro.*

Atquè ex his radicata Actricium vacatione, in nihilò earumdem immissionem retardare, siuè obtundere valebat desperata finalissima exceptio detractionum superallata per Reos in hodierna Audientia, vèl ex ratione Dotium competentium Brandimantiæ, & Propertiæ Sororibus Testatoris, insimul-

mulquè grauatis, vèl ex Dote Sulpitiæ Matris Bibianæ, vèl demùm ex altera quarta Dote ipsiusmet Bibianæ: Vltrà enim, quod minimè demonstrabatur, quod præcitata Bibiana in ordine ad primas duas Dotes Brandimantis, & Propertiæ fuerit illarum mediata, vèl immediata hæres, vndè potuerit has deductiones attrahere in se, & respectiuè transfundere in eius Donatarios: Et vltrà etiàm, quod non apparebat, quod illæ dotatæ non extitissent ex Bonis Ioannis Stephani earum Patris, Genitorisque communis cum Paulo fideicommittente, quemadmodùm omninò ostendere oportebat ad effectum subducendi vigore *Auth. res quæ* per viam puri subsidij Dotes à fideicommisso, & præcipuè transuersali (prout hìc) ordinato, iuxtà congesta per *Rot. decis.* 285. *n.* 20., *& seq. par.* 10. *recent.*, *& in Vrbeuetana Dotis* 9. *Februarij* 1693. *§. Ac proindè*, *coram bon. mem. Emerix Iun.* (intèr suas *decis.* 1097. *num.* 3.), & quotidiè in alijs.

36

Attamèn cùm ipsi Defensores Reorum ingenuè faterentur, memoratas Brandimantem, & Propertiam extitisse hæredes Pauli Fratris, ac fideicommittentis, vtiquè ad exuberantiam præsumebantur sibi satisfecisse, siuè de Dotibus, siuè de quolibet Credito, ac portione illis in Paterna hæreditate, ac passu Nauis obtingente, supèr effectibus, pecunijs, mobilibusque in hæreditate Fratris repertis, ac de quibus ratio minimè reddebatur, iuxtà illam præsumptionem, de qua, antiquioribus omissis, in *Romana, seù Veliterna successionis* 9. *Iunij* 1698. *§. Detractiones autèm*, *coràm R.P.D. meo de la Tremoille*.

37

Et ob id parùm intererat, quod in quadam Concordia exarata per Paulum fideicommittentem, tùnc in humanis extantem, videlicèt de anno 1555., occasione præfati passus Nauis cum Fabritio de Poiano, alijsque, mentio quoquè facta dignosceretur de Sororibus prædictis, cùm iàm ex præmissis facesceret omnis possibilis illatio vèl condominij, vèl Iurium Dotalium, quæ adhùc vigere possent; Et nihilominùs huiuscemodi mentio, nihil ponens circà positiuum condominium ipsarum Sororum, potuerat exigi à Transigentibus, prout paritèr exacta liquebat nominatio Æmiliæ Pauli Matris, videlicèt non nisi ad simplicem cauthelam, & pro maiori securitate, ac firmitate contractus, absquè eo, quod implicaret effectiuam recognitionem vllius Iuris, vèl condominij, vt ad rem colligitur ex *Text. in leg. Legata inutilitèr* 14., ibiquè *gloss. & Bart.*, *ff. de adim. legat.* & notat *Barbos. axiom.* 99. *num.* 4.

38

Quò verò ad Dotem Septimiæ, neque de illius constitutione, neque de solutione constabat, præterquàm ex simplici confessione inita præsuppositiuè in quodam Instrumento per Paulum Iun. Bibianæ Patrem, & insimùl hæredem grauatum; ideòque pratèr communes replicationes superiùs alijs Dotibus attributas, satis erat respondere, quod huiuscemodi confessio, nullatenùs aliundè iustificata, nequibat Actricibus obesse, velutì Tertijs, & ex propria persona independentèr vocatis, ex annotatis per *Castald. consult.* 232. *num.* 16. *& seqq.*, *Rot. decis.* 815. *num.* 9. *coram Dunozett. Iun.*, *& d. decis.* 285. *num.* 23. *par.* 10. *recent.*

39

Respectu demùm alterius (vt diximus) quartæ Dotis ipsius Bibianæ, frustrà tentabant Rei illius Clypeo sese tueri, dùm eadem Bibiana hæres extiterat prædicti Pauli Iun. eius Patris, ac etiàm Lutij Patrui ad præstationem, & restitutionem respectiuè huiuscè Dotis obligatorum; proindèque, vèl ex hac ipsa superueniente qualitate hæreditaria confusæ remanserant actiones, nisi de legitimo doceretur Inuentario, ad litteram *Text. in leg. Stichum* 95. *§. Aditio*, *ff. de solut. & liberat.*, *leg. Licèt adieris* 14. *Cod. ad Leg. Falcid.*, *& in Leg. Debitori tuo* 7. *Cod. de pact.*, *Conciol. de Hæred. artic.* 1. *num.* 368. *cum* 2. *seqq.*, vèl etiàm constito de Inuentario, illud minimè suffragari poterat, nisi insimùl plenaria ratio reddita nosceretur de Bonis inuentariatis, ex his, quæ prosequuntur relati per *Rot. decis.* 54. *num.* 12. *coràm Zarat.*, *dec.* 374. *n.* 5. 6. *&* 7. *coram Priol.*, *decis.* 26. *n.* 8. *&* 9. *cor. Vbag.*, *& in Romana Census* 3. *Iunij* 1697. *§. Verùm*, *cor. Me* (*dec.* 10. *n.* 2. *&* 4. *tom.* 1.)

40

41

At quandò etiàm omnes hæ cumulatæ responsiones defuissent, ad penitùs suffocandas has deductiones duplex alia insurgebat exceptio impeditiua, nè posset immissio debita Actricibus retardari; altera scilicèt, quod cùm Paulus Sen. fideicommittens enixè præcipiendum curauerit, quod Dotes exsoluerentur ex fructibus, certè, alio non obstante, nimirùm tenuitate fructuum cum inopportuna protractione Matrimonij, præceptum hoc regularitèr erat obseruandum antequàm Bona, vèl per viam actionis, vèl per viam retentionis tangerentur, secundùm animaduersa per *Rot. decis.* 310. *num.* 3. *&* 4. *par.* 15. *recent.*, *decis.* 361. *num.* 7. *coram Card. Cerro*, *& in Romana redditionis rationis* 4. *Iulij* 1687. *§.* 2. *ad med. versic. quid pro responsione*, *coràm bo. me. Emerix Iun.* (intèr suas *decis.* 780. *num.* 2. *&* 3.)

42

Et altera, quæ falcem (vt dicitur) ponebat ad radicem, versabatur in noua perceptione fructuum perceptorum ab eisdem Reis conuentis, saltèm durante lite; per eam quippè, vèl satisfacta dubio procùl remanebant omnia iura, seù credita præfatis Reis quomodolibèt competentia ex persona

43

na memoratæ Bibianæ, vèl saltèm præseruari nequibant ab illiquiditate manifesta, quæ facit, nè hìc, & nùnc locus esse valeret petitæ retentioni, ad *Rot. decis.* 433. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *recent., decis.* 180. *num.* 17. *coram san. mem. Alexan. VIII., decis.* 382. *num.* 3. *coram Card. Celso, & in Bononien. Primogenituræ de Paleottis* 11. *Ianuarij nupèr elapsi* §. *Eòque faciliùs, coràm R. P. D. meo Scotto.*

Et ità, vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

SEntentia Rotalis, quæ hìc confirmatur, extitit pronunciata à bo. me. Molines meo prædecessore in munere Decanatus Sacri Tribunalis præuia *Decisione* edita coram eodem *die* 4. *Februarij* 1699.) quæ nùnc est *la* 590. intèr eius nouitèr publicæ luci traditas.)

Licèt autèm aduersùs præinsertam meam Decisionem Carolus, & Hieronymus Rei conuenti obtinuerint à benignitate *Dominorum de Rota* denuò audiri, attamèn repropositâ per Me Causâ in Audientia diei 9. *Decembris* 1701. perstitum fuit in resolutis, iuxtà aliam *Decisionem* à Me paritèr extensam, & inferiùs suo loco registrandam.

Plura addi possent ad ornatum præsentis *Decisionis*, quæ consultò omittimus, nè hoc secundum Volumen crescat in immensum: solùmque libet aliqua breuitèr subnectere in ordine ad conclusionem superiùs tactam *num.* 42., nimirùm circà præceptum passìm fieri solitum per Fideicommittentes in proposito Dotium constituendarum fœminis ab ipso, vèl ab eorum hæredibus grauatis descendentibus, videlicèt, vt solui debeant ex fructibus, non verò ex substantia, seù capitalibus Bonorum fideicommisso subiugatorum; non enim quæstio est de validi-
44 tate huiusmodi præcepti, quod nempè illud sit seruandum, quotiès præsertìm de tempore Dotis constituendæ tot supersunt fructus, ex quibus illa commodè constitui valeat, vt prætèr alleg. in *cit. num.* 42. dixit *Rot. in Romana Pecuniaria* 28. *Iunij* 1702. § *Fortiùs cum seqq. coram Me, & in Maceraten. Fideicommissi* 14. *Ianuarij* 1707. §. *Adhùc, coràm bon. mem. Caffarello, & in Imolen. Fideicommissi* 3. *Iunij eiusdem anni* §. *Sed perpensis, coram R. P. D. meo Lancetta* (intèr eius nùnc impressas *decis.* 492. *num.* 1.) & alibì frequentèr.

Ad differentiam casus oppositi, vbì nempè de illo tempore non adsint tot fructus, quot sufficiant & pro alimonia descendentis grauati, ac possessoris fideicommissi, & insimùl pro dotanda eius filia, vèl Sorore; tùnc
45 enim, nè Matrimonium impediatur, aùt diutiùs protrahatur, permissum est grauato, vt, non attenta contraria ordinatione Fideicommittentis, possit illis Dotem assignare supèr partiali rata capitalis Bonorum fideicommissariorum, pròut relatis concord. responsum fuit in *Maceraten. Fideicommissi* 6. *Martij* 1703. §. *Eòque minùs, &* 16. *Maij* 1704. §. *Eòque potissimè, coram bo. me. Molines* (intèr eius modò impress. *decis.* 823. *num.* 24, *& decis.* 912. *num.* 10.) & in alia præcitata *Maceraten. Fideicommissi* 13. *Maij* 1707. §. *Minimè refragante, coram Caffarello, & in Eugubina Dotis, & fructuum* 14. *Iunij* 1713. §. *Non omittendo, coram D. Card. Scotto, & in Fauentina Fideicommissi supèr Prædio* 20. *Martij* 1716. §. *Quouerò ad reliquas, coram R. P. D. meo Foscaro.*

Aduertendo tamèn, quod licèt in hoc casu deficientiæ, seù insufficientiæ fructuum substineatur dotatio facta per grauatum mediante assignatione alicuius capitalis fidei-
46 commissarij, nihilominùs idem grauatus tenetur ex pòst reintegrare fideicommissum cum fructibus per eum successiuè percipiendis, ad sensum *Rot. coram Emerix Iun. decis.* 780. *num.* 3., *decis.* 886. *num.* 1. *&* 2., *& decis.* 1090. *num.* 3., *& in dicta Maceraten. Fideicommissi* 14. *Ianuarij* 1707. §. *Immò si vlteriùs, coràm bon. mem. Caffarello, & in Romana Immissionis* 13. *Nouembris* 1709. §. *vlt. in fin. coram R. P. D. meo Aldrouando*: quod
47 Ego intelligerem de fructibus exuberantibus pòst deducta necessaria alimenta ipsius grauati, eiusque Familiæ, vt satìs de per se naturalissimum videtur, ac supponitur in mòx alleg. *decisionibus* Sacri Tribunalis.

Retentoque themate, quod Fideicommittens mandauerit, Dotes fœminarum non alitèr constitui posse, quàm ex fructibus Bonorum fideicommissariorum, quodque paritèr sermo sit de Fideicommisso, cuius redditus exuberantèr excedebant summam necessariam pro alimentis grauati, eiusque Vxoris, & filiorum, si Dotes fœminarum reperiantur solutæ cum rata capitalis Bono-
48 rum fideicommissariorū, non posset successor in fideicommisso impugnare illarum assignationem sub fundamento, quod huiusmodi Dotes debuissent solui ex fructibus iuxtà ordinationem Fideicommittentis, nisi idem Fideicommissarius pleuè, & concludentèr iustificaret, quod de præciso tempore dotationis tot supererant fructus, ex quibus Dotes commodè solui valuissent absquè necessitate deueniendi ad distractionem capitalium fideicommissi, ex connotatis per *Menoc. cons.* 247. *num.* 38. *&* 39., *Molin. de Hyspan. Primog. lib.* 4. *cap.* 6. *sub num.* 15. *versic. quod intelligendum, Vrceol. consult.* 20. *num.* 52., *Rot. coram Royas decis.* 117. *n.* 14. *&* 15., *& decis.* 153. *num.* 9. *&* 10., *& coram Card. Caprara decis.* 532. *n.* 22., *& in dicta Romana Pecuniaria* 28. *Iunij* 1702. §. *Quod si eu-*

si eadem, *coram Me*, *& in cit. Romana Immissionis* 13. *Nouembris* 1709. *dicto §. fin. post med. vers. Dotis namquè satisfactio*, *coram R. P. D. meo Aldrouando*; Et quod pro
49 substinenda dotatione iam diù secuta ex proprietate Bonorum fideicommissariorum non obstante opulentia fructuum fideicommissi, ac etiàm non obstante præcepto Fideicommittentis, quod Dotes fœminarum solui deberent ex fructibus, sufficiat, quod grauatus illos bona fide consumpserit, prosequendo dixit *Rot. coram Royas d. dec.* 117. *sub num.* 15., *& dicta decis.* 153. *num.* 8. *in fin.*, *& coram Card. Cerro decis.* 391. *nu.* 4., *& in Romana*, *seù Reatina Census* 12. *Iunij* 1713. *§. Firmatis in fin. coram R. P. D. meo Falconerio* (intèr eius nupèr impressas *tom.* 1. *tit.* 4. *de Censib. decis.* 5. *num.* 13.)

Cœterùm in hac materia omittendum non videtur, quod, etiam præcisinè à speciali præcepto Fideicommittentis, de Iure
50 est, quod pro Dotibus fœminarum ab eo descendentium nequeunt alienari Bona fideicommissària in proprietate vigore *Authent. res quæ*, quotiès de tempore illarum Matrimonij, vèl Monacationis supersunt tot fructus, ex quibus commodè huiusmodi Dotes constitui valent, vt per *Text. in leg. Mulier* 22. *§. Cùm proponeretur in fin. ff. ad Trebellian.* obseruant *Menoc. consil.* 852. *num.* 6.
51 *&* 7., vbi dat rationem, nè aliàs fideicommissum ob multiplices dotationes tractu temporis ad nihilum redigatur, *Fusar. de substit. quæst.* 531. *num.* 119., *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 1. *par.* 2. *num.* 76., *Hodiern. contr. for. cap.* 31. *num.* 56., *Card. De Luca de Dot. disc.* 38. *num.* 2., *Adden. ad Gregor. decis.* 543. *num.* 4. *&* 5., vbi ampliat,
52 id procedere, etiamsi Fideicommittens mandasset, fœminas dotari ex Bonis Fideicommissi, *Rot. coram Seraphin. dec.* 481. *num.* 3., *& coram Coccin. decis.* 143. *nu.* 15, *& coram Dunozett. Iun. decis.* 877. *num. fin.* & in his paritèr terminis cadunt omnes superiùs adductæ limitationes, & declarationes.

FERRARIEN., SEV' IMOLEN. BONORVM.

Veneris 26. *Martij* 1700.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis Ecclesiastica transire nequit ad Manus mortuas tàm Laicas, quàm Ecclesiasticas: Et licèt de Iure, stante contraria conuentione, aliquo modo permittatur, iuxtà tamèn Constitutiones Bonifacij IX., & Pauli V. pœnitùs interdicitur, etiam quoàd æstimationem, seù pretium. In Emphyteusi Ecclesiastica verba = *pro hæredibus*, *& successoribus* = intelliguntur de hæredibus, & successoribus Sanguinis, & quid, si additum sit verbum = *quibuscumque*. Monasterium an, & quandò possit succedere in Emphyteusi Ecclesiastica durante vita Monaci in eo Professi, & in Inuestitura compræhensi.

SVMMARIVM.

1 *Bona Emphyteutica Ecclesiastica transire nequeunt ad Manus mortuas.*
Et qui veniant sub tali denominatione, ibid., & num. 2.
Intellige, huiusmodi prohibitionem procedere ad effectum retinendi eadem Bona Emphyteutica, secùs ad effectum ea vendendi personis priuatis, ac pretium recipiendi, num. 3., & 4.
Supèr quo tamèn vide n. 26.
Et Manus mortua ad huiusmodi venditionem cogi potest ab ipsa Ecclesia Domina directa, num. 6.
Permittente autèm Ecclesia proprietaria nil prohibet, quominùs Manus mortua retinere possit eius Bona Emphyteutica, n. 7.
Prædicta verò facultas vendendi, & pretium recipiendi non procedit, quotiès in Inuestitura adest pactum, nè Bona transferri possint in Manus mortuas, n. 8., & n. 28.
Idemque est, quotiès idipsum disponatur ab aliqua Constitutione Pontificia in gratiam Subditorum Sæcularium, n. 9.
Prout signantèr cauetur in Bulla fa: mem. Pauli V. edita supèr Bonis Emphyteuticis Ferrariæ, eiusque Districtus, seù Legationis, num. 11., 12., & 15.
Et declaratur eadem Constitutio Paulina in ea parte, in qua præseruat pacta in contrarium inita per Ecclesiam Dominam directam num. 16., & 18.
Et vtrùm Manus mortua in vtroque ex præmissis casibus agere possit pro consecutione pretij aduersùs hæredes Emphyteutæ, qui ei reliquerat Bona Emphyteutica, n. 10.
5 *Leges, vel Statuta Laicalia prohibentia transitum Bonorum Sæcularium ad Ecclesias velutì Manus mortuas, non tenent.*
13 *Emphyteusis alicui concessa* = pro se, eiusque hæredibus, & successoribus quibuscumque = *transit etiàm ad Manus mortuas.*
Et ad quoscumque hæredes etiàm extraneos, num. 14.
17 *Quod est conuentum fauore alicuius, non debet in illius odium detorqueri.*
19 *Verba illa* = pro se, hæredibus, & successoribus *in Emphyteusi Ecclesiastica intelliguntur* pro hæredibus, & successoribus Sanguinis.
20 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in noua concessione Emphyteusis Ecclesiasticæ stante alteratione pactorum in præiudicium Ecclesiæ inuestientis.*

Bul-

21 *Bulla Bonifaciana, vtì edita fauore Ciuium Ferrariensium, non habet locum in Inuestituris Bonorum Emphyteuticorum Ferrariæ factis in personas Exterorum.*
Sed contrarium est verius attenta subsequenti Constitutione Paulina declaratoria alterius Bonifacianæ, n.22.
Et explicatur in spiritu rationis verus intellectus dictæ Constitutionis Bonifacianæ, n.23.
24 *Ratio vbi est eadem, ibi quoquè eadem esse debet Iuris dispositio.*
25 *Ciuilitas acquisita per priuilegium an suffragetur pro obtinenda renouatione Bonorum Emphyteuticorum Ciuitatis Ferrariæ, eiusque Ducatus*, remissiuè.
27 *Statutum Vrbis lib.1. cap. 142. loquens de filijs in conditione positis an sit decisiuum, vel potiùs declaratiuum controuersiæ intèr* Doctores *vigentis supèr illorum dispositiua vocatione.*
29 E*mphyteusis Ecclesiastica transit ad Monasterium ex persona Monaci in eo Professi, saltèm quòad commoditatem fructuum, illius vita durante.*
Fallit, si in Inuestitura adsit pactum, quod Emphyteusis nullo modo transire valeat ad Manus mortuas, quia tùnc Monasterium excluditur etiam à temporanea perceptione fructuum, n.30.
Quæ tamèn prohibitio transitus Bonorum ad Manus mortuas debet esse specifica, itaùt non sufficiat probibitio generalis, de qua ibid.numer.31.

DECISIO CXL.

ADuersùs Monasterium S. Catharinæ Ciuitatis Foroliuien., vtpotè perperàm detinere contendens ex persona Theodoræ, & Lauræ inibì Professarum nonnulla Bona Emphyteutica de directo dominio Parochialis Ecclesiæ S. Stephani de Barbiano sitæ in temporali Territorio, seù Legatione Ducatus Ferrariæ, prouidè curauit Iacobus Maria eiusdem Ecclesiæ Rector obtinere ex titulo incapacitatis prædicti Monasterij priùs coràm A.C.,& deincèps coràm Reuerendiss. D. meo Decano necessariam,& opportunam reintegrationem, eâque vtrobiquè fęlicitèr impetratâ studuit ad operis consumationem deuenire mediante tertia Sententia: Quapropter Causâ ad Me in hac vltima ad terminos *leg. properandum* C. *de Iudic.* Instantia deuolutâ, *Domini* non dubitarunt ambarum Sententiarum approbare Iustitiam, præuio de more responso pro Sententiæ nostræ Rotalis confirmatione.

Robustissima namquè effulxerunt fundamenta (non enim de validitate erat quæstio) præcitatæ Sententiæ Reuerendiss.D.mei Decani, veluti amplissimè demonstrata in *Decisionibus* eamdem Sententiam præcedentibus sub diebus 1.*Iulij*, & 2.*Decembris 1699.*, vndè ad eas sese habendo In reliquis *Domini* remissiuè, nè iàm egregiè firmata, & exornata inutili prętexerentur apparatu, solummodò ad magis sternendam semitam veritati, Causamque etiam ex officio à suis cardinibus reassumendam animaduertêre, quod præcisiuè à particulari Indulto, seù Constitutione edita ad preces Alberti Marchionis Estensis, totiusque Populi, & Communis prædictæ Ciuitatis Ferrariæ à fa: mem. Bonifacio IX., deindè à fa: mem. Paulo V. pòst iàm secutam deuolutionem eiusdem Status ad supplicationem eorumdem Nobilium, ac Ciuium Ferrariensium confirmata, & respectiuè declarata, ac innouata, habebat Re-
1 ctor intentionem de Iure fundatissimam, quod Bona Emphyteutica Ecclesiastica transire regularitèr non valent in illa Corpora, Vniuersitates scilicèt, & Collegia, quæ, tamquàm sempèr à superuenientibus Particularibus repræsentata, nunquàm moriuntur, & idcircò nuncupantur à suo contrario, cuius est eadem disciplina, *Manus mortuæ*, intèr quas pari ratione connumerantur Capitula Ecclesiastica, Monasteria, & Ecclesiæ, quia nimirùm & numquàm moriuntur, & de Iure non valent reponere in Commercium Bona semèl acquisita, nisi concurrentibus solemnitatibus præscriptis in *Extrau. Ambitiosæ, de reb. Eccl.non alien.*, ad tradita per *Petr. Gregor. Tholosan. in Ius Canon. sub tit. de rescript. lib.1. cap.27. num.7.*, *Marescott. var. resol. lib.3. cap.3. ex num 8. vsquè ad 16.*, *Cald. de renou.Emphyt. lib.1. quæst 19. num.18.*, & *19.*, *Fulgin. de Iur. Emphyt.tit. de success. in Bon. Emphyt.quæst. 14. num.10.*, *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 22. numer.34.*

Vndè, quia in his terminis Ecclesia Domina directa fraudaretur iure deuolutionis, ac Laudemiorum determinato etiàm *in Imperatoria leg. fin.C. de Iur. Emphyt.*, quod æquum non est, nè (discurrendo etiàm de Ecclesijs acquirere volentibus) discooperiatur vnum Altare pro altero cooperiendo, idcircò pro regula in se verissima receptum
2 apparet, quod Bona Ecclesiastica Emphyteutica transitum facere non valent nedùm in hascè Manus mortuas prophanas, sed nèc etiàm in ipsas Ecclesias, aliaque Corpora Ecclesiastica, iuxtà *gloss.* in celebri *cap. potuit, verb. prohibentur*, *ibiquè Abb. num.10.*, *Imol. num. 25.*, *Henric. Boych. num. 16.*, & *Barbos. num.169. de Locat.*, *Engel. in Colleg. vniuers. Iur. Canon. lib.3. tit.18. §. Vnic.numer.15. in fin.*, *Marescott. dicto cap.3. sub num. 7. vers. quod sanè*, & *seqq.*, *Andr. Censal. cons. 1. num. 7.*, & *seqq: impress. post eius decis. Lucen.*, *Add. ad Gregor. decis.520. num. 14.*, *Rot. in rec. part. 2. decis. 170. numer.1. in fin.*, & *part.11. decis.321. num.1.*, & *6.*

& 6., *& decis.340. num.29.*, *& seq.*, *& coram Card. Cerr. decis.226. num.27.*, *& decis.271. num.17.*, *& 18.*

Solúmque intrà Cancellos eiusdem Iuris communis, vt ex litterali sanctione *Textus Authent. tit. de alien.*, *& emphyt. in princ. §. Si verò contigerit*, vel ex famigerata Doctrina *Speculat. lib.4. tit. de Emphyt. §. Nunc aliqua quæst.117. num.143.*, *& quæst. 154. num.182.* quotiescumquè non agatur de præiudicio Domini directi, quia nimirùm aliàs concessio, & Inuestitura duraret ad commodum cuiuscumque hæredis extranei,
3 intrat subalterna disceptatio, vtrùm Ecclesia, quæ cæteróquin (vt præmisimus) regularitèr incapax est perpetuæ, & sempiternæ translationis Ecclesiasticæ Emphyteusis, possit Bona Ecclesiastica adipisci sub obligatione intrà annum, seù biennium illa recepto pretio, seù æstimatione distrahendi in Manus non mortuas, seù particulares Personas laicales, ad hoc, vt ipsa Ecclesia Domina directa suo loco, & tempore valeat consequi, aùt saltèm sperare deuolutionem, ac reuersionem, & consolidationem vtilis Dominij cum proprio directo, numquamuè auulso ab Ecclesia concedente, ac interim respectiuè assequi laudemia debita per transitum bonorum de vna Persona ad alteram extraneam; Et certè in his terminis, alio
4 non obstante, regula assistit Ecclesiæ non inuestitæ, sed acquirere volenti ex legitimo titulo successionis, aùt legati cum similibus, nàm in hoc casu præseruatur alterius Ecclesiæ præiudicium, & altera Ecclesia, si non ipsam rem, consequitur æstimationem, quemadmodùm de veriori, æquiori, magisque stabilita opinione videre est apùd *Gratian. discept. 481. num. 67. cum 2. seqq.*, *Cald. de potest.elig. lib.3. cap.1. num.16.*, *Modern. Melphyten. de Assens. Apost.*, *& Reg. quæst.149. num.6.*, *Cirocc. discept.56. num.3.*, *Rot. decis.649. num.1.*, *& seqq. coram Merlin.*, *& in rec. decis. 76. num. 22. cum 2. seqq. part.12.*

Quinimò, ad differentiam quarumdam legum à Sæculari, proindèque inhabili potestate prouenientium, ac demandantium, nè Bona Sæcularia transire possint in Ecclesias, aliaque Corpora Ecclesiastica, velutì Manus mortuas, iure illo, quod vocant
5 *Amortizationis*, per quod iniungitur, vt huiusmodi Corpora Ecclesiastica, recepta æstimatione, teneantur distrahere Bona quocumque legitimo titulo comparata, & præsertim Emphyteutica, quæuè leges idcircó, vtpotè falcem immittentes in messem alienam, meritó sunt per Apostolica proclamata, Sacrosque Canones damnatæ, vt signantèr habetur *in cap.1. de Immunit. in 6.*, & obseruant *Bart. in leg. filius familias, §. Diui ilb2. num.12. ff. de leg.1.*, *ibiquè Ias. num. 8.*, *Alex. num.12.*, *Fabian. de empt.*, *& vend. part. 3. quæst. 21. num. 46.*, *Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst. 52. num. 121.*, *Eman. Roderic. quæst. Regul.tom.1.quæst.66.art.4.*, *Mart. de Iurisd. part.4. cas.76. per tot.*, *Oliu. de For. Eccles. part.1. quæst.28. num.44. cum seqq.*, quidquid dicant *Tholosan. in Ius Canon. tit. de rescript. lib.1. cap.27. num.8. cum seqq.*, *Bellug. in Specul. Princip. rubr. 14. §. Veniamus num.37.*, *Pereir. de Manu Reg. lib.2. cap.64. ex num.9. vsquè ad fin.*

Non defuère quamplurimi reputantes, quod vbi non intermediet ingestio, & abusus Potestatis Sæcularis, ipsamet Ecclesia Domina directa habeat Ius cogendi Eccle-
6 siam legitimam succeditricem, legatariam, aùt donatariam horum Bonorum Emphyteuticorum ad illa infrà annum, seú biennium relaxanda ad manus priuatorum, obtento pretio, siuè æstimatione à priuatis alienatarijs, ad præseruandas in posterùm suprà enunciatas deuolutiones, iuraque Laudemiorum pro Domina directa, siuè Ecclesia concedente, vt patet ex *Marescott. var. dicto lib.3. cap.3. num.17.*, *& 18.*, *Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de success. in Bon. Emphyt. quæst.14. sub num.9. vers.*, *& quod Ecclesia*, *Rot. coram Martin. Andrea decis.6.*, *& coram Buratt. decis.601.* vtrobiquè *num.1.*, *& coram Coccin. decis.2357. n.9.*, *& 10.*

Præsuppofuimus hucusquè, ista in abstracto procedere respectu prohibitæ de Iure sempiternæ translationis Bonorum Emphyteuticorum Ecclesiasticorum, alio non ob-
7 stante; quoniàm si Ecclesia Domina directa non reclamet, seú velit, Bona sua in Emphyteusim concessa remanere penès alteram Ecclesiam, & sic Manum mortuam, nulla notatur in Iure prohibitio, quin potiùs aperta legitur permissio *in dicta Authent. de alien.*, *& emphyt. §.1. vers. Si verò contigerit*, & vno ore admittunt *Fulgin. de Iur.Emphyt. tit. de alienat. quæst.1. num. 223.*, *Add. ad Gregor. decis.520. num.14. in fin.*, *Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.25. num.10.*, *Cirocc. discept.56. num. 33.*, *Rot. coram Buratt. decis.394. num.6.*, *& in rec. decis.65. num.11. part.17.*, *& decis.593. num.9. part.18.*

Intèr cætera veró obstantia impedimenta potissimè censetur illud pacti conuenti intèr ipsam Ecclesiam Dominam, & concedentem cum suis Inuestitis, & Concessionarijs, nè Bona eis concessa transferant, & alienent in Ecclesias, Collegia, vèl Corpora Ecclesiastica; si etenìm in primordiali Inuestitura in hunc modum extiterit conuentum, tùnc Ecclesia Domina directa potest recusa-
8 re, nè vllatenùs, etiàm temporalitèr ad annum, Bona sua remaneant apùd aliam Ecclesiam, vèl Manum mortuam, sicutì præclarè distinguendo casum, in quo agatur vigore solius Iuris communis, à casu pacti pro-

prohibitiui concomitantis, obseruarunt *Vermigliol. cons. 9. num. 7.*, *Marescott. var. resol. dicto lib. 3. cap. 3. ex num. 23. vsquè ad fin.*, *Andreol. contr. 378. num. 14.*, *Andr. Censal. dicto cons. 1. num. 11.*, *& 12.*, *Castald. consult. 150. num. 2.*, *Card. De Luca de Emphyt. disc. 27. num. 3.*, *& 4.*, *& disc. 28. num 8.*, *& 9.*, *Rot. coram Dunozett. Iun. decis. 692. num. 3.*, *& 4.*, *& coram Card. Cerr. dicta decis. 226. num. 28.*, *& seqq.*, *& decis. 271. numer. 14.*, *& 15.*, *& in rec. decis. 26. num. 8. part. 17.*

Huiusmodi autèm obstantia, siuè impedimentum fortiùs perurget, quandó per aliquod Pontificium Indultum explicitè vetatur ex causa rationabilioris, & vberioris Commercij, aliaue consimili, nè Bona quomodolibèt Emphyteutica transferantur in
9 vllam Manum mortuam quantumuis Ecclesiasticam; in his namquè terminis, cessante defectu potestatis, & concurrente ratione illius vis, quæ dicitur directiua, subingreditur loco pacti omnimoda incapacitas etiàm quóad Manum mortuam Ecclesiasticam, Bonaque Emphyteutica ex ipsa magis forti infractione legis Pontificiæ reuertuntur ad Ecclesiam concedentem, vt per *Riminald. Iun. cons. 453. num. 8.*, *& seqq.*, *Fulgin. de Iur. Emphyt. dicto tit. de alien. quæst. 1. num. 222. vers. aduertendum, & sub num. 336. limit. vlt.*, *Rot. decis. 375. num 28. coram Priolo.*

Absquè eo, quod tamèn per hoc in suis legitimis casibus interdicatur Ecclesiæ succeditrici, legatariæ, aût donatariæ, aût alio modo legitimæ acquisitrici prætendere con-
10 trà hæredes, vel alios obligatos tradere illam rem emphyteuticam, correspectiuam æstimationem, siuè pretium, pròut debetur à quibuscumque causam habentibus à scientèr disponentibus de re aliena, quemadmodùm ad interpretationem superiùs laudatæ doctrinæ *Speculatoris* apposité notauit *Thesaur. quæst. for. lib 3. quæst. 83. num. 5.*, *Marescott. var. resol. dicto lib. 3. cap. 3. num. 21.*, *Fulgin. vbi proximè vers. & opinio*, *Rot. dec. 368. n. 4. par. 1. rec.*, *& decis. 211. n. 34. par. 6.*

Recolligendo igitùr consparsas hucusquè conclusiones, firmum remanebat, quod (vt diximus) Rector Parochialis Ecclesiæ S. Stephani fouerct vndiquè bonum Ius in expostulanda reintegratione ad Bona Emphyteutica suæ Ecclesiæ, inquantùm de Iure Monasterium S. Catharinæ, tamquàm Manus mortua, eodem Rectore renuente non poterat sempiternam prætendere acquisitionem; Inquantùm veró satageret idem Monasterium S. Catharinæ ex persona prædictarum Theodoræ, & Lauræ assequi pretium, siuè æstimationem mediante distractione, seù reconcessione eorumdem Bonorum in alias priuatas personas, vltrà ea, quæ abstractiuè, & solidè ex præmissis forsàn valuisset Rector replicare, cessabat ama-
11 ritudo, & hæsitatio per claram determinationem superuentæ Constitutionis Sa: me. Pauli V:, quæ precisè, & signantèr explanando, seû declarando præcedentem Constitutionem Bonifacij IX. in ordine ad illa verba = *Sic tamèn, quod de huiusmodi vtili dominio, translatio, donatio, aût alienatio, vèl legata in Loca, vèl Personas de Iure prohibitas fieri non debeant, nec possint, & facta penitùs viribus non subsistant*, ità indiuidualitèr superaddidit, *intelligantur etiàm respectu æstimationis*, vt legitur in Bulla eiusdem Pauli V. regîstrata per *Amat. decis. Ferrar. 10. numer. 56.*, & apùd *Pigant. ad Statut. Ferrar. fol. mihi 43. tom. 2.*; quapropter palmare erat, quod Monasterium de Iure prohibitum (Ecclesiâ Dominâ directâ abnuente) retinere in perpetuum Bona hæc Emphyteutica
12 Ecclesiastica, nequè etiàm poterat obtinere per reuenditionem eorumdem Bonorum pretium, seù æstimationem, ad terminos *leg. ille, aût ille, §. Cum in verbis, ff. de leg. 3.*, *& in leg. continuus, §. Cùm ità in fin. ff. de verb. oblig.*, & in præcisis terminis tradiderunt post *Marescott. var. resol. dicto lib. 3. cap. 3. num. 20.* qui etiàm loquitur ad solum tenorem Constitutionis Bonifacianæ, *Contr. disrept. 1. num. 2.*, *Pigant. ad Statut. Ferrar. dicto tom. 2. rubr. 127. num. 16.*, *Modern. Argentan. collect. 9. num. 33.*, *& seqq.*, *& collect. 10. num. 13. cum seqq. lib. 2.*, *Leoncill. decis. Ferrar. 99. num. 8.*, *& decis. 161. num. 6.*, *Rot. in Ferrarien. Inuestituræ 4. Iulij 1692. §. Nequè ex eo, coram bon. mem. Benincasa* (intèr eius posteà impressas *decis. 314. numer. 4.*)

Et ob id comperto, quod Rector, ad mentem simplicitèr Iuris, haberet ad sui fauorem intentionem vndiquè fundatam supèr expetita, & reportata per eum reintegratione ad prędicta Bona Emphyteutica in perpetuum retineri prætensa per Monasterium S. Catharinę, quodque altercatio subincidens respectu pretij, & æstimationis sublata ad litteram extiterit per Constitutionem Paulinam, ex semetipsis prosternebantur omnes aliæ oppositiones excitatæ in præteritis Instantijs per prædictum Monasterium: Illa etenìm primordialis, quod eadem Constitutio Paulina præseruauerit explicitè pacta contraria Inuestiturarum sub illis verbis = *dummodò tamèn pacta ad fauorem Ecclesiarum, & piorum Locorum in Inuestituris, seù renouationibus expressa non obstent*, & consequentèr, quod cùm Inuestitura celebrata de anno 1555. fauore DD. de Manzolis positiuè can-
13 taret *pro hæredibus, & successoribus quibuscumque*, hinc proindè non foret præpediendum Monasterio, quominùs ex vi prædictæ Inue-

Inuestituræ, & pacti succedere posset in hiscè Bonis ad quoscumque transitoriis, secundùm tradita per *Bursatt. consf.60. num.34., Fulgin. de Iur. Emphyt. dicto tit. de alien. quæst.1. num.221. in fin., Antonell. de temp. legal.lib.2.cap.25.num.1., Castald.consult.235. num.4., & consult.243.num.15., Modern. Melphiten.de Apost., & Reg.ossens.quæst. 149.numer. 5.* de facili visa est collabescere.

Siquidèm, præcisiuè etiàm à validitate, vèl inualiditate prædictæ Inuestituræ anni 1555., iàm ex suprà firmatis perspicuum erat, minimè sufficere, quod Bona per concessionem Emphyteuticam essent transitoria
14 ad quoscumque hæredes extraneos, sicuti reuerà importabant clausulę prædictę Inuestituræ, ex collectis per *Gabriel. consf.76. num. 11., & seqq. lib. 2., Mant. de tacit. lib.22. tit.19. num.22., Adden. ad decis.26. num. 19. part .3. recen., Card. De Luca de Emphyt. disc. 32. sub numer.5. vers. secundò clarius, & disc. 52. num. 2., Rot. decis. 748. num.41. coram Dunozett. Iun.*

Nàm, nisi congrueret, & applicaretur limitatio obstantiæ pactorum præseruatæ in loco vbi suprà, & alibì per ipsam Paulinam, iàm de Iure, vèl de recepta forensi consuetudine apertissimum erat, quod, Ecclesiâ Dominâ directâ renuente, non posset altera Ecclesia, tamquàm Manus mortua, prætendere perpetuam acquisitionem: At solùm
15 quæstio in hoc casu reduci valebat ad simplicem æstimationem, ità namquè explicando quoscumque contrarios, vel potiùs nimiùm generalitèr obloquentes, vltrà superiùs methodicè animaduersa magistralitèr habetur *in decis. 649. num 3. coram Merlin.*, vbi *sub num.4.* subiungit, hanc esse germanam declarationem, & intellectum præcedentium *decisionum* nostri Tribunalis; Et ità etiam in suo casu substantialitèr concludit *Buratt. decis. 39. num. 6., & in rec. decis.377.num.3., & 4. part.14.*, & postremò ità paritèr, cœteris adductis, conclusum fuit in *Vrbinaten., seù Senogallien. Emphyteusis 23. Martij 1696. §. At intellexit, coram Reuerendiss. D.meo Decano* (aliàs *coram Molines decis.417.num.8., & 9.*), & notatum extitit *in prima Decisione huius Causæ edita, sub die 1. Iulij 1699. §. Intèr hascè, coram Eodem*, (videlicèt *coram eod. Molines decis.638. num.4. cum 2. seqq.*)

Ad hunc itaquè dumtaxàt posteriorem, & quodammodò subsidiarium effectum percipiendi æstimationem, ac pretium adaptari valuisset fortassè limitatio pactorum præseruatorum in eadem Bulla Paulina: Verùm sedulò rimato per *Dominos* integro tenore eiusdem Paulinæ, manibus (vt ità dicamus) tetigerunt, eamdem præseruatio-
16 nem particularium conuentionum stare tantummodò ad fauorē Ecclesiarum inuestientium, ac Dominarum, non autèm in earum detrimentum, ac præiudicium, & sic iniustè fauendo particularibus, Secularibusque personis inuestituram ab Ecclesia recipientibus; postquàm enim Pontifex plura in leuamen Ciuium inuestiendorum ordinauerat circà minorem solutionem Laudemij, seù Capsoldi, aliorumque consimilium, vt habetur *sub §. Ac insupèr* vsquè ad *vers. prætereà*, non intellexit per hoc tamèn idem Pontifex, Ecclesiarumque omnium Pater, impedire, quominùs ipsæ Ecclesiæ concedentes, & inuestientes possent per voluntarias Inuestiendorum conuentiones, & pacta plus obtinere, quàm quod pro regula decerneretur in Bulla, vti perspicuè conuincitur in *dicto §. Ac insupèr propè fin.*, & in *§. Et insupèr, vers. & prædictæ omnes renouationes*, vt ibi = *dummodò tamèn pacta ad fauorem Ecclesiarum, & piorum Locorum &c. non obstent*, & rursùs ibi = *non tamèn in illis casibus, in quibus pacta ad fauorem Ecclesiarum, & piorum Locorum &c. obstant &c. seruari volumus &c.* Ac propterea, ni velimus detorquere litteram tàm claram de
17 beneficio ad odium, ex suamèt leuitate corruebat hæc, vt diximus, primordialis limitatio, ad regulam vulgatissimam *Text. in leg. nulla, ff. de legib., & in leg. quod fauore, C. eodem*, de qua in nostris terminis *Modern. Argentan. dicta collect. 9. num. 37., & 39. lib.2., Rot. decis.118. num.6., & 7. part.4. tom.2. rec.*

Quin idcircò oporteret ad vllam aliam interpretationem descendere: Sed, & irrationabile, & imperceptibile erat (præcisiuè à claritate litteræ) quod vbi Papa confirmando, & innouando Bonifacianam noluit, Emphyteusim Ecclesiasticam deuenire in Personas prohibitas, scilicèt ad Manus mortuas, neque etiàm respectu æstimationis, & pretij, intellexerit posteà, id esse permittendum contrà exauditam supplicationem Ciuium, quotiès fortassè in aliqua Inuestitura adijcerentur illæ Clausulæ generales, & frequentèr per Notarios adijci solitæ = *pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque*, quæ ad summum, ex suprà dissertis, præser-
18 uarent receptionem pretij specialissimè innouatam, & elisam in dicta Paulina, quandò tamèn etiàm in abusiuo sensu contrario præseruationis pactorum, videlicèt vt applicari quoquè possent Laicis inuestiendis ab Ecclesijs, ipsa pacta contraria debuissent esse cubitalia, & expressa, vt non semel, sed bis, & tèr prædictus Summus Pontifex declarauit ibi = *nisi expressè &c. in Inuestituris, seù renouationibus expressa &c.* quemadmodùm iuremeritò ex hac ipsa ratione ad exclusionem pactorum implicitorum, vèl solummodò virtualium, perpetuò censuit *Sac. Rota*, vt signantèr *in vna Ferrarien. Bonorum 27.*

No-

Nouembris 1630. §. Nequè his visum fuit obesse, coram clar. mem. Card. Hieronymo Verospio m. s., & prosequitur *vtraque Decisio Reuerendiss. D. mei Decani*, prima nempè *1. Iulij 1699. §. Explosο*, & altera diei *2. Decembris præterlapsi §. Siuè quià* (aliàs *dict. decis. 638. num. 16., & 17., & decis. 642. sub num. 21. coram Molines*.)

Superfluumque per consequens reddebatur etiàm animaduertere, quod eadem Inuestitura Anni 1555., supèr qua totus rumor fiebat ex parte Monasterij, euidenti laborabat nullitate, tamquàm destituta causâ, & Beneplacito Apostolico: Prætensio verò, quod idem Beneplacitum non esset necessarium stante præcedenti solito solemni, & ad quod habita fuerat relatio, de plano corruebat; nàm adamussim prædicta Inuestitura anni 1555. excedebat istud allegatum solitum in vltronea superadditione illius Clausulæ *quibuscumque*, quæ non extabat in præcedenti exarata de Anno 1528.; Ideòque cùm per præcitatam additionem = *quibuscumque* = oriretur hæc quæstio circà nudam æstimationem, & pretium, & excluderetur
19 illa strictior interpretatio, quod in concessione rei Ecclesiasticæ facta = *pro se, hæredibus, & successoribus* = sumatur intellectus = *pro hæredibus, & successoribus sanguinis*, iuxtà firmata communitèr per *Marescott. var. resol. lib. 3. cap. 1. num. 7., & seq., Andr. Censal. dicto cons. 1. num. 6., Andreol. contr. 378. num. 1., Rot. coram Merlin. decis. 583. num. 3., & 4., & coram Ninot. decis. 42. num. 1., & in rec. decis. 321. numer. 5., & decis. 340. num. 2. cum plur. seqq. part. 11.* cum alijs *in prima Decisione Reuerendiss. D. mei Decani sub §. Eòque magis* (*dicta decis. 638. num. 18., & 19.*)

Euidens quoquè erat, & ineluctabilis nullitas prædictæ posterioris Inuestituræ an-
20 ni 1555.; ad hanc quippè tàm sensibilem, & præiudicialem alterationem deueniri non poterat, nisi causâ vtili perpensâ, & positiuo Apostolico beneplacito interueniente, ex deductis per *Marescott. dicto lib. 3. var. cap. 2. num. 22. cum 2. seqq., Censal. dicto cons. 1. n. 25., & seqq., Panimoll. dec. 135. num. 28.* cum reliquis prætèr hos laudatis *in præcitata priori Decisione huius Causæ §. fin.* (*dicta decis. 638. num. 24.*)

Nequè minori facilitate eneruata remansit altera oppositio, quæ pro elidenda vtraque Constitutione Bonifaciana, & Paulina, nec non explicita probibitione transitus horum Bonorum Ecclesiasticorum ad Manus mortuas adducebatur, nimirùm quod Bonifaciana signantèr inducens hanc prohibitionem edita foret fauore Ciuium Ferrariensium, & respectu dumtaxàt concessionum expleta-
21 rum in personas eorumdem Ciuium, ac proptereà cùm ad præsens ageretur de Bonis iàm concessis de anno 1528. personis Exteris, nempè DD. de Manzolis Ciuibus Bononiensibus, & rursùs de anno 1634. DD. à Balneo Mantuanis, nequiret supèr his eisdem Bonis vlla congruere Constitutio, ac respectiuè prohibitio, ad terminos *decis. 118. par. 4. tom. 2. recen.*, & tradita in proximis, siuè similibus in illa *Rauennaten. Emphyteusis 12. Februarij, & 10. Decembris 1694., & 14. Martij 1695. coram bon. mem. Emerix Iun.* (intèr suas *decis. 1150., 1218., & 1239.*)

Incontinenti namquè resurrexit mòx enunciata consideratio, quod frustratoria foret hæc altera limitatio, quotiescumquè Inuestitura anni 1555. existeret, próut erat, nulla, siuè aboleretur Clausula = *quibuscumque*, per quam de Iure, vèl de consuetudine intrabat occasio discurrendi de æstimatione: Et nihilominùs etiàm ex officio oculis *Dominorum* effulxit debilitas obiecti; quidquid enìm dici potuisset habita consideratione ad solam Bonifacianam, clarum erat, quod superuenta Constitutio Paulina hoscè terminos egrediebatur, non solùm in ea parte, in qua (vt enunciauimus) præpediebatur etiàm receptio æstimationis, & pretij priùs in Littera non sublata per Bonifacianam, verùm & in hac ipsa altercatione, dùm eadem
22 Paulina litteralitèr complectitur *omnes concessiones*, & consequentèr quaslibet quomodolibèt vsquè ad diem promulgationis eiusdem Paulinæ subsecutas, vt etiàm fuit in proposito animaduersum per *Rot. in Ferrarien. Bonorum 22. Iunij 1695. §. Nec ad tollendam, & 20. Februarij 1696. §. Et quamuis, coram bon. mem. Vrsino Decano*, & solidè firmatum *in prima Decisione huius Causæ 1. Iulij 1699. ex §. Absquè eo quod, vsquè ad §. Explosο*, & in eius confirmatoria *2. Decembris subsequentis ex §. Non releuante, vsquè ad §. Prout nequè, coram Reuerendiss. D. meo Decano (dicta decis. 638. ex num. 7. ad 15., & dicta decis. 642. ex num. 3. ad 20. coram Molines*,) & ad quas profectò exuberat habere se remissiuè.

Potissimè reflectendo, quod præfata Bonifaciana principalitèr in fine respexit ad casum faciendæ de nouo Inuestituræ, tùncque mandauit reinuestiri dumtaxàt Subditos Iurisdictioni Ciuitatis Ferrariæ, sicquè dùm antecedentèr prohibuerat transitum ad Manus mortuas, finis ab eadem prima Constitutione volitus, præcisiuè à confirmatione, & innouatione Paulina, manifestissimè deficeret, quia remaneret impedita renouatio iussa, & stabilita fauore Ciuium, quotiescumquè Bona Ecclesiarum eiusdem Status deflecterent in Manus mortuas reuersionum, ac deuolutionum impeditiuas; ideòque
23 consecutiuè parùm relenabat etiàm in spiritu rationis, quod Emphyteusis esset à prin-

principio concessa Forensibus, vel Ciuibus; pro exclusione quippè Manus mortuæ superabundat, quod perpetua translatio in ipsas Manus mortuas de Iure prohibita existat, & temporalis ad annum sub obligatione distrahendi in Manum viuam recepta æstimatione, successiuè conuulsa noscatur per Paulinam; in ordine namquè ad prædictum fauorem Ciuium à Bonifacio IX. exoptatum, vis stat, quod non remaneat per intrusionem Manuum demortuarum interdicta reuersio, deuolutio, ac commercium, quod per concessionem factam priuatis ab initio, quantumuis Exteris, minimè erat abscissum, & pœnitùs impeditum: quotiès etenim eadem ratio le-
24 gis intercedit, eadem quoquè debet intercedere, siuè applicari dispositio, ad *Text. in leg. illud*, *ff. ad leg. Aquil.*, cum concord. apùd *Barbos. axiom. 197. numer. 3.*

Adderem Ego in priuato sensu Extensoris, quod sermo de compræhensione Forensium, de reliquo ex prædictis effectus extraneus, rectiùs poterit examinari, quandò contingeret prætendi, concessiones esse necessariò renouabiles ad fauorem proximiorum vltimi inuestiti, vèl Ecclesia nollet pro se Bona ipsa retinere, tùnc etenim dispungendum erit, vtrùm suffragetur, quod à principio concessio facta fuerit Forensi, ad hoc, vt non intret renouatio ordinata per eumdemmet Bonifacium ad commodum subiectorum Iurisdictioni Ferrariæ, vel saltèm requiratur de tempore petitæ renoua-
25 tionis per Forensem Ciuilitas acquisita per Priuilegium, onerumque actualis, vel habitualis supportatio, secundùm plenè disputata tàm antè, quàm pòst Paulinam *in Ferrarien. Bonorum de Schianchis coram Sa. Me. Innocentio X.* aliàs *Pamphil. Iun.* intèr suas *la 545.*, *& decis. 680. per tot.*

At quantum attinet ad hodiernum reintegrationis effectum, iàm vidimus, quod magìs communitèr coniungitur Ius commune cum Constitutione Bonifaciana circà prohibitionem transitus in Manus mortuas; quod subsidiaria prætensio æstimationis in Emphyteusi transitoria ad quoscumque radicatur in Inuestitura omninò nulla; quodquè Paulina amplectitur indistinctè omnes concessiones per anteà etiàm factas fauore Forensium: Sed fortè non esset ponere Os in Cælum, quod, etiàm præscindendo ab vtraque Constitutione Bonifacij IX., & Pauli V., de Iure, & de forensi consuetudine magìs propriè (non obstante Doctrina *Speculatoris*) Corpora Ecclesiastica, Manusque
26 mortuæ non essent capaces etiàm temporaneæ acquisitionis, & receptionis pretij, pròut varios casus distinguendo colligitur ex *Marescott. dicto lib. 3. var. cap. 3. ex num. 20. vsquè ad fin.*, & aliàs demonstrauit *Rot.* in pulchra *decis. 368. per tot.*, & signantèr *num. 4. part. 1. recent.*, *& decis. 211. ex num. 30.* paritèr *vsquè ad fin. par. 6.* vèl quod in omnem casum respectu Status, ac Ditionis Ciuitatis, & Legationis Ferrariæ superuenta Constitutio Paulina in hoc conflictu intelligentiæ Doctrinæ *Speculatoris* adduci mereatur, nisi in vi authoritatiua legis, in altera saltèm declaratiua Iuris inter *Doctores*, & Tribunalia per ipsam Doctrinam *Speculatoris* ambigui, quemadmodùm præseferunt illa verba Paulinæ = *intelligantur etiàm respectu æstimationis huiusmodi rei*: & habemus frequentèr in alijs terminis, & signantèr
27 Statuti Vrbis per Papam specificè confirmati *cap. 42. lib. 1.* supèr quæstione de filijs in conditione positis, vt non intelligatur determinatiuum de nouo, sed solùm declaratiuum controuersiæ aliàs inter *Doctores* desupèr exagitatæ, & ambiguæ, teste *Gabr. cons. 105. num. 1. lib. 1.*, *Card. De Luca de fideic. disc. 74. num. 10.*, *& disc. 80. num. 9.*, *Rot. decis. 1. num. 19. coram Sa: Mem: Alex. VIII.*, *& in Romana Cambij 15. Maij 1699. §. Siquidèm, coram Me*, (*decis. 89. num. 4. tom. 1.*)

Et ità, Rectore Ecclesiæ Parochialis S. Stephani dumtaxàt informante, Monialibus verò S. Catharinæ nil opponentibus, licèt pluriès lacessitis, & congruo tempore expectatis, responsum fuit &c.

ANNOTATIO R. P. D. AVTHORIS.

REV. Sacerdos Iacobus Maria Manzonus olim Parochus S. Nicolai ad Cæsarinos de Vrbe, posteàque euectus ad Archipresbyteratum alterius Ecclesiæ Parochialis S. Stephani de Barbiano sitæ in Spiritualibus sub Diæcesi Imolen., in temporalibus verò sub Ducatu, ac Legatione Ferrariæ, post obtentam reintegrationem priùs coràm A. C., deindèque in Sac. Auditorio ad nonnulla Bona emphyteutica de directo dominio præcitatæ Ecclesiæ S. Stephani per Sententiam latam à bo. me. Molines Decano præuijs duabus *Decisionibus* editis sub diebus 1. *Iulij*, *&* 2. *Decembris 1699.* (quæ sunt *in ordine 638.*, *& 642.* intèr eius nouissimè Typis datas) curauit Mihi committi Causam vlterioris appellationis interpositæ ex parte Ven. Monasterij S. Catharinæ Ciuitatis Foroliuij detentoris dd. Bonorum ex personis duarum Sororum de nobili Familia à Balneo in eodem Monasterio Professarum, datoque Dubio = *An Sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda*, reportauit fauorabile responsum pro illius confirmatione, quemadmodùm liquet ex præinserta mea *Decisione*, quæ etiàm ad præsens reperitur impressa pòst

Pa-

Pacion. de locat., *& conduct. iuxtà modernam Venetam editionem*, ibiquè est in ordine *la* 18., in cuius sequelam postmodùm demandata fuit expeditio Causæ per aliam Sententiam à Me pronunciatam, quæuè suum habuit effectum, & executionem, dùm illius vigore Archipresbyter nomine suæ Ecclesię extitit de facto reintegratus ad possessionem dd. Bonorum Emphyteuticorum.

Cùm verò Archipresbyter vix obtento victoriæ fructu meditaretur prædicta Bona rursùs alteri in Emphyteusim concedere, coactus fuit aggredi nouum iudiciale certamen cum DD. Duce Cæsio, & Marchione à Balneo, qui [vti] ass. proximiores vltimo Emphyteutæ sub priori Inuestitura compræhenso institerunt pro renouatione, seù noua Inuestitura eorumdem Bonorum emphyteuticorum, quam eis debitam esse censuit Sac. Tribunal in disputatione desupèr habita coram Me *die* 1. *Iulij* 1701., iuxtà *Decisionem* in alio sequenti Volumine registrandam, à qua tamèn posteà recessum fuit paritèr coràm Me sub die 26. *Aprilis* 1703., iuxtà alteram *Decisionem* similitèr inferiùs suo loco imprimendam, quæuè de præsenti registrata reperitur penès *modern. Calderon. resol.* 81. *sub num.* 21., vbi videri possunt rationum momenta, ex quibus *Rota* censuit, non competere præfatis DD. Duci Cæsio, & Marchioni à Balneo expetitam renouationem.

Exitus autèm illius Causæ Deo fauente annotabitur in calce dictę meæ postremæ *Decisionis*, quatenùs, Me superstite, illam vnâ cum alijs Prælo dari contingat.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

Bona emphyteutica Ecclesiæ non possunt transire ad aliam Ecclesiam, Vniuersitatem, aut Collegium, & quacumque aliam similem Manum mortuam etiàm ad simplicem effectum illa intrà annum, vel bienniunm vendendi, ac recepto pretio reponen-
28 di penès personam capacem, quotiès in primordiali Inuestitura expresse cautum reperitur, nè Bona prædicta vllo modo transferri possint titulo successionis, vel alio particulari in aliquod Monasterium, Ecclesiam, & quamlibet aliam Manum mortuam, vt prætèr alleg. in superiori Decisione *num.* 8. communi calculo comprobant *Antonell. de regim. Eccles. Episc. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 8., *Pacion. alleg.* 84. *num.* 20. *Rota coram Merlin. decis.* 583. *num.* 31., *&* 32., *& coram Emerix Iun. decis.* 597. *num.* 6., *& coram Beuincas. decis.* 69. *num.* 3., *&* 4., *& intèr impress. ad ornatum Card. De Luca tom.* 1. *lib.* 4. *decis.* 14. paritèr *num.* 3., *&* 4., *& in Mediolanen. deuolutionis Domorum* 20. *Aprilis* 1654. *§. fin. coram Meltio m.* 1., *& in Papien. Emphyteusis* 15. *Ianuarij* 1717. *§. Apertum, coram Eminentiss. D. Card. de Altbaun, & 6. Maij* 1718. *§. Non obstante, coram Herrera* (intèr suas *decis.* 54. *ex num.* 2. *ad* 5.), *&* 13. *Februarij* 1719. *§. Vt autèm, coram bon. mem. D. meo Ansaldo*.

Tantaque est vis, quam *Doctores* attribuunt prædicto pacto impeditiuo transitus
29 Emphyteusis Ecclesiæ ad Manus mortuas, vt quamuìs regularitèr Emphyteusis pactionata, siuè ad certas generationes restricta, transire valeat, saltèm quòad simplicem commoditatem fructuum, ad Monasterium capax Bonorum in communi donèc viuit Monacus in eodem Monasterio professus, & in Inuestitura compræhensus, vt latè fundant *Bero*: *cons.* 93. *num.* 56., *&* 57., *& cons.* 91. *num.* 8. *cum duob. seqq. lib.* 1., *Bursat. cons.* 60. *num.* 34., *&* 35., *Cyriac. contr.* 475. *num.* 27., *Mell. alleg. for.* 30. *num.* 14., *& seqq. lib.* 2., *Francisc. Palm. consult.* 37. *numer.* 5., *Cirocc. discept.* 56. *ex num.* 29. *cum plur. seqq.*, *Contrius discept.* 17. *num.* 51., *Gob. consult.* 82. *ex num.* 6., *& per tot.*, *Senat. Mantuan. apud eumdem consult.* 77. *num. fin.*, *Melch. Phœb. decis. Lusit.* 13. *num.* 4., *& seqq. lib.* 1. *Rot. decis.* 143. *num.* 31. *part.* 12. *recent.*

Nihilominus si in Inuestitura adsit expressa prohibitio, nè Bona emphyteutica quouis modo transire valeant ad Manus
30 mortuas, eo sanè casu Monasterium excluditur etiam à temporanea perceptione fructuum, eademque Bona, si nullus alius adsit de comprætensis in Inuestitura, reuertuntur ad Dominum directum, acsi Monacus Professus non existeret ampliùs in rerum natura, vt latè docet *Panimoll. decis.* 127. *ex num.* 6. *ad* 9., & ex professo firmauit *Rot. in vna Bononien Bonorum emphyteuticorum* 1. *Iulij* 1647. *coram Meltio impress. post Mell. obseru. for. decis.* 58. *ex num.* 7. *ad* 10. confirmata 27. *Martij* 1648. *§. Iustitia quoquè, coram Verospio Iun. m.* 1., & successiuè *coram Cels. decis.* 62. *num.* 4. cum quibus approbatiuè processum fuit in plena *decis.* 271. *ex numer.* 10. *ad* 18., & signantèr *num.* 13. *coram Card. Cerro*, & admissum quoquè extitit in illa *Bononien. Emphyteusis super bono Iure* 13. *Ianuarij* 1721. *§. Nequè etiàm officit*, *coram bon. mem. de Gamaches*, in qua eatenùs *Rota* (licèt Me in contrarium scribente) iudicauit contrà Ecclesiam Dominam dire-
31 ctam, quatenùs in Inuestitura non aderat vlla prohibitio transitus Bonorum ad Manus mortuas, sed in ea simplicitèr cautum fuerat, nè Emphyteutæ possent vendere, vèl in alium transferre Bona emphyteutica absquè licentia, & consensu Ecclesiæ Dominæ directæ.

A. Lupardus.

RO-

ROMANA FORNACIS.

Veneris 26. Martij 1700.

ARGVMENTVM.

Possessio, & Dominium alicuius rei probatur per locationes, diuisiones, per actus Iudiciales dominium suadentes, per Testes, & multos alios modos in *Decisione* perpensos. Ex Statuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 147. possessio Patris transit absquè reali appræhensione in Filios pro indiuiso; & si aliqui actus possessorij, vèl dominicales reperiantur facti ab vno tantùm illorum, censentur facti sociali, & communi nomine, & alijs non nocent. Domus ex quibus duas esse concludatur, non vna. Liber status Animarum an probet, nec nè, quod quis de tempore controuerso habitaret intrà limites alicuius Ecclesiæ Parochialis.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio non habet locum, quandò spolium proponens non probat, se possedisse.*

2 *Ex locationibus probatur rei locatæ possessio.*

3 *Diuisio probari potest etiàm per Testes.*

4 *Diuisio probat dominium, & possessionem diuidentium.*

5 *Diuisio probatur ex actibus dominicalibus per vnum gestis supèr Bonis, quæ priùs erant communia.*

6 *Confessio vnius ex Partibus superat omne genus probationis.*

7 *Dominium, & possessio probatur ex manutentione iudicialitèr obtenta.*

8 *Hæres nequit impugnare factum, & agnitionem sui Authoris*, & n.19.

9 *Possessio Patris ex Statuto Vrbis* lib. 1. cap. 147. *absquè reali appræhensione transit pro indiuiso in eius filios, & insimùl hæredes.*

10 *Possidens pro indiuiso rèm cum alijs communem non tenetur nouam appræhendere possessionem, si portiones aliorum ad eum deuoluantur.*

1 *Possessio continuata per Statutum suffragatur pro obtinenda reintegratione.*

12 *Possessio non præsumitur continuata, quotiès docetur de illius interruptione, seù alterius occupatione.*

13 *Testes, qui plures patiuntur exceptiones, nullam fidem merentur.*

14 *Testes debent iurare de veritate dicenda saltèm per diem antè examen, aliàs non probant.*
Limita, vt n.28. cum duob. seqq.

15 *Probatio resultans ex publico Instrumento prævalet contrariæ probationi factæ per Testes.*

16 *Testes non attenduntur, quandò eorum dicta eliduntur ab alijs Testibus contrarium deponentibus.*

17 *Clausula* = Amoto quolibet illicito detentore = *compræhendit quemcumque possessorem etiàm intrusum.*

18 *Res iudicata nequit impugnari, nisi doceatur de eius clara, & notoria iniustitia.*

20 *Domus vnicitas excluditur ex illius acquisitione facta diuerso tempore à diuersis personis*, n.22.

21 *A quantitate oneris arguitur quid compræhendatur sub dispositione.*
Pròut à quantitate pretij arguitur quid venerit sub venditione, ibid.

23 *Domus an sit vna, vel duæ, attenditur destinatio, & vsus habitualis Patris familias.*

24 *Diuisio ineffectuata non attenditur.*

25 *Testes, qui in vno Iudicio, vèl Instantia fuerunt reiecti, non probant in alia diuersa Instantia, vèl Iudicio.*

26 *Testes probant nedùm aduersùs inducentem, sed etiàm contrà illius hæredes.*

27 *Testes examinati supèr Articulis exhibitis per inducentem probant, quotiès altera Pars neglexit dare Interrogatoria intrà terminum ei à Iudice præfixum.*

30 *Testes etiàm non iurati probant stante eorum subsecuto obitu absquè vlla retractatione.*

31 *Habitatio sub aliqua Parochia probatur ex Libro status Animarum Ecclesiæ Parochialis*, & n.49.
Et è conuerso ex eodem Libro probatur negatiua habitationis n.50.
Quod tamèn limita, vt n.51.

32 *Testes aliundè adminiculati ex publicis documentis magìs probant.*

33 *Interpretatio cuiuslibet dispositionis sempèr sumenda est à circumstantijs magìs verisimilibus.*

34 *Locans rem communem censetur quòad se illam locare pro rata dumtaxàt ad se spectante.*

35 *Locatio rei communis facta per vnum ex Socijs non præiudicat alijs Consocijs.*
Si verò Socius, qui rem communem locauit, integros affictus receperit, tenetur illos pro rata refundere alijs Consocijs, n.36.

37 *Habens contrà se præsumptionem grauatur duriori onere probandi contrarium.*

38 *Vnusquisque ex Socijs censetur habere à Consocijs mandatum ad agendum ea, quæ tendunt in vtilitatem Societatis.*

39 *Quod à communi prouenit defensione conuerti debet in communem vtilitatem.*

40 *Non quod alieno nomine gestum est attenditur, sed solum, quod fuit ex pòst ratificatum.*

41 *Interpretatio ea sempèr sumi debet, per quam confessio, vèl consensus minùs præiudicet confitenti, aùt consentienti.*

Super-

42 *Superfluitas vt euitetur, sufficit, quod verba possint in aliquo verificari, vèl aliquid operari.*
43 *Nemo præsumitur velle iactare suum.*
44 *Interpretatio benignior sempèr capienda est fauore prætensi obligati.*
45 *Consensus in actibus promiscuis, & communibus præsumitur præstitus ad normam iuris vnicuique competentis, & non vltrà.*
46 *Via publica existens inter plura Bona nequit deseruire pro Confine.*
Et de ratione, ibid.
47 *Confine alicuius Domus, vèl Prædij illud esse censetur, quod est magìs adhærens, magisque propinquum.*
48 *Parochus debet habere penès se quinque Libros, qui vocantur* Parochiales, *& qui hi sint.*

DECISIO CXLI.

TRINIS præcedentibus Iudicatis, binis videlicèt extrà Rotam, & nouissimo *coram bon. mem. Pauluccio*, vt in *decis.* 802. *part.* 18. *rec.*, obtinuerat Cynthius plenariè reintegrari ex fundamento spoliatiuæ executionis ab eo passæ supèr tribus ex quatuor partibus cuiusdam Ædificij vnâ cum Areìs, seù Campis, Domoquè annexa ad vsum Fornacis existentis extrà Portam Equitum leuis Armaturæ aduersùs Ecclesiam B. Mariæ de Consolatione iura metientem ab Anna Maria nepte ex Gaspare fratre eiusdem Cynthij, donèc rursùs instaurato conflictu in solo deuolutiuo prodijt prima vice *coràm bon. mem. Vrsino Decano* fauorabilis Ioanni Mariæ nepoti, & hæredi ipsius Cynthij resolutio sub die 4 *Decembris* 1697., nempè = *constare de re iudicata*: Verùm superuentis pro parte Ecclesiæ validioribus probationibus in ordine ad substantialissimum defectum, ac extremum respectiuè cuiuslibet spolij, scilicèt possessionis in Cynthio, hinc in altera propositione *diei* 2. *Maij* 1698. dilatum insimùl extitit Iudicium, & iniunctum, quod strictè supèr controuersa possessione scriberetur: Cynthio autèm, siuè memorato Ioanne Maria in successiua trutinatione deincèps reassumpta sub die 27. *Iunij* eiusdem anni 1698. haùd informante, *Domini* recesserunt à decisis: Quamobrèm Ego in eiusdem prædefuncti *Vrsini* locum suffectus, bis *Dominos* interpellans, in qua ex prædictis aduersantibus *Decisionibus* foret persistendum, nullam reportare valui determinationem, sed (vt moris est) ad suffragandum adscitis Quinto, & Sexto, preualuêre fundamenta primæ *Decisionis*.

Appensis namquè viribus alterius, siuè secundæ *Decisionis diei* 27. *Iunij* planum quidèm erat, quod vbi in facto firmitèr substitisset, quod de tempore captæ possessionis per Ecclesiam hæredem Annæ Mariæ dememoratis tribus ex quatuor partibus, in rei veritate illarum possessio minimè extaret penès Cynthium, sed vtì præcedentèr legitimè occupata, & detenta per prænominatam Annam Mariam eius neptem remansisset in hæreditatè effectiua, ac Bonis illius, nullum penitùs impingi poterat Ecclesiæ B. Mariæ de Consolatione vitium spolij, si ad normam *leg. fin. C. de Edict. Diu. Hadr. toll.* prælaudata hæres prouidè adepta erat horum effectuum hæreditariorum possessionem, & ex opposito nullum intentari, ac extorqueri merebatur reme-
1 dium reintegrationis, quod neutiquàm exercibile est, nisi quatenùs illud proponens in actuali possessione rei perperàm, & ipso incitato appræhensæ per anteà reperiretur, ex his, quæ vno ore connotarunt *Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 383., & *seqq.*, alijque vberrimè adducti per *Rot. decis.* 486. *part.* 9., & *decis.* 105. *part.* 17. *recen.* vtrobiquè *num.* 1., & *decis.* 63. *num.* 5. *coram Bichio*.

Ad ostendendum itaquè, quod Anna Maria viuens in præcisa possessione etiàm harum trium partium Ædificij, annexorumque præexisteret, strenuè Defensores prædictæ Ecclesiæ non minùs vetera retexebant motiua eiusdem secundæ *Decisionis*, sed & alia cumulabant: In primis namquè iterum constantissimè asserebatur, quod cùm ipsa Anna Maria pòst obitum Gasparis eius Patris pluriès controuersam Fornacem locauerit, plurièsque in sequelam exegerit affictus vsquè ad captionem pignorum iudicialium contrà Conductores in solutione mo-
2 rosos, maior profectò exoptari posse non videbatur iustificatio controuersæ possessionis, quàm ea, quæ fauore Annæ Mariæ ex hiscè locationibus, & voluntariè, ac coactè reportatis satisfactionibus pensionum emergebat, ad tradita per *Rot. coram Buratt. decis.* 263. *num.* 1., *ibiquè Adden. litt. A.*, *Vbald. Iun. decis.* 30. *num.* 9., *Pamphil. decis.* 416. *num.* 5., & *coram Card. Celso decis.* 105. *num.* 3., & 4., & *decis.* 272. *numer.* 1.

Quinimò nequè titulum dominij deesse pro magis ipsa possessione roboranda subiungebant; quoniàm etsi huiusmodi Ædificium originariè proueniret ab acquisitione Baptistæ Patris, & Aui respectiuè contendentium, ideòque ad eiusdem acquisitionis normam de Iure idem Ædificium post decessum præfati Baptistæ solummodò pro quarta rata deuenire debuisset ad Annam Mariam vtì filiam Gasparis filij Baptistæ, tribus alijs partibus deuolutis ad Cynthium tàm ex propria persona, quàm insimùl ex illa Francisci, ac Petri filiorum paritèr memorati Baptistæ vigore testamentariæ dispo-

sitionis ab vtroque in ipsius Cynthij commodum ordinatæ: nihilominùs, vti liquebat ex formali depositione nonnullorum Testium examinatorum de annis *1630.*, & *1633.* supèr gemino Iudicio tùnc agitato intèr quemdam Horatium, & ipsum Gasparem, totum idem Ædificium mediante amicabili diuisione omnium fratrum obuenerat in virilem Gaspari debitam supèr Bo-
3 nis Baptistæ communis Patris; sicùt enim diuisio comprobari valet etiàm per Testes, ità ex illa resultat titulus vndequàque superabundans ad perfectam dominij translationem, ex collectis in proposito primæ conclusionis per *Mascard. de probat.conclus.526. num. 14., & Rot. decis.89. num. 5., & decis.258.sub num.4.vers.iuncta maximè par.17.*
4 *rec.*, & respectu secundæ *Bartol. in leg. Et ideò num.1. ff. de condict. furt.,Ciof. cons.124. num.8. lib.1.,Rota coram Caualer. decis.652. num. 2., & decis. 790. num. 33. part. 18. rec.*

Fortiùs, ex quo consecutiuè ad hanc diuisionem in hodierno adducebatur *Sum.*Ecclesiæ *num.1.*, & *2.*, quod prælaudatus Gaspar Pater Annæ Mariæ proprijs deindè sumptibus fasciculos, & ligna comburenda ad vsum Fornacis comparauerat, necnòn absquè consensu aliorum Fratrum Tegulas, Lateres, cœteraque elaborata, atquè decocta distraxerat; omnes hi quippè actus non
5 leue priuatiui dominij, ac possessionis (exclusiuè ad vllam promiscuitatem) solent sempèr specimen, & adminiculum præbere, vt ad rem arguunt *Grat. discept.951. ex numer.44. vsquè ad fin.*, alijque relati per *Rot. coram Buratt. decis.799. sub num.7. vers. tertiò probatur, & seq., & coram Priol. decis. 128. num. 11., & in rec. decis. 300. numer.4., & 5. part.18.*

Nequè debilior (vti subdebant ijdem Defensores) effulgebat demonstratio continuationis eiusdem dominij, ac possessionis in eamdem Annam Mariam postquàm fato cesserat Gaspar illius Parens: ea namquè nubens Francisco intèr cœtera tradiderat in Dotem huiusmodi Fornacem, & mediante publico Instrumento Cynthius eius Patruus non solùm præfatæ consignationi tribuerat assensum, verùm etiàm positiuè confessus erat, Fornacem hanc esse hæreditariam Gasparis Patris Annæ Mariæ; vndè nefas quodammodò videbatur dubitare de plenitudine continuationis dominij, ac possessionis quòad ipsam Annam Mariam, dum in
6 actu tàm proportionato id agnouerat Cynthius, cuius confessio, vt tritum est, superabat omne genus probationis, ad *Text. in leg. cùm præcum, Cod. de liber. caus., leg. cùm te (la seconda) Cod.de transact.,leg.generalitèr, Cod. de non numer. pecun., & in cap. per tuas, §. Quia verò, de probat.* cum reliquis vulgatis.

Vlteriùs quoquè iterùm illatis quibusdam molestijs ab Horatio superiùs enunciato supèr hac identifica Fornace, quamuis ab initio citatio directa fuisset simultaneè etiàm in Cynthium, attamèn in subsequenti Iudicij progressu, agnita (vt credibile est) superfluitate, vèl errore, vnicè semper extitit citata Anna Maria, & sub vnici eius nominis expressione relaxatum, expeditum, ac demùm executioni traditum extitit Mandatum de manutenendo A. C. Areosti; quan-
7 tum veró ad confouendam præfati dominij, ac possessionis probationem inseruirent huiusmodi actus iudiciales, nemo non scit, ex deductis per *Posth. de manut. obseru. 29. num.10., Rota post eumdem decis.635. num.7., & decis. 67. num.2. coram Vbago, & in Romana Affictus 22. labentis mensis §. His ità præbabitis, coram R.P. D. meo de la Tremoille.*

Progrediendo tandèm ad vltimum successiuum statum, scilicèt etiàm post mortem eiusdem Annæ Mariæ, demonstrabatur, quod non solùm ipsius titulo, ac nomine hæreditario pacificè capta fuerat à principio per Ecclesiam B. Mariæ de Consolatione possessio huiuscemodi Fornacis, sed quod etiàm aduersùs Cynthium superstitem vrgens Ecclesia pro repellenda forsán illius nuda detentatione, ab eodem A. C. Areosto citrà hæsitationem fuerat assecuta manutentionem, cui per spatium vsquè 14. annorum Cynthius acquieuerat; proindèque robustiùs fortificari nequibat ius huius Iudi-
8 cati, quàm per tacitam approbationem, & acquiescentiam illius, à quo causam habens Io: Maria resilire non poterat, *vulg.leg.cùm à Matre, Cod. de rei vindic.* cum concordan. per *Rot.in Bononien. Fideicommissi de Manzolis 27. Iunij 1699.§.Postremò, coram Me (tom.1. decis.100. num.65.)*

Atquè contrà hæc adeò solidè in facto, & in Iure stabilita (prosequebantur totiès enunciati Defensores Ecclesiæ) nullatenùs refragari poterat, quod assistentia, siuè præsumptio Iuris militaret ex persona Cynthij pro Ioanne Maria, signantèr in vim *Statuti Vrbis lib.1. cap.147.* litteralitèr sancientis, quod, absquè alia extrinseca reali ap-
9 præhensione possessionis, illa recto Ciuili operatorio tramite transeat in hæredem, quapropter statìm secuto obitu Baptistę communis Patris indubitati acquisitoris contestati Ædificij, eadem possessio solùm pro quarta parte transfundi valuerit in Gasparem, subdiuisa necessariò remanente hac ipsa transfusione pro alia quarta parte in Cynthium, & pro duabus restantibus in Franciscum, & Petrum, vtì filios omnes eiusdem Baptistæ, quemadmodùm plurièś canonizando idem *Statutum* respondit *Rota coram Pamphil.decis.100., & decis.416.* vtrobiquè

biquè *num.6.*, *& coram Martin. Andr. decis.36. num.1.*, *& seq.*, *& in rec. decis.*200. *num. 5. part. 5.*,*& decis.* 170. *num.* 1.,*&* 2. *part.*17.

Quouerò ad prædictas duas partes vltrà illam Cynthio obtingentem, iàm comperto, (vt dictum fuit,) quod tàm Petrus, quàm Franciscus inscripserint hæredem ipsum Cynthium, non erat opus, quod is
10 tamquàm hæres nouam appræhenderet possessionem, dum eidem veluti compossessori, citrà aliud ministerium iteratæ appræhensionis,accreuerant portiones Defunctorum, ad sensum *Rotæ coram Pamphil. decis. 656. num.8.*, *ibiquè Adden. num.13.*, *& coram Royas decis.443. num.5.*, *& pòst Mell.obseru. foren. decis. 97. num. 2.*, *&* 3., *& in Beneuentana manutentionis* 4. *Iulij* 1696.*§.Et fuit responsum*, confirmata 20. *Iunij* 1698. *§. Præsuppositis*, *coram R.P. D. mèo de la Tremoille*.

Siquidèm respondebatur, quod hæc præ-
11 sumptiua possessio cœteròquin sufficiens ad obtinendam quoquè reintegrationem, vt notat *Fenzon.ad d. cap.*147.*nu.36.*,& comprobat *Rot. pòst eumdem decis.*129. *per tot.*, *& decis.*406. *num.* 2. *part.*4. *rec.*; manifestissimè tollebatur ex tota serie probationum in contrarium, vt suprà, allatarum; cessat
12 namquè præsumptio cuiuslibet continuationis possessionis, quandó liquet de positiua interruptione, & maximè per successiuam diuisionem titulata, vt vno ore adnotarunt *Cirocc. discept.*78. *num.*40.,*Conciol. alleg.*24. *num.*47., *Thomat. decis.*35. *num.*31., *& Rota decis.*74. *num.* 1. *pòst Vrceol. de transact.*, *& decis.*457. *num.*2. *coram Priolo*.

Minùsque paritèr officere posse subdebant, quod per Testes in prima Instantia huius Causæ per Cynthium inductos, & examinatos superlatiuè iustificatum appareret, quod idem Cynthius, pòst expletam ab eius Patre mortalitatem, in effectiua possessione Fornacis, annexorumque designatorum in Planta *sub litt. C.* permanserit vnàcum fratribus, necnòn cum eisdem promiscuè exercuerit quoslibet actus possessorios, atquè in eadem possessione perseuerauerit demortuis etiàm Petro, & Francisco fratribus, quousquè de tempore sæuientis in Vrbe Epidemiæ, seù pestilentiæ fuit per Ecclesiam B. Mariæ de Consolatione ab hac possessione depulsus; hi namquè Testes pluribus scatebant exceptionibus mòx recensendis,
13 ac quibus inspectis claudicat, & collabescit Testium fides, vt per *Rot. coram Zarat. decis.* 85. *num.* 9., *& coram Vbago decis.* 66. *num.*23.

Et sanè primò notabantur de nimiùm propero examine, dùm, vix completo ter-
14 mino intimationis Articulorum, absquè præstatione alicuius Iuramenti de veritate dicenda per diem iuridicum antè ipsum examen (prout requiritur) deposuère, contrà ea, quæ monent *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.*11. *num.*8., *Actolin. resol.*30. *num.*11., *Capuc. in prax. tom.*2. *part.*1. *art.*3. *tit. de Iudic. adipisc. num.*49., *& seqq.*

Secundò superaccedebat (ad sensum præfatorum Defensorum) vitium quoquè palpabilis mendacij, quia nimirùm asserebant, Cynthium inhabitasse Fornacem, ibiquè incubuisse laborerio, & coctioni Laterum, & Tegularum, quandò tamèn Fornax tùnc temporis ostendebatur locata per Annam Mariam cuidam Ambrosio; ideòque non erat habenda ratio de Testibus, quandò
15 suffocabantur à publico Instrumento, quod quibuscumque dictis priuatorum Testium antefertur, vt ait *Rota coram Vbald. decis.* 672. *num.* 7., *& coram Bich. decis.* 85. *num.*6., *& decis.*199. *num.*2., *in Asculana Fideicommissi, seù Domus super Melioramentis* 11. *Decembris proximè præteriti §. Quoniàm*, *coram Mc* (suprà *decis.* 118. *num.*2.), *& in dicta Romana Affictus* 22. *huius Mensis §. Præsertìm*, *coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

Tertiò deniquè, quia in omnem casum innegabile videbatur, quod huiusmodi Te-
16 stes saltèm conflictati remanerent ab alijs (quemadmodùm suprà enunciauimus) oppositis testificationibus solam Gasparis possessionem asserentibus, ex his, quæ ponderata simili conflictatione depositionum quotidiè habentur, & præsertim *in decis.*211. *num.*8. *part.*15. *recen.*, *& coram Priolo decis.*206., *& decis.*326. vtrobiquè *num.*5.

Postremò nequè etiàm obesse (præueniebant) litteram supradicti Mandati de manutenendo obtenti per Ecclesiam sub anno 1657. in illis verbis = *eiectis, & expulsis &c. Cynthio Monte,omnibusque alijs illegitimis detentoribus*, quasi quod cùm de præsenti nulla caderet inspectio boni Iuris, seù formalium meritorum, solaque possessio foret in Iudicio reintegrationis attendenda, hæc euaderet ineuitabilitèr firmata per iudicialem confessionem ipsius Ecclesiæ: Replicabatur enim, quod eo ipso, quod A. C. Areostus concesserat manutentionem ipsi Ecclesiæ, necessariò erat quoquè supponendum, quod etiàm vbi præfata Clausula non esset de formula, vti euincebant illa incerta generaliora verba = *omnibusque alijs il-*
17 *legitimis detentoribus*, possessio Cynthij foret meri facti detentatorij, vèl intrusiui non manutenibilis, nequè reintegrabilis; atquè ità de facto præfatam Clausulam interpretantur *Florez de Mena var. lib.*1. *quæst.* 4. *num.* 44., *Marchesan. de Commiss. part.* 1. *fol.*328. *num.*131., *Rot. coram Puteo dec.*14. *num.*1. *lib.*1., *& decis.*353. *num.*2. *part.* 4. *rec.*

Verùm, licèt omnia hæc in vniuersum non modicam ingererent difficultatem, pròut indicabat etiàm bis per anteà ob discordiam suffragiorum non capta resolutio, adhùc tamèn præcelluit apùd *Dominos* apprimè consideratio, quod cùm hodiè per restaurationem huiuscè Iudicij intenderetur in substantia disrumpi res iudicata constans ex tribus vniformibus Sententijs approbatis quoquè per primam *Decisionem* editam vtraque Parte informante, compellebatur Ecclesia ad præsens Actrix ostendere iniustitiam earumdem trium Sententiarum, reique iudicatæ, præsertìm pòst vlteriorem
18 approbationem Signaturæ Iustitiæ, satis dilucidè, & quodammodò notoriè, vt aliàs dixit *Rota coram Buratt. decis.323. ex num.1. vsquè ad 7., & coram Arguell. decis.44. numer.13.*, & alibi passim.

Tantum veró aberat, quod de hac clara, & manifesta iniustitia Ecclesia edoceret, vt citrà alium vberiorem discursum fortasè sufficerent adducta in obiecto fundamenta, tamquàm non benè, vèl saltèm non ad euidentiam in præcitatis responsionibus diuulsa, præcipuè quia, quandò factum erat recentius, totus vmbo defensionis eiusdem Ecclesiæ non iàm struebatur in deneganda possessione Cynthij, sed in oppositione retentionis ex capite creditorum, vti legitur in præfata *decis.802. part.18.*; Sèd omnem sustulit hæsitationem potentior negatiua cuiuslibet possessionis in ipsa Anna Maria Auctrice, & in eadem Ecclesia hærede per Io: Mariam comprobata satis ad oculum à Testamento præcitatæ Annæ Mariæ, quod
19 vtiquè controuertere, & impugnare non poterat Eccclesia in eo substituta, & illius vigore in hoc comparens Iudicio, ex animaduersis per *Rot. decis.536. num. 6. in fine part.4. rec., & decis.64. num. 5., & 6. coram san. mem. Alexandro VIII.*

Constabat quippè, quod ea pòst factam in præfato suo Testamento mentionem vnius tantummodò Domus, vt ibi = *habere Domum ad vsum Fornacis*, in eadem dumtaxàt particularitèr substituit Ecclesiam Consolationis: ac propptereà cùm iàm eadem Ecclesia pacificè detineat vnam Domum ad vsum Fornacis in memorata Planta delineatam *sub litt. B.*, atquè hæc proprio particulari nomine extitisset per Gasparem Patrem eius Auctricis coempta, percipi non poterat, quomodò hactenùs ipsa Ecclesia satageret vltrà ratam ad formam legis Gaspari competentem occupare totam veterem adiacentem grandiorem Domum à Baptista communi stipite, siuè Auo præcedentèr acquisitam, ac descriptam in dicta Planta *litt.C.*, ex oculari etenim *Dominorum* inspectione, vltrà palpabile argumentum separa-
20 tæ acquisitionis diuerso tempore factæ à diuersis personis, apparebat, quod non vna, sed duæ forent Domus, iuxtà ea, quæ in proposito alterius Accessus, siuè ocularis inspectionis ad conuincendam facti qualitatem, & probationem habentur *in Romana Emphyteusis 11. Martij 1699. §. Eòque magis, & in Sabinen., seù Ciuitatis Castellanæ Inundationis 1. Iulij eiusdem anni §. fin. coram R. P. D. meo Muto*, & magis punctualitèr *in decis.62. num.3., & 4. coram san. mem. Alexandro VIII.*

Quodquè in rei veritate Anna Maria seorsim minimè ab eius Patruo possidere, nisi solam aliam Domum comparatam à Gaspare eius Patre, demonstrabant etiàm circumstantiæ deductæ ex tenore eiusdem substitutionis, & legati initi fauore Ecclesiæ, ex quo Anna Maria illam grauauerat onere dumtaxàt vnius Missæ pro qualibet hebdomada, & sic ad normam fructus circumcircà retrahendi ab ipsa magis angusta Domo signata *litt. B.*, quandó, recipiendo contrarium intellectum, quod ipsa possedisset, vèl legasset antiquiorem Domum auitam, pensio, seù fructus insimùl longè transcenderet
21 annua sc. 60.; regularitèr autèm à quantitate oneris, & appretij solet argui id, quod venerit in dispositione, ad notata per *Alexan. cons. 47. num. 5., & cons. 68. num. 9. lib.5., Gabr. cons.154. num.13. lib.1., Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 9. num.8., & 11., Capyc. Latr. decis. 37. num. 8. cum duobus seqq., Rot. decis.30. num.2. coram Card. Cerro, & in Bononien. Aquarum 8. Iunij 1696. §. Quarta demùm, coram R. P. D. meo acit. Olmo.*

Concomitantèr ad hæc subintrabat etiàm possessio prætensa pro parte Ecclesiæ pòst obitum Annæ Mariæ; non enim omisissent Officiales præfatæ Ecclesiæ in actu appræhendendæ eiusdem possessionis describere duas, diuersasque Domos, loco sese restringendi ad vnicam dumtaxàt, vt ibi = *in possessionem vnius Domus*, & rursùs in Mandato de manutenendo ab A. C. Areosto reportato, ibi = *in pacifica possessione vnius Domus*; vnius quippè Domus appellatione contineri
22 non possunt geminæ in sua primæua origine separatæ, & distinctæ, diuersoque tempore, & à diuersis (vt præmisimus) personis comparatæ, pròut ad excludendam vnicitatem per *Text. in leg. Prædijs 89. §. Balneas, & §. fin. ff. de leg. 3.* in proximis obseruarunt *Surd. cons. 207. sub num. 6. vers. contrà tamèn, Bertazzol. cons. ciuil.87. num.18., Grat. discept.126. num.11., Rota Bonon. diuers. decis.67. sub num.10. vers. concurrebat, & seq.*, & signantèr *sub num.21. vers. quod in proposito, Rota decis. 228. sub num.1. vers. quod autèm, & num.2. part.14. rec.*

Parùm turbante, quod non minùs in Testamento Annæ Mariæ, quàm in vtroque mox

mox recensito actu subiungeretur vlteriùs = *ad vsum Fornacis*; Fornax veró de præsenti dumtaxàt exerceatur in illa parte delineata *litt.C.*, quæuè prætenditur distincta ab altera notata *litt. B.*; Nàm huiusmodi expressio optimè non minùs congruebat Domui signatæ *dicta litt. B.*, ac seorsim à solo Gaspare, vt diximus, acquisitæ, non enim per hoc, quod ratione maioris forsàn, vèl melioris commoditatis, aùt etiàm ex capite superfluitatis Fornax deincèps, & ad præsens magis proficuè fuerit exercita in altera grandiori Domo *dicta litt. C.*, desinebat alia *B.* esse ad vsum Fornacis, tamquàm habens antè se stratam Plateolam, omniaque ad eumdem vsum opportuna, & necessaria, in his namquè descriptionibus superabundat
23 verificatio vsus habitualis iuxtà primæuam destinationem Patris familias, dummodò exindè non fuerit idem vsus positiuè variatus, & in alium incompatibilem vsum conuersus, secundùm ea, quæ prosequitur *Grat. dicta discept. 126. num. 20., & 21.*, *Rota dicta decis. 228. num. 3. part. 14. rec.*, *& coram Arguell. decis. 43. num. 38. in fine vers. tùm etiàm, quià*, *& decis. 93. num. 7.*

Firmo igitùr remanente, quod Ecclesia tentans infringere rem iudicatam teneretur manifestare illius iniustitiam, eaque, inspectâ massâ integri negocij, non posset emergere per hanc nouam, hodièque immutatam defensionem, ex quo signantèr ius, & prætensio Ecclesię excedere non valens vnicam Domum, attenta hac noua defensione perperàm ampliaretur ad duas; facile fuit etiàm *Dominis* reassumendo cunctas hinc indè consparsas præsumptiones, ac demonstrationes nedùm excludere possessionem Gasparis, Annæ Mariæ, & Ecclesiæ, sed etiàm sufficientissimè fundare basem strictæ possessionis in Cynthio: Erat quippè incontrouertibile, quod constito de indubitata acquisitione Domus signatæ *litt. C.* facta per Baptistam communem Patrem Gasparis, Cynthij, Petri, & Francisci, vnica solùm rata Statutariæ possessionis transire valuerat in eamdem Annam Mariam, aliæque tres in Cynthium, ideóque tota vlterior obiectatio sistebat in ass. diuisione, actuumque subsequentium exercitio priuatiuè prætenso ex parte Gasparis, ipsiusque Annæ Mariæ; Sed circà substantiam ass. diuisionis, nulla pœnitùs afferebatur scriptura, eaque, vt agnouimus, tantummodò radicabatur in depositione nonnullorum Testium examinatorum de anno 1630., qui, etiamsi aliquid in eorum
24 dictis concludere possent, adhùc quælibet diuisio remansisset sinè effectu, ex palmaribus argumentis abundiùs recensitis *in Decisione*, quæ hodiè confirmatur, edita sub die 4. *Decembris 1697. ex §. Tota namquè, vsquè ad §. Quibus omnibus, coram bon. mem. Vrsino*.

Cæterùm nequè ijdem Testes ad iùstificandum intentum præfatæ diuisionis vllam sibi poterant fidem promereri; substinere etenim prætendente quodam Horatio, de quo suprà meminimus, releuationem à nonnullis molestationibus ergà solum Gasparem, sub eo præsupposito, quod ad ipsum vnicè spectaret hæc Fornax, contraria prodijt Sententia, Gasparem absoluens: Ideò-
25 que neutiquàm valebat in hoc diuerso Iudicio fides præstari illis Testibus, quibus nequè præstita fuit in illo Iudicio, in quo deposuerunt, iuxtà monitum *Alex. in leg. sæpè num. 60. in fin. ff. de re iudic.*, quem approbat *Rota coram Bich. decis. 79. num. 5., & coram Zarat. decis. 10. num. 33.*, cum alijs concordan. adductis *in Romana Associationis 13. Ianuarij 1698. §. Verùm etiàm, quià, coram Me (tom. 1. decis. 24. num. 8.)*

Firmiùs, quià ex opposito in alio certamine, seù lite per eumdem Horatium introducta de Anno 1633. contrà præfatum Gasparem, is ad propulsandum Horatium clypeo satisfactionis crediti, quod prætendebat, per alios Testes iustificauit, quod Horatius remanserat satisfactus ex pretio nonnullorum materialium controuersæ Fornacis ei traditorum = *da Messer Gasparo, e Fratelli*, *Summario* Io: Mariæ distributo in die *Decisionis*, quæ confirmatur, *num. 14.* Sicùt enim
26 hæc inductio Testium nocebat ipsi Gaspari, veluti præseferens condominium, & promiscuitatem, ità paritèr nocere debet Ecclesiæ mediatæ Gaspari succeditrici, ex notissimis Iuribus, de quibus *Rota decis. 2358., num. 27., & 28. coram Coccin., & decis. 713. num. 5., & 6. coram Card. Cerro*.

Atquè ex his aliundè patefacta possessione Cynthij, superfluum reddebatur vindicare à tribus exceptionibus illos alios Testes, quos idem Cynthius in prima Instantia examinauerat coràm A. C., & per quorum depositionem luculentèr ostenderat suam possessionem controuersi Ædificij: Sed adhùc & in hoc abundè occurrebant Informantes pro Ioanne Maria, nàm posthabitâ tertiâ circà prætensam conflictationem promanantem à Testibus contrarijs examinatis in Iudicio Gasparis cum Horatio, vtpotè exuberantèr ex hucusquè deductis elisam; in ordine ad primum caput festinationis examinis, ostendebant, hoc prouenisse ex incuria Defensorum Ecclesiæ, qui
27 intrà terminum à Iudice præfixum neglexerant Interrogatoria exhibere, quapropter, de reliquo impletis per Cynthium cunctis formalitatibus, examen ex hoc motiuo criticari non poterat, ex traditis per *Addent. ad Gregor. decis. 331. num. 22. in fine, & ad Buratt. decis. 100. num. 28.*, *Rota coram Pamphil. decis. 648. num. 18., & decis. 217. numer. 5. coram Card. Celso*.

Eodem-

Eodemque robore satisfaciebant alteri circumstantiæ Iuramenti non præstiti antè
28 diem examinis incœpti, dùm huiuscemodi Testes paulòantè deposuerant ad perpetuam sub positiuo Iuramento,& in actu ipsius formalis examinis Notarius præcisè asseruit,interfuisse huiusmodi Iuramentum per illa verba = *Testis inductus, & iuratus, cui reiterato Iuramento veritatis dicendæ, prout tactis &c. iurauit &c.*; sicquè omnis amaritudo corruebat ex facto: Et nihilominùs serotinè
29 nimis talis excitabatur difficultas, videlicèt in gradu restitutionis in integrum,quandó iàm Testes erant vitâ functi, & noscebatur omissa hæc oppositio in cunctis tribus antecedentibus Iudicatis, & quandò paritèr pòst tot annorum intercapedinem *Statutum Vrbis lib.1. cap.191.* has reijcit nullita-
30 tes, & quandò tandèm, mors ipsa Testium subsecuta citrà vllam retractationem, Iuramenti vicem suppleret, ex congestis per *Rot. decis.40.num.7. pòst Del Bene de Iuram., & coram Vbald. decis.803. num.5.,& in rec. decis.587. num.4. part.2., & decis. 291. numer.19., & 20.part.12.*

Decidebat etiàm secundum caput, siuè vitium mendacij: quià quod in rei veritate Cynthius inhabitauerit vsquè ad an-
31 num 1657. in hoc Ædificio, seù Fornace, præfulgebat etiàm ex statu Animarum exhibito, atquè ex parte Ecclesiæ distributo *in Summario* dato sub die 27. *Iunij 1698 coram bon. mem. Vrsino num. 13.*; abindè verò citrà ex eodem statu constabat, ipsum Cynthium aliam Domum alibì sitam inhabitasse, ideòquè tantum aberat, quod præfati
32 Testes criminari possent de mendacio, quìn potiùs, vtì suffulti munimine, & adminiculo eiusdem Libri, magìs,atquè magìs dubiò procùl probabant, erantquè attendendi, per ea,quæ tradit *Rot.cor.Vbald.dec.475.num.5. vers. præsertim,& coram Rembold. decis.108. num.6., & decis. 384. num.21.coram Priolo.*

Potissimè autèm reflectendo, quod cùm ass. eorumdem Testium mendacium promanaret à suppositione, quod Anna Maria præcedentèr locasset cuidam Ambrosio huiuscemodi Ædificium, vndè & ex hac locatione subduceretur etiàm iustificatio possessionis eiusdem Ædificij in personam Annæ Mariæ; oppositio hæc incontinenti ad vtrumque effectum reddebatur vèl nimis æquiuoca, vèl erronea: Et quidèm erronea, quià quamuìs ex ampla formula locationis de stylo similium Instrumentorum adhiberi consueta posset contineri sub eadem locatione vtraque Domus subsignata *littera B., & C.*, adhùc tamèn quantitas annuæ pensionis conuentæ in sc.55. detegebat, quod nullatenùs tàm vna, quàm altera Domus extiterit in locatione comprehensa: licèt namquè Domus indicata *sub littera B.* demonstraretur acquisita per Gasparem Patrem Annæ Mariæ mediante solo pretio sc. 100., vndè nimiùm ità abstractiuè exorbitaret correspondentia pensionis in sc.55. annuis; ex toto tamèn complexu satìs conuincebatur, locationem potiùs compatibilitèr cum assertione prædictorum Testium percutere hanc solam Domum descriptam *dicta littera B.* quia (vt ex accurato calculo conabantur ostendere informantes pro Ioanne Maria) demonstratio hæc deducta à quantitate pretij, seù pensionis facilè poterat retorqueri, dùm dempto canone sc. 20. 12. ½ præexistente super Domo *littera B.*, necnòn necessarijs reaptationibus, nimiùm è conuerso exigua remansisset pensio sc. 55., quandò similia Ædificia cum Fornacibus præcisiuè à quocunque Canone locari passìm consuescunt ad minùs pro annuis sc.65., vt in præterito *Summario* impresso Ioannis Mariæ *numer. 6.*

In omnem verò casum memorata suppositio non poterat ab æquiuocatione, & clara ambiguitate saluari, &consequentèr ab ineptitudine, vèl destruendi dictum præfatorum Testium, vèl patefaciendi dominium, & possessionem Annæ Mariæ in concursu tot contrariarum, & præponderantium probationum: Siquidèm cùm eidem Annæ Mariæ priuatiuè spectaret præfata Domus *B.*, & pro quarta rata Domus *C.* vnâ cum laborerio Fornacis, Campis, Areis, alijsque connexis, vtiquè detrahendo ex vna parte importantiam Canonis supradicti, insimùlque reaptationum facilè contingibilium, & ex altera adijciendo quantum importare posset lucrum quartæ partis alterius Ædificij *C.* in ordine ad vsum Fornacis ardentis, & exercitæ, profectò propriùs conuenta pensio
33 huic correspondebat intellectui, non alteri magìs læsiuo, & notoriè superexcedenti, vt in proposito interpretandæ dispositionis à circumstantijs magìs verisimilibus animaduertit *Rota coram Gregor. decis.384. num.2., & coram Coccin. decis.2305. num.62., in Romana Dotis 13. Iunij 1681. §. Insupèr in fine coram clar. mem. Card. Matthæio, & in Tyburtina Castrorum 12. Iunij 1699. §. Insubsistens paritèr, coram R. P. D. meo Mato.*

Superuacaneum propttereà reddebatur subiungere, quod huiusmodi locatio, etiàm priuatiuè attributa Annæ Mariæ, nèc præfatos Testes omninò destruebat, nequè aduersabatur promiscuitati Domus, & Ædificij, dùm respectu Testium potuit verbalitèr cum Ambrosio conueniri inhabitatio Cynthij, & respectu priuatiuæ possessionis pote-
34 rat occurrere conclusio, quod locans rem communem censetur in ordine ad se locare pro rata ad se tantummmodò spectante,sicuti etiàm pòst *Scapuc. de sing. success. lim. 2.*

num.

num.10., *& Borgnin. Canalcan. decis.25.numer.14.part.2.* affirmat *Pacion. de locat.cap.9. num.31.*, & comprobat *Rota decis. 229. numer.7.*, *& 8.*, *ac num.10. part.14. rec.*; vèl in omnem casum, quod locatio rei commu-
35 nis per vnum participem, vèl Socium exarata, alijs participibus, & Socijs non præiudicat, vti subnectunt *Michalor. de Fratr. part.3. cap.36. num.1.*, *& 2.*, *Pacion. de locat. dicto cap.9. sub num.28. vers. verùm*, *Rota Ianuen. decis.14. num.69.*, *Rota decis.475. num.3. apud Postb. de manut.*

Et ob id frustranea non minùs efficiebatur indagatio, an sola Anna Maria vsquè ad captionem pignorum Iudicialium exegerit ab Ambrosio hascè pensiones conuentas, ex apertissimo dilemmate, quod vèl illa locauerat solummodò Domum *B.*, & quartam partem Ædificij *C.*, coque casu æqissimè, vt par erat, in propriam vtilitatem exegerat, quod ad se priuatiuè pertinebat: Aùt verò
36 receperat affictus rei ad alios etiàm promiscuè spectantis, tuncquè iuridica subingrediebatur obligatio, retribuendi scilicèt ratam suam vnicuique Compossessori, vèl Condomino, per *Text. in leg. si quis putans*, *§. Siuè autèm*, *ff. commun. diuid.*, *Menoch. cons.46. num.7.*, *Carocc. de locat.*, *& conduct. part.3. tit. de re commun. num. 5. fol. 145.*, *Pacion. eod. tract. dicto cap. 9. num. 20.*, *& 27.*

Agnoscebant Defensores Ecclesiæ soliditatem præmissorum fundamentorum, & respectiuè responsionum, & maximè in adeò laborioso casu reportandæ restitutionis in integrum, proindèque vltimum subsidium reponebant pro affirmanda, siuè magis conuincenda priuatiua possessione Annæ Mariæ in consensu, vt suprà præstito per Cynthium Authorem Ioannis Mariæ eius Aduersarij traditioni Domus vnâ cum Fornace per illam in tabulis nuptialibus factæ sub expressione quoquè, quod eadem Domus ad vsum Fornacis existeret hæreditaria Gasparis eius Patris, necnòn in substentatione molestiarum, quas finalitèr Anna Maria perpessa fuerat ab Horatio cum successiua reportatione Mandati de manutenendo, solo dumtaxàt nomine expresso Annæ Mariæ: Sèd nequè vnum, nequè alterum motiuum visum est *Dominis* posse statuere Ecclesiam in ea sufficientia probationis, quâ indigebat, tùm ad infringendam rem iudicatam, ex *Iuribus* iam allatis, tùm ad suffocandam
37 præsumptionem Iuris ex coæquali successione in Bonis Baptistæ, & Municipali determinatione *Statuti Vrbis* deriuantem, secundùm ea, quæ in terminis huius secundæ conclusionis registrauère *Conciol. alleg. 22. num.12.*, *& Rot. decis.207. num.8. part.10.*, *decis.333. num.8.*, *& 9. part.11.*, *& decis.401. num.38. part.16. rec.*

Quò enim ad hoc postremum motiuum substentationis litis, & Mandati reportati, prona occurrebat responsio, quod à principio fuerat citatus etiàm Cynthius, & consequentèr quod iàm à primordio huius actus radicata potiùs remansit demonstratio compossessionis, & condominij: prætendere autèm, quod omissio adiectionis eiusdem Cynthij in subsequenti eiusdem Iudicij tela, & Mandato prodierit ex agnitione erroneæ credulitatis potiùs, quàm ex natura ipsius compossessionis, & condominij, reddebatur nimis æquiuoca, & audax diuinatio; quoniàm de præcitata essentia prædictæ communionis existit, quod vnusquisque
38 Condominus censeatur à Socio habere mandatum ad agenda, seù prosequenda, quæ sunt vtilia communioni, & Societati, pròut etiàm de Iure in communem vtilitatem conuertuntur ea, quæ subsequuntur à communi defensione, ex animaduersis in terminis primæ conclusionis per *Surd. cons.43. numer.9.*, *Mantic. de tacit. lib.7. tit.5. num.10.*, *Monac. decis. Bonon. 45. num. 7.*, & in pro-
39 posito secundæ *Postb. de manut. obseru. 73. num.40.*, *Rota coram Seraph. decis.970. numer.2.*, *& decis.640. sub num. 4. part. 2. recent.*

Demùm quòad alterum assumptum, siuè obiectum, assensus præstiti per Cynthium, exuberans non minùs obsistebat replicatio, quod antè omnia distinguere oportebat expressiones habitas in Capitulis matrimonialibus, & quibus nullum consensum Cynthius exhibuerat, ab illis deincèps factis in Instrumento ratificationis, cui Cynthius superaccessit, & consentijt; nàm Capitula matrimonialia nullam continebant præseruatiuam, nulla exprimebant certa Confinia, sed solùm illam amplitudinem verborum, & suppositionem, quod Fornax, eique adiacentia, & connexa forent de hæreditate Gasparis Patris Annæ Mariæ, vt ibi: *vna Fornace con tutte le Case, membri, pertinenze, & adiacenze già spettanti alla bon: mem. di Gasparo Monti appresso i suoi noti Confini*: proindèque etiàm quandò ampliores hæ enunciatiuæ, & respectiuè supposita, maiorem præseferrent duritiem, curandum tan-
40 tummodò erat de Instrumento ratificationis, eiusque importantia, quia nusquàm attenditur quid fuerit alieno nomine gestum, sed quid ratificatum, *Surd. cons.183. sub num.28. vers. ratificatio autèm*, *Rota coram Buratt. decis.136. num.6.*, *& coram Manzaned. decis.618. num.3.*, *& 4.*, *& in Romana Cambiorum 17. Februarij 1690. §. Non obstat, coram Reuerendiss. Manuel Episcopo Zamoren.*

Trutinando autèm verba Instrumenti ratificationis, præcipuè in confrontatione, seù contrarietate præmissarum præsumptionum, & pre-

& probationum pro Cynthio, & conſecutiuè pro Io: Maria perurgentium in hac nouiſſima Inſtantia reſtitutionis in integrum, illa neutiquàm apparuerunt talia, quæ valuerint concutere aduerſantia fundamenta, dùm vèl effectiuè proſternebautur, vèl ſanè admodùm eneruabantur, vt ad præcitatum effectum inuenirentur minùs habentia ponderis, ſeú præponderantiæ: Siquidèm quod fuerit in Dotem tradita ſub Capitulis = *vna Fornace con tutte le Caſe, membri, &c.* ſanè huiuſmodi aſſertio debilitabatur per verba Inſtrumentalia ratificationis, in quibus è conuerſo exprimitur = *Domus cum Fornace;* hæc etenim magìs limitata expoſitio aptiùs congruebat Domui per Gaſparem (vt pluriès diximus) acquiſitæ de proprio *dicta littera B.*, quia hæc erat adamuſſim Domus cum Fornace habituali cum ſua Plateola, ſuiſque in conſequentiam aunexis, ideòque vſquedùm huiuſmodi actus potiùs corroborat, quàm deſtruat demonſtrationes fauore
41 Cynthij, ſiuè Io: Mariæ ſtabilitas, maximè ob regulam, quod, quantum fieri poteſt, actus interprætari debeat, vt confeſſio, vèl conſenſus minùs præiudicet confitenti, & conſentienti, de qua *Rot. dec.366. n.5.par.1. rec.*, *in Romana reſtitutionis Hæreditatis 2. Aprilis 1696. §. Nèc relenare in fine coram bon. mem. Emerix* (intèr ſuas *deciſ.1323. numer.7.*), *& in Romana Caſtri Porciliani 20. Martij 1699. §. Quin in aduerſum, coram R. P. D. meo Muto.*

Magìs verò, quia Capitula Matrimonialia non includebant eam præſeruatiuam, quæ per Cynthium adiecta fuit in Inſtrumento ratificationis, ibi = *Sinè tamèn præiudicio omnium, & quorumcunque ſuorum Iurium per ipſum, vt aſſeruit, prætenſorum ſupèr Bonis, vt infrà aſſignan., & in dd. Capitulis expreſſis, & non aliàs &c.* abſquè eo, quod repugnaret, quod firmatâ intelligentiâ traditionis in Dotem reſpectu dumtaxàt Domus *B.* nihil haberet deſupèr Cynthius ad ſui fauorem præſeruabile, ſicutì in contumaciam fuerat reſponſum in *Deciſione* intermedia, & hodiè reuocata *diei 27. Iunij 1698. §. Nèc releuat, coram bon. mem. Vrſino.*

Inſtabat quippè palpabile dilemma, quod aùt Cynthius habebat in rei veritate aliquod Ius præſeruabile, pròut in ſubſtantia poterat habere, ſtante præcepto Baptiſtæ communis Patris, per quod iniunxerat Gaſpari, Cynthio, aliiſque filijs, vt viuerent in communione, donèc complerent annos 20., vndè Domus *B.* per eundem Gaſparem coempta, & deincèps iuxtà ſenſum, de quo ſuprà, tradita in Dotem, velutì quid acquiſitum durante adhùc demandata communione, poterat eſſe commune, ac ſibi promereri præſeruationem, ſaltèm ad finem, nè huiuſmodi præſeruatio tamquàm incongrua deturbaret ſenſum præfatæ reſtrictionis tra-
42 ditæ Dotis in ſola Domo *B.*; quia ſufficit, has præſeruationes, & verba in aliquo poſſe verificari ad effugiendam ſuperfluitatem, teſte *Surd. conſ.271. num.47.*, *Rot. deciſ.527. num.8. part.4 recent.*, *deciſ.310. num.9. coram Card. Cerro, in Romana Cambij 15. Maij 1699. §. Agnonet unt, & in Romana Pecuniaria 5. Iunij eiuſdem Anni §. Quapropter, cor. Me (tom.1. dec.89. n.11., & dec.93. n.20.)*

Aùt Cynthius nullum fouebat Ius præſeruabile ſuper Domo *B.*, eoque caſu ad euitandam eamdem ſuperfluitatem, ac inſimùl reſtringendam efficaciam conſenſus, ſiuè præiudicium ab eodem conſenſu prouenire valens, hæc præſeruatio ad omne peius operabatur, quod ipſe Cynthius in effectu ſimplicitèr intendebat ratificare Matrimonium, & Dotem, ſed inſimùl in nihilo ſibi detrimentum progignere velle declarabat, conſtipante diſcurſum axiomate generali, quod
43 nemo ſuum iactare velle præſumitur, de quo per *Text. in leg. Cùm de indebito, ff. de prob. cum ſuis concordan.* plenè *Barboſ. axiom.112.*

Addebatur in comprobationem animi ipſius Cynthij nolentis per hunc actum, ſeù conſenſum vllum ſibi irrogare præiudicium, quod vbi in Capitulis matrimonialibus per illud verbum dominicale = *ſpettanti* = fiebat aſſignatio in Dotem de Fornace cum Domibus, illiuſque pertinentijs velutì ſpectantibus *alla bon. mem. di Gaſparo Monti*, in ſtrictiori ratificatione Cynthius pòſt iteratæ præſeruatiuæ contextum ſuperappoſuit relatiuè antè Bona in abſtracto comprehenſa in Capitulis matrimonialibus illam Clauſulam, ibi = *& reſpectiuè reperta in hæreditate Gaſparis*, ſignum euidens, quod Cynthius nullatenùs intellexit in hoc actu, & aſſenſu binis vſquè præſeruationibus munito quidquam affirmare circà conſimilia verba dominicalia pertinentiæ, ſeſequè proindè coarctabat ad ea, quæ fuerant reperta in hæreditate Gaſparis, ſicquè non poterat memorata locutio Inſtrumenti ratificationis ità abſolutè, & illimitatè interprætari, vt non poſſet
44 recipere eum ſenſum benigniorem, qui ſempèr capiendus eſt fauore prætenſi obligati, vèl confitentis, iuxtà *Text. in leg. Si quis 66. ff. de iudic.*, *Rot. deciſ.561. n.6. part.1.*, & *deciſ.68. num.22.*, & *23. part.8. rec.*

Vrgentiùs, quoniàm etiàm traſcendendo confinia Domus *B.*, & ingrediendo alteram Domum *C.*, eiuſque adiacentias à Baptiſta communi Patre acquiſitas, ad ſummum conſenſus hic traſcendentalis Cynthij poterat, iunctâ reluctantiâ præſeruationum, concludere, quod vltrà præfatam Domum *B.*, eiuſquè ſitum, & adiacentias, cenſeretur conſenſus præſtitus aſſignationi etiàm pro quarta parte, quæ ad eamdem Annam Mariam

riam paterno Iure in Domo *C.*,illiusque annexis attinebat; consensus namquè sempèr
45 existimatur præstitus ad normam iuris vnicuique competentis, & non vltrà, præsertìm in actibus promiscuis, & communibus, ad notata per *Rot. decis.* 133. *num.* 11., & 12. *part.* 10. *rec.*

Sèd omnem submouebat hæsitationem, aùt saltèm conterebat efficaciam prætensionis Ecclesiæ in huiusmodi actu, & consensu fundatæ, diuersa prorsùs expressio Confinium: quippè in Capitulis dicebatur abstractiuè = *appresso i suoi noti Confini*; in Instrumento autèm compellantur pro Confini Bona eiusdem Cynthij; quamobrèm cùm propè Domum *B.* nihil possideret Cynthius, quod esset verè limitrophum, & confinans, sed solùm quamdam Domum detentam, siuè possessam iure Saluiani ex persona Thomasiæ suæ Vxoris, eaquè (vt patuit iu Accessu prioris Instantiæ, ac etiàm ipsorum *Dominorum*) intersecaretur à publica Via, pro-
46 fectò hæc non poterat deseruire pro confine, velutì de sui natura confinationem interrumpens cum Bonis tràns Viam, per *Text. in leg. Sed & loci in fin. ff. fin. regund.*, *Pacichell. de distant. cap.* 6. *membr.* 9. *num.* 4., *Modern. Mantuan. consult.* 103. *numer.* 21., *Rota decis.* 58. *num.* 25. *coram Ninot*, & *decis.* 566. *num.* 18. *part.* 18. *rec.*; hìnc necessariò erat inferendum, quod Bona Cynthij confinantia, siuè connotata pro Confinibus, alia non essent, nisi Domus, Fornax, cæteràque Bona contenta sub *litt.C.* vtpotè pro tribus ex quatuor partibus ad
47 eumdem Cynthium pertinentia, cùm sempèr Confine designatum intelligatur in ordine ad magìs adhærens, magisquè propinquum, vt pòst *Alexand. in leg. Si in nomine num.* 3., *ibiquè etiàm Castren. num.* 4. *vers. item quod si exprimit*, *Cod. de Testam.*, & *Roland. cons.* 67. *num.* 19. *lib.* 2. firmauit *Rot. decis.* 460. *num.* 3. *coram Cocciuo*.

Et ità à toto sui contextu conuulsis oppositis fundamentis, firmisque remanentibus illis primæ *Decisionis*, Domini mei etiàm in primo loco decisis persistendum esse censuerunt, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

REintegratio ad portionem controuersæ Fornacis petita per Io: Mariam de Montibus ex fratre nepotem Cynthij, qui spolium passus fuerat ex parte Ven. Ecclesiæ S. Mariæ nuncupatæ *della Consolazione*, habuit ex pòst suum plenarium effectum mediante etiàm taxatione, & respectiuè refusione expensarum: Quaproptèr Defensores Ecclesiæ succumbentis successiuè restaurarunt antiquam prætensionem aliàs excitatam priùs *coràm Vrsino*, deindequè *coràm Emerix Iun.* (ambobus Sacræ Rotæ Decanis) supèr refectione nonnullorum Melioramentorum, quæ per ipsius Ecclesiæ auctores facta asserebantur supèr dicta Fornace; Et licèt in hac quoquè prætensione Ecclesia succubuisset in trina disputatione habita sub diebus 1. *Iulij* 1689. coràm antedicto *Vrsino*, necnòn 24. *Nouembris* 1682., & 24. *Nouembris* 1692., & 28. *Nouembris* 1695. coràm præfato *Emerix* illius in Decanatu successore, vt liquet ex *decis.* 1082., & 1290. *coram Eodem*: Postmodùm tamèn Ecclesia canonizari obtinuit sui fauore refectionem pretij cuiusdam magnæ Attegiæ, vulgò *Capannone*, valoris scutorum 325. coràm prædicto *Emerix Iun.*, sicutì resultat ex alia *dec.* 1330. intèr eius impressas, & in eodem sensu *Rota* perstitit die 15. *Decembris* 1702. *coràm bon. mem. D. meo Ansaldo* in Causa intitulata *Romana Fornacis supèr Melioramentis*, vt patet ex *Decisione* desupèr ab *Eodem* extensa, & in sequenti *Volumine* registranda.

Intèr quinque Libros, quos quilibet Parocus penès se retinere debet, quiuè *Parochia-*
48 *les* nuncupantur, præcipuus est ille, in quo describi solet statùs Animarum sub districtu Parochiæ degentium, hicquè Liber saltèm de triennio in triennium est renouandus: Secundus vocatur Liber *Baptismatum*, in quo omnium Baptizatorum nomina cum designatione eorum Parentum, & Obstetricis, necnon Compatris, & Commatris iuxtà seriem temporum recensentur; Tertius est Liber *Confirmatorum*, in quo annotantur omnes vtriusque sexus, qui in confirmationem S. Fidei Sacro Crismate vnguntur: Quartus est Liber *Matrimoniorum*, & quintus *Mortuorum*, de quibus latè *Barbos. de Paroch. cap.* 7. *ex num.* 1. *ad* 17., *Fusc. de Visit. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 24., & *seqq.*, *Crispin. de Visit. Pastoral. part.* 3. §. 9. *num.* 6., *Monacell. in Formular. pract. For. Eccles. part.* 1. *tit.* 10. *in præfat. num.* 1. *ad med.*

In ordine autèm ad primum Librum sta-
49 tus Animarum, ex quo in præinserta *Decisione num.* 31 dicitur (licèt nemine allegato) probatum remanere, quod quis eo tempore habitabat sub tali Parochia, idipsum habetur apùd *Rot. decis.* 86. *num.* 2. *part.* 19. *rec.* quam refert, & sequitur *Romaguer. ad Constit. Synod. Gerund. lib.* 5. *tit.* 9. *cap.* 4. *num.* 3., & dictum fuerat *suprà decis.* 127. *num.* 45.

Nedùm verò ex prædicto Libro status Animarum iustificatur affirmatiua, quod quis de tali tempore habitaret sub propria Ecclesia Parochiali, sed æquo modo pro-
50 batur negatiua, quod de illo designato, & controuerso tempore quis iuibi nullatenùs habitaret, si de eodem præciso tempore non appareat in præfato Libro descriptus vt respondit *Rot. in Romana Primogenituræ*

de Bubalo supèr liquidatione pensionum Palatij, & aliorum Bonorum ad Cloacam 1. Iulij 1720. §. E' contrario, coram Lancetta, quæ erit in *Vol.5.* suarum *Decisionum* non adhùc in lucem edito.

Quod tamèn non procederet, si ex depositione Testium formitèr examinatorum
51 probaretur, quod quis de illo controuerso tempore effectiuè habitabat sub tali Parochia, tùnc enim huiusmodi depositiones Testium præponderarent simplici fidei Parochi asserentis, illum non reperiri tùnc temporis, seù sub eo anno descriptum in Libro status Animarum, cùm iste defectus descriptionis tribui valeat incuriæ Parochi, quæ non debet veritati, & Partibus præiudicare, vt in specie resolutum fuit per *Rot. coram Card. Caprar. decis.347. num.7.*

A. Lupardus.

NARNIEN., SEV' INTERAMNEN. BONORVM.

Lunæ 29. Martij 1700.

ARGVMENTVM.

Reintegratio non competit non docto de præcedenti possessione, quæ tamquàm quid facti non præsumitur, nisì probentur actus possessorij; nèc sufficit iustificare possessionem in genere, vbì in contrarium adsunt Testes deponentes in specie de actibus possessorijs per alteram Partem exercitis. Cœtera habes ex *Summario.*

SVMMARIVM.

1 *Ad iura semèl voluntariè renunciata non datur ampliùs regressus.*
2 *Reintegratio ex capite ast. spolij non competit, nisì doceatur de præcedenti possessione, &* n.13., & 18.
Et ad hunc effectum possessio debet plenè, & concludentèr probari, n.9.
3 *Testes deponentes de simplici auditu non probant.*
4 *Possessio tamquàm quid facti non præsumitur, nisì iustificentur actus possessorij.*
5 *Testes deponentes in specie de actibus possessorijs præferuntur alijs de possessione in genere tantummodò deponentibus.*
6 *Testes plenè probant contrà Partem, quæ illos induxit.*
7 *Identitas Bonorum probatur ex verificatione duorum Confinium.*
8 *Remedium reintegrationis præscribitur spatio 30. annorum.*
10 *Verisimilitudo dicitur imago veritatis.*
Prònt è contrà inuerisimilitudo dicitur imago falsitatis, ibid.
11 *Dominia, possessiones, & Confinia præsumuntur immutata pòst lapsum longissimi temporis.*
12 *Alluuiones quandoquè sunt causa incrementi, & plerumquè etiàm decrementi, &* n.14.
15 *Mensuratio dicitur probatio inuariabilis, ac præualet quibuslibet contrarijs discursibus, & præsumptionibus.*
16 *Probationes clariores, & validiores sempèr in dubio præferuntur.*
17 *Alluuio contingens circà Bona communia æqualem omnibus affert vtilitatem.*
19 *In dubio iudicandum est pro Reo, & possessore.*
20 *Planta iudicialis ad omnes effectus plenè probat.*
21 *Actore non probante Reus absoluitur.*
22 *Identitas probatur ex verificatione Confinis inuariabilis, & respectiuè excluditur ex non verificatione talis Confinis, &* n.23.
24 *Possessor releuatur ab onere quidquàm probandi circà iustitiam suæ possessionis.*
25 *Testes examinati calore iudicialis Accessus in faciem loci plenè probant.*
Signantèr in materia probationis Confinium, ibid.
26 *Termini habentes Tegulas respicientes fundum Vicini ad quid deseruiant.*
27 *Amor propriæ Patriæ vt plurimùm interuertit rectum intellectum etiàm sinè positiua malitia.*
Et de ingenito cuiusque amore ergà propriam Patriam, ac de effectibus indè resultantibus, vide à n.31. vsquè ad fin.
28 *Declaratio Periti non attenditur, quotiès destruit substantiam eius præcedentèr factæ relationis.*
29 *Confessio ad hoc, vt præiudicet confitenti, debet esse clara, & limpida, non verò subaudita, & æquiuoca.*
30 *Transactiones, Compromissa, & Laudæ plerumquè sunt initia nouarum litium.*
32 *Subsidia dotalia relicta pro Puellis nationalibus dari debent prælatiuè Puellis illius Ciuitatis, vel Loci, vndè Testator ortum duxit.*
33 *Hystorico scribenti supèr Fastis, & Priuilegijs propriæ Patriæ parùm in Iudicio est deferendum.*
Et de ratione, ibid.

DECISIO CXLII.

PRæuio personali ad differentiæ locum Accessu protulit A. C. Origus Sententiam fauorabilem Beneficiatis S. Luciæ Ciuitatis Interamnen. aduersùs Capitulum, & Fraternitatem Cathedralis Narniæ, contendentes, quoddam conterminum Territorium vtrinquè pertinere, & respectiuè retinere pro indiuiso; cuius Iudicatum cùm in præsenti Audientia fuerit in Statera interpositæ appellationis collibratum, *Domini,* etiàm tun-

funditùs, ac ex integro de more penetratâ eius Iustitiâ, petitam à præfato Capitulo, & Confraternitate tàm manutentionem, quàm reintegrationem impartiri absolutissimè abnuerunt.

Et quidem statim apparuit, negocium esse planum, & fermè in hiscè actionibus possessorijs indisputabile; quoniàm, respectu manutentionis, superuacaneum videbatur tempus absumere, dùm iàm Capitulum, & Confraternitas coràm prælaudato A.C. Origho per organum Procuratoris bis huic Iudicio renunciauerant, ipsamque renunciationem solemnitèr emologando ratificarunt: quapropter eâ saltèm non sublatâ de medio, ope alicuius rescissionis, vèl opportunæ declarationis Prætoriæ, aùt præcedentis restitutionis in integrum, ni-
1 mìs de plano obsistebat Actoribus vulgata propositio, quod ad iura semèl voluntariè relicta, & renunciata, nullus ampliùs dari valet regressus, *Posth. de manuten. obser.57. num.8. & 36., Rota coràm Durano dec.158. num.2. & 3., & in recen. decis.122. num.4. & 5. par.6., & in Romana, seù Reatina fideicommissi 2. Decembris 1697. §. Iàm verò, coràm R.P.D. meo de la Tremoille.*

Respectu verò alterius paritèr possessorij in vim *Cav. Reintegrandæ 3. quæst.1.* succumbentes paritèr claudicare visi sunt in primo passu, videlicèt in probatione necessarijssimæ iustificationis quòad præcedentem
2 possessionem, sinè qua, tanquàm ex deficientia præliminaris extremi, neque concedi, neque flagitari posse reintegrationem, nemo ignorat, ex deductis per *Menoch. de recuper. possess. remed.15. n. 383. cum seqq., Rota coràm Coccino decis. 2018. num.1. cum tribus seqq., & in recen. decis.251. num.4. par.6., decis.16. num.1. par.7., decis.486. num.1. par.9., & decis.105. num.1. par.17.*

Non etenìm ad hunc effectum in aliqua consideratione promerebantur haberi assertiones trium Testium, quos ad huiusmodi stabiliendam intentionem ijdem succumbentes adduxerant: Vltrà enim quod de sim-
3 plici deponebant auditu, proindèque nequibant vllum gradum legitimæ probationis sibi vsurpare, per regulam *Text. in cap. licèt ex quadam, de Testib.*, de qua *Castald. consult. forens.109. num.16., Rot. decis.194. num.18. par.18., decis.297. num.11. par.19. rec., & in Romana Associationis 13. Ianuarij 1698. §. Tertiùs vers. secundus, coràm Me (decis.24. num.11. tom.1.)*

Corruebat etiàm in releuantia quælibet imago, nedùm soliditas dubitationis, dùm neque hi Testes deponebant de positiuis
4 actibus possessorijs, sinè quibus omnis possessio, quæ non fuerit ex aliquo Statutario beneficio translata, neutiquàm tanquàm quid facti, non meræ opinionis, aùt Iuris, fundata, siuè comprobata reputatur, ad tradita per *Posth. de manut. obseru.19. nu.4., & obseru.23. num.1. 2. & 15., Rot. coràm Manzanedo decis.569. num.2., coràm Coccino decis. 1816. num.3. & 4., coràm Cerro decis.107. num.1., & decis.124. nu. 10. par.18. recen.*

Eòque præsertìm, quià ex opposito victores, siuè Beneficiati S. Luciæ per vniformem plurium Testium, limpidamque depositionem ostendebant de pluribus actibus gestis, & vndequàque redolentibus possessionem fauore ipsorum Beneficiatorum, quinimò signantèr vnus ex memoratis Testibus à Capitulo, & Fraternitate productis ingenuè fatebatur, Interamnenses Terrenum hoc à Saltu, & Nemore redegisse ad Aratrum, vèl Pascua luxuriantium herbarum; proindèque non erat ambigendum, quominùs Beneficiati, quibus fortè sat erat vincere per non ius Capituli, forent citrà scrupulum euidentiùs in probatis, tùm habita ratione ad Testes ex eorum parte inductos,
5 quiuè ex hoc capite testificationis circà actus possessorios erant præferendi, tùm inspecta retorsione Testis à Capitulo inducti, quiuè
6 paritèr contrà ipsum regularitèr vim, & probationem facere sempèr consueuit, secundùm ea, quæ in ordine ad primam conclusionem aduertuntur per *Posth. de manut. obser.71. num.84. & 86., Rot. post eumdem decis.170. num.6., & decis.229. num.15., & in Sabinen., seù Ciuitatis Castellanæ Inundationis 1. Iulij 1699. §. Pariformi in fine, coràm R. P.D. meo Muto*, & circà alteram penès *Rot. decis.35. num.4. par.19. recen., & in Asculana fideicommissi, seù Domus supèr pensionibus 4. Iulij 1696. sub princ. coràm R.P.D. meo Pio, in Romana Grani 17. Iunij 1697. §. Restabat, & in Romana Testamenti 11. Martij 1699. §. Adhùc, coràm Me (decis.11. num.9., & decis.77. n.13. tom.1.)*

Atquè hæc rigidè, & strictè superabundare videbantur in hac Instantia possessoria absquè alio improbo labore perscrutandi in profundo boni Iuris merita quodammodò negocij, siuè examinandi prætensa iura Capituli, quæ à quibusdam peruetustis transactionibus eliciebantur: Sèd nè sicco nimìs pede diiudicaretur, Mare magnum consarcinatarum difficultatum *Dominos* transilire voluisse, ex eorum solita, solertique maturitate à principio vsquè ad imum metiri illarum altitudinem, ac subsistentiam minimè renuerunt.

Incipiendo itaquè à primæua transactione anni 1600., frustrà apparuerunt innixi Capitulum, & Fraternitas supèr eo, quod in eadem concordia pro confinibus Bonorum communium intèr ipsum Capitulum, & Beneficiatos designarentur Bona Monasterij S. Bernardi, necnòn alia Bona propria corum-

rumdem Beneficiatorum, ac deniquè Flumen Naris apud Geographos, & Viatores celebre, & fortunatum ex casu Velini; ideòque cùm hisce tribus Confinibus adstipularetur etiàm Regio generalis, seù Contrada *dell'Anticario*, hodierna verificatio eorumdem trium Confinium, & Contradæ circà Bona prætensa pro indiuiso, manifestaret,
7 illa ad tenorem Concordiæ remansisse communia, cùm in fortioribus pro asserenda identitate soli duo Confines sufficiant, *Bartol. in leg. demonstratio num.14. ff. de condit. & demonstr., Rot. decis.357. num.8. par.17. rec., in Romana Immissionis 28. Iunij 1686. §. Nàm respectu, coràm bon. mem. Albergato, & in Spoletana fideicommissi 13. Februarij 1699. §. Inchoando, coràm R.P.D. meo Priolo.*

Siquidèm præcipuè à generaliori responsione, quod carente Capitulo, & Fraternitate probationibus connotantibus actus abindè citrà possessorios, parùm ad effectum petitæ reintegrationis valebat conducere moderna Confinium iustificatio, dùm idem Iudicium
8 reintegrationis, seù prædictus *Canon Reintegrandæ*, inquantùm existit remedium possessorium, spatio tricennario suffocatur, atque præscribitur, ex congestis per *Spad. cons.139 per tot. lib.1., Gratian. discept. forens. cap.173. num.1. & seqq., ibiquè Carol. Anton. De Luca in animaduers. num.3. & 4., Gob. consult.77. num.38., Rot. decis. 1360. coràm Seraphino, dec.535. num. 11. par.4. tom.3., decis.229. num.28. par.14., & decis.166. num.15. par.15. rec.*

Attamèn iuxtà Mappam, loco Accessus, *Dominorum* oculis distributam, cùm controuersia resideret supèr Terreno *flaui coloris*, circà quod nullum, vt diximus à Capitulo fuerat exhibitum documentum effectiuæ possessionis in communi, seù pro indiuiso, vtiquè non negabatur, quod hoc Terrenum adiaceret intrà Confinia superiùs memorata; Verùm quia reales actus possessorij coarctabantur ad limitrophum Terrenum in eadem Mappa delineatum *colore rubro*, & hoc pariter postremum Terrenum sub ijsdem omnibus Confinibus includebatur, probatio hæc à prædicta transactione deprompta comparebat æquiuoca, ac non omninò concludens punctum controuersiæ, & idcircò inef-
9 ficax ad canonizandam reintegrationem, quæ suaptè naturâ exigit, vt digito demonstretur præcedens possessio rei prætensæ apùd spoliatum, vt inquit *Rota coràm Zarat. decis.38. num.3., coràm Bichio decis.63. nu.14., & decis.72. num.3., & in Meleuitana Domus 28. Aprilis 1698. §. Ex hoc igitùr, coràm bo. me. Vrsino.*

Eiusdemque facilis solubilitatis comperta est catenatio proximæ alterius concordiæ intèr Collitigantes ex vna parte celebratæ cum altera Monasterij S. Bernardi de annò 1605.; licèt enim magnum, vt dici solet, desupèr festum fieret à Capituli Defensoribus, dùm inibi liquebat, ad vtriusque collitigantis vtilitatem cessa per Monasterium fuisse rubra decem Terreni cum dimidio, siuè 84. mensuras vulgaritèr compellatas *Solli*, vndè (subiungebant) si vigore huius transactionis Capitulum in loco disputato sortitum erat vltrà Terrenum præcedentèr commune ad minùs rubra 5. circitèr, aùt, quod idè est, in communi possidere debebat rubra præfata *decem cum dimidio*, & quomodò captiuari poterat intellectus ad opinandum, quod humus pro indiuiso detenta hodiè restaret *vn triangoletto di terra di mezzo Sollo à seme in circa, cioè la metà della metà d' vn ottaua parte di vn rubbio*; vèl ponderata alia nouissima transactione, de qua inferiùs, paulò plus extenderetur, nempè *à noue Solli*, quandò in similibus conflictationibus caligi-
10 ne dubietatis aspersis præmaximè attenditur, ac pollet verisimilitudo, imago veritatis, pròut inuerisimilitudo est icon falsitatis, teste *Gratian. discept. forens. cap.883. num.6. ibiquè Carol. Anton. De Luca num.2., Modern. Argentan. collect. legal.44. nu.137. cum duobus seqq. tom.2., Rot. in rec. dec.234. num.17. par.7., & in Romana, seù Portuen. Tenutarum supèr excessibus 5. Decembr.1692. §. Neqùe ad protrahenda, coràm bo. me. Emerix* (nùnc intèr suas *decis.1086. n.17.*)

Pariformitèr enim parùm concludens ad intentum, & hæc secunda transactio visa est; nàm, vt efficax aliquo modo dici posset, ostendi, si non de facto, saltèm de Iure debuisset, quod à possessione probata per Sæculum fermè antè controuersiam inferri valeret ad possessionem de tempore eiusdem controuersiæ, dùm nedùm dominia, verùm
11 & possessiones, alio non apparente de medio, per interuallum adeò diuturnum, immò etiàm minus, censentur immutata, ex ponderatis per *Decian. cons.27. nu.14. lib.2. Rot. decis.102. num.5. coràm Ottbobon., decis.124. num.16. coràm Bichio, decis. 161. num.12. & seqq. par.15., & decis.336. nu.9. par.18. recen.*

Fortiùs verò, quià Terrenum ex hac transactione anni 1605. diuisum cum Monialibus S. Bernardi proueniebat à beneficio al-
12 luuionum, sicquè, quemadmodùm alluuiones fuerant causa incrementi, poterant in tàm longæua intercapedine similitèr extitisse motiuum decrementi, iuxtà illud Iob: *Dominus dedit, Dominus abstulit*; maximè dùm etiàm de recenti, nimirùm de anno 1672. & 1673., tales inundationes erupisse, ostendebat quædam alia Transactio exarata de anno 1689. *Summario* Capituli *num.5.* sicquè retento principio, quod spoliatus tenetur edocere de re possessa

tem-

13 tempore spolij, profectò neque ad præsens, neque tunc apparebat de vlla possessione Capituli, & ob id semper desiderabatur extremum necessarium ad obtinendam reintegrationem, sicuti vltrà superiùs allegatos prosequitur *Menoch. cons.*104. *num.*63., *Rot. coràm Merlino decis.*25., *&* *decis.*775. vtrobique *num.*1., *coràm Cerro decis.*410. *num.*3. *&* 4., *&* *in Romana Fornacis* 4. *Decembris* 1697. *§. Vrgebat namquè*, *&* 21. *Iunij* 1698. *§. fin. coràm bo. me. Vrsino*, *&* 26. *labentis mensis §. Appensis namquè*, *coràm Me* (vt in proxima præcedenti *decis.* 140. *num.*1.)

Neque maiorem tertio loco fauore Capituli efficaciam parabat tertia, & penultima transactio, præuia relatione Peritorum subsequuta de anno 1664.; nàm respectu quantitatis Terreni prorsùs ad oculum profligabatur, ac destruebatur Capituli suppositum, vigore quippè literæ huius transactionis stabiliebatur dumtaxàt, quod Bona respicientia Ciuitatem Interamnæ propria forent Beneficiatorum; illa verò protendentia ad aspectum alterius Ciuitatis Narniæ perseuerare, seù remanere deberent in communi. Ast huiusmodi forma loquendi lubentiùs aduersùs Capitulum retorquebatur; Terrenum namquè *rubro colore* præfiguratum, vt extabat Tenedos è conspectu Troiæ, hodiè iacet iuxtà Plantam adamussìm è conspectu Narniæ, & è conuerso *flauâ limphâ* depictum respicit Interamnam: & quatenùs per hypothesim hoc non ità ad digitum appareret, id ipsum causabat inuolucrum, & ambiguitatem semper fatalem Capitulo in hoc Iudicio reintegrationis; Quinimmò in rei veritate, si qua extaret ambiguitas, illa tolleretur ex relatione, quæ præfatam transactionem anni 1664. præcesserat, quoniàm in ea decernitur, quod vltrà mensuram di *mezzo sollo* antiquitùs præexistentem (vt etiàm suprà tetigimus de anno 1600. ad commodum Capituli) aliæ quatuor consimiles cum totidèm spectantibus ad Beneficiatos poni deberentur in communi, *Summario* eiusdem Capituli *num.*7. Quamobrèm duo ex hoc satis perspicuè deducebantur,
14 vnum, quod totum illud incrementum proueniens ab alluuionibus, & bipartitum de anno 1605. cum Monialibus S. Bernardi, ex iniuria contrariæ abrasionis, siuè alluuionis etiàm decreuerit, secundùm mòx animaduersa; & alterum, quod cùm Terra *rubri coloris* circumcircà peræquet mensuram *nouem sollorum*, profectò palpabile erat, quod eadem Terra *rubri coloris*, & non longè latior illa *aurei* pertineat pro indiuiso ad
15 hodiernos Collitigantes: respondentia etenìm mensuræ in his circumstantijs excellentior est multis alijs discursibus, & meditationibus, ex traditis per *Hieron. de Mont. de fin. regund. cap.*86. *num.*10. *inter tract. fol. mihi* 354., *Gratian. discept. cap.*790. *num.*7., *Rot. decis.*477. *num.*11. *par.*9. *rec.*, *&* *in Bonon. Prædij* 23. *Ianuarij* 1699. *§. Tertiò magis*, *coram Me* (*dec.*69. *n.*11. *tom.*1.)

Agnoscens fortè Capitulum stabilitatem horum fundamentorum conuolabat ad nimiùm aberrantes in proposito subtilitates, & quodammodò idæalia ratiocinia, videlicèt, quod cùm vigore eiusdem transactionis fuerint appositi quatuor Termini lapidei, seù marmorei Tyburtini, eorum indigitatio facta sub eadem transactione patefaceret, quod ille paruus triangulus in concordiæ sequelam remanere debens communis, neutiquàm foret ille memorato *rubro colore* depictus, sed propriùs tùnc temporis consisteret propè illum Mappæ locum *litt. R.* signatum, idquè conuinci supponebatur ex vnico hodiè Termino reperto sub *litt. D.*, qui dicebatur esse vltimus, & non primus, dùm is respicere debebat Territorium Collis Scipionis, & Stronconis, & vltimus habere frontem ergà alterum Territorium Cæsium, prout alij omnes paritèr debebant ergà idem Territorium dirigi per rectam lineam, quæ sanè omnes demonstrationes magis ex aspectu congruebant, quotiès primus Terminus, hodiè casu, vèl per industriam ablatus, ab oculis intellectus suppleretur, siuè appone-
16 retur sub *litt. Q.*, ex quo in hisce obscuritatibus semper vincit, qui plures, ac fortiores numerat, vèl ponderat demonstrationes, sumpto argumento *Text. in leg. quæritur*, *ff. de statu homin.*, & appositè *Rot. decis.*387. *num.*1. *par.*14. *rec.*, *&* *in Sabinen. seù Ciuitatis Castellanæ Inundationis* 1. *Iulij* 1699. *§. Pariformitèr in fine*, *coràm R. P. D. meo Muto*.

Hac autèm hypotesi firmata de plano consequebatur (vti authumabat Capitulum) quod Terrenum *flaua aspersione coloratum*
17 in Mappa, tanquàm beneficio subsequentium Alluuionum perauctum, censendum esset commune, prout erat præfatus triangulus, ad regulam in hac materia Alluuionum resultantem à *leg. si fundus in princip. ff. de pignor. & hypothec.* cum alijs *in dicta Sabinen.*, *seù Ciuitatis Castellanæ Inundationis* 11. *Ianuarij* 1700. *§. Certi enim*, *coràm R. P. D. meo de la Tremoille*.

Verùm, vt præmisimus, huiusmodi præsupposita ratiocinia à patientia *Dominorum* accuratissimè, licèt ad abundantiam dispuncta, sapere visa sunt potiùs quamdam idæalitatem, quàm solidam realitatem, recurrente antè omnia eodem principio immedicabili, quod qui petit reintegrationem ar-
18 ctatur ad iustificandum preambulam possessionem in loco prætenso: de qua sanè possessione sub prædictis litteris *Q. & R.* expòst adauctis ex parte Capituli pro maiori intelligen-

ligentia vnà cum duabus litteris *S.* & *T.* nèc vllum vestigium præbuit Capitulum ; & nihilominùs minimè subsistebat, quod tantummodò locus dictarum litterarum *Q.* & *R.* aspiceret Territorium Collis Scipionis, & Stronconis, nàm, & paritèr *locus rubeus* connotatus cum litteris *I.* & *L.* frontem, & aspectum dirigebat ergà mòx enunciata Territoria, itàut fermè æquo modo ab adiacente Termino remanso sub *litt. S.* prætendi posset linea percutiens prælaudata Territoria Collis Scipionis, & Stronconis, proindèque sempèr probationes Capituli sistebant
19 in gradu æquiuocationis, ac magnæ dubietatis, & in dubio iudicandum erat pro Beneficiatis Reis, & possessoribus, *vulg. leg. Fauorabiliores 168. ff. de reg. iur., cap. ex litteris 3. de probat., Modern. Argentan. collect. leg. 39. num. 130. vol. 1., & collect. 50. n. 187. vol. 2., Castald. consult. forens. 258. num. 22., Rota decis. 317. num. 45. coràm Bichio, decis. 151. num. 11. par. 8., decis. 520. num. 101. par. 14., & decis. 253. num. 7. par. 16. recen.*

Subalternans verò præsuppositio Capituli, quod solummodò situatio, in qua reperiuntur litteræ *Q.* & *R.* protenderet *verso Cesi*, vt exprimitur in concordia, non minori defectu æquiuocationis sauciabatur ; quià protrahendo, figurandoque Terminos à prædicta littera *S.* vsquè ad litteras *T.* & *V.* directius resultabat aspectus, & protendentia *verso Cesi*, sicutì palàm liquebat ex inspectione Mappæ concordatæ, & à cuius tergo (pro firmanda forsàn identitate, & præpedienda possibili transportatione, siuè suppositione alterius) A. C. Orighus, qui personaliter accesserat, Sententiam inscripsit,
20 ac subscripsit : Mappa enim, illiusque ocularis inspectio, quæ fuit concordata, firmat statum indubitabilem, *Hieron. de Mont. de finib. regund. cap. 31. num. 5. in magn. tract. tom. 3. par. 2. fol. mihi 340., Posth. de manut. obseru. 101. num. 14., Gratian. discept. foren. cap. 595. n. 5. ibiquè Carol. Anton. De Luca in animaduers. num. 11., Rot. pòst Pacichell. de Distant. decis. 7. num. 2., & coram Ottbobon. dicta decis. 102. num. 14.*

Quìn adiuuaret Capitulum alterum refugium, quod cùm à primo Termino ad extremum, secundùm litteram transactionis, deberet intercedere mensura cannarum, vt vocant 60., mensura hæc non esset implebilis proptèr intersecationem antiqui Aluei cum *litt. O.* in eadem Planta demonstrati, atquè in transactione pro contiguo nuncupati, & consequentèr nèc etiàm verificabatur altera mensura nouem *Sollorum* per Peritos sub ipsa transactione affirmata : Quoniàm, quidquid Capitulum contenderet circà moderniorem translationem Aluei, hodiè existentis lòngè remotiùs sub littera *HH.* & *F.*, incidebat tamèn eodem modo in eamdem improbationem suæ intentionis, cùm non doceret de tempore transactionis, quod Alueus consisteret in loco *litt. O.*, & idcircò
21 sempèr hæc machina præsuppositorum fundabatur in aere, & labebatur ex sola regula = *Actore non probante &c.*, de qua in *leg. qui accusare, Cod. de eden., leg. Actor, quod asseuerat, C. de probation., Barbos. tractat. var. axiom. 10. num. 2., Rot. decis. 685. num. 6. par. 18. & decis. 209. num. 37. par. 19. rec.*, & in his terminis *Decian. cons. 17. num. 20. lib. 3., Hieron. de Mont. de finib. regund. cap. 48. sub num. 5. & 6. in magn. tract. tom. 3. par. 2. fol. 345., Sperell. decis. 178. n. 36. & 37.*

Cœterùm, vltrà regulam præfatam, Beneficiati insurgentes meritò conclamabant, eorum defensionem, etsi sufficientèr paratam ex præmissis, ad superabundantiam constipari per geminas, easdemque constantes demonstrationes ; quarum prima erat (vt suprà etiàm tetigimus) quod Peritia inserta in hoc Instrumento transactionis declarauerat, supradictos quatuor Terminos fuisse appositos contrà frontem Terreni liberè spectantis ad Beneficiatos, sub vlteriori illa explicatione, quod illa erant Terrena liberè attinentia eidem Beneficiatis, quæ prospectum habebant *verso Terni*, triangolus verò communis *verso Narni* : Ast per Plantæ rimationem secluso Terreno *flauo colore*, ac figuratis Terminis à *litt. D.* ad imum descendentibus iuxtà intentum Capituli, non erat ab eo assignabile Terrenum, quod liberè pertineret ad Beneficiatos, & insimùl Territorium Interamnæ conspiceret ; Qua-
22 proptèr ob deficientiam huius inuariabilis demonstrationis rectè, vt diximus, ex opposito verificabilis in Terreno *rubicundæ aspersionis*, præcellere ius eorumdem Beneficiatorum in fraternizantibus terminis Confinium inuariabilium dixit *Rota in Anagnina, seù Sublacen. Confinium supèr manutentione 4. Iulij 1692. §. Et in omnem casum, & 23. Februarij 1693. §. Nec ad euitandum*, & in alia *supèr bono Iure eiusdē diei, & anni §. Quoniam, coràm bo. me. Emerix, & in Romana, seù Portuen. Tenutarum supèr excossu 5. Decembris 1692. §. Hacque, coràm eodem b. m. Emerix.*

Secunda demonstratio erat, quod cubitalitèr in transactione, seù declaratione Peritorum legebatur loquendo de primo Termino (sicuti & id ipsum repetitum fuit respectu aliorum), quòd foret *lauorato, e segnato nella faccia verso le Terre libere de Signori Beneficiati di S. Lucia con lettere S. L. F. S. I.* ; ac propterea cùm in prædicto formali Accessu A. C. Orighi vnicus Terminus ab iniuria hominum, vel tempestatum præseruatus comparuerit, per laborerium, & litteras inspicere Terras *flaui coloris* attinentes ad Beneficiatos, Communitatemque Interamnæ : hæc sanè non æquiuoca, sed

23 sed analoga, & vniuoca præfulgebat insuperabilis quoquè verificatio, quæ maximè attenditur pro diremptione similium controuersiarum, ex animaduersis per *Menoch. cons.147. num.2., Valenzuel. cons.100. n.42., Mascard. de probat. conclus.194. num.1., & seqq., Episc. Verulan. ad Statut. Fauent. obseru. ad rub. 37. num.15. lib.3. tom.1., Rot. pòst Pacichell. de Distant. decis.13. num.19., coràm Caual. decis.578. num.3., & in Rec. decis.310. num.6. par.13.*

Istaque omnia adeò apùd *Dominos* præualuêre fauore Beneficiatorum, nullam ex eo-
24 rum parte tamquàm possessorum de cœtero probationem adstruere obligatorum, vt quodammodò despexerint aures præbere alijs, licèt fortè non leuibus animaduersionibus eorumdem Beneficiatorum, qui ad exuberantiam quoquè ostendebant, tantum abesse, vt Terminorum situatio subsisteret eo modo, quo opinabatur Capitulum, nempè per rectam lineam à *litt. S. ad Q.*, quodque antiquus Alueus de tempore Concordię locum occuparet signatum *litt. O.*, sicuti etiàm suprà memorati sumus, quìn potiùs quatuor Testes in faciem loci, & in ipsa formalitate Accessus examinati vnanimitèr de proprio visu deposuerunt, quod deficientes Termini sempèr cum litteris præfatis *S. L. F. S. I.* sculptis à latere Terreni *flaui coloris* progrediebantur propè Ripam ipsius Aluei, quod verificabile non fuisset, quandò Alueus iacuisset sub *litt. O.* ob claram carentiam mensuræ 60. cannarum; hiscè verò Testibus, plusquàm iudicialitèr calore
25 Accessus testificantibus, propriumque visum pro causa scientiæ allegantibus, plenissimam fidem adhibendam esse, palàm est, & in specie Confinium ponderarunt *Mascard. de probat. conclus.395. num.6., Rota in dicta Anagnina, seù Sublacen. Confinium supèr manutentione 4. Iulij 1692. §. Nec obstat, vers. tùm etiàm, & supèr bono Iure 23. Februarij 1693. §. Eòque certiùs, coràm bo. me. Emerix, & in dicto Sabinen., seù Ciuitatis Castellanæ Inundationis 27. Ianuarij 1698. §. Causa, & §. seq. coràm R. P. D. meo de la Tremoille, & prima Iulij 1699. §. Pariformitèr, coràm R. P. D. meo Muto.*

Rursùs paritèr quodammodò posthabita fuit reflexio, quod amoto Termino vnicè, vt diximus, præexistente de tempore Accessus, compertum fuit, quod ipsi in superiori extremitate appodiabantur duo Lateres, seù Tegulæ aspectu ferientes vèl Palatium rurale Ciuis Interamnensis, vèl Bona Beneficiatorum; vndè quidquid ad inuicèm contenderent vtriusque Collitigantis Periti,
26 probabiliùs videbatur, quod hæ situationes Tegularum starent ad significandum vetitum progressum, & respectiuè subtùs includendum, quod erat confinatum, & commune, ità punctualitèr censente *Corneo consil.333. sub num. 10. vers. Nàm designatur Mihi vol.1., Hieronym. de Mont. de fin. regund. cap.17. num.3. & 4., Mascard. de probat. conclus.400. num.5., Paris. de Put. de fin. Feud. cap.1. num.20. & 21., Pacichell. de Distant. cap.4. memb.2. num.16., Episc. Verulan. vbì suprà dicta obseru. ad rubr.37. num.3.*

A' fortiori autèm *Domini* reputarunt, posthabendam esse quamdam declarationem vnius ex Peritis occasione transactionis adhibitis, qui sub sicco sermone per expressionem plagæ Orientalis, & Meridionalis efficiebat per indirectum commune Territorium controuersum: Nàm etsì sub hac declaratione decesserit, attamèn non solùm
27 allici potuerat amore Patriæ, quæ *quandoquè transuertit sensum, & mutat intellectum sinè malitia*, vt ad rem inquit *Ecclesiasticus*, sed & de reliquo, toto tempore perspecto, conijciebatur sibi contradicere, cùm multò magìs contradiceret ipsi Peritiæ insertæ in Instrumento Concordiæ, alijsque limpidis demonstrationibus hucusquè insinuatis; quamobrèm eius declarationem, vti præse-
28 ferentem apertam potiùs destructionem, quàm vllam imaginabilem explicationem, contemnendam esse, liquet in specie ex *decis.921. signantèr sub num.5. 7. & 33., & ex decis.944. coràm Duuoz. Iun.*, & passìm habetur in alijs.

Prostratis non absquè inutili forsàn labore tribus transactionibus, necessarium quoquè fuit pro coronide transire vsquè ad examen quartæ, & finalissimæ, quæ per Beneficiatos asserebatur exarata cum Monialibus S. Bernardi, à qua Capitulum in eo actu non citatum sibi blandiebatur extorquere confessionem Beneficiatorum, quasì quod hi in destinatione Confinium, seù Terminorem viderentur disposuisse de re tamquàm sua, quandò hodiè sub *sanguineo colore* descripta communis iactabatur: Sèd cuilibet argumentationi statìm recurrebant Scribentes pro ijsdem Beneficiatis, adnotando, quod nulla dabatur iustificatio huius assumpti, dùm præcisi Confines id perstringentes minimè legebantur in præfato folio transactionis adnotati, quod sanè ad omne peius non erat aptum nocere Beneficiatis ob illius effectuationis non apparentem iustificatio-
29 nem; notorium quippè est, confessionem esse debere liquidam, & indubitatam, non autèm subauditam, & disputabilem, ad hoc, vt confitenti ingerat præiudicium, iuxtà notata per *Episc. Rocc. disput. Iur. select. cap.169. num.17. & seqq.*, & per *Modern. Lucen. inter eius recollect. decis.276. num.12., Rot. decis.324. num.7. coràm Peuting., decis.479. num.6., & decis.580. num.24., &*

decis.

decis.584.num.17. coràm Bichio , & dec.769. num.16. par.18.rec.

Et ità vtraque Parte non minùs subtilitèr, quàm acritèr informante resolutum fuit , & insimùl patefactum , quod plerumquè Tran-
30 sactiones,fraternizantes cum Compromissis, & Laudis , sunt initia , non exterminatio litium , iurgiorumque , vti etiàm admonuit *Rota in Romana Concordiæ 15. Iunij 1696. in principio , coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (quæ , dùm hæc reuidentur , extat intèr illius nouissimè impressas, & est in ordine *la 437. num 1. cum duob. seqq.*)

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

COnsentaneè ad ea , quæ innuit præsens Decisio *num.27.* circà amorem omni-
31 bus ingenitum ergà propriam Patriam,plura desupèr videri possunt apùd *Iacob. Middendorp. in comment. ad quæst. polit.15. Regis Ptolom.Philodelph §. Tria verò sunt cum plur. seqq.*

Hinc *Euripides in Phenisse* relatus à *Victorio Sirio in Bullo ad suas Hystorias fol. mihi 31.* ità scriptum reliquit =

Sèd necesse est , omnes amare Patriam, qui verò alitèr dicit

Verbis delectatur,mentem verò illic habet .

Ex eadē ratione amoris ergàPatrios lares, vndè quis traxit natalia, si Testator (ex. gr) natione Germanus reliquerit in eius Testamento annua subsidia dotalia distribuenda
32 Puellis nationalibus , censetur præferre voluisse in assecutione earumdemDotiumPuellas illius Ciuitatis,vèl Oppidi,in quo ipse ortus fuit , quemadmodùm respondit *Rot. in Romana distributionis Dotium quòad Heluetios coràm Lancetta intèr suas decis.1088.n.3.*

Indèque etiàm sequitur , quod Hystorico scribenti supèr Fastis , & priuilegijs propriæ
33 Patriæ non multùm in Iudicio venit deferendum ratione præsumptæ affectionis ergà Ciuitatem , in qua ortum duxit , pròut loquens de *Hieronymo Fabro* Authore libri,cui titulus = *Le Sagre memorie di Rauenna antica* dixit *Rot. in Rauennaten., seù Ferrarien. Iurisdictionis 4. Maij 1731. §. At verò, coràm Rmo D. Patriarcha Aldrouando .*

A. Lupardus .

VVORMATIEN. INTERDICTI , SEV' CENSVRARVM .

Lunæ 29. Martij 1700.

ARGVMENTVM

Conceditur in hac *Decisione* absolutio à Censuris humilitèr petita à tribus Canonicis nouitèr prouisis postquàm vniuersum Capitulum Ecclesiæ Cathedralis reperiebatur iamdiù subiectum Ecclesiastico Interdicto ob denegatam paritionem Executorialibus Rotalibus ; talisquè absolutio indulgetur sub quibusdam conditionibus in eàdem *Decisione* præscriptis .

SVMMARIVM.

1 *Interdictum Ecclesiasticum relaxatur contrà Capitulum , quotiès detrectat parēre Mandatis Rotalibus .*

Et contextualitèr fulminantur Censuræ contra singulos Capitulares , ibid.

2 *Electio , seù Postulatio facta à Capitulo excommunicato , seù interdicto neutiquàm admittitur , vèl confirmatur à Sac. Congregatione Consistoriali .*

3 *Interdictum Ecclesiasticum relaxatum contrà Capitulum ligat omnes Capitulares , quamuìs minor pars nullatenùs deliquerit* , & num.15.

Idemque procedit in Interdicto lato contrà aliquod Monasterium Regularium , numer.17.

Declara, vt num.4. , & 16.

5 *Absolutio à Censuris facilè conceditur resipiscenti, illamque humilitèr petenti .*

6 *Absolutio particularis à Censuris petita ab aliquibus de gremio Capituli vniuersalitèr interdicti conceditur à* S. Rota *sub certis conditionibus .*

Et quæ eæ sint, ibid. , & n.7.

8 *Communicans scientèr cum publicè excommunicato eamdem incurrit excommunicationem, &* n.10.

9 *Publicè excommunicatus faciliùs inducitur ad resipiscendum , & parendum , quotiès videt , sibi ab alijs publicè consortium denegari .*

11 *Interdictum Ecclesiasticum quomodò differat ab Excommunicatione ad effectum ligandi , necnè tàm nocentes , quàm innocentes , &* num.12.

13 *Excommunicatio fulminari nequit contrà Capitulum , Collegium , vèl aliud Corpus vniuersale , & de ratione .*

Sed solùm aduersùs huiusmodi Corpora vniuersalia potest relaxari Interdictum, n.14.

DECISIO CXLIII.

OB nimis induratum Cor Capitularium Cathedralis Ecclesiæ (deincèps lacrymabilitèr combustæ) VVormatien., coactum fuit , licèt ægro animo, Sacrum Auditorium pœnali subijcere Interdicto ipsum
1 Capitulum ad exemplar *SS. Patrum , & Conciliorum* , de quibus eruditè meminit *Gonzal. in cap. Cùm intèr 6. de consuetud. num.19.*, & singulos quidèm Canonicos percutere fulmine Censurarum ; Abnuerant enim

enim prædicti Capitulares obtemperare Nostris, immò veriùs Apostolicis mandatis, vtpotè detrectantes tradere Iacobo possessionem Canonicatus legitimè eidem collati per Sanctæ, & glor. mem. Innocentium Vndecimum, adeòut successiuè Sancta Sedes eosdem Capitulares, tamquàm temerè refractarios, & reluctantes, ad inspirandam (vt decebat cum filijs) debitam eorum
2 animis reuerentiam, denegauerit vsquè aures præbere in Sac. Congregatione Consistoriali illorum supplicationibus, siuè Postulationi cæteróquin dignissimè expletæ occasione viduationis eiusdem Ecclesiæ de proprio Episcopo, siuè Pastore: Verùm cùm tres nuperrimè effecti, seù superuenti Canonici, in se ipsis prorsùs immunes ab omni contumacia, & inobedientia, eorum hodiè lubentèr capita humiliauerint, *Tribunal* censuit posse indulgeri, modò tamèn inferiùs exprimendo, singulari vniuscuiusque ipsorum Absolutioni.

Difficultas, que poterat emergere (nemine hodiè ex opposito comparente pro parte Iacobi perperàm impediti, ne caperet possessionem sui Canonicatus non obstantibus prædictis Litteris fa.me. Innocentij XI, nostrisque executorialibus Mandatis) versabatur in eo, quod sola innocentia Particularium non iuuat, quominùs ijdem Particulares, quantumuìs innoxij, lugeant pœnam illius Corporis, & Vniuersitatis, sub qua includuntur, quæuè respectiuè promeruit cruciari pœnis priuationis Diuinorum, & Interdicti, vt ità ijdem innoxij instrumento sint apùd Reos per suspiria, lacrymas, & singultus extorquendi, siuè impetrandi ab eis resipiscentiam, ideòque non foret tanta benignitas à Tribunali dispensanda ergà prædictos tres posteà superuentos Canonicos licèt in se ipsis intaminatos,
3 quemadmodùm, etiamsì fortè aderant de tempore contumaciæ, & proteruiæ ipsius Capituli, seù Corporis, prompti, & parati ad obediendum, remanebant adhùc irretiti per delictum maioris partis, secundùm ea, quæ de natura, & intrinseca ratione Interdicti notarunt *Suarez de Censur. lib.5. disp.28. sect.4. sub num.2. vers. respondent, Layman. Theol. moral. lib.1. tract.5. par.4. cap.1. sub num.3. vers. Obijcies, Dian. resol. moral. par.5. tract.10. resol.22. vers. Contrariam*.

At quoniàm in substantia quodlibet Ecclesiasticum Interdictum relaxatum contrà Collegia, Vniuersitates, & Capitula refractaria, minimè ferit intrinsecùs perso-
4 nas priuatas, & innocentes, ac quantum in ipsis est obtemperantes, sed solùm inficit veros inobedientes, & induratos, vt optimè de more obseruat *Card. de Luca de Benefic. disc.23. num.12., & in annot. ad Sac. Concil. Trident. disc.43. sub num.22. cum duob. seqq.*

Hinc neutiquàm denegari posse videbatur absolutio tribus hisce Canonicis ad Auditorium nostrum recurrentibus, quinè de tempore relaxatarum Executorialium, & patratæ per alios inobedientiæ non erant de gremio Capituli, & nùnc ostendebant demissam promptitudinem obtemperandi quàntum ad semetipsos, & satisfactionem pro
5 viribus implere permittebant, dùm S. Mater Ecclesia ipsosmet contumaces posteà resipiscentes, ad imitationem Nostri Diuini Saluatoris *iuxtà Euangelium de Filio Prodigo*, libentissimè amplectitur, vt notat *gloss. in cap. Excommunicamus (il 2.) §. fin. verb. Depræhensi, de Hæret., Rot. coràm Royas decis.296. num.3., & seqq., & coràm Card. Cerr. decis. 265., & decis.510.* vtrobiquè *num.2.*

Cœterùm, quià priuata absolutio non debet eneruare disciplinam, & finem volitum ab Ecclesia, eiusque Iudicibus, idcircò in primis *Sac. Rota* non alio modo indulxit
6 particulari huic absolutioni, quàm acceptando nedùm ipsorum oblationem de pronè obediendo, quantum in illis erit, prædictis Litteris Apostolicis Innocentij XI., nostrisque Executorialibus; sed etiàm expressè præcipiendo, quod priùs per publicum Instrumentum positiuè se obligent coràm Reuerendiss. D. Nuncio S. Sedis apùd Principes Rheni residentem, ac respectiuè executore prædictarum nostrarum Executorialium, & vnà simùl de reficiendo pro rata damna, & expensas, quæ Iacobus passus esse demonstrauerit, ac liquidauerit, vt in proposito consimilis oblationis factæ de parendo Litteris Executorialibus nostri Tribunalis habetur in *decis.204. num.11., & decis.225. per tot. coràm Card. Cerr.*, & circà obligationem reficiendi expensas, ex celebri *decis.1. de Sent. excomm. coràm Achill. de Grass.* practicatum fuit in *decis.5. nu. fin. coram Priolo*.

Hoc etiàm superaddentibus *Dominis*, nimirùm, quod huiusmodi tres Canonici, sub hac forma, & non aliàs absoluendi, interim
7 abstineant ab actibus Capitularibus, & (vt in Domino decet) à communione cœterorum Capitularium inobedientium, ac singularitèr excommunicatorum, & hactenùs insordescentium; Tùm quià cùm Capitulum ipsum actu remaneat in sua interdictione, ac suspensione, nequit vllum actum canonicum, vèl legitimum explere, qui secùm non trahat punibilem irregularitatem: Tùm quià,
8 eo ipso, quod ijdem Capitulares absoluti iterùm communicarent cum personis publicè excommunicatis, eamdem per speciem cuiusdam contagiosi contactus excommunicationem rursùs haurirent, & absorberent,

ex his, quæ optimè in subiecta materia ratiocinatur *Rot. in Cæsaraugustana Dismembrationum 29. Maij 1652. §. Siquidèm, corám bo. me. Verospio iun., & in Cæsaraugustana Canonicatus 16. Iunij 1653. §. Capitulum verò, coràm bo. me. Albergato*, confirmata *coram Bich. decis. 587. num. 22., & seqq., & coràm Card. Cerr. decis. 488. n. 10. cum seqq.*

Sperat etenim pietas, & mansuetudo *Tribunalis*, quod ità reliqui contumaces
9 debito robòre suffusi, & deterriti carentiâ Consortium, faciliùs ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum inducentur, ex his, quæ pòst *Text. in cap. Cùm ab homine, de Sentent. excomm., & in cap. 1. eod. tit. in 6., & Ricciull. de iur. person. extrà grem. lib. 4. cap. 43. ex num. 1. cum seqq.* per hæc verba respondit *Rot. decis. 162. n. 15. & 16. coram Cerr.*

Nequè dura, immò admodùm mitis in hanc formam effulget resolutio *Dominorum*; Quamuis etenim Canonici hodiè supplicantes non essent tales (vt præmisimus) de tempore inobedientiæ, & respectiuè de tempore intimationis Executorialium Rotalium, & incursæ excommunicationis; non tamèn idcircò de Iure remansissent immunes à pri-
10 uatis eorum Censuris, ad effectum quippè adipiscendi vèl titulum, vèl possessionem Canonicatuum, quibus potiuntur, necessariò communicarunt cum Excommunicatis, & per consequens sufficientèr inciderant ex hoc ipso facto in laqueum Censurarum, ex mòx animaduersis, & ex trad. per *Rot. in dicta decis. 162. num. 15. coràm Cerro*; solùmque propterea similes excusationes, seù motiua tetigerunt viscera *Dominorum* ad concedendam absolutionem, sicuti paritèr erat in casu *decis. 265. per tot.*, & signantèr *num. 4. coràm prædicto Card. Cerro*.

Et ità pro Canonicis Frentz, Gymnick, & VValpott tantùm informantibus *Domini*, resoluerunt &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

INterdictum Ecclesiasticum præ cæteris in hoc differt ab Excommunicatione, quià
11 illud ferri potest contrà Locum particularem, Collegium, & quamcumque aliam Communitatem, in modum, vt compræhendat tàm nocentes, quàm innocentes;
12 Excommunicatio verò ferri non potest, nisi aduersùs certas, ac determinatas Personas nocentes, seù contumaces, vt distinguendo obseruant pòst antiquiores *Bellett. disquis. Cleric. par. 1. tit. de fauor. Cleric. Canon. §. 5. num. 61. & 62., Engel. in Colleg. Iur. Canon. lib. 5. tit. 39. sub num. 81. vers. Itèm Interdictum*.

Ratio huius differentiæ ea esse videtur, quià Excommunicatio est pœna Animæ,
13 ideòque ferri nequit in Vniuersitatem, vèl Collegium, cùm similia Corpora vniuersalia Animam non habeant, vt explicat *gloss. in cap. Romana propè fin. verb. penitùs, de Sentent. excomm. in 6., Vinian. de Iurepatr. lib. 8. cap. 4. num. 15., Cardos. in prax. Iudic. & Aduoc. verb. Excommunicatio num. 47., Flau. Cherubin. in Compend. ad Constit. 5.*
14 *Pij II. schol. 1., Bellett. loc. cit. dicto num. 61.*; Et ideò, quod Capitulum, Collegium, aliaque Corpora siuè Ecclesiastica, siuè Laicalia interdici possint, non verò excommunicari, sub præmissa ratione alijs relatis concludunt *Paris. de resign. Benef. lib. 5. quæst. 6. sub num. 210., Monacell. in Formular. pract. for. Eccles. par. 3. tit. 3. formul. 10. num. 21.*, & admittit *Rot. coram Herrer. decis. 121. num. 4. cum duob. seqq.*, vbi *num. 7.* refert, & sequitur præinsertam *Decisionem D. mei Ansaldi* in simili proposito excipiendi in Declaratoria decretæ Excommunicationis aduersùs Capitulum tres adamussim Canonicos, qui sese palàm offerebant (quantum in eis erat) obtemperare mandatis Rotalibus.

Vbi verò agatur de Interdicto legitimè relaxato aduersùs Capitulum alicuius Ecclesiæ Cathedralis, vèl Collegiatæ, aut aliud Corpus vniuersale, certum vtiquè est, quod illud compræhendit, & ligat omnes
15 singulares Personas de gremio ipsius Capituli, alteriusuè Corporis vniuersalis, quamdiù existunt illius membra, licèt de cœterò earum nonnullæ sint penitùs innocentes, vt innuit *dicta decisio D. mei num. 3.*, & prætèr *ibidèm* citatos comprobat *Pirbing. in Decretal. lib. 5. tit. 39. num. 217.*, eoque allegato prosequitur *Monacell. dicta par. 3. tit. 3. formul. 2. num. 2.*, & concordat *Engel. vbi suprà dicto tit. 39. num. 86.*, vbi tamèn de-
16 clarat, quod innocentes per huiusmodi Interdictum generale non puniuntur directè, sed dumtaxàt sentiunt damnum per accidens, quamdiù in Loco, seù Collegio interdicto versantur, *& num. 87.*, vbi ad id vtitur similitudine iusti Belli, in quo plurimi pereunt innocentes, qui Bello causam non dederunt, id quod per accidens contingit, quià scilicèt, alitèr finis Belli iusti obtineri non potest; & idipsum paritèr in ter-
17 minis Regularium ratione Interdicti lati contrà aliquod Monasterium ob contumaciam in parendo mandatis Superioris Ecclesiastici, tradit *Pellizzar. in Manual. Regular. tract. 7. cap. 4. num. 14.*

A. Lupardus.

RO-

ROMANA DOTIS, ET LVCRI

Lunæ 26. Aprilis 1700.

ARGVMENTVM.

Quartum dotale ex Statuto Vrbis *lib.1.cap.131.* debetur Mulieri superstiti in solo vsufructu, si existant filij ex communi Matrimonio suscepti, & illius proprietas post obitum Mulieris vsufructuariæ redit ad fideicommissum ordinatum à Patre, vèl Auo, ex cuius Bonis fuerat assignatum, nequè transit ad filios, aut respectiuè Nepotes fideicommittentis, nisi sint ad fideicommissum vocati, aut substituti; Et hoc procedit, licèt Quartùm fuisset Mulieri assignatum liberè, & absquè vlla mentione illius reuersionis ad fideicommissum: Cœtera habes ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* de duabus conformibus *procedit dumtaxàt, quatenùs Sententiæ sint validæ, & iustæ.*

2 *Proprietas Quarti dotalis debiti Vxori superstiti quoàd vsumfructum tantùm vigore* Statuti Vrbis, *quatenùs existant filij, spectat ad eosdem filios non vtì filios, sed vtì Patris hæredes*, & n.5.

Nèc ad hunc effectum sufficit, quod filij sint hæredes solius Matris, n.3., *vbi de ratione.*

Pròut nequè sufficit, quod sint hæredes Patris, si Quartum dotale fuerit detractum ex Bonis hæreditarijs Aui obligati pro restitutione Dotis eius Nurus, n.4. *iuncto* n.7., & num.28.

6 *Statutum, ad similitudinem cuiuslibet legis Ciuilis, censetur disponere circà ea, quæ frequentiùs accidunt*, & n.27.

8 *Statutum Vrbis* lib.1.cap.131. *deferens Mulieri superstiti quartum dotale in solo vsufructu quatenùs existant filij, ac in proprietate quatenùs illi non extent, videtur asperum, & irrationabile.*

Sed contrarium ostenditur, n.9., & seqq.

9 *Quartum dotale non debetur Coniugi superstiti de Iure communi*, & n.13.

Et in pluribus Ciuitatibus nullum adest Statutum loquens de superlucratione huius quarti, n.10.

11 *Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

12 *Reus in omni materia potest aduersùs Actorem excipere* = quoàd te liberas ædes habeo.

14 *Statutum correctorium Iuris communis non extenditur de persona ad personam.*

15 *Statutum loquens de lucro dotali non extenditur de casu ad casum.*

16 *Confessio debiti facta in Testamento substinetur in vim legati, si de debito non constet.*

Nisi tamèn euidentèr constet de errore talis confessionis, n.20.

17 *Hæres præsumitur meliùs omnium informatus de intentione Testatoris.*

Et ideò obseruantia proueniens ex facto ipsius hæredis multùm attenditur in præiudicium Testatoris, & aliorum ab eo causam habentium, n.18.

19 *In necessitatibus nemo præsumitur esse liberalis.*

21 *Vna determinatio respiciens vniformitèr plura determinabilia non debet ea inæqualitèr determinare.*

22 *Legatum inutile non censetur, quotiès aliquod afferre potest emolumentum fauore legatarij.*

23 *Legatum debiti non dicitur inutile, quia saltèm duplicat fauore legatarij actionem pro illud consequendo.*

24 *Quartum dotale Mulieri liberè consignatum non censetur datum in proprietate, sed in solo vsufructu stantibus filijs susceptis ex Viro prædefuncto.*

25 *Qualibet obligatio non extenditur vltrà id, ad quod quis de Iure tenebatur.*

26 *Præseruatio iurium non inducit nouam obligationem, sed solummodò conseruat illam, quæ anteà de Iure inerat.*

29 *Quartum dotale etiam non conuentum debetur Coniugi superstiti vigore Statuti Vrbis.*

Et ad effectum, vt illud non currat, requiritur, quod Coniuges id expressè conuenerint in Instrumento dotali, ibidem.

30 *Statutum Vrbis deferens Mulieri superstiti quartum dotale in solo vsufructu extantibus filijs, procedit, licèt filij posteà prædecedant Matri vsufructuariæ.*

31 *Proprietas quarti dotalis debiti Vxori superstiti in solo vsufructu remanet in hæreditate Viri ad commodum illius Creditorum.*

DECISIO CXLIV.

Sanctio Statutaria Vrbis in *cap.131.lib.1.* plures, easque non leues, in puncto Iuris adaperuit inspectiones; cùm enìm præ cœteris controuersijs in Auditorio nostro ventilatis intèr Victoriam Felicem, & Marchionissam Antoniam Consobrinas, numeraretur illa Quarti, seù Lucri dotalis ad limites memorati Statuti superacquiri assueti per Coniugem superuiuentem; excitauit Victoria Felix prætensionem, quod ex persona Luciæ Matris sibi, vltrà Dotem illius nomine restituendam, deberetur etiam Quartum, quod nuncupant dotale: Sed minùs felicitèr, quia post passam contrà se duplicem in hac petitione Sententiam *coram RR.PP.DD. meis del Olmo, & Priolo*, hodiè paritèr *Domini* dixe-

Atquè ex his nullatenùs ampliùs congruebant, quinimmò in ipsa medulla rationis retorquebantur Decisiones *la 79. per tot. post Fenzon.*, aliæque superiùs in obiecto allega-
5 tæ; firmant etenim, & rectè, quod filij ex dissoluto Matrimonio relicti nequeant adspirare ad consecutionem huiusmodi Lucri, nisi si, & quatenùs fulciantur, prætèr filiationem, qualitate etiàm hæreditaria eorum Patris, quià nimirùm cautio præstanda per Vxorem superstitem fauore eorum, quibus de Iure facienda est restitutio, non potest conuenire simplicibus filijs, & in quorum præiudicium saluâ legitimâ sempèr de Iure Pater disponere valet, ideóque necessarium est, vt copulatiuè existant Patris hæredes: Verùm id perperàm, vt diximus, congrue-
6 bat casui nostro, & concludebat oppositum, lex etenim Statutaria disponens circà ea, quæ frequentiùs accidunt, iuxtà responsum *Celsi in leg. nàm ad ea, ff. de legib.*; proindèque præsumens, Virum, ac Patrem respectiuè de suo Patrimonio debere Lucrum hoc Statutarium extradere, noluit insimùl eumdem Patrem indifferentèr obligare fauore propriorum filiorum, nisi ij, benè se gerentes ergà ipsum, sibi promeruerint eius hæreditatem; & idcircò cùm loco Francisci Patris ex deficientia peculij incapacis ad soluendum huiusmodi Quartum, contigerit, Dominicum Auum esse eius debitorem,
7 nequibat Victoria Felix destituta hac qualitate hæreditaria ergà ipsum Dominicum de Iure communi per Statutum in his circunstantijs præseruato, quidquam prætendere, eodemque modo poterat Dominicus Auus fideicommissum iniungere, etiam supèr Quarto, quemadmodùm valuisset Franciscus illius Pater, vtì resultat ex prædictis *Auctoritatibus*, & præcisiùs etiam habetur in *decis. 86. num. 1., & 2. part. 8., decis. 676. num. 7., & 8. part. 18., & in dicta Romana Census 18. Martij 1697. §. Ponderata verò, & §. Vel in omnem casum*, & in eius confirmatoria 27. *Iunij* 1698. *§. Fundamenta siquidèm, & seqq., coram bon. mem. Vrsino*.

Minùsque in aliquo recalcitrabat illa quædam asperitas, quæ huic opinioni videbatur inesse, ex quo nimirùm, iuxtà ordinata per idem Statutum, Quartum hoc tùm in vsufructu, tùm in proprietate esset soluendum, ac diuellendum à Patrimonio obligati citrà spem alicuius reuersionis in casu, quo sola Vxor absquè liberis Marito super-
8 uixisset, ideòque durum nimìs efficeretur, quod liberis propitiè susceptis, eorum superexistentia absquè vlla ipsorum vtilitate, tanquàm Partus Viperinus, tantummodò propriæ Genitrici deberet obesse, quo nihil absurdius, vt in alia consimili quæstione conclamabat idem *Card. De Luca d. tract. de Dot. discurs. 130. num. 17. cum duob. seqq.*

Planior siquidèm huic asperitati occurre-
9 bat responsio, quod huiusmodi lucrum, præcisiuè à determinatione Statuti particularis, non fuisset, nèc erat exposcibile de Iure communi, cùm veteres donationes proptèr nuptias abierint in desuetudinem, Teste *Boss. de Dot. cap. 2. num. 47., & cap. 8. num. 164.* cum alijs *per Modern. De Luca in melior. ad de Marin. dicta resolut. 15. num. 4. lib. 1.*; Proindèque si Statutum detulit in hoc casu Coniugi, & Matri respectiuè superstiti cum filijs simplicem vsumfructum, non habent ijdem filij, de quo tanquàm filij con-
10 quærantur, quia Statutum poterat nihil penitùs disponere de Quarto, aut Lucro, vtì passim contingit in varijs Prouincijs, Ciuitatibus, & Locis, in quibus talis non viget
11 ordinatio; Sicquè quod ipsa lex Municipalis supèr hac re edita non dixit, nequè nos dicere debemus, ad *Text. in leg. 1. §. Quod autèm, ibiquè gloss. verbo simplicitèr, ff. de Aleat.*, *Iason. in leg. non dubium num. 38. C.*
12 *de legib.* Et si in omni materia licitum est Reo respondere, quòad te liberas ædes habeo, vtì monet *Postb. de manut. obseru. 1. num. 18., Rot. post eumdem decis. 355. num. 4.* cùr, & hoc non licebit Auo, eumque repræsentantibus, quandò Nepotes, vèl Neptes, nequè de Iure, nequè ex Statuto valent, aùt ex propria persona, aùt ex illa Patris, siuè Matris tale Lucrum efflagitare.

Hinc progrediendo ad alia motiua hodiè per Defensores eiusdem Victoriæ Felicis accreta, ac superexcitata, parùm obfuit, quinimmò manifestè retorquebatur illud, quod huiusmodi prouisio Municipalis loqueretur dumtaxàt de ipso Marito, siuè Patre, non autèm de Socero, siuè Auo; vndè cùm Statutum foret ad hodiernam hypothesim inadaptabile, veluti aberrans à dispositione
13 Iuris communis, per quam, vt innuimus, nullum Lucrum debetur, vt etiàm positiuè tradiderunt *Honded. cons. 3. num. 18., & 19. lib. 2., Cyriac. contr. 271. num. 20., Ciarlin. contr. 189. num. 39., Crrocc. discept. 48. numer. 36., & 41., Rot. decis. 308. num. 11. coram Merlino*, & consequentèr de Marito ad
14 Socerum, de Patre ad Auum extendi non valeret, ex adductis in celebri *Fanen. Successionis in recent. part. 14. decis. 46. num. 6. cum duob. seqq.*, & in specie huius Statuti,
15 quod non patiatur extensionem de casu ad casum, *Paris. cons. 62. num. 26., & seq. lib. 4., Decian. cons. 31. num. 2. lib. 2., Altograd. cons. 29. num. 14., & 15., & num. 33. lib. 2. Gratian. discept. 197. num. 2., Cyriac. d. controu. 271. num. 16., Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 46. num. 1., Rot. decis. 140. num. 4. in fin. part. 3. recent., & in Viterbien. Bonorum 6. Februarij 1699. §. Vtiquè, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (hodiè intèr suas *decis. 591. num. 9., & 10.*)

Ne-

Necessariò (sicuti sibi suadebant Informantes pro Victoria Felice) resultabat, quod dùm Dominicus Auus adhùc expressè Nurui suæ legauerat vltrà Dotem etiàm Quartum, huiusmodi Quartum nisi ex præmissis deberetur Victoriæ Felici tamquàm filiæ, & vtì à Dominico debitum vigore Statuti,
16 deberetur saltèm vtì litteralitèr legatum, & relictum, secundùm ea, quæ in proposito legati, sub apparentia debiti, relicti, annotarunt *Surd. cons. 169. sub num. 5. vers. est verum*, *Peregrin. de fideicom. art. 7. num. 42.*, *Gomez var. resol. tom. 1. cap. 12. num. 81.*, *Gratian. discept. 116. ex num. 42. cum plur. seqq.*, *Modern. Scoppa in Schol. ad Merlin. Pignatell. contr. for. cent. 1. cap. 185. num. 1., & 2.*

Eòque maximè, quia huic intentioni legandi, ac voluntati soluendi non minùs Dotem, quàm eius Quartum, seù lucrum, adstipulabatur obseruantia subsecuta Donati filij, & hæredis Dominici fideicommittentis; etenim in quietantia, quam reportare curauit à Lucia Legataria Matre, & auctrice Victoriæ Felicis sub anno 1674. pro fructibus, ac interusurijs Dotis, & lucri eidem vsquè tùnc breui manu persolutis, formitèr expressit illa verba = *firmis tamèn, & in suo robore permanentibus supradicta Dote, & Quarto dotali, & respectiuè fructibus*: Ac propterea quemadmodùm ipse modus loquendi discretiuus intèr proprietatem, & fructus clarè ostendebat, quod tàm Dos, quàm ipsum Quartum citrà dubium in ipsa proprietate deberentur, pari etiam ratione dicendum erat, quod absolutè, & indistinctè Dominicus voluisset, siuè ex causa debiti Statutarij, siuè ex causa legati specificè facti, solui sempèr hoc Quartum; obseruantia namquè proueniens ab hærede, qui om-
17 nium meliùs præsumitur informatus de mente Testatoris, vt ait *Cyriac. contr. 208. num. 58., & 59.* cum cæteris per *Rot. in Romana fideicommissi de Matthiettis 7. Decembris proximè præteriti §. Conspirante, coram Me* (suprà *decis. 117. num. 28.*) præmaximè attendi meretur in præiudicium ipsius Te-
18 statoris, cæterorumque ab eo causam habentium, vt prosequitur *Decian. cons. 1. numer. 310. cum 2. seqq. lib. 1.*, *Rot. in Romana legati 19. Decembris 1685. §. Penult. coram Reuerendiss. D. Heruault Archiepiscopo Turonen.*

Arrisit namquè perspicua, & opportuna replicatio, quod iàm prima pars huius obiectionis nulla alia euersione indigebat, dùm (vt admonuimus), ex ipsa intrinseca ratione retorquebatur, vtì diuellens ex diametro prætensionem cuiuslibet lucri fundatam supèr ipso simplici Statuto *dicto lib. 1. cap. 131.* tanquàm non extendendo ad casum hodiernum; Atquè ità reducendo amaritudinem ad exhauriendam, pedessundamque intentionem Dominici legantis, *Domini* non potuerunt maturitatem eorum intellectuum vnquàm captiuare, quod Dominicus cogitauerit esse tàm liberalis ergà Nurum, præcipuè post dissolutum Matrimonium cum filio, & sedulò ordinatum vniuersale fideicommissum fauore Donati alterius filij masculi, vt idem (& quod plus erat, in parte pœnali, scilicèt quandò cum eius filio cohabitare renueret) abundantèr, & gratiosè legare voluerit lucrum ipsi Nurui non debitum, cùm
19 in necessitatibus, proùt est restitutio lucri Statutarij, nemo præsumatur esse liberalis, vt per *Text. leg. in rem legatam, ff. de adim. legat.* cum alijs notat *Barbos. axiom. 138. num. 1.*; & idcircò intantùm præsupponatur legasse, inquantùm, iuxtà tàm subtilitèr disceptata in hac mèt Causa, veritas esset, se se lucrum, pro quo in Instrumento dotali fideiusserat, soluere teneri; Sed detecto, ad limites præcedentium *Decisionum RR. PP. DD. del Olmo, & Prioli*, ac etiàm in
20 præsenti, hoc Iuris errore, nequè etiam tale dispositum poterat contrà delusam Testantis intentionem substentari, ex communitèr animaduersis in simili proposito per *Ruin. cons. 70. num. 6., & sub num. 8. vers. quid ergò lib. 2. Venturin. cons. 28. num. 77., & 78.*, *Altograd. cons. 44. num. 15. lib. 2.*, *Vrceol. consult. forens. cap. 21. num. 15.*, *Modern. de Angel. de Confess. lib. 2. quæst. 4. sub num. 14. vers. dummodò*, *Rot. decis. 20. sub num. 13. vers. leges autèm, pòst Salgad. in Labijr. Credit.*

Quodquè reuerà Dominicus fuerit dilapsus in huiusmodi errorem, palàm conuincebatur, ex quo sub eadem periodo Dotem quoquè legauerat; vndè sicuti liquebat, cum deuenisse ad legatum Dotis sola necessitàte impellente, pariformitèr quoquè præsumendum erat, eadem inexistente necessitate, siuè credulitate, seductum fuisse
21 ad legandum lucrum, nè vna, & vniformis determinatio dispositionis ad difformia, & inæqualia trahatur, contrà regulam *Text. in leg. iàm hoc Iure, ff. de vulgar., & pupillar.* de qua in proposito *Rot. decis. 164. num. 12 pòst Zacch. de oblig. Camer.*

Vèl saltèm, & in omnem casum nulla intentio legandi suprà verè debitum elici poterat ex hoc copulatiuo relicto Dotis, & lu-
22 cri, cùm etiàm præcisiuè à motiuo erroris, sufficiat, nè legatum reddatur inutile, quod in aliqua parte afferat emolumentum, & possit verificari, vt inquiunt *Bart. in leg. Meuius, §. Fundo num. 2. ff. de legat. 2.* ibiquè etiàm *Castr. num. 4.*, *Ios. de Rosa consult. 63. num. 26.*, *Modern. De Luca in animaduers. ad Gratian. discept. 833. num. 2.*

Ad præsens autèm egregiè congruebat il-
23 lud emolumentum, quod cadit circà duplicatio-

cationem actionis, etiàm respectu Dotis legatæ, per *Text. in leg.1., & tot. tit. ff. de Dot. præleg., & in §. Sed si Vxori, Instit. de legat., Barrij de success. lib. 9. tit.21. numer. 1.* cum reliquis apud *Modern. Lucens. consult.9. num.6., & 7.*; & congruebat pariter positiua illius verificatio, quia Lucia Nurus consequi debebat huiuscemodi Quartum, quantumuis in his terminis coarctatum ad solum vsumfructum, atquè idcircò nullo modo poterat ad omne, vt dicitur, peius, huiusmodi simplex relictum, seù præceptum de soluendo iniunctum hæredi, subextendi vltrà limites huius meri vsusfructus,
24 dùm non obstante effectiua solutione, & consignatione huius Quarti Statutarij etiàm facta, & consumata (sinè vlla præseruatiua) in tot Bonis, aliàs in Sacro Tribunali dictum fuit, quod eadem solutio, & consignatio contineret in semetipsa implicitam restrictionem ad purum vsumfructum, & prout in successiua disputatione debitum dumtaxàt apparebat, vt patet ex firmatis in totiès allegata *Romana Census 18. Martij 1697., & 27. Iunij 1698. per tot. coram bon. mem. Vrsino*, & concordat *Card. De Luca de Dote discurs.145. num.104.*

Absquè eo, quod vllum robur addere valeret ass. subsecuta obseruantia Donati filij, & hæredis Dominici: Quoniàm, quidquid dici posset circà veram, & intrinsecam ipsius Donati intentionem, vtrùm scilicèt, & ipse quoquè putaret, idem Quartum Luciæ deberi in proprietate; certum nihilominùs sempèr erat, quod huiusmodi prætensa obseruantia non erat apta præualere vero intellectui Statutario, quia de facto neque Donatus, etiàm loquens discretiuè de capita-
25 libus, & fructibus, vnquàm somniauit, aùt voluit aliquid superadijcere eius legali obligationi, non solùm ex solida præsumptione, de qua in *leg.4. §. Si ex conuentione, ff. de re iudic.* cum concord. *in prima Decisione huius Causæ 15. Martij 1697. §.fin. coram R. P. D. meo del Olmo*: sed etiàm, quia explicitè adhibuit in prædicta quietantia illa verba = *firmis tamèn, & in suo robore per-*
26 *manentibus &c.* = quæ vtì simplicitèr præseruatiua nusquàm inducunt nouam voluntatem, vel obligationem, sed summodò conseruant illam, quæ de Iure insit, & præexistat, ex traditis per *Rot. in Romana, seù Spoletana Census 28. Iunij 1694. §. Non obstat, coram R. P. D. meo Pio*, confirmata *prima Iulij 1697. §. Nec demùm, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Perusina Affictus 7. Decembris 1699. §. fin. coram Me* (suprà *decis.116. num.6.*)

Cæterùm valdè aberrare videbatur Victoria Felix in opinando, quod Statutum *dicto cap. 131. lib. 1.* locum non haberet in casu præsenti, quodque consequentèr non subsisteret assumptum habitum in *Decisionibus* præcedentium Instantiarum, nimirùm, quod sicutì ad terminos eiusdem Statuti, quotiès ipsa exigere prætenderet Quartum à Francisco Patre, demonstrare omninò compelleretur, sese esse illius hæredem, eodem pariter modo teneretur ostendere, quod hæres foret Dominici Aui: Siquidèm etsi Statutum in nudo cortice loquatur de Patre,
27 attamèn procedit etiam in Auo, ex quo eadem lex Municipalis intantùm mentionem facit de Patre, & respectiuè Marito, inquantùm hoc est in praxi frequentius; rarusque est casus, quod obligationem restituendi Dotem, & Quartum Marito, seù Patri innixam subeat Socer, & Auus respectiuè: Et de facto, quod Statuentes ità intellexerint, habuisse scilicèt respectum non ad personas demonstratas Patris, aùt Mariti, sed ad substantiam solius obligati restituere Dotem, & Quartum, quotidiè conuincitur ab exemplo casus consimilis; dato etenim, quod Maritus obæratus, & non soluendo decedat, itaùt in vim legis subintret obligatio Aui, vel alterius Ascendentis, qui supèr Bonis suis fideicommissum ordinauerit, in his profectò circumstantijs lucro quidèm superstitibus filijs persuitur Coniux,
28 & insimùl Mater in mero vsufructu, sed proprietas remanet in fideicommisso Ascendentis, & in ea non succedunt Nepotes, nisi appareant vocati ad idem fideicommissum, quia sempèr eadem proprietas remanet etiàm penès ipsum fideicommissum, & in eo substitutos, quemadmodùm pluriès affirmauit *Rota*, & præ cæteris *in decis.361. sub num. 5. vers. certum vtiquè est, & decis.417. num.14., & 15. coram Card. Cerro, in Romana Legitimæ 18. Martij 1697. §. Et sanè, vsquè ad §. Attamèn, coram R.P.D. meo Pio*, & recentiùs *in Romana fideicommissi de Maximis 30. Ianuarij 1699. §. Sanè, coram Reuerendiss. Domino meo Molines Decano.*

Firmitèr itaquè à primo ad vltimum constante, quod nunquàm posset Victoria Felix assequi huiusmodi lucrum in proprietate, cùm non afferret Vestem Nuptialem hæredis respectu Dominici, firmitèr etiàm *Domini* resoluerunt vt suprà, *esse locum Statuto de duabus*, habentes se in reliquis remissiuè ad præcedentes huius Causæ *Decisiones*.

Vtraque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R.P.D. ANSALDI.

PRæsens *Decisio* reperitur quoquè impressa *inter collect. per Constantin. post eius Commentar. ad Statut. Vrb. tom.3.*, & est in ordine *la 97.*, necnòn in *Mantiss. ad Card. De Luca* paritèr *tom. 3. decis. 8. sub tit. de Dot.*

Ex

Ex duabus *Decisionibus* præcedentèr editis in hac Causa sub diebus 15. *Martij 1697. coram bon. mem. del Olmo, & 18. Aprilis 1698. coram Card. Priolo*, prima habetur apùd eumdem *Constantin. vbi suprà decis.96.*, & secunda apùd *Torr. var. quæst. Iur. tom. 2. fol.199.*

In hac materia Quarti dotalis debiti Viduæ superstiti ex dispositione Statuti Vrbis, quotiès existant liberi ex præcedenti, ac dissoluto Matrimonio suscepti, & non fuerit
29 huic lucro per vtrumque Coniugem expressè renunciatum in Tabulis, seù Capitulis nuptialibus, dùm aliàs semper huiusmodi lucrum currit, quamuis non specialitèr conuentum, vt præsefert littera ipsius Statuti in *cap.131. in fin. lib.1.*, & passim notauit *Rot. coram Coccin. decis.1785. num.12., & coram Royas decis.450. num.2., & in recent. decis.250. num.2. cum duob. seqq. part. 6., & decis.160. num.5. part.8., & decis. 308. numer.20. part.19.* cum alijs relatis per præcitatum *Constantin. ad Statut. Vrb. tom.2. annot.33. num. 159.* plurima possent superaddi ad ornatum præsentis *Decisionis*; Sed parcendo breuitati duo solùm prætereunda non videntur, alterum nempè, quod etiam-
30 si post solutum Matrimonium filij prædecedant Matri, adhùc ista remanet merè vsufructuaria lucri dotalis donèc vixerit, adeòut eâ defunctâ proprietas ipsius Quarti reincidat in hæreditatem Viri, aut respectiuè Soceri, ex cuius Bonis idem Quartum fuerat detractum, vèl aliàs Mulieri assignatum ad vsufructuandum, vt communi calculo tradunt *Spad. cons.388. sub num.6. vers. Nec obstat lib. 2., Card. De Luca de Dot. disc.5. sub num.3. vers. Idque adeò verum, & disc.128. sub num.5. vers. Quinimò, Constantin. dicta annot.33. num.136., Rot. decis.192. num.13., & 14. part.10., & decis. 676. num.7., & 8. part.18. tom.2. rec., & coram Vbago decis.39. num.20., & in Romana Quarti dotalis, seù locorum Montium 20. Ianuarij 1713. §. Tametsi, coram R. P. D. meo Lancetta* (quæ nùnc est *la 760. num. 4. intèr eius impressas*)

Et alterum, quod si Vir decesserit obæratus, & eius Vxori superstiti ratione anterioritatis suorum iurium dotalium vltrà restitutionem Dotis fuerit assignatum Quar-
31 tum dotale, eâ mortuâ proprietas eiusdem Quarti redit ad hæreditatem Viri ad commodum ipsius Creditorum, ex vnanimitèr trad. per *Constantin. d. annot.33. num.135., Tartagl. de reserua. Statut. art.1. num.92., Rot. decis. 277. num.5., & 6. part. 15. rec., & decis.508. num.9. part.18. tom.2., in Romana lucri Dotis, & fructuum 30. Aprilis 1700. §. Cùm autèm, coram Card. Scotto, in Romana redditionis rationis 9. Decembris 1709. §. Inutilitèr tandèm, coram Me, in Romana Dotis 13. Iunij 1710. §. Maximè quia, coram R. P. D. meo Crispo* (nùnc intèr suas *decis. 56. num.11.*), & in *Romana redditionis rationis supèr reseruatis 22. Iunij 1711. §.1. coram R. P. D. meo Falconerio* (quæ modò extat inter eius nouitèr Typis datas *tom. 1. tit. de Dot. decis. 7. num.1., & 2.*)

ROMANA BOVVM, ET EQVARVM

Ven. 30. Aprilis 1700.

ARGVMENTVM.

Dominus Tenutæ habet ius potioritatis supèr Animalibus ibì depastis per Affictuarium eiusdem Tenutæ prò affictibus decursis, & non solutis, ideóque præfertur supèr dictis Animalibus, eorumque pretio omnibus alijs Creditoribus ipsius Affictuarij, quamuìs anterioribus ex dispositione *Statuti Agriculturæ cap.73.* non obstante, quod idem Statutum nonnisì implicitè, & virtualitèr hanc tribuat prælationem. Statutum quandò magìs attendatur in Nigro, quàm in Rubrica, de quo latiùs agitur in *Addit.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus Tenutæ alteri locatæ ex dispositione* Statuti Agriculturæ Vrbis *præfertur prò credito affictuum decursorum supèr Animalibus inibì depastis, eorumque pretio omnibus alijs Creditoribus Conductoris, quantumuìs anterioribus, &* n.7., *&* 15.

2 *Statutum Agriculturæ* cap.73. *est strictè, & ad litteram interpretandum.*
Et de eiusdem Statuti intelligentia remissiuè, n.16.

3 *Locator Prædij rustici habet tacitam hypothecam supèr rebus inibì inuectis, & illatis, absquè tamèn vllo priuilegio prælationis.*
Quinimò de Iure communi Locator Prædij rustici nullam habet hypothecam pro credito affictuum supèr Animalibus, alijsque rebus deseruientibus ad vsum rei Agrariæ, licèt inibì inuectis, & illatis, n.4.
Et quid respectu Satorum, aliorumque fructuum ex Prædio locato perceptorum, ibid. num.5.

6 *Statutum correctorium Iuris communis, quotiès remanet operatiuum in vno casu, debet ad illum restringi, itàut non corrigat in alijs.*

8 *Locator Prædij rustici ex dispositione* Statuti Agriculturæ *habet potioritatem cum prælatione supèr Satis inibì recollectis.*

9 *Æquiparatorum idem est iudicium.*

10 *Rubrica Statuti non attenditur, sed Nigrum, quotiès Nigri dispositio est magis ampla, & specificè loquitur, &* n.17.

11 Decis.246. coràm Vbald. *declaratur.*

Pri-

12 *Priuilegium competens ratione alicuius qualitatis, illa deficiente, aût cessata neutiquàm suffragatur.*
13 *Nouatio excluditur ex conuenta reuiuiscentia primæuorum iurium in casu molestiarum.*
14 *Identitas Animalium probatur ex identitate Stygmatis, seù Merchi.*
18 *Dispositio Nigri vbi est certa, & clara, non recipit vllam interpretationem, aût declarationem à Rubrica.*
19 *Rubrica regularitèr deseruit prò interpretatione Nigri, vbì istud aliquam inuoluat dubietatem.*

DECISIO CXLV.

SVccumbentes DD. de Astallis in altero Iudicio promoto ex parte D. Principis Burghesij supèr illa *Romana Grani 27. Ianuarij 1696. coràm bon. mem. Emerix* (intèr suas *decis.1303.*), & coràm Me in illius locum suffecto *sub diebus 17.Iunij 1697., & 27. Ianuarij 1698.* (intèr meas Romæ impressas *decis.11., & 27. tom.1.*) per quamdam speciem reconuentionis pulsauère ipsum D. Principem pró consignatione, siuè restitutione pretij Bouum recepti sub prouisionali Decreto Consulum Agriculturæ, siuè sub obligatione per eumdem Magistratum iniuncta de restituendo prioribus, & potioribus; quamobrèm Princeps sic lacessitus instaurauit & ipse prætensionem aduersùs Astallios prò reportatione cuiusdam Præcodij, seù Massariæ Equarum: cùmque iterùm placuerit iisdem Consulibus Me seligere in Consultorem, *Dominos* de more exoraui (vt dicitur extrà Rotam,) vt Mihi designarent, quale votum præclaro huic Magistratui extradere deberem, obtinuique resolutionem fauorabilem D. Principi in puncto Bouum, dilatâ resolutione quòad Massariam Equarum.

Existimarunt namquè, quód præscindendo etiàm ab articulo alterius potioritatis prætensæ per Scribentes prò eodem D.Principe ratione pascuorum, quæ desumpserant Boues Dominici Sinibaldi communis debitoris, veluti depasti in Tenuta Turris Nouæ ad prælaudatum D. Principem spectante, exuberaret adCausæ definitionem altera prælatio
1 promanans à *Statuto Agriculturæ in cap.73.*; Ibi namquè decernitur, quòd Dominus alicuius Tenutæ prò pensione Prædij locati, præuiâ arrestatione Animalium, & Satorum inibì existentium, ius potioritatis sortitur supèr eisdem Animalibus, & Satis, eorumque pretio aduersùs reliquos Creditores sui Affictuarij, quantumuìs in tempore anteriores:Quapropter cùm D. Princeps, imminente iàm decoctione prædicti Dominici,reportauerit àConsulibus de anno 1689. Arrestum supèr Bobus tùnc actu degentibus in prædicta Tenuta Turris Nouæ, ac de cætero existeret indubitatus Creditor ipsius Dominici pró affictibus defluxis eiusdem Tenutæ, de plano sequebatur, quòd potiora iura foueret supèr pretio huiusmodi Bouum ad exclusionem fratrum de Astallis ab indifferenti credito Cambij eorum hypothecam, & anterioritatem desumentium, vt aliàs inhærendo dispositioni memorati Statuti respondit *Rota decis.709. per tot. coràm Pania, repetit. decis.93. post Gilian. ad Statut. Perus.*, & meminit *Adden. ad Buratt. decis.503. num.4.*

Neque quidquam obesse visa est oppositio, quòd Statutum simplicitèr tribuat Domino fundi locati tacitam hypothecam supèr Animalibus, vt præseferre dignoscitur ipsamet Rubrica per illa verba = *quòd Animalia, vèl Sata sint obligata prò pensione*, nil autèm decernat circà prælationem, hæcque proindè
2 subintelligi non debeat, tùm ex quo agitur de Statuto, quod *Rota* censuit esse strictè, & ad limites verborum interpretandum in *decis.1213. num.5., & seqq. coràm Penia, & coràm Vbald. decis.246. num.26.*; Tùm etiám, quià nulla adest in Iure amaritudo,
3 vt detur dumtaxàt tacita hypotheca absquè vllo priuilegio prælationis supèr rebus inuectis, & illatis, quemadmodùm in his terminis habetur penès *Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.1. cap.232. num.34., Mart. Medic. decis. Senen.20. num.4. & 5., Rot. dicta decis.246. num.13. cum seqq. coràm Vbaldo*:
4 Præsertìm, quià de Iure communi Domino fundi nulla competit hypotheca prò pensionibus, siuè affictibus supèr Animalibus, alijsque Instrumentis ad vsum rei Agrariæ deseruientibus, licèt inuectis, & illatis in fundo locato, vt per *Text. in Leg. Si non inducta, Cod. In quibus caus. pign., vèl hypoth. tacit. contrah., & Speculat. in tit. de prim., & secund. Decret. §.3. vers. Et scias*, expressè tradit *Bertacchin. de Gabell. par.8. princ. membr.2. num.20. in fine*, & sequitur *Carpan. ad Statut. Mediol. tom.2. cap.190. num.69. & 73., Carol.Tappia de Abundant. par.2. remed.3. num.15.*, & distinguendo in-
5 tèr Herbas, & Sata, seù fructus, ab ipsis Animantibus, annotauit *Fuluius Benignus in breui Comment.ad eadem Statuta Agricult. dicto cap.73. lit. A.*

Quamobrèm quotiescumquè Statutum Agriculturæ in hoc correxit Ius Commune, tribuendo scilicèt tacitam hypothecam supèr hiscè semouentibus in Prædium inductis, subextendi nequibat ad alium duriorem effectum elargiendi quoquè priuile-gium prælationis, ex communitèr recepta
6 propositione, quód quandó Statutum remanet in vno casu operatiuum ad correctionem Iuris communis, sempèr capienda est inter-

interpretatio, vt in illo dumtaxàt casu corrigat, & non in alijs, *Hodiern. in Leg. Hac edictali quæst.6. num.34.*, *Conciol. ad Statut. Eugub. in prælud. num.11. & 12.*, *Modern. Argentan. collucl.3. num.42.*, *& collucl.38. num.24. lib.1.*, *Rot. decis.114. num.6. & 7. pòst Merlin. de Legit.*, *decis.853. n.8. par.4. diuers.*, *& decis.42. num.2. & seqq. par.12. recent.*

Responsum quippè fuit, & ponderatum, quod licèt Statutum, de quo agitur, litteralitèr non attribuat Locatori ius prælationis, seù potioritatis, virtualitèr tamèn, siuè introspecto spiritu rationis tale ius in substantia, satis, & quodammodò per necessarium antecedens indulgeret; eò etenim ipso, quòd
7 Statutum in Nigro expresè determinat, Animalia degentia in fundo locato amoueri non posse, nisi Locatore integrè de credito pensionum, & affictuum satisfacto, palàm exindè arguitur, noluisse per aliorum hypothecas anteriores obstaculum interponi huiusmodi solutioni, & satisfactioni, vt patet ex ipsa lectura, & ad sensum, ac rectè considerat *Rota dicta decis.93. num.5. pòst Gilian. ad Statut. Perus.*

In eumdem sensum conspirabat animaduersio, quod Statuentes tacitam hanc hypothecam æqualiter indulxerunt non minùs quòad Animalia, quàm respectu Sege-
8 tum; vndè cùm circà Segetes numquàm fuerit hæsitatum, quin supèr eis Statutum tribuat potioritatem Domino Fundi, vti signantèr obseruauit *Rota dicta decis.503. n.3. coram Buratto*; concludere idcircò necesse
9 erat, quod eadem quoquè potioritas competeret supèr Animalibus, ex regula æquiparatorum, de qua *Valenzuel. cons.172. n.28.*, *Viu. decis.255. num.29.*, *Monac. decis. Bonon.68. n.19.*

Nihilquè propterea releuabat, quòd in *Rubrica dicti cap.73.*, nequè explicitè, nequè implicitè vllum verbum fieret de huiusmodi potioritate, aut prælatione; Cùm enim, ex proximè firmatis, & animaduersis, idem Statutum in corpore; seù Nigro perspicuè præseferret antelationem, non erat inquirendum supèr generaliori, & simplici Rubrica, iuxtà receptissimam proposi-
10 tionem, quòd, neglectâ Rubricâ, sempèr attenditur, & præualet Nigrum, quotiès eiusdem Nigri dispositio est magìs ampla, magisque specificè loquitur, ex notatis per *Facchin. cons.51. num.14. lib.1.*, *Altograd. cons.30. sub num.49. vers. Non obstat, lib.2.* *Rota decis.689. num.11. coràm Dunozett. Iun.*, *& decis.494. num.3. coràm Bich.*

Minùsque nocebat, quòd aliàs *Rota in dicta decis.246. coràm Vbald.* firmasse videatùr, quòd Statutum Agriculturæ *in eodem cap.73.* nullam concederet potioritatem Locatori supèr Animalibus, in fundum illatis; Licèt namquè incidentèr hoc innuerit
11 *sub num.24.*, attamèn *in seq. num.25.* in effectu admisit, potioritatem intrare pro terminis affictus decursis, & non solutis, quidquid sit de decurrendis in posterùm, quorum respectu censuit *Rota*, adeò subextendi non posse præiudicia Creditorum anteriorum commodo Domini Fundiarii, siuè Locatoris, pròut etiàm explicando *d. decis. Vbald.246.* obseruarunt *Gratian. discept.953. num.20.*, *Card. de Luca de Credit. disc.17. n.9.*, *Rota decis.64. num.10. & seqq. par.14. recen.*

Leuioris ponderis comperta est altera oppositio, nimirùm, quòd cùm Dominus Princeps post obtentum Arrestum Bouum deuenerit ad transactionem cum Dominico Debitore, in eaque intèr cœtera consenserit rescissioni Affictus, & Boues ipsos in solutum receperit, censeatur proindè præcedenti Arresto, eiusque priuilegijs impli-
12 citè renunciasse; priuilegium etenìm competens ratione alicuius qualitatis, illâ cessatâ ampliùs non suffragatur, ad *Text. in Leg. Penult. ff. de Milit. Testam.* cum reliquis *in Modern. tract. de Commerc.*, *& Mercat. disc.26. num.44.*

Quoniàm lectura Instrumenti transactionis stabat in contrarium, omnemque submouebat hæsitationem; in ea namque D. Princeps expresè sibi cauerat, quod quandocumquè supèr Bobus, alijsque effectibus Dominici relaxatis, & respectiuè in solutum receptis molestiam aliquam ab alijs eiusdem Dominici Creditoribus sentiret, tali casu (sunt verba præcisa) *sia lecito à sua Eccellenza ritornare ipso Iure, & ipso facto alle sue primiere raggioni, & attioni à sua Eccellenza competenti in vigore del d. Istromento di Affitto, il quale nelli casi sudetti debba restar fermo, nè s' intenda innouato &c.* Ac propterea cùm DD. de Astallis hodiè in substantia euincere satagerent à D. Principe in vim prætensæ eorum anterioritatis pretium Bouum, quod ex decreto Consulum successerat loco rei, *Summ. D. Principis num.4. lit. A.* in planam descendebat consequentiam, quòd ad limites præfatæ expressæ præseruationis, ac declarationis potiora eiusdem D. Principis iura resultantia ab In-
13 strumento Affictus, & Arresto reuiuiscerent; nil enim magìs repugnat prætensæ nouationi, quàm conuenta reuiuiscentia in casu molestiarum, *Amat. Panorm. resol.50. n.9. & 10.*, *Mangil. de Euict. quæst.145. num.46.*, *Card. De Luca de Credit. disc.32. num.9.*, *Rota in Romana Pecuniaria 5. Decembr. 1696. §. Nàm cùm in Apoca, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano.*

Stabilito igitùr articulo, quantumuis acerrimè conflictato per informantes prò DD. de Astallis, parùm illos iuuit nouissima exceptio ex subsidiario facto deprompta, nempè quòd

quòd Boues reperti in Tenuta D. Principis, necnòn in altera DD. de Astallis de anno 1690: pòst decoctionem Sinibaldi, non forent identificè illimèt, supèr quibus de præcedenti anno 1689. obtentum fuerat Arrestum: Siquidèm cùm de tempore primi Arresti reperti fuerint Boues *num*. 300. cum Stygmate, seù Merco eiusdem Sinibaldi in
14 Tenuta D. Principis, hìnc eo ipso, quód Boues successiuè adinuenti in vtraque Collitigantium Tenuta de anno immediatè sequenti 1690. idem Stygma, seù Mercum præseferebant, neque docetur de intermedia acquisitione aliorum Bouum facta per Sinibaldum, cæteroquìn penitùs improbabili, ob imminentem, & illicò detectam illius decoctionem, de facili insurgebat illatio pro eorumdem Bouum potiùs diminutorum, quàm accretorum identitate, vt in similibus circumstantijs loquendo de identitate huiusmodi Animalium respondit *Rota decis*. 114. *num*. 2. *&* 3. *par*. 4. *tom*. 2., *&* *decis*. 288. *n*. 1. *cum seqq. par*. 8. *recen*.

Et ità, suspensa aliarum prætensionum D. Principis resolutione, prò nùnc decisum fuit, vtrâque &c.

ANNOTATIO R. P. D. ANSALDI.

PRæsens Decisio reperitur quoquè impressa intèr recollectas per *Modern*. *Ascu-lan. pòst eius Comment ad Statut. Vrb tom*. 3., vbi est in ordine *la* 75., necnòn apùd *Balducc. rer. iudic. tit*. 2. *de prælat. decis*. 16., qui etiàm in antecedenti eius *Vot*., seù *decis*. 15. non semèl illam allegat, & sequitur, pròut videre est in eadem *decis*. 15. *num*. 17. 18. 33. & 35.

De Statuto Agriculturæ Vrbis in *cit*.
15 *cap*. 73. tribuente (vt suprà) locatori Tenutæ pro credito affictuum potioritatem cum prælatione tàm supèr Bellujs, quę inibì pascua sumpserunt, quàm supèr Satis inibì recollectis, meminit quoquè approbatiuè *Rot. coràm*; *Emerix sen. decis*. 103. *num*. 7. *&* 8., quæ est reuocatoria aliarum duarum *decisionum* præcedentèr in eadem Causa editarum *coram Card. Vicecomite sen. impress. decis*. 39. *&* 521. *par*. 14. *rec*.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

16 SVpèr præmisso Statuto Agriculturæ, eiusque intelligentia, seù declaratione, videri etiàm potest *Rot. decis*. 399. *num*. 1. *&* 2. *par*. 4. *tom*. 1. *rec*.

Et ad ornatum conclusionis, de qua in *Decisione* rec. mem. D. mei *num*. 10., vbi
17 dicitur, quod attenditur potiùs Nigrum, quàm Rubrica, quotiès illud est magìs generale, vèl magìs specificè loquitur, addi potest *Rot. decis*. 66. *num*. 28. *coràm Card. Cerro*.

Idemque dicendum venit, quandò dispo-
18 sitio Nigri est certa, & clara, tùnc etenim illud sempèr præualet, & vnicè attenditur, absquè eo, quod vllam recipere valeat declarationem, aùt interpretationem à Rubrica, prout allegata hac *Decisione* D. mei Ansaldi in *cit. num*. 10. dictum fuit in *Recineten. Successionis 6. Iunij* 1712. §. *In nihilo refragante*, *coràm Lancetta*, quæ est *la* 727. *num*. 17. intèr eius nouitèr impressas, & priùs *coràm Seraphin. decis*. 811. *sub num*. 1. *vers. hac tamèn ratio*, *&* *in Cæsenaten. Successionis coràm Card. Sacrato intèr collect. per Constantin. ad Statut. Vrb. decis*. 131. *n*. 9. *tom*. 3.

Cęterùm, præcipuè à maiori amplitudine, aùt claritate Nigri, prò regula rece-
19 ptum est, quod Rubrica optimè deseruit ad declarationem, & interpretationem eiusdem Nigri, quotiescumquè supèr huius intelligentia quomodolibèt disputari contingat, ex not. per *Ludou. Morot. respons*. 7. *sub n*. 7., *Altograd. cons*. 30. *n*. 3. *lib*. 2. latè *Gob. consult*. 149. *n*. 140. *cum seq*., cum alijs per *Rot. in Illerden. Vigesimæ, seù Salarij* 10. *Martij* 1704. §. *Incipiendo enìm*, *coràm Card. Scotto*.

A. Lupardus.

ROMANA CAMBIJ.

Ven. 30. *Aprilis* 1700.

ARGVMENTVM.

Debitor, & insimùl hæres defuncti Creditoris, à quo fuerat vniuersalitèr institutus in primo Testamento, an conueniri valeat viâ executiuâ ab alio hærede instituto in secundo, seù posteriori Testamento ad solutionem sui debiti, saltèm ad effectum deponendi, donèc intèr eos pendet lis supèr canonizatione tituli hæreditarij, seù supèr prælatione alterutrius ex Testamentis; & resoluitur affirmatiuè præuia responsione ad contraria obiecta promota ex parte primi hæredis, & insimùl debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Debitor Hæreditatis*, *pendente litigio intèr duos*, *vèl plures ad illam adspirantes*, *an*, *&* *quomodò cogi valeat ad soluendum suum debitum*.
Et adducitur praxis, *quam in his terminis obseruant Iudices*, *&* *Tribunalia*, num. 2., & seq., & num. 15.
3 *Depositum est cautbela*, *per quam indemnitati vtriusque Partis consulitur*.

 4 De-

4 *Depositum, & sequestrum sunt duo remedia inter se fraternizantia.*
Et vtrumque operatur, vt res depositatæ, seù sequestratæ remaneant in Banco, seù potestate Iudicis alterutrum ex dd. remedijs decernentis, ibid.

5 *Deponere non est soluere.*
Similitèr cogere ad deponendum non est cogere ad soluendum, num.6.

7 *Appellatio non datur à Decretis prouisionalibus*, & num.8.

9 *Obligatio Cameralis solet de stylo apponi in quacumque vèl minima obligatione.*

10 *Obligatio Cameralis tribuit viam executiuam, siuè sit apposita in publico Instrumento, siuè in qualibet alia scriptura priuata.*

11 *Obligatio Cameralis non tribuit viam executiuam, vbi non adest in Apoca obligationis, sed solummodò probatur per Testes.*

12 *Cassatio, vel cancellatio vnius ex pluribus capitulis in scriptura contentis non facit, quin cætera capitula subsistant.*
Et de ratione, num.39.

13 *Epistola facit plenam probationem contrà scribentem.*

14 *Via executiua non intrat in Iudicio concursus Creditorum inuicèm contendentium de prælatione.*

16 *Iudicium vniuersale pendens intèr duos inuicèm contendentes de hæreditate facit silere Iudicia particularia.*
Intellige, vt n.21., & 24.

17 *Debitor titulo hæreditario succedens suo Creditori censetur sibimèt imaginariè soluisse*, & num.18.

19 *Hæres ab intestato succedens habet intentionem fundatam, donèc alius comparcat, qui doceat, si esse hæredem ex Testamento.*

20 *Testamentum posterius prævalet alijs præcedentèr exaratis.*

22 *Imaginaria solutio non intrat in præiudicium Tertij.*

23 *Separatio Bonorum fuit à Iure introducta ad finem euitandi confusionem actionum.*

25 *Via executiua non fuit à Iure Ciuili introducta, sed potiùs à Iure Gentium mediante obligatione, quam nuncupant sub Guarantigia, vèl in forma Rev. Cameræ Apostolicæ.*

26 *Sequestrum, vèl depositum priuat solùm naturali, non verò ciuili possessione, seù detentatione.*

27 *Via executiua, eiusque competentia nequit in controuersiam reuocari, quotiès Signatura Iustitiæ rescripsit cum aliqua ex Clausulis solitis adhiberi in Iudicijs merè executiuis.*

28 *Confessio relatiua ad aliquam scripturam, eâ non exhibitâ, non nocet confitenti.*

29 *Referens probat etiàm absquè exhibitione relati, quotiès in eo exprimitur tota substantia relati cum omnibus suis circumstantijs.*

30 *Hæres præsumitur apud se retinere omnes scripturas hæreditarias.*

31 *Fructus Cambij vsurariè conuenti, & soluti imputantur in sortem.*

32 *Subtractio, vel occultatio scripturarum tribuenda est ei, cui tales scripturæ præiudicare poterant.*
Istaque præsumptio militat etiam contrà Magnates, & personas Ecclesiasticas, n.33.
Amplia, etiamsi tale præiudicium esset valdè remotum, num.34.

35 *Confessio proprij oris superat quodcumque genus probationis.*

36 *Creditor alterius quis esse non præsumitur, quotiès in actu serio, & proportionato se constituit illius debitorem.*

37 *Calculatio, seù solidatio restringitur ad partitas sub eadem calculatione, aùt solidatione comprehensas.*

38 *Præsumptio quælibet cedit veritati aliundè probatæ.*

40 *Cassaturæ tùnc solùm adimunt fidem scripturæ, quandò adsunt in illius parte substantiali, & de qua est quæstio.*

41 *Cassaturæ aliquæ si reperiantur in matrice Instrumenti, præsumuntur factæ à Notario de voluntate Partium in actu illius rogitus.*
Eademque præsumptio militat quoàd cassaturas, & superadditiones repertas in originali Testamento, n.42.

43 *Cassaturæ, & superadditiones factæ de manu Testatoris in scriptura Testamenti, potiùs augent, quàm destruant illius fidem, & de ratione.*

DECISIO CXLVI.

PEndente intèr Famianum, & Ludouicum controuersia supèr successione vniuersali ad Bona Ioannis ob iteratam ab eo Testamenti factionem, modò in vnius, modò in alterius personam, appositoque in hac contentione sequestro in Tribunali A. C. supèr Capitalibus quorundam nominum Debitorum vtrinquè oppugnatæ hæreditatis, cúm adhùc Famianus innixus præcedentèr à se captæ possessioni eiusdem hæreditatis obtinuisset in præcitato Tribunali contrà Ludouicum, vtpotè debitorem Testatoris in quantitate scutorum mille titulo Cambij, Mandatum exequutiuum pro sorte, suspensa relaxatione circà interusuria, quæsiui à *Dominis* meis, vtrùm vigore Commissionis Mihi aduersùs prædictum Mandatum à Signatura directæ cum Clausula = *si quid exequendum* = celeritèr deberem vllum decernere Exequatur, suffragiumque reportaui affirmatiuum in ordine dumtaxàt ad sortem, ab assueta tamèn epycheia, siuè prudentia Iuris temperatum, ad purum scilicèt effectum deponendi.

Im-

Impulit *Dominos* ad amplexum huiusce
temperamenti circumspecta illa animaduer-
1 sio, quod sicuti rationabile non videbatur,
durante ancipiti vtriusque Partis victoria
quoad ipsum ius vniuersale succedendi, con-
tinens, siuè absorbens singularem hanc col-
luctationem, liberè impartiri petitum Exe-
quatur Famiano, quantumuis antè seque-
strum (vt diximus) Bonorum hæreditario-
rum possessori, ex quo contingere valebat,
quod ipse in hodiè pendula Alea forensi de
proximo succumberet, & idcircò improui-
dè cogeretur Ludouicus ad subeundum for-
sàn nouum particulare periculum pro recu-
peratione sortis à se exbursatæ: Ità nequè
congruum erat interìm exsoluere Ludoui-
cum à nexu suæ priuatæ executiuæ obligatio-
nis, sicutì passim in similibus casibus practi-
2 cant Iudices, & Tribunalia, compellendo
Instantem pro idonea cautione de restituen-
do eueniente succumbentia, vel sanctiùs,
& salubriùs ordinando Depositum, & Inue-
stimentum pecuniæ aliàs certitudinalitèr de-
bitæ; exindè etenìm vtrique contendentium
3 suprabundè remanet consultum, quemadmo-
dùm respectu primæ prouisionis, seù propo-
sitionis videre est apud *Glos. in leg. fin. in
figur. casus sub princ. C. de petit. hæred.*,
*Card. De Luca de Iudic. disc. 40. sub num. 33.
§. Ea verò in fin.*, & respectu secundæ penès
*Capon. discept. 352. num. 23. in fin., Carol. An-
ton. De Luca ad Franch. decis. 596. n. 3. in
fin.* ac deniquè circà tertiam *Rot. coram Ca-
ualer. decis. 312. sub num. 4. vers. & in om-
nem euentum, & post Salgad. in labyrint. Cre-
dit. decis. 4. num. 18., & in rec. decis. 177.
num. 11. part. 10., & decis. 304. num. 5.,
& 6. part. 16.*

Addito præsertìm, quod in hoc ipso tem-
peramento nostrum Auditorium iuridicè
approbabat illud non absimile ab initio quo-
què supèr negocio principali laudabilitèr
practicatum ab A. C., tacitèque saltèm de-
incèps à Signaturà Iustitiæ Causam delegan-
te confirmatum; dùm enim quoàd eadem
Capitalia hæreditaria ex capite dubiæ in Iu-
dicio petitionis hæreditatis intèr hosce Col-
litigantes extitit deuentum ad præcitatam
sequestrationem, iustissimum paritèr erat,
quod loco sequestrationis in subiecto cœterò-
quin eiusdem sequestrationis incapaci, De-
4 positum iniungeretur, cùm vtrumque re-
medium ad instàr prænominatæ cautionis
transferat rem sequestratam, vèl deposita-
tam in Bancum, siuè potestatem Iudicis,
cuius officio postmodùm incumbit opportu-
nam cui de Iure decernere consignationem,
ac respectiuè rei possessionem, ad tradita
per *Salgad. in labyr. Credit. part. 1. cap. 13.
§. 1. ex num. 16. cum pluribus seqq., &
cap. 41. num. 18., & seqq., & part. 3. cap. 6.
num. 4.*, & passim alibi.

Stante igitùr huiusmodi manifestissima Iu-
stitia adhibiti temperamenti statim proster-
nebatùr absquè alia rigidiori examinatione
omnes fermè exceptiones contrà substantiã
Mandati oppositæ per Ludouicum: Illæ
etenìm concernentes competentiam, siuè
incompetentiam actionis executiuæ, incon-
tinenti profligabantur ab ipsamet intrinseca
natura demandati Depositi, ea quippè non
efficit, quod positiuè canonizetur vnum,
aùt alterum remedium, siuè certitudinaria
præexistentia crediti, & potestas agendi,
verùm potiùs sapere videtur nudam, & pro-
uisionalem Iudicis interlocutionem in quan-
dam, vt diximus, similitudinem sequestri,
vèl cautionis, assecurantem principale pen-
5 dens Iudicium, ex satis trito axiomate,
quod deponere non est soluere, seù (quod
6 idem est) compellere ad deponendum non
est cogere ad soluendum, itàut si in rei ve-
ritate non competijsset Famiano actio exe-
quutiua, succedebat altera summaria se-
7 cumferens, vtì prouisionalis, inappellabi-
litatem, eamdemque celerem executionem,
vt in proposito actionis ad exhibendum
etiàm contrà Tertium, dictum fuit *in Roma-
na Monilis 27. Nouembris 1699. §. Circà se-
cundum, coram Me* (suprà *decis. 111. num. 29.*)
& generalitèr quoàd consimiles prouisiones
8 habetur apùd *Scacc. de appellat. quæst. 17. li-
mitat. 7. sub num. 3. vers. sed à sententia, &
sub num. 4. vers. quintus casus in fin., Card.
De Luca de Iudic. disc. 37. num. 6., Rot. coram
Merlin. decis. 694. num. 3., & decis. 28. nu-
mer. 7. coram Bichio.*

Verùm & procùl dubio competebat Fa-
miano actio executiua; quià licèt nulla ex-
hiberetur Apoca originalis huius Cambij,
in qua tamèn verisimile erat, adiectam ci-
trà scrupulum fuisse obligationem Camera-
9 lem, tanquàm hodiè de stylo sempèr soli-
tam apponi in quacunque vel minima obli-
gatione: nihilominùs cùm sub huiusmodi
obligatione Camerali in quarta (de qua
inferiùs) solidatione Ludouicus explicitè ra-
tificasset huiusmodi Cambium, eccè, quod
clarissimè intrabat remedium executiuum,
10 ex quo non attenditur, vtrùm Cameralis
obligatio fuerit inscripta in aliquo publico
Instrumento, siuè in alia priuatissima scri-
ptura, teste *Zacch. de oblig. Camer. quæst. 27.
num. 1. cum 2. seqq., Rot. decis. 576. num. 4.
coram Dunoz. Iun., & in Camerinen. Pecu-
niaria 20. Iunij 1698. §. Et quidèm, coram
R. P. D. meo Pio.*

Parùmque aduersabatur, quod eadem
quarta solidatio nosceretur in suo vertice
abscissa, quasi quod supèr scriptura effecta
per hoc dubitabili nequiret vires obtinere
promissio, siuè obligatio Cameralis, prout
11 videmus in casu, quo aspera hæc obligatio
etiàm de cœtero abundè iustificetur per Te-
stes

stes, vt penès *Zacch. dicta quæst.27. num.7., & 8., Scacc. de appellat. quæst.17. limit. 9. num.63., & seq., Posth. resol.90. num.19., Rot. decis.54.ex num.37.vsquè ad fin. part.12. Rec.*

Quoniàm, prætèr ea, quæ paritèr infrà annotabimus, trutinando substantiam Crediti, præcitata in superiori parte conscissio minimè tangebat ratificationem non intercisam huius Cambij, sed solùm (vt moris erat inter Ioannem, & Ludouicum) præseferebat solidationem aliorum Computorum ob promiscuam hinc indè Bonorum administrationem, cùm Ludouicus Tuderti, Ioannes Romæ res ageret Consanguinei, seù

12 Amici; quamobrèm à cancellatione, vèl scissura vnius independentis paragraphi, seù capituli, nequit inferri ad lacerationem, seù cancellationem alterius, vt mouet *Io: Imol. cons.89. sub num.2.vers.circà secundum, Sard. cons. 16. num. 15., & seq., & num. 20., Gratian. discept.336. num. 32., & seqq., Mantic. de coniect. lib.12. tit.1.num.31.in fin., Rot. Bononien. diuers. decis.30. sub num.43. versic. ad hoc, & num.45., & seq., Camarell. de legat. lib.1. cap.9. quæst.1. num.12., Rot. in Balneoregien. Bonorum 9. Maij 1588. §. fin. coram Litta impress. apùd Modern. Saminiat. controu. 23. num. 79., & decis.89. num.8. part.19. rec., & in Romana fideicommissi 1. Iunij 1699. §. Neque huiusmodi, coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Quodquè reuerâ Partes in memorata laceratione non intellexerint infringere creditum Cambiale, apertissimè demonstratur ex posterioribus Epistolis per Ludouicum transmissis de anno 1694. ipsimèt Famiano, tùnc gestori negociorum ipsius Ioannis originarij Creditoris, vt ibi = *mi è venuto vn dubbio, se tratta temporis possino gl'Eredi di esso &c. pretendere la sorte, e frutti &c. del di lui credito, che hà meco*, & rursùs = *desidero, che V. S. si ricordi di ciò le accennai del mio Cambio col Signor Giouanni*; quomodò namquè poterat censeri lacerata ex parua superiori incisione scripturæ, ad alium effectum protendente, illa litteralis obligatio Cameralis, quæ remansit intacta circà Cambium, & verisimilitèr aderat præcedentèr in Apoca, & extitit ratificata quoàd realitatem, & durationem crediti in huius-

13 modi geminatis Epistolis, quæ plenissimè sempèr probant contrà Scribentem, ex *Dec. in cap. scripta num. 30. de fide Instrument., Rip. in leg. admonendi num.133. ff. de Iureiuran., Gen. de script. priu. lib.3. tit. de Epist. num.59., Rot. decis.282. part.9. rec., decis.170. part.15., & decis.51. coram Zarat.* in omnibus *num.1.*

Minùsque ad prosternendam eandem viam executiuam obsistere valebat duplex altera, in idem tamèn coincidens, oppositio; prima videlicèt, quod stantibus duplicibus Tabulis Testamentarijs per Ioannem exaratis staret acerrima lis sub Iudice, quæ nàm forent valituræ, vèl antecedentes, in quibus nuncupabatur hæres Ludouicus, vèl posteriores instituentes Famianum, ideòque, posita hac tituli paritate, nemo ex contendentibus possèt respectu iuris, vel corporis hæreditarij agere executiuè, sed prorsùs teneretur viam subire ordinariam, quemad-

14 modùm ex hac ratione paritatis tituli prædicatur, ac de Iure est in Iudicio concursus intèr Creditores de satisfactione, seù prælatione diffidentes, ad not. per *Salgad. in labyr. Credit. part. 1. cap. 16. ex num. 17. cum pluribus seqq., & num. 76., Rot. decis.503. num.1. & 2. part. 14. recent.*

Et secunda, quod vigente memorata interìm pendentia vniuersalis Iudicij supèr petitione hæreditatis, huiusmodi vniuersalitas præoccuparet hoc singulare certamen, adeòut quidquid dici possèt respectu alicuius

15 tertij Debitoris, contrà quem faciliùs posset adhiberi temperamentum præfati Depositi, vèl cautionis, sicutì distinctè obseruat *Card. De Luca de Iudic. dicto discurs. 40. sub num.33. §. Ea verò*; vtiquè è conuerso, vertente contentione supèr titulo hæreditario intèr eundemmèt Debitorem, & alium extraneum, locus nedùm esse non valebat vlli

16 actioni executiuæ, sed neque ordinariæ, donèc dirempta remaneret præiudicialitas vniuersalioris Iudicij, ad litteram fermè *Text. in leg. etiàm 15. §. fin., & leg. si Debitor 45. ff. de petit. hæred., Card. De Luca vbi proximè sub dicto num.33. §. Aùt verò*, & generalitèr per alium *Text. in leg. si quis libertatem 7. ff. eodem, & in leg. non distinguemus 37. §. Si is faciat, ff. de recept. arbitr., Capyc. Latr. consult.7. num.3., & seqq., Hieron. de Rosis select. Iur. obseru. part. 2. capit. 68. num. 58., Thor. in compend. decis. part.3. verb. Iudicium vniuersale, Rot. coram Buratt. decis. 257. num. 2., & decis. 434. num.8., & coram Carill. decis.208. nu.15.*

Eaque est ratio (neglectis generalibus) in hoc præciso puncto controuersi tituli hæreditarij, quod vbì Debitori superuenit hu-

17 iuscemodi qualitas hæredis, iàm sibi, vt poterat, per Iuris intellectum, ac verisimilem intentionem imaginariè persoluerat, aùt respectiuè confuserat actiones, intèr cæteros actus possessorios iuris hæreditarij commiscendo etiàm huiuscè proprij crediti appropriationem, vndè necessaria priùs reddebatur denudatio à persona, & ossibus Debitoris huiuscè superuentæ qualitatis, quæ nonnisi per tres Sententias conformes poterat obtineri, ex his, quæ optimè de more ratiocinando concludit *Card. De Luca dicto discurs. 40. sub num. 33. dicto §. Aùt verò*,

18 & generalitèr de hac instantanea confusione,

ne, siuè imaginaria solutione sunt *Text. in leg. si Debitori 51. ff. de fideiuss. , & in leg. Debitori tuo 7. C. de pact.* cum concordan: apùd *Gratian. discept. 203. num. 1., & seqq., Rot. decis. 2. num. 11., & seqq. part. 6., & decis. 16. num. 17. cum seqq. part. 19., & decis. 47. num. 9. cum 2. seqq. coram san. mem. Alexandro VIII.*

Obseruarunt etenìm *Domini*, quod prima, abstractaque oppositio illicò corruebat, ex quo Ludouicus neutiquàm valebat propriam, & veram tituli paritatem allegare; intantùm quippè intèr plures Creditores ad Iudicium concursus aduentantes vindicat sibi locum hæc tituli parificatio, inquantùm incontinenti non constat de potioritate, vèl antelatione crediti, vnusque sub hiscè difficilibus graduatorijs existit alteri legitimus

19 contradictor, quemadmodùm & forsàn talis dici mereretur hæres ab intestato contendens cum Testamentario, vtpotè habens pro se legalem certitudinem successionis non euertibilem, nisi per legitimam causam testatam, ad *Text. in leg. quamdiù, ff. de acquir. hæredit., & in leg. antequàm, C. commun. de success.*; Verùm in subiecta hypothesi cùm neutrius Testamenti validitas foret à lege, vel Iudice prænunciata, prætensa paritas in eodem genere difficultatis

20 suffocabatur à posterioribus Tabulis fauore Famiani conscriptis, ad regulam *Text. in leg. si quis priore 29. ff. ad Trebell., & in §. Posteriore, Instit. quib. mod. Testam. infirm.* cum reliquis apùd *Ciarlin. contr. 3. num. 1. cum seqq., Hieron. Marilian. decis. Ianuen. 4. num. 8., Rot. decis. 317. num. 38., & decis. 533. num. 19. coram Bichio, & decis. 194. num. 3. part. 19. rec.*

Quoueró ad secundam oppositionem, quatenùs obiectum immorabatur in ea propositione, quod Iudicium vniuersale facit conticescere particulare, negocium facilè expediebatur, cùm ad hunc effectum requiran-

21 tur solita requisita præiudicialitatis efficientia, vt timeri posset prolapsus Sententiæ contrà Sententiam, videlicèt identitas personarum, rei, & actionis, quæ hìc non cadebat, cùm alia foret petitio hæreditatis, alia petitio crediti particularis, itaùt casus præbere posset, quod hæreditas Famiano deberetur, nontamèn hoc creditum, velutì solutum, vèl insubsistens, proùt pariformitèr alia per intellectum Iuris censetur esse persona Debitoris, & alia, longèque distans, illa successoris, & hæredis, ex his, quæ ad destructionem prædictæ præiudicialitatis annotarunt *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 2. disput. 6. sub num. 7. versic., & vt accedamus, & seqq., Capon. discept. 352. numer. 23. vers. illud enim, Fontanell. decis. 71. num. 8., & seqq., Rot. coram Coccino decis. 1675. num. 1., & 2., & decis. 629. numer. 22. cum duob. seqq. part. 18. recen.*, & magis in specie aduertit *Rot. coram Merlin. decis. 451. num. 17., & 18., & decis. 778. ex num. 1. vsquè ad 7.*, & pleniùs in *Romana Legitimæ 9. Iunij 1698. ex §. Verùm Domini, vsquè ad §. Stabilito igitùr, coram Me (decis. 49. ex num. 6. ad 13. tom. 1.)*

Inquantùm autèm obiectum percutiebat specialitatem hodierni Iudicij, clarum reddebatur, non posse ità de plano congruere laudatos terminos imaginariæ solutionis, vèl confusionis actionum, ex quo hæc omnia semitam sibi parant, vbì non adsit contentio tituli inductiui solutionis imaginariæ, seù confusionis, quodque plus est, non intercedat præiudicium Tertij: At quotiès (vt ad præsens) disputabilis, & præsumptiuè per posterius Testamentum suffocatus præfulget enunciatus titulus, itaùt irrogari posset præiudicium vero hæredi, labuntur ad

22 oculum memorata ratiocinia, cùm neque vlla imaginaria solutio, vlla confusio vnquàm admittatur in præiudicium Tertij, ex deductis per *Episc. Rocca select. disput. Iur. cap. 51. num. 61., & seqq., Rot. in Romana Fideicommissi de Maximis 15. Iunij 1696. §. Imaginaria verò, & in Romana, seù Ciuitatis Castelli Census 28. Ianuarij 1697. §. Opponere verò, & seq. coram bon. mem. Vrsino Decano*, & ad eliminandum huiusmodi

23 modi præiudicium Iura nostra stabiliuerint Bonorum quoquè separationes intèr patrimonium Defuncti, & Successoris, ad *Text. in leg. 1., & tot. tit. ff. de separ. Bon., Carol Anton. de Luca de plural. homin. legal. cap. 6 num. 1., & seqq.*

Ac de facto nequè superiùs indicata Iura, siuè leges profitebantur illud, ad quod allegabantur: nàm *Text. in dicta leg. etiàm,*

24 *§. fin. ff. de petit. hæred.* explicitè supponit, posse contrà huiusmodi Debitorem hæreditarium, & prætensum quasi possessorem iuris intentari petitionem hæreditatis; Alter verò *Text. in leg. si Debitor, eodem tit.* non contradicit, cùm solum modó denegetexerceri petitionem hæreditatis aduersùs Debitorem hæreditarium, inquantùm is sese tueri non intendat titulo consimili hæredis, sed duntaxàt immoretur in obijcienda deficientia legitimationis huiuscè tituli aduersùs Actorem: Vndè benè intermedia ad vtrunque *Text. Glos. principalis in figur. casus sub leg. sed vtrùm 16. ff. eodem* hæc ait: *In hæreditate pertinente ad me erat Debitor, qui dicebat, se non teneri, quià dicebat se hæredem; an debitum petitione hæreditatis possim petere quæritur? & respondetur, quod sic.*

Quamobrèm cùm ex palpabili retorsione liquidò præfulgeret, Debitorem hæreditarium sese defendere non posse sub vmbone tituli hæreditarij contrà eum, qui consimili lancea ipsum inuadere præsumeret, non

erat

erat ratio, propter quam Famianus armatus titulo hæreditario eodem modo, quo potuisset vexare Ludouicum petitione hæreditatis in particulari pro consecutione crediti hæreditarij, nequiret etiám id agere super-
25 induendo arma, siuè actionem exequutiuam, quæ per vetera Iura vltrà puras personales actiones ex contractu, vel quasi descendentes, ad *Text. in §. Omnium, Instit. de action.* non erat benè præcognita, siuè introducta per illa postmodúm adinuenta barbara vocabula Guarantigiæ, cum similibus, necnòn alia efficaciora obligationis Cameralis, de quibus *Cancer. var. resol. part. 2. cap. 3. num. 1. cum plur. seqq., Coler. de Process. execut. part. 1. cap. 3. num. 14., & seqq., Zacch. de oblig. Camer. quæst. 2. numer. 2., & seqq., & num. 33. cum seqq., Io: Ant. ab Eccles. obseru. forens. part. 1. obseru. 107. num. 5., & seqq.*

Certiùs, quià in hodierna suppositione duo concurrebant, quæ penitùs ad substinendam viam exequutiuam ad benigniorem, vt suprà, saltèm effectum deponendi, procùl dubio etiám in ambiguo exuberabant: nàm qua superuentione possessionis iuris tueri se poterat Ludouicus, dùm primordialitèr A. C. (non improbante Signatura Iustitiæ) possessionem facti respectu Famiani eius Collitigantis, vt ab initio præmisimus, sequestrauerat; sub hac etenim sequestratione vtiquè venisset etiàm hoc debitum, quotiès vigoisset contrà Tertium, non autèm contrà illum, qui sese quoquè iactabat hæredem, vndè necessitas materiæ coegit, vt loco sequestrandæ possessionis subingrederetur Dapositum, quod ipsum Ludouicum naturali detentatione propriæ, sed debitæ pecuniæ per speciem alterius tantummodò practicabilis sequestrationis, vt par erat, lite pendente denudabat: Seque-
26 strum quippè, vel depositum non ciuili, sed naturali tantùm priuat possessione, seù detentatione, vt ait *I. C. in leg. licèt, §. Rei depositæ, ff. depos., Corn consil. 39. num. 2. lib. 1., Modern. Argentan. collucl. 30. numer. 92. lib. 1., Rot. decis. 191. num. 23., & 25. apùd Zacch. de oblig. Cameral., & in recent. decis. 372. num 4. part. 4., & decis. 363. num. 7. part. 12.*

Secundariò demúm, ac potissimè; non etenìm in hac saltèm ambiguitate poterat Tribunal, præcipuè ad merum finem deponen-
27 di, dubitare de via executiua, dùm Signatura Iustitiæ, cuius muneri propriùs incumbit substentare normam Iudiciorum, & actionum, non iàm (vt contingit in materijs ordinarijs) rescripserat = *de appellatione*, sed cum Clausula solita adhiberi in Iudicijs executiuis = *si quid exequendum*, secundùm ea, quæ in hiscè conflictationibus viæ, vel non viæ executiuæ, subsequendo aliàs respondit *Rota*, & signantèr *in Romana, seù Anconitana Dotis 5. Ianuarij 1698. §. Eò autem libentiùs, coram R. P. D. meo del Olmo, in Romana Monilis 27. Nouembris 1699. §. Inconcussabilitèr, & in Romana Locorum Montium 3. Februarij proximè præteriti §. Omnemque, coram Me* (suprà *decis. 111. num. 12., & 13., & decis. 129. num. 16., & 17.*)

Et ex his sublata amaritudine ordinis, leuior apparuit impugnatio existentiæ debiti Cambialis subsidiariè deducta per Ludouicum: Iàm enim suprà demonstrauimus, nullum pedem figi posse quòad hanc impugnationem, vel supèr non exhibitione Apocæ originalis, vel supèr incisione verticali foliorum solidationum, vndè supererat respondere ad superadditas in hoc proposito obiectiones, quarum prior adiungebat mòx insinuatæ non factæ exhibitioni Apocæ cœtera adminicula referibilia ad omnimodam liberationem, vèl satisfactiorem crediti controuersi; respectu namquè illius adminiculi, quod solidationes Cambiorum forent relatiuæ ad ipsam Apocam, & consequentèr confessio
28 in eisdem solidationibus emissa, tanquàm simplicitèr relatiua, nullo exhibito relato parùm obesset, ex congestis per *Rot. coram Caualèr. decis. 236. num. 3., & coram Bich. decis. 208. num. 4., & in rec. decis. 147. numer. 29., & 30. part. 11., & decis. 405. numer. 15., & 16. part. 19.*

Responsum fuit, quod vltrà posteriores confessiones resultantes ab Epistolis superiùs recensitis, quæuè indubitantèr omnem tollebant possibilitatem non existentiæ debiti in radice, necnòn cuiuscumque somniabilis satisfactionis, etiàm de rigore minimè opor-
29 tet constare de relato, quotiescumquè in ipso referente clarè refertur substantia relati cum omnibus suis potissimis circumstantijs; vt erat ad præsens, cùm in calce earumdem solidationum recensita appareret positiua quantitas scutorum mille, & titulus Cambij passiui, etiàm sub vlteriori expressione diei, & anni, sicutì limitando, seù declarando tradunt adducti per *Rot. decis. 315. num. 10., & decis. 729. num. 9. coram Dunoz. Iun., & coram Bichio decis. 55. num. 15., & in rec. decis. 213. num. 7., & 8. part. 10., decis. 131. num. 10. cum 3. seqq. part. 15., in Vercellen. Pensionis supèr manutentione 28. Iunij 1697. § Nec vim confessionis, coram R. P. D. meo Caprara* (nùnc intèr suas *decis. 356. num. 12.*), *& in Fauentina Iurium Parochialium sub eadem die, & anno §. Nihilominùs, coram Me* (*decis. 14. num. 5. tom. 1.*)

Eiusdem irreleuantiæ detegebatur alterum adminiculum constipatiuum (vt exagerabatur) non factæ exhibitionis Apocæ originariæ, videlicèt, quod fortè non sinè calliditate illam Famianus exhibere renueret,

nè

nè scilicèt appareret de aliqua illicita, & vsuraria pactione, cùm idem Famianus,
30 vtpotè hæres Ioannis ex nouissimo Testamento, & de Iure, & de facto omnes eiusdem Ioannis scripturas hæreditarias occupasset, iuxtà animaduersa per *Menoch. cons.354. num.5., & seqq., & de præsumpt. lib.6. præs.61. num.10. cum seqq., Add. ad Gregor. decis.199. num. 6., Posth. resol. 41. num.18., & resol.54. num.41.*

Eòque euidentiùs combinando, quod in quarta solidatione anni 1687. positiuè noscebatur præseruata nedùm ipsa sors Cambij, sed etiam illius fructus à die creationis obtingentes vsquè ad summam scutorum 880.; quapropter cùm non eniteret, quomodò, seù qualitèr conuenti extitissent huiusmodi fructus, licitè nimirùm, vèl vsurariè, eò ipso, quod posteà de anno 1690. in postrema solidatione nulla fuit ampliùs facta men-
31 tio de fructibus, verendum erat, nè probabilitèr fuissent exsoluti, sicquè tanquàm indebiti sortem ipsam extinxissent, ad plenè disputata *in decis.74. num.1., & seq. coram Bichio, & in recent. decis.166. num.1., & seq. part.10., decis.281. num.8., & decis.392. num.2., & 3. part.16., & decis.63. num.1. part.18., in Romana, seu Tudertina Cambiorum 19. Ianuarij 1680. coram clar. mem. Card. Vicecomite, & in Romana Cambiorum 28. Aprilis 1692. coram bon. mem. Benincasa* (intèr suas *decis.*281. *per tot.*)

In æqua etenìm lance perpenso vtroque ratiocinio, neutrum alicuius ponderis adinuentum est: Non sanè primum, quià potiùs præsumptio occultationis impictæ Famiano retorquebatur aduersùs Ludouicum, ex quo non minùs ex depositione Testium, quàm ab explicita confessione per eumdem Ludouicum interposita coràm A.C. conuincebatur, quod ipse ab anno 1695. cum duobus seqq. per plures vsquè menses conuixerat in Domo Ioannis; vndè non abs re erat in Foro externo iudicare, quod ipse, arrepta occasione familiaritatis, ac etiàm assertæ parentelæ valuerit huiusmodi Apocam originalem amouere, tùm quià sicuti solùm per possibile poterat ob pacta non præsumibilia, veluti illicita, præiudicare Famiano originalis exhibitio, ità à contrario certius erat, quod Apoca in sua essentia sempèr nocuisset Ludouico debitori indubitato, &
32 consequentèr procliuior erat præsumptio ergà eum, quia sempèr occultatio scripturæ in dubio prouenire censetur ex parte illius, qui in ipsa occultatione pinguius souet interesse, vt prætermissis generalibus, de quibus *Menoch. de præsumpt. lib.5. præs.31. numer. 15., Mascard. de probat. conclus. 831. num. 12., Rot. coram Zarat. decis. 73. numer.37., & in Romana Filiationis 20. Februarij 1688. §. Quoniàm, coram bon. mem.*
33 *Rondinino*, etiàm obloquendo de Magnatibus, ac Personis Ecclesiasticis coruscat ex traditis *in decis.368. num.6. in fin. port 2. vol. cons. Farinac., & in rec. decis.198. num.11. part.14., decis.305. num.15., & decis.460. num.11. part.18.*

Nullatenùs circà hoc attenta replicatione, quod dùm Ludouicus præsciebat, sese fuisse institutum hæredem ab Ioanne, parùm illi valeret importare, quod Apoca restaret, vèl amoueretur: Quoniàm prætérquàm præscire debebat, quod Ioannes, nimiùm abutens axiomate voluntatis vsquè ad mortem ambulatoriæ, quotidiè noua exarabat Testamenta, *Summario Replicationis Famiani Num. vnico*; Adhùc Ludouicus non extiterat simplex hæres inscriptus, sed positiuo fideicommisso grauatus, proindèque illius sempèr intererat, Apocam deperdi, vti pa-
34 tebat ad sensum, & in ordine ad interesse etiàm remotum nupèr ad rem prænotatam fuit *in Asculana Fideicommissi, seù Domus 27. Nouembris 1699. §. Pari modo, coram Me* (suprà *decis.*110. *num.*21.)

At nequè visum est in aliquo releuare secundum ex non facta mentione fructuum in solidatione nouissima: Ad quid enim per idæales argumentationes fas erat progredi in hac materia, dùm quod fructus non fuerint effectiuè soluti manifestissimè demonstrabant sæpiùs memoratæ posteriores Epistolæ Ludouici, in quibus Famiano scribens trepidare profitebatur molestias hæredum (fortè etiam fideicommissariorum) Ioannis, tàm circà sortem, quàm circa fructus, vt ibi = *Se tratti e temporis possino gl'Eredi &c. pretendere la sorte, e frutti &c. del di lui cre-*
35 *dito di scudi mille, che ha meco*; propria namquè confessio nedùm elidit quoscumque discursus, sed superat, ex vulgatis, omne genus probationis, per *Text. in leg. cùm precum, C. de liber. caus., & in cap. per tuas, de probat., Rot. in Vrbeuetana, seù Montis Falisci Immissionis 14 Decembris 1699. §. fin. coram R. P. D. meo del'Olmo.*

Et idcircò prò coronamento solidè *Domini* innitentes præfatæ confessioni seriò emissæ, ac iteratæ in præmemoratis posterioribus Epistolis, mole quoquè sua ruere agnouerunt quamcumque aliam præsumptionem, vèl ex necessitudine sanguinis depromptam, vèl ex quo in vltimo partitarum restrictu exarato intèr Ioannem, & Ludouicum de anno 1691. idem Ludouicus creditor elucescat constitutus in scutis 212. citrà vllam Cambij mentionem, aùt præseruationem, quasi quod imperceptibile videatur suadere, Ioannem tolerasse prætermitti hanc præseruatiuam in præcedentibus solidationibus
36 constantèr volitam, & factam, sed potius è contrario connotari se debitorem in huiuscemodi non aspernabili quantitate, ad ce-

febres terminos *leg. Procula , ff. de probat. , Episc. Rocca select. disput. Iur. cap. 141. numer. 13., & 14. , & cap. 155. num. 9., & 10., Mart. Medic. decis. Senen. 84. sub num. 5.*

Nàm , omissa etiàm ex abundanti ponde-
ratione , quod postrema hæc solidatio tan-
tummodò concernebat partitas exactionum
hinc indè (vt suprà tetigimus) secutarum ,
quodque proindè calculus , & contrapositio
huiusmodi *del dare , & hauere* non poterat
37 fimbrias dilatare ad inclusionem Cambij
non nominati , & sic prætèr cancellos initæ
calculationis , & solidationis , vtì egregiè
dixit , & obseruauit *Rot. in Viterbien. Fideicommissi 16. Ianuarij 1699. §. Probata , coram R. P. D. meo Priolo* : nihilominùs sem-
pèr eadem replicatio insurgebat , quod stan-
te cubitali , ac nouissima ineluctabili con-
fessione Ludouici in dd. Epistolis , necesse
38 erat , vt omnis , & quæcumque præsumptio
cederet huic in contrarium confessatæ veri-
tati , ad *Text. in leg. in rebus pòst princ. vers. non enìm , C. de iur. Dot. , Surd. cons. 7. numer. 61.* cum reliquis *in dicta Asculana Fideicommissi , seù Domus 27. Nouembris 1699. §. Verùm in fin. coram Me (dicta decis. 110. num. 7.)*

Atquè itá à primo ad vltimum , nequè ratione ordinis , nequè ex vi meritorum suspendi posse Mandatum executiuum A. C. , saltèm ad effectum deponendi , conclusum fuit , vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

IN hac Causa, quæ vertebatur intèr D. Famianum Pozzolanam Romanum , & quondàm Ludouicum Accursium Ciuem Tudertinum , iura ipsius Famiani victoris adeò clara visa sunt Sacro Auditorio , vt pòst denegatam Ludouico nouam Audientiam contextùalitèr rescripserit pro expeditione fauore eiusdem Famiani sub die 31. Ianùarij 1701. , pròut ab ipsomèt extitit promptè expedita per Acta Cicellij vnius ex Notarijs Rotalibus die 11. Februarij subsequentis præuio Decreto executionis Mandati præcedentèr relaxati in Curia A. C. pro sorte principali Cambij sinè præiudicio fructuum ; paulòque pòst, videlicèt sub die 14. Martij eiusdem anni deuentum fuit intèr prædictos Collitigantes ad concordiam , qua mediante Ludouicus (recedendo ab omnibus litibus , quas vtì ass. hæres inscriptus à Ioanne Bartolo in eius primis tabulis Testamentarijs promouerat in diuersis Tribunalibus aduersùs Famianum vniuersalitèr ab eodem Ioanne in posteriori Testamento institutum) obtinuit sibi ab isto condonari , ac remitti non minùs capitale prædicti Cambij, quàm illius fructus in conspicua quantitate decursos, & non solutos .

Habetur in Decisione D. mei *num. 12.*, quod
cassatio vnius ex pluribus capitulis in vna ,
eademque scriptura contentis non facit ,
quin reliqua inibi conuenta subsistant ; &
idipsum in substantia firmant mòx referen-
dæ *Authoritates* , dùm generalitèr dicunt,
39 quod cassaturæ adimunt fidem Instrumento,
Libro, vèl alteri scripturæ solùm in partibus
cancellatis, non verò in cœteris partibus ,
quæ remanent intactæ , vt videre est apùd
Menoc. de præsumpt. lib. 5. præs. 21. num. 12. , Rot. coram Pamphil. decis. 601. num. 4. , & in Viterbien. Legati 25. Iunij 1703. §. Minùsque releuat , coram bon. mem. Cassarello , & in Firmana Immissionis 3. Februarij 1713. §. Nullam , coram rec. mem. D. meo Ansaldo .

Et in hac materia notatu paritèr dignum
est , quod cassationes , lituræ, aliaque huius-
40 modi vitia tùnc demùm adimunt fidem In-
strumento , aut aliæ scripturæ , quotjès ad-
sunt in illius parte substantiali , de qua est
quæstio intèr Partes , secùs verò si reperian-
tur tantummodò in alijs partibus ad rem
non facientibus , vt tradunt *Farinac. de falsit. quæst. 153. num. 51. , & 52. , Altograd. cons. 14. num. 29. lib. 2. , Adden. ad Pamphil. dicta decis. 601. num. 5. in fin. , Rot. coram Coccin. decis. 880. num. 5. , & intèr collect. apùd Paitell. pòst eius exped. ciuil. decis. 3. numer. 5. , in Romana Dotis 21. Iunij 1715. §. Nec deerat , coram D. meo Ansaldo , in Perusina Saluiani 17. Iunij 1720. §. Quin ad destruendam , coram bon. mem. Marymon , & in Leodien. Manutentionis 28. Iunij 1728. §. Absquè eo quod , coram Reuerendiss. D. Ratto Episc. Corduben.*

Prætereà si in Instrumento originali , seù
illius matrice reperiatur cassatum aliquod
verbum , vèl pactum , huiusmodi cancella-
41 tio præsumitur facta ab ipso Notario de vo-
luntate contrahentium in actu rogitus , seù
stipulationis ipsius Instrumenti , donèc con-
trarium plenè , & concludentèr iustificetur,
vt relatis concord. respondit *Rot. in Ferentina Fideicommissi 28. Iunij 1723. §. Neutiquàm attento , coram prælaudato Reuerendiss. Ratto*:
42 Idemquè de cassaturis , & additionibus re-
pertis in originali Testamento, vèl alio In-
strumento dictum fuit in *Amerina Cauthelæ Angeli 11. Iunij 1725. §. Minimè facessente , coram R. P. D. Corio , & in Colonien. Parochialis 27. Iunij 1731. §. Pro eo namquè in fin. coram R. P. D. Cincio* ; Præsertìm si
43 huiusmodi cassaturæ, vèl aliæ interlineatio-
nes , & additiones in proposito Testamen-
ti appareant factæ de manu , seù charactere
ipsius Testatoris , eæ namquè nedùm non
detrahunt legalitati , ac perfectioni Testa-
menti , quinimò potiùs indicant , quod Te-
stator illud seriò , & accuratè exarauerit ,
ad sensum *Rot. coram Reuerendiss. Crispo decis. 12.*

cis. 12. num. 30., & *coram Eminentissimo Falconer. tom. 3. sub tit. de Testam. decis. 1. numer. 19.*, *decis. 2. num. 3.*, & *decis. 3. numer. fin.*

A. Luparelus.

ROMANA PECVNIARIA

Mer. 5. Maij 1700.

ARGVMENTVM.

Euicta re alicui data in solutum an, & quandò liceat euictionem passo regredi ad primæua iura. Collusio, & simulatio faciliùs præsumitur intèr sanguine coniunctos, & probata respectu actus principalis influit etiàm in actus consecutiuè gestos. Plura de non attendendis in Iudicio exceptionibus per Reum conuentum serotinè oppositis, quarum multa afferuntur exempla.

SVMMARIVM.

1 *Creditor tamquàm legitimus Procurator sui Debitoris potest sui fauore exercere omnes actiones eidem Debitori competentes.*
2 *Datio in solutum habet vim solutionis factæ in pecunia numerata.*
3 *Effectuatio contractus arguitur ex actibus in illius executionem gestis.*
4 *Euicta re in solutum data reuiuiscunt primæua iura eius, qui passus est euictionem.*
Quamuis non desint, qui denegent huiusmodi reuiuiscentiam, vt num. 5.
Sed prior opinio nullam admittit dubitationem stante pacto redeundi ad primæua iura in casu, quo res habita in solutum euincatur, n. 6.
Dummodò doceatur, quod res tradita in solutum fuerit effectiuè euicta ex facto Iudicis, secùs si ex proprio facto voluntario, num. 7. & 8., & n. 13.
9 *Possessor non tenetur iustificare titulum suæ possessionis.*
10 *Possessio probatur ex subhastatione, & deliberatione secuta fauore ipsius possessoris.*
11 *Hæres beneficiatus nequit impugnare factum eius defuncti auctoris, donèc legitimam reddiderit rationem de illius Bonis in Inuentario descriptis.*
12 *Præsumptionem ex præsumptione deducere non licet.*
14 *Euincere propriè aliud non est, quam rem auferre è manibus legitimi possessoris.*
15 *Catastrum probat possessionem illius, in cuius faciem Bona reperiuntur descripta, donèc contrarium iustificetur.*
16 *Diligens quisque præsumitur in quærendis, ac tuendis rebus, & iuribus proprijs.*
17 *Collusio, & simulatio de facili præsumitur intèr sanguine coniunctos.*
18 *Simulatio probata respectu actus principalis de facili præsumitur etiàm in actibus pedissequis, & concomitantibus.*
19 *Spolium quod quis voluntariè passus fuerit, excluditur ex contemporaneis reclamationibus, seù conquestionibus.*
20 *Epistola formitèr non recognita nullam facit probationem.*
21 *Epistola non probat fauore scribentis contrà Tertium, cui non erat directa.*
22 *Probationum materia tota pendet ab arbitrio Iudicis.*
23 *Exceptio defectus recognitionis Scripturarum serotinè opposita non attenditur*, & n. 24.
Idemque procedit in exceptione falsitatis scripturæ paritèr serotinè opposita, n. 25.
Itèm in exceptione defectus mandati Procuræ. non opposita in prima Instantia in Partibus agitata, n. 26.
Itèm in exceptione defectus citationis ad Sententiam non opposita in præcedentibus Instantijs, sed solùm in Iudicio Rotali, n. 27.
Itèm in exceptione defectus legitimationis personæ opposita dumtaxàt in secunda, vèl alia vlteriori Instantia, n. 28.
Et generalitèr de non attendendis alijs similibus exceptionibus dilatorijs serotinè oppositis, remissiuè, n. 29.

DECISIO CXLVII.

IVdicium difficile, quod in suis *Aphorismis* deplorabat *Hyppocrates*, sæpiús, atquè magìs etiàm Tribunalia experiuntur in ipsa præambula non minùs perquisitione, quàm determinatione postmodùm capessenda Causarum Ciuilium: quandòque etenìm adeò æquilibratæ vtrinquè palpitant rationes, adeò latet mens contrahentium, aùt alio modo disponentium, vt filij hominum, cæteròquin ex eorum fragili natura mendaces in Stateris, non ità tutè præponderatiam agnoscerent, nisi afflante Diuino Spiritu, qui scientiam habet vocis, Cœlestiùs irradiarentur; vtì forsàn euênit in hodierna disceptatione, in qua *Domini* dixerunt, procedendum esse ad legitimam executionem Mandati vsquè de anno 1689. relaxati fauore Pauli in Curia A. C., & Exequatur respectiuè concessi præuijs duabus Decisionibus *diei 27. Iunij 1695.*, & *5. Decembris 1696. à Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc intèr suas *dec. 395.*, & *471.*)

Hæredes quippè bo. mem. R. P. D. Scarinci in enunciatis Causæ examinibus deuicti proponebant hodiè, certissimum quidèm esse creditum Pauli eorum Aduersarij, vtpotè resultans ab innegabili iustificatione satisfactionis duorum Censuum insimùl in sorte importantium summam scut. 756. subsecutæ prò parte, & de pecunia Francisci Patris eiusdem Pauli, cum simultanea re-

portatione ceſſionis iurium aduersùs Mutium, & Bernardinum eorumdem Cenſuum incontrouertibiles debitores, proindèque cùm ipſe Paulus exiſteret Creditor quoquè indubitatus memorati Franciſci eius Genitoris ex cauſa Dotis maternæ in longè maiori quantitate ſcut. 8. mil., rectè (alio non apparente) valebat, induendo pannos Franciſci, perquirere ſubingreſſum, & releuationem ex capite prædictorum Cenſuum translatiuè acquiſitorum, & conſecutiuè iuremeritò implorare executionem Mandati, vt diximus, relaxati contrà Bona hæreditaria eorumdem Mutij, & Bernardini, ex
2 quo Creditor cenſetur, & eſt verus, & legitimus Procurator in rem propriam Debitoris ſui, omneſque exercere poteſt actiones eidem Debitori ſuo pertinentes, vt prætèr adductos in poſteriori *Deciſione diei 5. Decembris 1696. §. Iterùm enim (dicta deciſ. 471. num. 1.)* dictum quoquè fuit apùd *Card. Cerr. deciſ. 178. num. 9. & 10., & in Rec. deciſ. 76. num. 23. par. 17., & in Bononien. Dotis 6. Aprilis 1696. §. penult. coràm R. P. D. meo Priolo.*

Verùm pari modo proclamabant, limpidam, & claram exiſtere exceptionem præcitati crediti eradicatiuam, quià cùm appareret, Portiam Sororem, ac inſimùl hæredem beneficiatam prædictorum Mutij, & Bernardini prò huiuſmodi credito tradidiſſe Franciſco mediante publica, & ſolemni datione in ſolutum medietatem Tenutæ *di Pietra Scritta*, nimiùm euidentèr remanſerat ſublatum, & extinctum quodcumque
2 creditum Franciſci, cùm datio in ſolutum procùl dubio vim habeat numeratæ pecuniariæ ſolutionis, vt inquit *Bart. in leg. Si quis aliam in princ. ff. de ſolut., Surd. conſ. 243. num. 7., Rot. deciſ. 234. num. 3., coram Cerr., dec. 345. num. 4. par. 18., & deciſ. 360. n. 3. par. 19. Rec.*

Nequè dubitari poſſe ſubnectebant præfati hæredes, quod eadem datio in ſolutum fuerit etiàm (vtì de reliquo erat præſumendum) poſitiuè executioni demandata; Quoniam non ſolùm Franciſcus ex pòſt nactus erat actualem poſſeſſionem eiuſdem medietatis per organum Procuratoris ad hunc finem ſpecialitèr conſtituti, ſed & vlteriùs ſucceſſiuè locauerat vnâ cùm Morono alterius integrantis medietatis poſſeſſore huiuſmodi Tenutam, quodque plus erat, geſſerat quoquè actus vero Domino, ac effectiuo poſſeſſori competentes, dùm mediante præciſa Epiſtola conſcripta locatario, ſeù Conductori, huic iniunxerat, ſiuè inſinuauerat viam conſequendæ reparationis nonnullorum damnorum, quæ Priuati quidam deturbatores intulerant ergà Tenutam; ex
3 his namquè actibus, ſiuè ſeorsim, ſiuè inſimùl deguſtatis, argui contractus effectuationem, ad rem dixit *Rot. deciſ. 147. num. 1. par. 1. diuerſ., coram Arguell. deciſ. 7. num. 2., coràm Bich. deciſ. 316. num. 9., & in Rec. par. 14. dec. 520. num. 7. & ſeqq., & num. 23. cum ſeqq., & in Romana, ſeù Farfen. Reintegrationis 1. Iunij 1699. §. Et quod præſenti cum duob. ſeqq. coràm R. P. D. meo Priolo.*

Poſita itaquè ſubſiſtentia, ac effectuatione huius dationis in ſolutum, & ab ea prænaſcente ſatisfactione Franciſci, proſequebantur Hæredes, non eſſe præbendas aures Paulo replicanti, quod prædicta medietas Tenutæ productiua ſatisfactionis extiterit ſucceſſiuè ſublata, & euicta de manibus memorati Franciſci, ſicquè, quidquid ab-
4 ſtractiuè digladiantes reputent *Doctores*, vtrùm ſecuta euictione reuiuiſcant, necnè primæua iura ſpoliati, iuxtà tradita prò opinione affirmatiua per *Mangil. de euict. quæſt. 144. num. 26. & ſeqq., Salgad. in Labyr. Credit. par. 1. cap. 18. ſub num. 17. verſ. Immò*, plenè *Andreol. controu. 373. ex n. 22., Rodoer. ad De Marin. reſol. Iur. lib. 1. cap. 42. n. 9. & 19., Dexart. deciſ. Sardin. 77. per tot.*;
5 pro negatiua verò per *Gratian. diſcept. 3. ex num. 15., Scacc. de Commerc. §. 2. gloſſ. 5. num. 288. cum duob. ſeqq., Fontanell. de pact. nupt. Clauſ. 5. gloſſ. 8. par. 14. ex num. 86., Nouar. de dation. in ſolut. ſect. 1. quæſt. 11. num. 7. & 8.*

Adhùc ſtante litterali cauthela per Franciſcum adhibita in recipienda datione in ſolutum, pacti nimirùm, & reſeruationis iuris
6 redeundi ad ſua priſtina iura, & actiones, ceſſet omnis difficultas, ipſeque Franciſcus, illiuſque nomine Paulus valeret, & valeat originale creditum cum ſua primæua anterioritate, & actione executiua iudicialitèr expetere, vt in terminis conſimilis cauthelæ prætèr iàm relatos *in præcitata ſecunda Deciſione huius Cauſæ §. Nàm cùm Apoca (dicta deciſ. 471. num. 3.)* quamuè nupèr ſecuta fuit *Rot. in Romana Bouum, & Equarum 30. Aprilis proximè dilapſi §. Quoniam coràm Me* (ſuprà *deciſ. 145. num. 13.*) tradiderunt quoquè *Surd. conſ. 385. num. 20., Scacc. de Commerc. dicto §. 2. gloſſ. 5. n. 290. propè fin. verſ. Reſtringe ſecundò, & nu. 291., Capyc. Galeot. contr. 32. num. 7., & ſeqq. lib. 1., Marott. diſcept. 31. num. 18., & ſeqq., Mart. Vot. Piſan. 109. ſub num. 4., Franciſc. Merlin. deciſ. Lucen. 33. n. 14.*

Quoniàm, vt ipſi Hæredes replicabant, veriſſima foret hæc propoſitio, & iſte diſcurſus, quotiès pro parte Pauli demonſtratum
7 remanſiſſet, quod reuerâ ex facto Iudicis iuſtè, vèl iniuſtè procedentis auocata extitiſſet memorata medietas, quemadmodùm generale eſt in quacumque promiſſione, ſiuè conuentione circà euictionem, ad *Text. in leg. ſi dictum fuerit, §. Si compromiſero, ff. de euict., & in leg. fin. Cod. de act. empt., Alexand.*

Xand.

nand. cons.117. num.3. lib.7., *Rolan. cons.67. num.9. lib.4.*, *Mangil. de euict. quæst.3. n.1.*, & magis specialitèr ad effectum assequendi
8 ex causa euictionis rei traditæ in solutum iteratam satisfactionem à Debitore, *Conciol. alleg.52. num.12.*

Tantum verò aberat, quod Paulus ostenderet hanc Prætoriam, siuè iudicialem euictionem, quin potiùs illa possessio medietatis huius Tenutæ, quæ penès eosdem hæredes R. P. D. Scarincij reperiebatur ad præsens, necessariò videbatur referenda ad aliquam extraiudicialem reconsignationem, seù translationem eiusdem medietatis (fortassè nouo pretio mediante) in ipsam Portiam, quæ præcedentem celebrauerat dationem in solutum; non etenim erat verisimile, quod si Franciscus effectiuè perpessus esset vllam euictionem, non appareret, à quo, & quomodò, quodque magis est, saltèm non constaret de aliqua conclamatione iudiciali, quinimò totum erat in oppositum, nàm idem Franciscus exageratæ euictioni superstes per annos viginti pacificè conquieuerat: vndè in hoc casu, vèl maior exigebatur, ac concludentior iustificatio euictionis effectiuæ, vèl ad omne peius desiderabatur clarior offuscatio, ac respectiuè exclusio possibilitatis, quod eadem medietas redire valuerit ad manus Portiæ alia superuenta contraria retrocessione Francisci,
9 sempèr quippè fortuna possidendi fert secùm beneficium reijciendi Actorem ex solo possibili, absquè alia obligatione docendi de titulo ipsius possessionis, per *Text. in §. Commodum, Instit. de Interdict.*, *Bursat. cons.235. num.43.*, *Altograd. cons.69. num.5. lib.1.*, *Crus. de Iur. offer. cap.9. num.7.*, *Card. De Luca de Seruit. disc.35. num.10.*, & in specie euictionis considerauit *Rot. decis.91. num.7. par.16. Rec.*

Potissimè, quià intèr prædictos annos viginti, in quibus Franciscus ass. spoliatus absquè vlla forensi reclamatione conquieuerat, numerabantur septem defluxi postquàm prò credito dotali Annæ filiæ eiusdem Portiæ, & insimùl Matris R. P. D. Scarincij, eiusque fratrum, huiusmodi medietas extiterat deliberata fauore eorumdem fratrum; proindèque, quatenùs oportuisset, constabat quoquè de titulo plusquàm legitimo pos-
10 sidendi, eodemque tempore constabat, quod hæc medietas legitimè redijsset ad manus Portiæ, aduersùs quam Iudicium hoc subhastationis, & deliberationis intentatum fuerat, & consumatum, vt in fortioribus *Rot. decis.139. num.1. & 2.*, *& decis.193. num.1. apud Posth. de Subhast.*, *& decis.70. num.1. cor. san. mem. Alex. VIII.*

Addebant tandèm prò coronide, quod præcisiuè à spontanea, ac de nouo conuenta retrocessione Francisci, imperceptibile erat cogitare, quomodò totiès enunciata medietas Tenutæ in præsenti reperiretur apùd Hæredes, & per priùs apùd Portiam, nàm vbi etiàm luberet somniare, seù supponere formalia, nèc etiàm indigitata Iudicia euictionis, ad summum diuinari fas esset, quod Portia, tanquàm hæres beneficiata Mutij, & Bernardini principalium debitorum ipsorum Censuum, ex aliquo fortassè anteriori credito promouere valuisset suas molestationes, & subindè etiàm euincere eamdem medietatem: sed nequè hoc erat persuasibile, nàm copulatiuè opus fuisset, quod Portia (vt præmisimus) hæres beneficiata Mutij, & Bernardini, ad finem experiendi iura propria rationem reddidisset amplissimam effectuum hæreditariorum Mutij, &
11 Bernardini, aliàs namquè hæres beneficiatus, ratione hac non reddita, non differt à simplici, qui nequit factum, & obligationem defuncti impugnare, ex traditis per *Rot. decis.101. num.2. coràm Card. Cels.*, *& in Romana Primogeniturarum de Maximis 17. Februarij 1690. §. Quià cùm, coràm bo. me. Benincasa* (intèr suas *decis.211. num.7.*) *confirmata 4. Decembris anni eiusdem §. Similimodò, & 24. Martij 1692. §. Et licèt, cor. Reuerendiss. Manuel Episcopo Zamoren.*; hoc autèm nouum Iudicium, & factum præsu-
12 mere de medio, foret nimium, & exorbitantem fasciculum cumulare præsumptionum, quod non licet, vt ait *Rot. coràm Vbald. decis.300. num.28.*, *& coràm Duran. decis.307. num.10.* cum reliquis notatis.

Hæc itaquè erant admodùm apparentia, atquè in semetipsis non aspernabilia fundamenta, quæ reuerâ nutare faciebant stateram Iustitiæ, reddebantque in conflictu motiuorum, quæ mòx adducentur, Iudicium difficile: Sed nihilominùs absolutè præponderauit basis benè fundata præcedentium resolutionum, & signantèr ex quo reuersio ad pristina iura concepta erat pèr amplissima verba, vt ibi = *In caso, che detti Terreni, ò parte di essi fossero in qualsiuoglia maniera*
13 *euitti*; quaproptèr necesse non erat pauperi, & ærumnis pleno successori alterius non minùs obærati Auctoris formitèr incedere (stante hac amplitudine loquendi) per rigidiores regulas, quod euictio probanda sit per factum, aùt Sententiam alicuius Iudicis, dummodò in substantia manibus palpetur, quod res extiterit citrà proprium factum, aùt culpam interuersa, & ablata
14 à primæuo possessore; Euincere enim propriè aliud non est, quàm rem auferre à possessore legitimo, sicuti notarunt *Azo. in summ. Cod. de euict. num.1.*, *Guzman. eod. tract. quæst.1. num.3.*, *Ios. De Rosa consult.7. num.25. & 26.*, *Scopp. in obseru. ad Gratian. decis. March. 13. num. 76.*, *Rot. decis.738. num.5. coràm Card. Cerr.*

Quod

Quod autèm medietas huius Tenutæ tradita Francisco in solutum, ab ipso remanserit auulsa, & consequentèr euicta, tangebatur ex publico Catastro Ciuitatis Montis Falisci confecto, seù renouato de speciali mandato Sac. Congregationis Boni Regiminis sub annis 1661. & 1662.; In eodem siquidèm Catastro præcisè legebatur, quod hæc Tenuta *di Pietra Scritta*, descripta reperiebatur in faciem illorum de Scarincijs Portiæ nepotum prò indiuiso vnâ cum suprà laudatis compossessoribus de Moronis: ex
15 Catastro autèm (nisi contraria intercedat demonstratio) probari possessionem illius, in quem cantat partita huius publici regulatorij Codicis Bonatenentium, planissimum est, & comprobat *Add. ad Buratt. dec.317. num.9. vers. Secùs quandò, Posth. de manut. obser.27. num. 1., Rot. decis. 166. num.9. par.15., decis.231. num.12.par.19. Rec., & in Auenionen. Fideicommissi supèr manutentione 20. Ianuarij proximè præteriti §. Etenim, & seq. coràm R. P. D. meo Muto.*

Stabilitò itaquè hoc extremo possessionis reuersæ in Portiam, siuè eius Nepotes, pròut & hodiè perseuerat penès ipsorum hæredes, nodus oppositæ difficultatis restringitur, vt suprà, in indagando, vtrùm fuerit hæc medietas Tenutæ prærepta, vèl alio modo euicta per ipsos Scarincios, siuè potiùs voluntariè eisdem retrocessa per aliquam nouam possibilem conuentionem: Circà quod *Domini* totâ Massâ perspectâ (licèt quodammodò ex integro, non obstante præcedenti Sententia Tribunalis, Causam reassumpserint) firmius esse reputarunt, quod potiùs omninò huiusmodi reuersio foret referenda ad licitam, vèl illicitam præreptionem, vèl euictionem secutam prò parte eorumdem de Scarincijs; Vim etenim non modicam antè omnia *Dominorum* pectoribus inferebat ponderatio, quod si aliquis de nouo contractus voluntarius interuenisset intèr Portiam, & Franciscum, vtiquè cùm non agatur de re tàm modica, nèc de tempore adeò vetusto, & extaret intèr Scarincios Prælatus non admodùm negligens, facilè potuissent hæredes eiusdem R. P. D. Scarincij docere de hoc nouo titulo, præsertim in comparationem Francisci, & Pauli pluri-
16 bus, vt diximus, ærumnis & infortunijs afflictorum, cùm quisque præsumatur solers in quærendis, & tuendis rebus proprijs, vt inquit *Noal. cons.5. num.7., Menoch. de præsumpt. lib.6. præs.77. num.4., Modern. Argentan. collect. 21. num.28. cum duob. seqq. lib.1., Rot. decis.131. num.6. par.2. diuers., & decis. 111. num.7., & num. 10. par.17. Rec.*.

Eòque perstringentiùs, animaduertendo ad factum, quod supèr hac medietate Tenutæ contigit successiuè; nìm si iàm ex præcitata iustificatione Catastri illius possessio stabat apùd Scarincios de anno 1661., & 1662., quomodò deincèps de anno 1663. consumata fuit deliberatio, & sic mediante titulo Prætorio, velùt ex integro, illius acquisita possessio: Et quomodò paritèr pòst eamdem acquisitionem, & deliberationem passam a Portia, fermè incontinenti eadem Portia deuenit ad largitionem omnium suorum Bonorum ergà Nepotes, qui eam contentiosè lacessiuerant, & spoliauerant, quemadmodùm de his omnibus constabat ex *Summario* Pauli dato sub die 12. Decembris *1695. ex Num.1. vsquè ad 6.*; à toto
17 namquè huiuscemodi contextu non tantùm euidens, maximè intèr Auiam, & Nepotes, erumpebat præsumptio simulationis, & collusionis, sicutì in proximis obseruauerunt *Decian. cons.11. num.116. lib.1., Fab. de Anna cons.104. num.10., & seq., Mastrill. decis.239. num.5., & seqq., Rot. in Romana Census 3. Iunij 1697. §. At Domini cum duob. seqq. coràm Me (decis.10. num.6. tom.1.) & in Romana Fideicommissi 1. Iulij 1699. §. fin. coràm R. P. D. meo Pio*: Verùm etiàm religio Iudicis impellebatur ad opinandum, quod quià fortè minùs validè Scarincij occupauerant istam medietatem, curauerunt
18 idcircò sese multiplicibus insimulatis titulis cooperire durantibus interim calamitatibus Francisci, secundùm axioma, de quo *in cap. Scribam, de præsumpt., & in cap. Semèl, de regul. Iur. in 6.*, cum concord. apùd *Barbos. axiom.142. num.1.*

Et ad magis roborandam hanc veritatem, quodque non alia noua conuentio, sed iniusta dumtaxàt occupatio transfuserit possessionem Tenutæ in Scarincios, & consequentèr pro maiori infractione regulæ generalis, quod possessori sufficiat per possibile acquirere potuisse rem possessam absquè coactione alium titulum iustificandi, non paruam *Dominis* iniecêre efficaciam plures Epistolæ antè omnes huiusmodi actus conscriptæ per Franciscum sub anno 1655. eidemmèt Affictuario, cui de anno præcedenti idem Franciscus Tenutam locauerat, in quibus palàm conquerebatur de spolio, & iniusta occupatione Portiæ; sicutì quippè absurda, ac fatua extitisset consimilis conclamatio, quandò Franciscus voluntariè ad vllam re-
19 trocessionem deuenisset, ità ex opposito ex his contemporaneis conquestionibus valdè ad arguendam iniustam vsurpationem, vèl spolium, aùt vim illatam inferri, liquet ex traditis in proposito per *Rot. pòst discept. Contrij decis. 88., & part. 10. Recent. decis.341.* vtrobiquè *sub num.2., & in Aquen. restitutionis in integrum 25. Iunij 1696. §. In præsenti autèm ad med. coràm bon. mem. Emerix. iun.* (intèr suas *decis.1356. num.4. in fin.*)

In

In nihilo obsistente, quod tales Epistolæ
20 non apparerent citatis Hæredibus recognitæ,
quodque probare non possent fauore
Scribentis, vèl habentis causam ab eo,
21 præsertim contrà Tertium, cui non erant
directæ: Siquidèm omnes hæ obiectiones in
suis casibus erant infallibiles; Verùm retorta
(vt suprà) non indicata, nedùm patefacta
vlla alia conquisitione tituli, quinimò
deducto illo prorsùs insimulato, &
collusiuo deliberationis, satìs animus impellebatur
ad præstandam fidem eisdem
22 Epistolis, cùm materia probationum nequeat
certis, semperquè in eodem statu permanentibus
conclusionibus arctari, & confinari,
sed recto, ac prudenti Iudicis arbitrio
relinquantur, per ea, quæ aduertit
Leotard. de Vsur. quæst.9. num.3., *Card. De Luca de Credit. disc.109. sub num.2.*, *& de Iudic. disc.22. num.19.*, *Rot. decis.146. numer.19. part.18. Rec.*

Concomitante præsertìm reflexione, quod
quantumuis hæ adamussìm Epistolæ formitèr
productæ extitissent per Paulum in prima
Instantia coràm A. C., & in ea succubuerint
Hæredes, deindèque coràm Reuerendiss. D.
23 meo Decano repetitæ cum pari succumbentia,
non videbatur idcircò hiscè serotinis
obiectionibus posse inhæreri, prout in fortioribus
inspecta hac serotina oppositione
pluriès responsum fuit per *Rot.*, vt in *decis.74. num.1. coràm Rembold.*, *& dec.113. sub n.13. vers. Nèc impugnatio*, *apud Posth. de manut.*, *in Fanen. Immissionis 27. Iunij 1695. §. Nequè refragatur*, *& in Cracouien. Parochialis 14. Maij 1696. §. Idque faciliùs, coràm R. P. D. meo Pio*.

Et ità, etiàm quòad cauthelam Angeli aliàs deductam, *Domini* remissiuè se habentes ad præcedentes *Decisiones* Reuerendiss. D. mei Decani, tutiùs, & fauetius respondendum censuère, vtrâque &c.

ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

Conclusio adducta in hac Decisione *n. fin.*
de non attendenda exceptione serotinè
24 opposita in tertia Instantia supèr defectu recognitionis
scripturarum, aliorumque priuatorum
Iurium productorum ab alio Collitigante,
& insimùl victore, fuit quoquè ex
pòst canonizata in *Lauden. Pensionis 5. Decembris 1701. §. Nequè in contrarium, coràm D. Card. Scotto*, *& in Fanen. Immissionis 7. Maij 1703. §. Quoniàm, coràm R. P. D. meo Lancetta* (nùnc intèr suas *decis.260. num.3.*) *& in Salisburgen. Primogenituræ 12. Martij 1714. §. Adhùc, coràm Me*.

Idemquè de exceptione falsitatis scripturæ
25 paritèr serotinè opposita, nequè in alijs
præcedentibus Instantijs imaginabilitèr deducta,
dictum fuit in *Romana Cambiorum 13. Iunij 1698. §. Nèc benè, coràm clar. me. Card. Caprara* (modò intèr eius impressas *dec.393. num.7.*) *& in Romana annuæ præstationis supèr alimentis, & sumptibus litis 8. Martij 1700. §. Nequè releuare, coràm prælaudato D. Card. Scotto, & in Calaritana Vineæ 5. Decembris 1712. §. In quam sententiam, coràm R. P. D. meo Aldrouando, & in Anagnina Dotis, & Augumenti 11. Iunij 1714. §. fin. coràm Me*.

Idem paritèr de exceptione defectus man-
26 dati Procuræ non opposita in præcedenti
Iudicio in Partibus agitato, vbì facile fuisset
huic exceptioni satisfacere, responsum fuit
in *Ternlen. Beneficij 25. Iunij 1696. §. Omnemquè, coràm bo. me. Muto*, *& in Dertbusen. fundationis Beneficiorum 23. Ianuarij 1697. §. Minùsque, coràm bo. me. Pio*.

Idipsum de exceptione defectus citationis
27 ad Sententiam opposita solùm in Iudicio
Rotali, non verò in antecedentibus Instantijs,
dixit *Rot. in Monasterien. Iurisdictionis 16. Aprilis 1697. §. Minùsque attendi, coram bo. me. del'Olmo*: Et de simili exceptio-
28 ne defectus legitimationis personæ nequaquàm
opposita (vt moris est) in principio
Iudicij, sed solummodò in secunda, vèl vlteriori
Instantia, loquitur *eadem Rot. in Melevitana Pecuniaria 11. Februarij 1718. §. Licèt enim, coràm R. P. D. meo Coria, & in Perusina Immissionis 18. Martij eiusdem anni §. Non minoris, coràm R. P. D. meo Lancetta* (quæ est in *tom.4.* suarum *Decisionum* in ordine *la 1054 nu.9.*)

Plura alia exempla consimilium dilatoria-
29 rum exceptionum, quæ per Sac. Auditorium
extiterunt reiectæ tamquàm nimis serotinè
oppositæ, videri possunt in *Melphicten. Cappellaniæ 4. Iulij 1698. §. Non tamèn ad med.*, *in Pisauren. Hæreditatis 5. Decembris eiusdem anni §. fin.*, *& in Perusina Saluiani 6. Aprilis 1699. §. Demùm, coràm Muto*, *in Romana Immissionis 30. Ianuarij 1702. §. Luculentiùs autèm*, *& in Pampilonen. Parochialis 6. Martij eiusdem anni §. Deniquè, coràm M[illegible]*, *& in Romana, seù Sabinen. Bonorum 7. Martij 1704. §. Fortiùs in fin. coràm præfato bo. me. Muto*.

ROMANA, SEV MONTIS FALISCI BONORVM.

Merc. 5. Maij 1700.

ARGVMENTVM.

Frater occasione Matrimonij per Sororem contracti assignauerat eius Viro in partem Dotis nonnulla Bona stabilia sita in Patria ipsius dotantis, eidemque Sponso facultatem dederat, vt lapso quinquennio posset talia

lia Bona dimittere, & illorum loco consequi alia stabilia æqualis valoris in Vrbe existentia. Pòst lapsum 30., & vltrà annorum filius ex hoc Matrimonio natus iudicialitèr institit aduersùs Auunculum dotantem prò traditione Bonorum Vrbis iuxtà facultatem eius prædefuncto Patri elargitam, quotiès retrotradere vellet ratam Bonorum primitùs in Partibus assignatorum; suumque obtinuit intentum non minùs coràm A. C., quàm in Sacro Rotæ Auditorio iuxtà præsentem *Decisionem*, non obstantibus tribus exceptionibus datis per Auunculum succumbentem, & in eadem *Decisione* reiectis.

SVMMARIVM.

1 *Promittens vendere, vèl aliquid aliud facere sub obligatione Camerali, poterit à Iudice compelli ad effectuationem eius, quod promisit, mediante stipulatione Instrumenti ex officio.*

2 *Pactum* legis Commissoriæ *est ab vtroque Iure improbatum.*

Amplia, id procedere, etiamsi tale pactum reperiatur appositum in contractu dotali, n.3.

Quod tamèn non absolutè procedit, sed iuxtà plurium casuum distinctiones, de quibus remissinè n.6.

4 *Pacta personalitèr conuenta non transeunt ad hæredes paciscentium.*

Declara, vt n.14., & seq.

5 *Pactum facultatiuum, quod præscriptum remansit in vita paciscentis ob illius non vsum spatio 30. annorum, nequit exerceri ab eius hæredibus.*

7 *Pactum* legis Commissoriæ *requirit pro sui base, seù fundamento constitutionem pignoris.*

8 *Pactum* legis Commissoriæ *non intrat, vbi deficit iniustitia pretij.*

Et de ratione, ibid., & n.9.

10 *Termini pacti* legis Commissoriæ *non intrant in contractu permutationis.*

Et de ratione, ibid., & n.11.

12 *Pactum* legis Commissoriæ, *eiusque prohibitio non intrat, vbi pignus traditum à Debitore æquiualet eius debito, & de ratione.*

13 *Hæredes sempèr censentur compræhensi in quolibet pacto, contractu, aùt stipulatione, quamuis de eis nulla fuerit habita mentio.*

Amplia, id procedere etiàm in materia de sui natura minimè transitoria ad hæredes, quotiès isti non fuerunt nominatim exclusi, n.14.

Itèm amplia, etiamsi pactum appareat personalitèr conceptum, quotiès non adsit aliqua dictio taxatiua, aùt limitatiua, n.15.

Et in hoc proposito non minùs verba contractus, quàm mens paciscentium considerari debent, n.16.

17 *Præscriptio 30. annorum non sufficit pro perimenda actione, vbi agitur de contractu iurato.*

Sed in hoc casu exercitium actionis protrahitur vsque ad 40. annos, ibid.

18 *Præscriptio 30., vèl 40. annorum non obest, nisi sit integralitèr completa, &* n.22.

19 *Præscriptio non currit durante pupillari ætate eius, contrà quem illa allegatur.*

20 *Præscriptio non currit contrà hæredem non informatum de credito sui Auctoris.*

21 *Pactum* legis Commissoriæ *quandò inficiat, necnè contractum pignoris, venditionis, aùt transactionis*, remissiuè.

DECISIO CXLVIII.

Attenta non minùs validitate, quàm Iustitia censuerunt hodiè *Domini*, exequendum esse Decretum clar. me. Cardinalis Cauallerini, tùnc A. C. Locumtenentis, per quod Antonium condemnauerat ad assignandam Francisco, vti filio, & hæredi Valeriani, prò rata scutorum 2300. Domum sitam in Regione Transtyberina in excambium Bonorum Montis Falisci, quæ in partem Dotis Cæciliæ Sororis ipsius Antonij extradita fuerant præfato Valeriano sub ea lege, quod pòst quinquennium posset quandocumquè illa dimittere, & in eorum locum effectiuè consequi alia Bona stabilia in Vrbe existentia, ad electionem prænominati Antonij, aliorumque fratrum Cæciliæ huic obligationi in solidùm accedentium.

Validitas quippè ex Actorum reuolutione effulgebat; Iustitia verò promanabat ex solidali obligatione Antonij de retroaccipiendo pòst effluxum quinquennij ad libitum Valeriani Bona Montis Falisci eidem Valeriano (vt præmisimus) temporalitèr, sinè resolubilitèr assignata pro intranti quantitate scutorum 2300., dequè consignando eorum vice correspondentem ratam Bonorum Vrbis: quaproptèr cùm Antonius iudicialitèr lacessitus ex parte Francisci detractauerit
1 propriam adimplere promissionem, Iustitiæ, & æquitati consonum videbatur, ut ad id foret per Iudicem compellendus mediante decreta ex officio confectione Instrumenti assignationis, pròut in promissionibus de vendendo, & similibus passim practicari docent *Alex. consf.39. sub num.1. vers. quò autèm lib.5.*, *Corn. consf.120. num. 3. lib.4.*, *Tiraqu. de retract. lignag. §.29. gloss.5. nu.1.*, *Rot.dec.26. num.3. par.4. rec.*, *& in Romana Aromatariæ 15. Februarij 1686. §. Resolutioni potissimùm, coràm bo.me. Benincasa* (nùnc intèr suas *decis.65. n.1.*)

Absquè eo, quod quidquam releuare visa fuerit triplex exceptio ex parte Antonij promota coràm A. C., & per Defensores Francisci ingenuè oculis *Dominorum* exposita; prima nempè, quod præmissa conuentio inita intèr Antonium, & Valerianum præseferret speciem quamdam pacti, quod nun-
2 cupant *legis Commissoriæ*, ab vtroque Iure improbati, vt in *l. fin. Cod. de pact. pignor.*, *& in*

& in Cap. Significante, de pignor., quoduè
3 corruere, & vitiari, tametsì in Contractu (prout hic) dotali reperiatur appositum, vnanimitèr affirmant *Alex. conf.*178. *n.*10. *lib.*7., *Negusan. de pignor. par.*4. *princ. sub n.*8. *vers. Tamèn in hoc articulo, Leotard. de Vsur. quaest.*70. *ex n.*64., *& n.*71. *& seqq.*, *Nouar. de dation. in solut. quaest.*5. *num.*8., *Surd. decis.*248. *num.*13., *Rot. decis.* 330. *num.* 18. *par.*11. *recent.*

Et altera, quod admissâ etiàm subsistentiâ huiuscè stipulationis, adhùc facultas expetendi Bona Vrbis loco illorum originariè assignatorum in Territorio Montis Falisci, velutì personalitèr collata in arbitrium solius Valeriani, vt ibi = *Sia nell' arbitrio dell' istesso Sig. Valeriano*, nullatenùs exerceri possèt per Franciscum eius filium, & hære-
4 dem, ex recepta propositione, quod quælibet promissio, vèl pactum personalitèr conceptum, nequè actiuè, nequè passiuè transit ad hæredes paciscentium, de qua *Cephal. cons.*352. *n.*16. *cum seqq.*, *Hering. de fideiuss. cap.*10. *n.*34., *Rot. decis.*110. *nu.*37. *cum.*2. *seqq. pòst Merlin. de pignor.*, *& in rec. dec.*396. *num.*2. *& seqq. par.*4., *& dicta decis.*330. *n.*40. *cum pluribus seqq. par.*11.

Tertia demùm, quod cùm Valerianus pòst contractum superuixerit per 30. annos, & vltrà, nunquamuè institerit pro effectuatione Excambij sibi expromissi, nequiuerit
5 idcircò huiusmodi facultas, etiamsì per hypothesim transitoria ad hæredes, transmitti in Franciscum in statu exercibilitatis, dùm iàm in vita ipsius Valeriani amortizata quodammodò remanserat per tanti temporis decursum, vt prosequitur *Rot. dicta dec.* 396. *num.*5. *par.*4. *rec.*, & conferunt in similibus tradita in *decis.*63. *num.*10. *&* 11. *par.*17., *& in Romana locorum Montium* 3. *Februarij proximè præteriti §. Firmata igitur, coram Me* (suprà *decis.*129. *num.*6. *&* 7.)

Siquidèm, distinctè procedendo, quatenùs pertinet ad primam obiectionem, illius profectò termini inapplicabiles omninò reddebantur præsenti controuersiæ, adeòut opus idcircò non fuerit maturiùs examinare quæstionem, vtrùm pactum *legis Commissoriæ* sub-
6 stineatur, necnè fauore Dotis, & de qua per plurium casuum distinctionem plenè agunt *Bald. Nouell. de Dote priuil.* 54. *per tot.*, *Mant. de tacit. lib.*11. *tit.* 10. *ex nu.*37. *vsquè ad fin.*, *Roderic. de ann. reddit. lib.*1. *quaest.*2. *ex num.*45. *cum pluribus seqq.*, *Pirhing. in Ius Canon. lib.*3. *tit.*21. *§.*7. *num.*32. *ad fin.*, *Giballin. de Vsur. lib.*3. *cap.*7. *art.*13. *num.*31., *Card. De Luca de Dot. disc.* 126. *per tot.*; deficiebat quippè in Contractu, de
7 quo agebatur, constitutio pignoris, quod esse solet basis fundamentalis huiuscemodi quæstionis, nàm Bona Montis Falisci extiterant Valeriano assignata cum Clausulis, & verbis præseferentibus omnimodam translationem dominij: pròut etiàm aberat quælibet pretij iniustitia, quæ fuit ratio potissi-
8 ma, ob quam Iura nostra huiusmodi pactiones damnarunt ad occurrendum suffocationi Debitorum, qui pecuniâ indigentes, non alitèr à fœneratoribus adinuenire poterant, quàm mediante extraditione pignoris maioris valoris, & importantiæ, sub ea vlteriùs aspera conuentione, quod quatenùs intrà certum terminum pignus refuso pretio non reluerent, illud censeretur perpetuò addictum fauore mutuantis, quemadmodùm
9 perpendendo quidditatem, & rationem præcitatæ Iuridicæ prohibitionis, & infectionis huiusmodi conuentionum, communitèr obseruarunt *Bald. Nouell. dicto priuil.* 54. *sub n.*2. *vers. nàm quarè*, *Couarr. var. resol. lib.*3. *cap.*2 *num.*8., *Mant. de tacit. dicto lib.*11. *tit.*9. *num.*3. *&* 4., *Cuiac. lib.*5. *obseru. cap.*22., *Guttier. de Iuram. confirm. par.*1. *cap.*33. *num.*1., *Carpzou. respons. Elect.* 12. *num.*13. *&* 19. *lib.*5., *Acost. de priuil. Creditor. reg.*3. *limit.*2. *num.*9., *Andreol. controu.*285. *num.*2. *&* 3., *Card. De Luca de Vsur. disc.*8. *n.*9.

Solùmque in substantia intèr Contrahentes inita fuerat stipulatio futuræ permuta-
10 tionis, & excambij Bonorum, quod quidèm pactum nullo Iure, vèl ratione improbatur; non enim Debitor in hoc casu aliquam patitur iacturam, quià tenetur dumtaxàt præstare rem æquiualentem, priori apùd se remanente; minùsque Creditor quidquàm consequitur vltrà id, quod in effectu ab initio recepit: Ac proptereà consimiles con-
11 uentiones de permutando, ac subrogando vnam rem pro alia in futurum collatas non pertinere ad materiam *legis Commissoriæ*, sed vndequàque validas esse, & practicari, per *Text. in leg.*2. *Cod. de pact. pignor.* constantèr tradiderunt *Roderic. de ann. reddit. dicto lib.*2. *quaest.*2. *num.*40. *&* 41., *Mangil. de Euict. quaest.*57. *num.*17., *Leotard. de Vsur. dicta quaest.*70. *num.*80. *& seqq.*, *Andreol. dicta contr.*285. *num.*9., *Gibalin. de Vsur. dicto lib.*3. *cap.*8. *art.*13. *num.*33. *&* 34., & magìs punctualitèr ad rem nostram admissum fuit in *decis.*422. *num.*1., *&* 2. *coràm Priol.*

Fortiùs autèm, quià nulla in hoc contractu intercedebat læsio Debitoris, siuè iniustitia pretij: quoniàm Bona Vrbis, assignanda loco dimittendorum in Territorio Montis Falisci, æstimari debebant, & successiuè consignari Valeriano pro intranti quantitate sc. 2300., quanti appretiata fuerant Bona priori loco assignata; in quibus sanè terminis adeò exulat suspicio vsurariæ prauitatis,
12 vt etiàm in vera, & propria constitutione pignoris substineatur pactum ipsum *legi Commissoriæ*, quià nempè in hoc casu pignus non committitur quasì in pœnam non ex-

pletæ statuto tempore solutionis, sed verè, & in effectu iusto pretio comparatur, ad litteram *Text. in leg. Si fundus, §. final. ff. de pignor.*, *Honded. cons. 31. num. 41. & seqq. lib. 1.*, *Bursatt. cons. 320. sub num. 114.*, *Carpzou. dicto respons. 12. ex n. 11. & n. 18. & seqq.*, *Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 123. num. 51.*, *Leotard. dicta quæst. 70. n. 49. & 50.*, *Acost. de priuileg. Credit. dicta reg. 3. limit. 2. n. 10.* *Card. De Luca de Vsur. dicto disc. 8. sub nu. 9. vers. vbi autèm, & de Dot. dicto disc. 126. n. 5.*, *Rot. dicta decis. 330. num. 23. par. 11. rec., & decis. 138. num. 4. cum 3. seqq. par. 13.*

Non minori facilitate sublata fuit secunda exceptio fundata in prætensa personalitate facultatis sibi reseruatæ per Valerianum: Præmissâ namquè regula indubitata, quod
13 in quolibet indifferenti pacto, Contractu, & conuentione, præsertìm affirmatiua, sempèr compræhensi intelliguntur hæredes, etiamsì nulla de eis facta mentio dignoscatur, ad *Text. in leg. Si pactum, ff. de probat., & in leg. Veteris, Cod. de contrahen. & committ. stipul.* cum concordan. apùd *Gratian. discept. 568. num. 6., & 7., Cyriac. contr. 24. num. 2., Modern. Palm. alleg. 148. ex num. 1. cum plur. seqq., Rot. decis. 659. ex num. 3. vsquè ad finem par. 4 tom. 3. rec., & dec. 173. num. 3. cum duob. seqq. coràm sa. me. Alexandro VIII.*

Nullatenùs refragari visa est limitatio deducta ex verbis personalitatem denotanti-
14 bus; Cùm enim ageretur, vt prænotauimus, de materia indifferenti, & de sui natura transitoria ad hæredes, ijdemque non forent nominatim exclusi, minùsque persona Valeriani connotata extiterit cum aliqua dictione taxatiua, aut limitatiua, subsequens
15 proinde designatio ipsius Valeriani, vt ibi = *dell' istesso Sig. Valeriano*, non poterat censeri adiecta, vt personale pactum fieret, sed vt demonstraretur persona, cum qua inita fuerat stipulatio ipsius pacti, pròut per hæc præcisa verba inquit *Vlpian. in leg. Iuris gentium, §. Pactorum, ff. de pact.*, & comprobant *Bellon. Iun. cons. 27. num. 61., Cyriac. contr. 212. num. 16. & 17. Palm. d. alleg. 148. num. 3. & 5., Rot. coràm Coccin. decis. 2121. num. 86., & seq., & in rec. decis. 371. n. 22. & seqq. par. 11., & coràm Priol. d. dec. 422. ex num. 3. vsquè ad 7., & in Asculana Parochialis 5. Iunij 1684. §. quoverò ad retrocessionem, coram bo. me. Benincasa* (nùnc intèr suas *decis. 11. num. 15. & 16.*) *in Romana Pecuniaria 10. Iunij 1695. §. Hinc frustrà, & seq. coràm R.P.D. meo Pio, & in Romana Donationis, seù Primogenituræ de Aldobrandinis 10. Iunij 1697. §. Cùm ergò in hypothesi, coràm bo. me. Vrsino Decano.*

Clariùs verò, quià ius expetendi Bona Vrbis collatum fuerat pòst quinquennium in tempus indeterminatum, & quodammodò infinitum per illa verba = *Et posteà quandocumquè*: Ex quibus sanè sicuti depræhendebatur, imperceptibile esse, quod contrahentes restringere intellexissent huiusmodi facultatis exercitium intrà circulum Vitæ ipsius Valeriani, qui etiàm nondùm dilapso quinquennio poterat occumbere; ità necessariò inferebatur, quod eadem facultas, prç-
16 tèr Iuris ministerium, etiàm ex mente Partium esset transmissibilis ad hæredes, quemadmodùm pro realitate consimilis pacti optimè animaduersum fuit in præcitata *decis. 422. sub num. 10. vers. implicitè verò, coràm Priolo.*

Leuissimum deniquè apparuit tertium, siuè postremum diffugium præscriptionis;
17 Omisso enim, quod sola tricenaria haùd sufficisset prò præscribenda actione exoriente (vt ad præsens) ex stipulatione Iureiurando vallata, in quibus terminis actio ipsa protrahitur vsquè ad 40. annos, iuxtà opinionem nostri Tribunalis, de qua in *decis. 190. num. 23. pòst Zacch. de oblig. Camer. & coràm Buratt. decis. 457. num. 1., Dunozett. Iun. decis. 725. num. 21., & in rec. decis. 373. num. 11. par. 9., & decis. 722. num. 6. par. 18.*

Adhùc ad exuberantiam constitit ex facto, quod reuerâ nequè tricenaria præscriptio effluxerat in Vita Valeriani: Quià cùm facultas expetendi Bona Vrbis non esset exercibilis, nisi pòst quinquennium, istud autem ex conuentione inita in Instrumento dotali incipere dumtaxàt deberet à die prima Decembris 1640., nulla per consequens decurrere poterat præscriptio, nisi à die prima Decembris 1645.; quapropter cùm Valerianus fato cesserit de mense Martij 1675., eccè quod deficiebant octo menses pro complemento triginta annorum, ideòque ad tollendum obstaculum præscriptionis subintrabat familiaris illa propositio, quod in hac
18 materia, ratione intrinsecæ odiositatis, requiratur lapsus temporis vsquè ad vltimum momentum, nequè attendatur, quod de proximo complenda foret præscriptio, ad *Rot. decis. 519. n. 2. par. 4. tom. 3. rec., decis. 226. num. 49. par. 7., decis. 290. n. 9. par. 15., decis. 11. num. 8. par. 18., & in Pisauren. rescissionis contractus 5. Maij 1698. §. final. coràm Me (decis. 42. num. 18. tom. 1.)*

Abindè verò citrà, scilicèt pòst obitum Valeriani, vsquè ad diem motæ litis per Franciscum, nequè compleri valuit præscriptio cœpta contrà Valerianum, nequè alia de nouo inchoari aduersùs ipsum Franciscum,
19 siuè subducatur (vt fieri debet) ætas pupillaris, siuè perpendatur præsumpta illius ignorantia promanans ex qualitate hæreditaria respectu Valeriani eius Genitoris, pròùt de subducendo tempore pupillaris ætatis habetur in *decis. 75. num. 13. coràm Zarat., decis. 464.*

cis.464. num.9., seqq. coràm Card. Cerro, in Vrbeuetana releuationis indemnitatis 20. Iunij 1685. §. final. coràm bo: me. Paulluccio, & in Perusina reintegrationis 27. Ianuarij 1698. §. Nèc obstat, & 27. Iunij eiusdem anni §. Nèc ad euitandam, coràm R. P. D. meo Caprara (intèr eius modò impressas *decis.371. nu.7. & decis.405. num.3.*) & de præseruando hæ-
20 redem non informatum à gladio præscriptionis, nuperrimè, antiquioribus omissis, firmatum extitit in *Fauentina Saluiani prima Martij proximè præteriti §. final. coràm Me* (*suprà decis.134. num.14.*)

Et ità, Francisco dumtaxàt informante, Creditoribus verò Antonij prædefuncti pluriès citatis, non tamèn excitatis, responsum fuit &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

AD materiam pacti legis Commissoriæ, de quo in hac Decisione *num.2. & 3. &*
21 *ex num.6. ad 12.*, quandò nempè intret, necnè pro infractione contractus pignoris, venditionis, vèl transactionis, uideri possunt infrascriptæ *Authoritates* per Me fidelitèr recognitæ, videlicèt *Couarr. in cap. quamuis pactum §.3. num.5. de pact. in 6., & var. resol. lib.3. cap.2. num.7. & seq., Cod. Fabrian. lib.8. tit.23. defin.1. cum quatuor seqq., VVaguarec., Tell. Gonzal., & alij in cap. significante 7. de pignor., Pirrhing. in Decretal. lib.3. tit.21. §.7. per tot., ibiquè etiàm P. Anaclet. §.2. ex num.55. ad 65., Mant. de tacit. lib.11. tit.9. & 10., Guttier. de Iuram. confirm. par.1. cap.33., Facchin. contr. Iur. lib.10. cap.73., Mozz. de Contract. tit. de pignor., & hypoth., rubr. de accidental. pignoris per tot. pag. mihi 224. & seqq., Bonacin. oper. moral. tom.2. eodem tit. de Contract. disp.3. quæst.3. punct.8., Gasp. Roderic. de ann. reddit. lib.2. quæst.2., Trentacinqu. var. resol. lib.3. tit. de pignor. resol.11., Carpzou. respons. Elect.12. lib.5., & de Iurisprud. foren. par.2. Constit.30. defin. 43., & Constit.33. defin.22., Io. Choppen. pract. obs.19. per tot., & obs.40. num.2. lib.2., Leotard. de Vsur. quæst.69., Gibalin. eod. tract. lib.3. cap.7. art.13. ex num.18., & de vniuers. negoc. lib.4. cap.5. art.1., Rebell. de oblig. Iustit par.2. lib.16. in fin. tit. de pact. leg. Commiss. quæst. vnic., Seraphin. de priuil. Iuram. priuil.131., Euerard. Broncharst. Miscell. controu. cent.1. assert.77., Intrigliol. sing.64. ex n.322. lib.3., Cyriac. contr.393., P. Bernard. Biss. in Decad. moral. tract.10. ex n.236., Gait. de credit. cap.4. quæst.9. à num.1099., Merlin. de pignor. lib.4. quæst.123., Layman. Theol. moral. tract.4. cap.30. num.6., Hermosill. ad Lopez leg.38. tit.5. par.5., Gall. de fructib. disput.24. ex num.15., Rosignol. de Contract. contr.3. prænot.19., Albert. Maulius tract. var. tit. de pignor., Rubr. Quæ pacta pignus recipiat col.4. in princ. ex vers. Pactum legis Commissoriæ cum seqq., Thom. Maulius de empt., & vendit. tit.7. num.13. & seqq., Vespignan. eod. tract. consult.2. numer.18. & 19., Andreol. contr.285., Vela dissert. 30. ex num. 51., Bonden. collect. 14. num.175. cum seq., & num.207. cum plur. seqq., Valeron. de transact. in proæm. n.36., & tit.1. quæst.6. n.21., Vrceol. eod. tract. quæst.99. ex num.21., Card. De Luca de Dot. disc.126., & de Vsur. disc.8., & de empt. & vendit. disc.33., Surd. decis.113. num.13., dec.248. per tot., & decis.259. num.13., Fontanell. decis.130., Rot. decis.422. num.4. & 6. par.4. tom.1. rec., decis.330. ex num.17. par.11., decis.129. ex num.62. par. 12., decis.138. ex num.4. ad 7. par.13., & in Romana Manutentionis 20. Aprilis 1703. §. Non refragantibus cum seq. cor. Card. Scotto.*

Quod præscriptio, veluti de sui natura aliquam præseferens odibilitatem, nequeat
22 allegari, nisi sit integralitèr completa vsquè ad vltimum temporis momentum, dixit quoquè *Rot.* in celebri *Nullius, seù Fulden. Iurisdictionis 1. Iunij 1708. §. Constabilito* (aliàs *§. 119.*) *coràm eodem D. meo Ansaldo.*

A. Lupardus.

VRBINATEN. PECVNIARIA

Veneris 14. Maij 1700.

ARGVMENTVM.

Intèr cœteras exceptiones, quæ allegabantur in hac Causa per Reum conuentum, principaliores erant obiecta præscriptio crediti, aùt saltèm præsumpta illius solutio deducta ex lapsu 50., & vltrà annorum: Sed vtraque reijcitur in præsenti *Decisione*, in cuius *Addit.* plura notabilia habentur in materia Curatoris soliti à Iudice deputari ad instantiam Creditorum hæreditati iacenti communis Debitoris, quas colliges ex *Summ.*

SVMMARIVM

1 *Instrumentum publicum facit probationem ineluctabilem.*

2 *Legitimatio personarum tàm Actoris, quàm Rei requiritur in quolibet Iudicio, aliàs quidquid agitur est nullum*, & num. 3.

4 *Præsumptio solutionis oriens ex lapsu longi temporis faciliùs admittitur, quàm præscriptio crediti.*

Et in quo differant præscriptio crediti ab illius præsumpta solutione, num.23.

5 *Præscriptio crediti intrat pòst lapsum 30. annorum.*

Nisi ageretur de credito iurato, quià tùnc ad illius præscriptionem requiruntur 40. anni, num.25.

6 Præsumptio solutionis oriens ex lapsu triginta annorum passìm admittitur.

7 Statutum factum à Ciuitate subdita validum est, si habebat potestatem statuendi, aùt saltèm si illud fuerit à Supremo Principe confirmatum.

Exemplifica in Statuto inducente præsumptionem solutionis debiti pòst lapsum decennij, num.8.

9 Præsumptio solutionis resultans ex lapsu longi temporis pendet ex coniecturis arbitrio Iudicis pensandis.

10 Actor præsumitur sempèr ab initio deduxisse titulum validiorem, sibiquè magis proficuum.

11 Hæres nequit plus iuris prætendere, quàm eius defuncto Authori competeret.

12 Hæres beneficiatus potest impugnare factum eius defuncti Authoris, quotiès reddat rationem de illius Bonis hæreditarijs, & n.32.

13 A' priuatione ad habitum non datur regressus.

14 Actiones duas intèr se contrarias, vel aliàs incompatibiles, nemo potest deducere.

Nisi essent solùm contrariæ in apparentia, sed de reliquo tenderent ad eumdem finem, num.15.

16 Verba = pro residuo = præsupponunt, quod reliqua pars debiti fuerit præcedentèr soluta.

17 Via executiua non competit vigore Instrumenti, nisi sit munitum obligatione Camerali, aùt Quarantigiâ.

18 Via executiua præscribitur spatio 40. annorum.

19 PossessioRei conuenti probatur ex litis substentatione.

20 Aditio hæreditatis probatur ex possessione Bonorum hæreditariorum non docto de alio titulo possidendi.

21 Creditor postquòm obtinuit deputari Curatorem hæreditati iacenti eius Debitoris instare solet prò relaxatione Mandati contrà illius Bona hæreditaria.

22 Protestatio iudicialis debet reiterari in quolibet alio subsequenti actu, aliòquin censetur ab illa recessum.

Ad differentiam protestationis extraiudicialis, quæ non indiget huiusmodi repetitione, quià censetur tacitè repetita in omnibus actibus subsequentibus, ibidèm.

24 Iudicium criminale, vtì præiudicialius, importat suspensionem Iudicij ciuilis.

26 Statutum laicale inducens præscriptionem crediti, vel illius præsumptam solutionem pòst lapsum certi temporis, non compræhendit contractus iuratos.

Amplia, licèt tale Statutum esset confirmatum in forma communi à Summo Pontifice, quidquid dicendum foret, si fuisset confirmatum in forma specifica, num.27.

28 Præscriptio nequit incipere, vel incæpta decurrere contrà agere non valentem.

29 Processus Criminalis factus in contumaciam asserti Rei nullam facit probationem in Iudicio ciuili.

Nec ideò est aptus ad condemnandum Reum in eodem Iudicio ciuili, num.30.

31 Locupletari nemo debet cum iactura alterius.

33 Hæres beneficiatus reddita ratione exuit qualitatem hæreditariam quòad sibi præiudicialia.

34 Hæres beneficiatus consideratur vtì merus Procurator, seù Administrator hæreditatis.

35 Incompatibilia dicuntur ea, quæ in vno, eodemque subiecto stare non possunt, & quorum vnum tendit ad destructionem alterius.

36 Procurator nequit in committendo præiudicare suo Principali.

37 Clausula = Saluo iure, & sinè præiudicio &c. est præseruatiua, & modificatiua.

38 Emptor difficilè reperitur, qui rem stabilem velit acquirere absquè vlla promissione euictionis.

39 Consentiens electioni Peritorum calculatorum fatetur debitum in substantia, adeòut illud ampliùs impugnare non valeat.

40 Clausula = Si quid exequendum, cum quæ Signatura Iustitiæ rescripsit fauore appellantis, operatur, nè ampliùs dubitari valeat de competentia viæ executiuæ.

41 Via executiua datur in materia depositi.

42 Statutum Vrbini concedit viam executiuam omnibus Instrumentis.

43 A. C. procedit executiuè in omnibus Causis, in quibus executiuè procedere possunt cætera Tribunalia.

Intellige de Tribunalibus Vrbis, non verò de exteris, ibidèm.

44 Via executiua, cum qua processum fuit in prima instantia de Partibus vigore Statuti, competit etiam in gradu appellationis interpositæ ad Tribunal A. C.

Et de ratione, num.52.

45 Curator hæreditati iacenti quibus solemnitatibus dari debeat, remissiuè.

Et quorum requiratur citatio, num.46.

47 Curatori hæreditatis iacentis debetur Bonorum possessio, & quarè.

48 Curator deputatus hæreditati iacenti potest petere restitutionem in integrum aduersùs rem iudicatam latam contrà defunctum.

49 Curator hæreditatis iacentis, & aliàs decocta, agens contrà aliquem vtì assertum debitorem ipsius hæreditatis, tenetur cauere de reficiendis Reo conuento expensis in casu succumbentiæ.

50 Sententia per Creditores obtenta citato Curatore hæreditatis iacentis, afficit legitimum hæredem, acsì contrà eum lata fuisset.

51 Cu-

51 *Curator deputatus hæreditati iacenti non est amplius persona legitima statim ac detectus fuit verus hæres.*

DECISIO CXLIX.

IVdicium, quod sæpiùs in Partibus, tàm ipsa Comitissa Cornelia Actrix in hac Causa, quàm præcedentèr illius Auctores instruxerant, feliciùs reassumpsit in Vrbe, pro consequutione nimirùm pretij residualis cuiusdam Prædij à præcitatis eius Auctoribus distracti vsquè de anno 1612.; siquidèm tùnc A.C. Origus ipsius Comitissæ fauore Mandatum relaxauit in summa scutorum 1500. monetæ Vrbinaten., vnà cum fructibus ad rationem quatuor pro quolibet centenario: hodièque, non obstante Clypeo pluribus exceptionibus contexto per Franciscum, aliosque Comites de Brancaleonibus Reos acritèr opposito, pro eiusdem Mandati executione à *Dominis* responderi impetrauit.

Cùm enim nulla prorsùs incidere posset fluctuatio circà substantiam prætensionis, siuè crediti, vtpotè resultantis à publico venditio-
1 nis Instrumento faciente, *ex notissimis*, probationem ineluctabilem, solummodò Rei, vt præmisimus, recurrebant ad præsidium plurium exceptionum: Primò namquè Comitissæ obijciebant defectum legitimationis personarum, ex quo pro sui parte minimè iustificauerat, causam repræsentatricem fouere à Venditoribus, quin potiùs in Mandato A.C. præsupposita videbatur filia Iulij Cœsaris, quandò ad summum censeri valebat illius Vxor, & hæres iunctim cum alijs filiabus ipsius Iulij Cœsaris, & è conuerso nec etiàm in Actis edocuerat, quod Franciscus, cœterique conuenti ex imbibita qualitate hæreditaria Comitis Iordani emptoris
2 tenerentur illius factum implere; quæ sanè deficientia iustificationis, non minùs arcere debebat Comitissam à vestibulo Iudicij, sed & influebat in claram nullitatem relaxationis Mandati, de quo agebatur, ad tradita quòad legitimandam Personam Actoris per *Io: Ant. ab Eccles. obseru. forens.39. n.13., Modern. Argentan. collect. legal.39. n.119., lib.1., Mell. obseru. forens.45. n.40., Addent. ad Gregor. decis.264. num.5., Rota decis.76.*
3 *num.6. post Zacch. de Oblig. Cameral.*; Et quòad illam Rei per *Zacch. de Salar. quæst.91. num.51., Rub. de confus. iur. hæred. cap.18. §.2. num.343.*

Secundò obiectabatur, quod assertum creditum à reliquatu pretij deriuans habito respectu anni 1612. ad annum 1679., sub quo dumtaxàt Comitissa iudicialitèr in Partibus insurrexerat, tanta intermediabatur temporis longitudine, quod vèl eadem substantia crediti abundè remansisset per salubre refugium præscriptionis sublata, aùt
4 (quod in idem coincidit, seù fauorabiliùs admittitur, ex notatis *in Romana Locorum Montium 3. Februarij 1700. §. Sublata, coràm Me, suprà decis.129. num.18.*) saltèm euasisset præsumptiuè satisfacta, dùm ad vtrumque effectum, præcisiuè à magis arcta Municipali sanctione, per solum tricena-
5 rium, aùt quadragenarium interuallum induci solet alterutrum, vt in specie præscriptionis inquit *Text. in leg. Sicùt in rem, C. de præscript. trigint., vel quadragint. ann., Gob. tract. var. quæst.8. num.24., & seq., Trobat. de effect. immemor. præscript. quæst.14. art.1. num.1., & seq., Trauchedin. consult.47. num.7., & consult.85. num.5. lib.1., Andreol. controu.418. num.6., Castald. consult.8. n.19., Rota penès Posth. de Subhast. decis. 119. num. 14., & decis.311. num.2.*
6 *part.10. Recent.*, & in proposito præsumptæ solutionis *Capon. discept. forens.179. num.5., & 6., Rota coràm Coccin. decis.2075. n.4., & in Rec. decis.231. num.24. part.8.*

Vrgētiùs tamèn rimatis binis circumstantijs, aùt vnam, aùt alteram formam extinctionis debiti fulcientibus; vnà nempè, quod locale Statutum ad præsumendam solutionem contentabatur sola decennali interca-
7 pedine, quæ sanè sanctio ab habente potestatem, vt hìc, legitimè confirmata, subditos, & Ciues ligat indubitantèr, sicutì vltrà generalia, de quibus *Bartol. in l. Omnes Populi, ff. de Iust., & Iur., & in leg. Cunctos Populos, C. de Summ. Trinit.* alijsque relatis *in Auximana Immissionis 15. Martij 1700. §. Verùm, & sequent. coràm Me (suprà de-*
8 *cis.137. num.6., & 7.)* in similibus Statutis positiuè aduertit *Bon. de Statut. Vrb. præscript. glos.1. num.12., & 13., Conciol. allegat.11. num.1., & seqq., & ad Statut. Eugub. rubr.48. num.1. lib.6., Andreol. controu.135. num.11., Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr.128. num.2., Thomat. decis.222. n.1.*

Et altera, quod de anno 1655. coacto Antonio Emptoris hærede, & Patre respectiuè Francisci ad scænam Facti pandendam incedere criminalitèr, compertum fuit, deficere paginam in quodam Instrumento, necnòn asportatas fuisse quasdam scripturas, & Instrumenta à Iulio Cœsare Auctore Comitissæ; quapropter in vnum conspirantibus Statuto, lapsu temporis tàm diuturni, ac suspicione detecta subtractionis, necnòn lacerationis scripturarum, lubentiùs videbatur concludendum, solutionem fuisse in rei ve-
9 ritate sequutam, dùm leuioribus probationibus huiusmodi præsumptiua solutio, Religioni iudicare debentis commissa, consueuit admitti, quemadmodùm liquet ex collectis per *Menoch. de arbitrar. cas.213. num.4, & 25., Card. De Luca de Credit., & debit. disc.133. num.3., & 5., Surd. decis.105. num 13.*

num.13., *Rota decis.715. num.16. coràm Coccin.*

Tertiò potentiùs intercedebat factum laudati Iulij Cœsaris, à quo propria Iura metiebatur Comitissa, videlicet, quod idem Iulius Cœsar de anno 1650. satagendo vexare Brancaleonos in isto nostro *Sacro Auditorio*, non iàm institit pro assequutione controuersi residui pretij, sed vti ex suamèt persona vocatus ad antiquum Auitum fideicommissum, immissionem expostulauit, & idcircò, quamuis in huiusmodi succubuerit instantia, secundùm disserta *coràm Bich. decis.424., 559., & 608., coràm Beuilacqua decis.340. par.12. recent., & decis.620. coram clar. mem. Card. Cerro*, atquè in eius reuocatorijs *decis.705., & 945. coràm Eodem*, adhùc duo quodammodò necessariò inferebantur, nempè, & quod ipse Iulius Cœsar optimè calleret, secutam extitisse diremptionem, & solutionem Crediti, quapropter non valens assequi pretium, restaurauit actionem, etiàm ex capite insubsistenti prætensi
10 fideicommissi ad ipsam rem, seù Prædium venditum à Patre, ex ea nimirùm Iuris præsumptione, per quam quisque reputatur salubrius sempèr, magisquè proficuum capessere consilium, teste *Rota in decis.262. n.19. coram Cerro, decis.154. num.17. par.12. Recent., & in Romana, seù Veneta Immissionis 12. Maij 1698. §. In præsenti, coràm Me (decis.44. num.10. tom.1.)*.

Vèl saltèm, quod vetitum omninò foret Comitissæ consepultam hanc prætensionem expetendi residuum à Tumulo reuocare: cùm enim illa, eiusque filiæ starent in hoc Iudi-
11 cio tanquàm hæredes Iulij Cœsaris, proindèque nequirent plus in se iuris vsurpare, quàm haberet Iulius Cœsar, ad *Text. in leg. Hæredem eiusdem, ff. de regul. Iur.*; è diametro aduersabatur, quod Iulius Cœsar spontè exutus veste hæreditaria Patris sui promoueret actionem impugnatiuam eius facti, vigore nempè antiquioris fideicommissi, per
12 quod efflagitauerat immissionem: Etsi namquè id, reddita tamèn ratione, facere valeat hæres beneficiatus, qualis fuerat Iulius Cœsar, ex vno ore firmatis ab *Vrceol. de Transact. quæst.80. num.7., Episcop. Rocca disput. Iur. select. cap.51. num.104., Card. De Luca de Credit. disc.37. num.7., & de Iudic. disc.40. num.11., Modern. Palm. decis. Lucens.227. num.3., & 4., Rota decis.103. num.13. par.16., & decis.31. num.6. par.19. Recent.*

Nihilominùs citrà manifestam contradictionem profectò nèc ipse tùnc, nèc hodiè Comitissa illius hæres valebant dimissas iterùm vestes reassumere, nisi saltèm obtenta priùs aliqua à Principe, vel Iudice restitutione in integrum, non tantùm ex regula
13 Logica, & Physica, quod à priuatione ad habitum non conceditur regressus, ad *Text. in leg. Qui res 98., §. Aream, ff. de solut., Aristot. 2. Physic. lib.4. ibiquè Auerr. theor.6., ac D. Thom. lect.7.*; Verùm quoquè de pe-
14 culiari incompatibili natura actionum intèr se colluctantium, vt admonet *Cost. de remed. subsid. remed.25. num.8. vers. Vèl nisi, Modern. Lucen. consult. 381. num.16. in fine, Episc. Rocca disp. Iur. cap.157. num.14., Rota decis.192. num.9. part.5., & decis.712. n.4.*
15 *part.18. Recent.* quidquid dici mereretur, quotiescumquè eædem actiones, in apparentia solùm pugnantes, ad eundem finem tamèn protenderent, *Carlenal. de Iudic. lib.1. tit.2. disput.2. num.16., clar. mem. Card. Albic. de inconst. in Iudic. quæst.14. num.1., & 3., & quæst.15. num.6., Rota coràm Duran. decis.60. n.45., coràm Merlin. decis.623. num.3., & 4., pòst Zacch. de oblig. Cameral. decis.198. num.2., & in Recent. decis.161. num.6., & 7. part.6.*

Quartò omnia hæc incalescebant, & nedùm roborabant præsumptam satisfactionem, de qua superiùs, ast fermè digito ostendebant, quod reneà Iulius Cœsar sese conuerterit ad memoratum Iudicium immissiuum, veluti plenissimè conscius anteactæ satisfactionis; nàm de anno 1672. peracto à Petro Antonio originario Venditore sequestro eius crediti in manibus Gentilis Debitoris ipsius Emptoris; ac paulò pòst comparente quodam Creditore prædicti Petri Antonij venditoris, huius Procurator, qui præcedentèr insteterat prò consignatione pecuniæ per Gentilem debitæ, ac declarauerat, eam esse *prò residuo*, successiuè consentijt consignationi scutorum 187. fauore eiusdem tertij Creditoris, quodquè plus est, idemmèt Petrus Antonius, necnòn præcisè Iulius Cœsar, ad commodum denominati tertij Creditoris polliciti sunt releuationem, vbicumquè euinceretur, Brancaleonos non esse in tanta quantitate debitores; quomodò igitùr (subiungebant Rei) perceptibile est, quod hactenùs possit affirmari debitum in summa scutorum 1500., dùm ijdemmèt originarij Creditores, & mediati, & immediati Auctores Comitissæ ambigerunt, creditum conscendere ad summam scutor. 187., aùt ad omne peius 300., quinimò compulsi sunt de releuatione pacisci, & dùm vtriusque Procurator in Iudicio confessus est, hanc
16 ipsam summam scutorum 300. fore *prò residuo*, quæ sanè Clausula inuoluebat, & præsupponebat satisfactionem totius reliquæ summæ, *Barbos. appellat.236., Posth. resol.61. num.56., Rota coràm Peuting. decis.439. n.3., coràm Cerr. decis.656. num.9., coràm Priol. decis.68. num.1., & coràm Arguell. decis.91. num.42.*

Postremò loco tandèm (etsi hucusquè deducta, vèl ex ordine Iudicij, vèl ex corruen-

ruente substantia crediti remouere à qualibet petitione valuissent Comitissam) adhùc vlteriùs subingrediebatur altera non minùs
17 eliminatoria exceptio, cùm actum apparerет viâ executiuâ sinè alio munimine Cameralis Quarantigiatæ obligationis, & quandò, licèt adfuisset cubitalis obligatio in forma Cameræ, ex decursu annorum plusquàm quadraginta præscripta euasisset quæcumque via executiua, si non ipsa radix, & essentia crediti, proût supèr hiscè propositionibus Volumina sunt plena, nimirùm circà primam tradit *Romaguer. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 3. num. 46.*, *Pax Iordan. lucubrat. volum. 3. lib. 14. tit. 20. num. 513.*, *Modern. Lucens. consult. 34. num. 6.*, *Rot. decis. 37.*
18 *num. 6. coràm Duran.*, & quòad secundam, *Scacc. de commerc., & Camb. §. 7. glos. 7. num. 2.*, *Conciol. ad Statut. Eugub. dicto lib. 2. rubr. 3. num. 27.*, *Card. De Luca de Credit. disc. 17. num. 4., & 5.*, *Carol. Ant. De Luca ad Gratian. animaduers. 403. num. 4.*, *Rot. decis. 96. num. 3., & 4. par. 15. Recent.*

Sèd nullus ex his quinque de Torrente tot obiectionum selectis lapidibus valuit apud *Dominos* obruere Iustitiam militantem fauore Corneliæ, eiusque filiarum: Exceptio quippè legitimationis personarum in neutra sui parte substentabatur; Quò etenìm ad personamReorum, reliquis responsionibus etiàm neglectis, placuit illa, quod Mandatum, cuius in Tribunali nostro resoluta hodiè fuit executio, dirigebatur contrà Bona hæreditaria Com. Iordani Emptoris, & consequentèr veri debitoris pretij controuersi, vndè absquè vlteriori indagine, vtrùm ipsa obdurata oppositio supèr meritis habita per Reos conuentos, satis esset ad præsupponendam legitimam ipsorum figuram sistendi in Iudi-
19 cio, sicuti de Iure aliàs ex ipsa defensione comprobata remanet possessio, eaque, non docto de alio titulo, Nepotes à filio Emptoris descendentes inficit etiàm suppositione hæreditariæ qualitatis, iuxtà deducta in priori conclusione per *Castald. consult. 55. num. 13., & consult. 56. num. 12.*, *Rot. decis. 9. num. 4. coràm Priol.*, *decis. 88. num. 5. coràm Peuting.*, *decis. 180. num. 9. par. 17.*, *decis. 109. num. 2., &*
20 *decis. 124. num. 6. part. 18. Recent.*, & in nouissima per *Posth. resol. 68. num. 78.*, *Modern. Palm. decis. Lucen. 248. num. 30.*, *Rot. coràm Gregor. decis. 98. num. 1. cum seqq.*, *ibiquè Adden. num. 7., & coràm Millin. decis. 44., & decis. 232.* vtrobiquè *num. 1.*

Sed & quælibet cessabat ambiguitas, stante terminorum assignatione pro deputando Curatore coràm A. C., eiusdemque deputatione effectiuè subsecuta coràm Me; quaproptèr, siuè Rei conuenti forent, vèl non
21 forent hæredes Debitoris, superabundabat ad finem dirigendi, & exequendi Mandatum contrà Bona hæreditaria, cauthela deputationis Curatoris hæreditati iacenti primordialis Debitoris, secundùm praxim, de qua testatur *Ridolphin. par. 1. cap. 5. à n. 3. cum seqq.*, *Virgil. de legitim. person. cap. 12. num. 11. & seqq.*, *Episc. Verulan. ad Statut. Fauent. lib. 3. rubr. 2. num. 9. tom. 1.*, *Carol. Anton. De Luca ad De Marin. meliorat. 218. num. 4. tom. 1.*, *Rot. coràm Peutinger. decis. 287. num. 13.*

Quouerò ad personam Actricum, clarum erat, quod Iulius Cæsar Pater, & respectiuè Vir earumdem Actricium, fuerat hæres saltèm beneficiatus Petri Antonij venditoris, & creditoris, ex dispunctis signantèr *coràm clar. mem. Card. Cerr. decis. 620.*; proût non minùs erat innegabile, quod filiæ Iulij Cœsaris, nullo masculo ad exclusionem comparente, statìm ac iudicialitèr agendo comparebant, sese sufficientèr declarabant hæredes, sicutì paritèr litteralitèr ordinabat Testamentum Iulij Cœsaris, in quo vnâ cum filiabus Comitissam Corneliam instituerat; Et nihilominùs dùm oppositio huius legitimationis, ab initio promota per Reos, non extitit repetita in quolibet subsequentèr actu iudiciali, quemadmodùm necesse est, citrà
22 dubium censetur esse ei renunciatum, ad differentiam protestationis emissæ in actibus extraiudicialibus, quæ tali repetitione non indiget, sed sempèr reputatur inesse in contractibus, & gestis subsequentibus, vtpotè pendentibus à primo, ità distinguente generalitèr *Io: Hieronym. de Franc. de protest., & pro hæred. gestion. considerat. 20. per tot.*, *Vbert. de Citat. cap. 6. num. 139., & seqq.*, *Gratian. discept. forens. cap. 76. num. 20., & seqq.*, *Episc. Rocca disp. Iur. select. cap. 86. num. 24., & 25.*, *Modern. Lucen. consult. 378. num. 36.*, *Modern. Palm. decis. 96. num. 47., & 48. intèr eius recollect.*, *Rot. pòst Cenc. de Censib. decis. 416. num. 6., & decis. 213. num. 19., & seqq. par. 19. Recent.*, ac præcisè in nostris terminis *Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 1. num. 16.*, *Rot. coràm Ludouis. decis. 44. num. 7. & 8.*

Nequè validiorem ictum efficit secundus lapis, magis de cœtero substantialis obiectionis proiectus, tàm in ordine ad præscriptionem substantiæ crediti, quàm saltèm in ordine ad præsumendam illius satisfactionem; Nàm, & posthabita reflexione, quod hæc duæ exceptiones dimicare videntur intèr se, licèt vtraque dici mereatur filia temporis pro-
23 lapsi, quoniàm præscriptio supponit eradicationem crediti ex mera prouisione, & punitione legis, & ob negligentiam Actoris, & altera creditum perimit ex verisimili facto hominis, siuè debitoris, qui pecuniam rationabilitèr creditori numerauit, ad tradita per *Card. De Luca de Feud. disc. 133. num. 25. cum duobus seqq.*, *Modern. Palm. decis. Lucen. 256. num. 24.*, *Rot. decis. 50. num. 10., & seqq.* co-

coràm Bich., *& decis.717.num.13. par.18. Recent.*

Claudicabat in facto quælibet amaritudo, dùm præscindendo quoquè à Iudicio Immissionis intentato per IuliumCœsarem ex propria persona, quoduè cùm incœpisset ab anno 1650., ac perdurasset vsquè ad annum 1669.,omnem de Iure præsumptionem, ac præscriptionem intersecasset: adhùc demonstrabatur ex parteComitissæ,facta opportuna temporum obseruatione,quod nusquàm sufficiens spatium, siuè ad vnum, siuè ad alterum effectum pacificè desluxit, creditum enim fuit radicatum sub anno 1612. celebratæ venditionis; vsquè ad annum 1616. conuenta fuerat dilatio; de anno 1632. pro recuperatione huius prætensi residui formale interuenit compromissum, *Summario* Comitissæ *num.1.*, *&* 2.; sub anno autèm 1655. superuenêre molestiæ criminales, *dicto Sum-*
24 *mario num.3.*, quæ de earum, siuè præiudicialiori, siuè superiori natura sempèr suspendunt minùs importantia dissidia ciuilia, *leg. Quoniàm ciuili, ibiquè Barbos.*, *Cod. de ordin. Iudic.*, *Farinacc. consil.133. num.25.*, *Carleual. de Iudic. lib.1. tit.2. disput.6. num.2.*; ideòque quamuis non rectè appareret, quanto tempore huiuscemodi vexationes continuauerint, imò à decursu annorum 20. assererentur à Defensoribus Reorum præscriptæ, & sublatæ, attamèn manifestissimum reddebatur, quod nec vnquàm intermediè præsumi valebat impleta clandestina solutio, nequè inducta vlla præscriptio, dùm, vt præmisimus, præsens Iudicium reassumptum fuit à Comitissa de anno 1679., sicquè tempora combinando ab vno ad alterum actum, siuè Iudicium, neutiquàm dilapsi sunt vmquàm anni 40., sicuti, cessante beneficio Statuti, vel concursu impellentium coniectu-
25 rarum, certum est in præsumpta solutione, & certissimum in inducenda præscriptione crediti Iuramento vallati, in hoc namquè casu tritum est, desiderari perfectum interuallum annorum 40., vt vno ore confirmarunt *Marant. respons. 65. num.41.*, *Rota decis.178. num.16. coràm Cerr.*, *decis. 725. num.21. coràm Dunoz Iun.*, *decis.417.num.12. par.16.*, *decis.330. num.18. par.17.*, *decis.717. num.12. par.18.*, *decis.238. num.9. par.19. Recent.*, *in Romana*, *seù Ciuitatis Castelli Dotis 17. Maij 1681. §. Altera nulllitas, coràm bon. mem. Albergato*, *& in Romana Pecuniaria, seù Locorum Montium 14. Iunij 1697. §. Nequè aduersatur*, *coràm Reuerendiss. D. Heruault Archiep. Turonen.*

Diximus, *cessante beneficio Statuti*; illa enim sanctio Municipalis, quæ superiùs afferebatur in obiecto, non erat apta congruere contractui Sacrosancta Iuris iurandi Religione roborato, dùm eadem sanctio procedebat ex vi solùm auctoritatiua Sæcularis potesta-
26 tis, quæ non valens falcem immittere in messem Spiritualem, nèc etiàm potest compræhendere contractus iuratos, *Rota decis.229. num.4. coràm Buratt.*, *decis.338. num.3. par.3.*, *decis. 682. num.24. par.4. tom.3.*, *decis.179. num.65.*, *& 66. par.9.*, *decis.127. num.24. par.17. Recent.* Idquè
27 adeò verum, vt nequè Pontificia sat esset confirmatio ipsius Statuti, quotiès facta appareret in forma merè communi, non specifica, ex altero non minùs operatiuo defectu voluntatis in Papa confirmante, vt sub it *Modern.Forolinien. ad consil.Ramon.71. num.8. tom.4.*, *Adden. ad Buratt. dicta decis.229. num.12.*, *Rota dicta decis.127. n.26. par.17. Recent.*, *& in dicta Auximana Successionis 15. Martij 1700. §. Nequè reuerà, coràm Me* (suprà *dicta decis.137. num.5.*)

Nullumque ob id fomentum præbere in proposito valebat processus Criminalis, de quo suprà; Quia, contempta etiàm retorsione interruptæ per hoc præscriptionis, vèl saltèm suspensæ, & ob quam suspensionem per annos 20. nulla decurrere poterat præscriptio ex prælaudato silentio, quod Causis
28 ciuilibus imponit inquisitio, siuè Iudicium criminale, per nimiùm euulgatam regulam, quod contrà agere non valentem præscriptio vèl non incipit,vel incœpta minimè progreditur, *Coccin. decis.2116. num.13.*, *& 14.*, *Vbald. decis.678. num.10.*, *Peuting. decis.430. num.8.*, *Priol. decis.417. num.22.*, *Cerr. decis.784. num.9.*, *& in dicta Romana, seù Ciuitatis Castelli Dotis 17. Maij 1681. dicto §. Altera, vers. Et vlteriùs, coràm bon. mem. Albergato.*

Profectò, quatenùs pertinet ad rem nostram, quidquid deponere videatur Archiuista, alijque duo supèr asserta subtractione scripturarum, & quidquid Periti confirment circà lacerationem folij cuiusdam Instrumenti; vtiquè iàm Periti bonificarunt Reis importantiam scutorum 400., quæ de toto rigore poterat in præfata pagina deficiente contineri: Quouerò ad assertum Archiuistæ, aliorumque, superabundabat, nullam prodijsse condemnationem aduersùs Iulium Cœsarem, proùt certè in casu patratæ subtractionis superuenisset, & nihilominùs ad penitùs eneruandam quamcumque efficaciam huius imputationis occurrebat responsio, nimirùm, quod cùm præfatum assertum
29 reperiretur in Processu merè contumaciali, nullus exindè gradus probationis poterat emergere, ex collectis apùd *Zuff. de legit. Process. lib.1. quæst.50. à num.6. cum seqq.*, *Honded. cons. 101. num. 5. lib.1.*, *Roc. post lib.1. cons. Farinac. decis.128. sub num.5.*, *coràm Mantic. decis.103. num.1.*, *coràm Caualer. decis.366. num.6.*, *coràm Priolo decis.296. num.13.*, *& in Recent. decis.625. num.8. par.3.*; Maximè, quià secundo loco nil

nihil magis tritum est, quàm quod Acta Cri-
30 minalia non sufficiunt in discussione, ac condemnatione Ciuili, vt prosequitur *Angel. de Confess. lib.1. quæst.7. effect. 5. n.60., Adden. ad Buratt. decis.118. num.14., Rot. coràm Bich. decis.220. num.21., & decis.381. num.16., & 17. par.9. Recent.*

Corruere pari passu, siuè non benè proijci tertium lapidem *Domini* reputarunt; Quoniàm, quatenùs pertinet ad incompatibilitatem hodiernæ actionis ob Iudicium olìm promotum à Iulio Cœsare ex propria persona, vltrà quod fortasse substentabile fuisset, quod diuersitas actionis non erat incompatibilis cum vnicitate voluntatis, aliàs quippè crassum sequeretur absurdum, quod Minor impugnans factum etiàm proprium, nedùm defuncti, ex capite (ex. gr.) nullitatis, & sic iure proprio personalis qualitatis ad rei suæ vindicationem intendens, nequiret in casu succumbentiæ ipsius rei pretium expe-
31 tere, & è conuersò Reus iniustè locupletaretur cum aliena iactura, remque alterius sinè causa retineret, contrà conclamata in *Leg. Cùm hoc natura, ff. de condict. indebit., & in cap. Locupletari 48. de reg. Iur. in 6.*, & per *Modern. Palm. decis. Lucen.205. num.25., & decis.257.num.16., Rota decis.86.num.16., decis.608. num. 2., & decis. 675. num. 3. par.18. Recent.*

A' fortiori autèm, cùm ageremus de hærede beneficiato, qui non est eadem persona materialis, ac formalis, vt est Minor, vèl Pupillus, ac intantùm compellitur exuere quodammodò titulum hæreditarium ad hoc,
32 vt ex propria persona possit Iudicium instruere contrà factum defuncti, inquantùm si ex vna parte ageret, ex altera teneretur releuare deuictum de effectibus, qui præsumuntur extare in hæreditate, quantumuis suscepta cum beneficio Legis, & Inuentarij: Verùm positâ succumbentiâ in sua prætensione hæredis beneficiati, cessat occasio discurrendi de vlla releuatione pro obseruantia Iudicij per defunctum promoti, & à contrario remanet in possessore (ex vna parte absoluto quòad Iudicium siuè nullitatis, siuè immissionis) ex altera sempèr infixa obligatio refundendi pretium rei à se coemptæ; hanc autèm obligationem, vèl indirectè, & æquitatiuè dumtaxàt possent interpellare Creditores defuncti, ex celebri *consil. Surd.4*, sed magis propriè, & directè valet exercere
33 hæres beneficiatus, is enim per redditionem rationis exuit quidèm qualitatem hæreditariam in sibi præiudicialibus, sèd numquàm exuit qualitatem administratoriam, & Procuratoriam hæreditatis: hoc namquè
34 operatur Inuentarium, quod, retenta suppositione redditæ rationis, efficiat gaudentem illius beneficio merum in substantia Procuratorem ipsius hæreditatis, quam de omni Iustitia, aùt commodo sui, aùt Creditorum reintegrare compellitur, proùt ex ipso lumine rationis illucescit, & constat ex adnotatis per *Gratian. discept.799. num.44., Card. De Luca disc.34.num.7., & disc.37. n.3. de Credit., & debit., & disc.28. num.13. de Dot., Episc. Rocca disp. Iur. cap.146. num.10.*
35 Incompatibilia etenim solummodò sunt ea, quæ in eodem subiecto materiali formalitèr stare non possunt, & quandò vnum tendit ad destructionem alterius, ad *Text. in leg. Ius nostrum 7. ff. de reg. Iur., Molin. de Primogenit. Hyspan. lib.2. cap.14. num.27., Roxas de incompatibilit. Regn. part.1.cap.1. num.9., clar. mem. Card. Albic. de inconst. in Iudic. quæst.7. num.17., Modern. Argentan. collucil. legal.5. num.108., & seqq. vol.2., Modern.* paritèr *Lucen. consult.9. num.5.*

Quartus etiàm lapis à Funda, vt ità dicamus, prætensæ confessionis Petri Antonij venditoris, & Iulij Cœsaris eius filij prosiliens, cecidit in cassum, quià (illius vim pro maiori dilucidatione in Partes diuidendo) illa Clausula = *Pro residuo* = nullibì legebatur apposita in mandato Procuræ exarato per Petrum Antonium vnà cum Iulio Cœsare occasione præbendi facultatem Procuratori suo spondendi releuationem Benamato tertio, vt suprà, ipsorum Creditori, casu quo Brancaleoni, tanquàm non debita recuperarent scut.187. ipsi Benamato consignata; sed huiusmodi mandatum absquè vlla limitatione proprij originarij crediti ergà Brancaleonos continet solummodò potestatem sese obligandi, vt diximus, in gratiam Benamati pro summa per eum effectiuè exacta,
36 ideòque cùm absquè alio antecedenti mandato per anteà libuerit Procuratori ex proprio capite adijcere hanc Clausulam = *Pro residuo*, notorium nimis est, quod nequiuerit per suam commissionem, seù confessionem Principalibus obesse, *Mancin. de Confess. cap. 9. artic. 5. num. 1., Angel. eodem tract. lib.3. quæst.1. num.1., & 2., Pacion. allegat.32. num.15. in fine, Modern. Palm. decis. Lucen. 89. num.21., Rota coràm Coccin. decis.326. num.4., & in Recent. decis.399. num.1. par.17.*

Euidentiùs verò, quià, prætèr defectum potestatis in Procuratore, palpabilis quoquè in eo, & sub eodem indiuiduo actu detegebatur carentia voluntatis, dùm in ipsa comparitione, siuè petitione iudiciali consignationis pecuniarum sequestratarum penès Gentilem Debitorem debitoris, in qua posuerat Clausulam = *Pro residuo*, superimposuit etiàm alteram = *Saluo Iure, & sinè praiu-*
37 *dicio suorum iurium quomodolibèt competen.*, quæ, tanquàm præseruatiua cuiuscumque nocumenti, procùldubio vulnus, quod censeri potuisset inflictum à præfata altera Clausula, medebatur, proùt in proximis habetur penès

Ridolphin. in praxi par.1. cap.2. num.196., Barbos. tract. var. Claus.139. num.2., & 3., Modern. Argentan. collect.17. num.11., & seqq. tom.1., Rota coràm Royas decis.139. num.9., & decis.395. num.3. par.13. Recent.

Respectu autèm Petri Antonij, & Iulij Cœsaris non videbatur rectè concludens illatio, seù bona consequentia: *Hi promiserunt releuationem prò solis scut.187.*, ergò non erant Creditores veri, & reales ingentioris summæ, aùt saltèm, velutì ambigentes de maiori eorum credito, necessariò quodammodò fatebantur, reliquatus solutionem breui manu præcessisse: Quià si ab huiusmodi securitatibus, vèl promissionibus inferri posset ad inexistentiam, vèl trepidationem proprij iuris, aùt crediti, dicere quotidiè oporteret, quod sese obligantes de euictione pertimescerent, rem venditam non esse suam, quo nihil absurdius, dùm experientia docet, quod similes cautiones,
38 & obligationes potiùs ob contrariam trepidationem Ementis, aùt recipientis præstantur; cùm nemo facilè reperiatur, qui velit onerosè rem accipere, vel coemere sinè pignore, cautione, vel obligatione, vt innuit *Text. in leg. Quod si nolit, §. Illud planè, versic. quià assidua, ff. de ædilit. Edict., Mangil. de euict. quæst.1. num.1., Rot. decis.42. sub num.2., & decis.148. num.18. par.18. Recent.*

Ineuitabiliùs deniquè, quià prò destructione huius insubsistentis confessionis potentior ex latere Reorum, magisque inexcusabilis enitebat implicita consecutiua con-
39 fessio, dùm ipsi in hac eadem Causa præbuêre consensum electioni Peritorum calculatorum, adeòque positiuè, ac per necessarium antecedens admittebant substantiam crediti, licèt super quantitate contenderent, vt in puncto respondit *Rot. in Neapolitana Mercedis 5. Aprilis 1680. §. Immò, coràm clar. mem. Card. Matthæio, & in Romana* paritèr *Mercedis 31. Ianuarij 1681. §. Secundò quià, coràm clar. mem. Card. Vicecomite.*

Circà tamèn postremum explosum lapidem, siuè obiectum præscriptionis, nempè viæ executiuæ, *Domini*, ob plures eradicatiuas replicationes in tanta mole negociorum, superuacaneum, & quodammodò otiosum censebant immorari: Sèd nihilò tamèn minùs ex ijsdem fermè fundamentis, quibus combinata serie annorum, actuumque intèr Partes subsequutorum, prosterni agnouerunt alteram, etsi magis duram præscriptionem ipsius crediti, comperierunt quoquè decidere & hanc præscriptionem ordinis, vt citrà necessitatem inutilis transcriptionis in fraternizantibus adamussìm interruptionibus, & circumstantijs vberrimè responderunt Domini mei Corresponsales *in Romana Locorum Montium 3. Februarij 1700. §. Adhùc pro euersione, & seqq. coram Me (suprà decis.129. num.11., & seqq.)* in qua pa-
40 ritèr in omnem casum insistitur placito Signaturæ Iustitiæ rescribentis cum Clausula: *Si quid exequendum*, eam etenim in dubio submouere quamlibet hæsitationem circà intrantiam processus executiui inibì ostenditur, sicutì quoquè, cœteris superadditis, habetur in altera *Romana Cambij 30. Aprilis 1700. §. Secundariò, coràm Me (suprà decis.146. num.27.)*

Hæc quoàd assertam præscriptionem ordinis executiui ad puros terminos Iuris communis: Quouerò ad eiusdem viæ executiuæ radicalem competentiam, ponderarunt in primis, in hac peculiari controuersia maiorem vbertatem coruscare illam ineuitabilem circumstantiam, nempè, quod Comes Iordanus, contrà cuius Bona hæreditaria prætendebatur residuum pretij non soluti in actu emptionis, professus fuerat interim illud retinere sub deposito, siuè *in for-*
41 *ma Depositi*, quamobrèm ex hoc solo motiuo vanum erat ampliùs impugnare remedia executiua, quibus sempèr pollet actio, & natura Depositi, vt ait *Ridolphin. in prax. par.1. cap.1. num.72., & cap.14. num.138., & seqq., Mantic. de tacit., & ambig. lib.10. tit.10. n.1., Castill. controu. Iur. cap.16. n.6. lib.3., Gomez var. resol. cap.7. n.2. tom.2., Rot. cor. Caualer. decis.29. num.1., coràm Merlin. dec.217. num.5.* cum alijs *in Tract. de Commerc., & Mercat. disc.46. num.43.*

Superaddentes adhæsiuè ad eamdem competentiam, quod cùm ex Patrio Statu-
42 to Collitigantium concedatur via executiua quibuslibet Instrumentis, *Summario* Comitis *num.15., & 16.*, in nihilo releuabat, quod A. C. non posset vti præsidio eiusdem
43 Statuti, ex quo illius facultates agendi executiuè, quotiès executiuè agi posset in alijs Tribunalibus, veniant intelligendæ de Tribunalibus Vrbis, ex his, quæ aliàs dispuncta fuerunt per *Ridolphin. vbi suprà par.1. cap.1. n.110., Episc. Verulan. ad Statut. Fauent. lib.3. rubr.6. n.16. tom.1., Card. De Luca in relat. Rom. Cur. disc.34. num.9., & 10., Dunoz. Iun. decis.795. num.10., & 11.*

Siquidèm, citrà obligationem examinandi huiusmodi articulum, fluctuatio potuisset adesse, quandò directè implorata (ex: gr:) electione Fori à principio, ad famigeratam censuram *Text. in leg. vnic. Cod. quando Imperat. intèr Pupill., & Vid.*, Causa coràm A. C. in prima Instantia primordialitèr differeretur: Sèd cùm præsens controuersia ex subalternante Priuilegio subinclusо *in d. leg. vnic.* per viam variationis, & appellationis respectiuè delata fuisset ad eumdem A. C., non erat vltrà inquirendum de
44 hac incompetentia, dùm principium illud viæ executiuæ, ab initio radicatum plusquàm

quàm legitimè in Partibus, transfusum quoque in quamdam continuationem, vèl sequelam remanserat vnâ cum ipsis Actis, eorumque transportatione per viam appellationis penès A. C., secundùm deducta per *Scacc. de appellat. quæst.11. art.3. num.58. vers. deduco secundò*, *Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst.19. num.8. cum seqq.*, *Vinc. de Franch. decis.520. num.1. ibiquè Carol. Anton. De Luca* paritèr *num.1.*, *Rot. decis.437. num.15. coràm Cerr.*, *& decis.9. num.7.*, *& 8. par.14. Recent.*

Remanentibus igitùr nedùm turbidis, sed etiàm elisis exceptionibus allatis contrà indubitabile iuratum creditum Actricium, *Domini*, vt diximus, iuremeritò pro exequutione Mandati responderunt, vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

Consentaneè ad ea, quæ in hac *Decisione* enunciantur *sub num.21.* circà praxim
45 deueniendi ad deputationem Curatoris, quem Iudices ad instantiam Creditorum dare solent hæreditati iacenti communis Debitoris, vltrà *Ridolphin.*, & alios *ibidèm* alleg. videri possunt *Thor. vot. decis.36. per tot. part.1.*, *Cornazzan. decis. Lucen. 143.* paritèr *per tot.*

In proposito autèm talis Curatoris notan-
46 dum est, quod pro obtinenda illius deputatione sufficit citare eos, quorum prima, seù proximior est causa successionis, *Ridolphin. in prax. part.1. cap.5. num.49.*, *Vbert. de Citat. cap.14. sub num.19.*, *Ant. Capyc. decis.87. num.1. vers. Secundum*, *Rota coràm Caualer. decis.414. num.4.*, *& in Ferrarien. Pecuniaria supèr deputatione Curatoris 20. Iunij 1689. §. Nequè plus, coràm Vrsino.*

Huic Curatori datur de Iure Bonorum
47 possessio, vt interìm ea tueatur, credita exigat, & Creditoribus hæreditarijs satisfaciat, *Rota decis.216. num.10. part.4. tom.2.*, *& decis.13. num.23. part.16. Recent.*, *& in dicta Ferrarien. Pecuniaria §. Quoniàm*, vbi
48 exindè infert, quod talis Curator petere valet restitutionem in integrum aduersùs rem iudicatam latam contrà defunctum.

Si verò idem Curator agere intendat contrà aliquem vti ass. debitorem hæreditatis
49 iacentis, ac de reliquo decoctæ, tenetur Reo id petenti præstare cautionem de reficiendis expensis in casu succumbentiæ, *Rota in citat. Ferrarien. Pecuniaria coràm Vrsino §. final.*

Sententia, & res iudicata obtenta per ali-
50 quem, vel aliquos Creditores aduersùs Curatorem hæreditatis iacentis defuncti Debitoris, afficit legitimum hæredem, perindè acsi contrà eum directè lata fuisset, vt reliquis adductis firmauit *Rota* in prædicta Causa *Ferrarien. Pecuniaria 19. Iunij 1702. §. Verificata, coràm Card. de la Tremoille.*

Finalitèr notandum, quod Curator depu-
51 tatus hæreditati iacenti non est ampliùs persona legitima, nequè vlteriùs valet in ea se ingerere, statìm ac detectus fuit verus hæres, *Rota coràm Molines decis.454. num.4.* vbi concord.

Ad ornatum, seù potiùs fulcimentum propositionis firmatæ in præinserta *Decisione* D. mei Ansaldi *num.44.* circà competentiam viæ executiuæ etiàm in gradu appellationis à Sententia de Partibus, quotiès in prima Instantia actum fuit executiuè vigore Statu-
52 ti, addi potest ratio, eaque est, quia appellatio mutat quidèm Instantiam, sed non naturam Iudicij, vt pòst *Scacc.*, & *Giurb.* dixit *Rota in Imolen. Donationis supèr restitutione Prædij del Poggio 22. Martij 1726. §. Nequè iuuit, coràm Reuerendissimo D. Corio Decano, & 10. Martij 1727. §. Penult. ad med. coràm Reuerendissimo D. Patriarcha Aldrouando.*

A. Lupardus.

GIENNEN. IVRIS MVTANDI SVPER AGGRAVATORIA.

Luna 17. Maij 1700.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac *Decisione* de concessione, seù relaxatione Aggrauatoriæ Censurarum aduersùs nonnullos de gremio Capituli contumaces in non parendo præcedentibus Litteris Declaratorijs: Et *in Addit.* aliqua habentur circà priuilegia à Iure concessa fauore Infirmorum, necnòn quomodò probetur infirmitas, & quandò illa dicatur grauis, vèl leuis.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauatoria in materia Censurarum relaxatur præuijs formalitatibus de stylo, & praxi Curiæ seruari consuetis.*
2 *Aggrauatoria nihil aliud est, quàm duplicatus Censurarum laqueus, quo inobedientium Animæ grauantur, donèc resipiscant, & pareant.*
3 *Aggrauatoria passim relaxatur, quotiès constat de claro spretu præcedentis Declaratoriæ, & de obdurato animo non parendi.*
Et maximè, si vltrà reluctantiam in parendo concurrat factum positiuum recursus ad Iudices Sæculares pro impedienda executione mandatorum Superioris Ecclesiastici, num.4.
5 *Paritio continuata requiritur in his, quæ habent tractum successiuum, adeòut non sufficiat semèl, vel modico tempore paruisse.*
6 *Infirmitas alicuius non probatur ex attestatione*

ne Medici, quotiès illius bona valetudo aliundè iustificatur, & num.7.

8 *Vacatio trium mensium à residentia qua ratione detur* à Sac. Concil. Trident. *Dignitatibus, Canonicis, alijsque Beneficiatis.*

9 *Vacationibus* Conciliaribus, *vt quis frui valeat, necesse est, quod continuam residentiam fecerit in reliquis nouem mensibus anni.*

10 *Aggrauatoria plerumquè* à Sac. Rota *conceditur cum præfixione alicuius breuis termini ad parendum.*

11 *Infirmitas in qualibet materia præstat iustum, ac legitimum impedimentum.*

Dummodò non agatur de actu, qui expleri valeat per Procuratorem, num.12.

13 *Infirmitas iustificatur ex attestatione Medici, qui ægrotum actualitèr curat.*

Dummodò sit iurata, aliàs Iudex non tenetur illi deferre, num.14.

15 *Priuilegia à Iure concessa fauore Infirmorum procedunt, dummodò eorum infirmitas sit grauis, secùs si leuis.*

16 *Debitor graui infirmitate laborans nequit carcerari ad instantiam eius Creditorum.*

Secùs, si infirmitas sit leuis, num.17.

18 *Febris tertiana connumeratur inter leues infirmitates.*

Pròut etiam febris quartana, num.20.

19 *Febris quartana solet diutiùs durare, quotiès aliquem aggreditur tempore hyemali.*

21 *Infirmitas an dicatur grauis, vel leuis, remittitur arbitrio Iudicis.*

Et quomodò Iudex debeat in hoc proposito regulare suum arbitrium, remissiuè, n.22.

DECISIO CL.

QVamuis Reuerendiss. Episcopus Giennen. rationabilitèr sperare potuisset, quod nonnulli eius Capitulares, quibus vsquè de anno 1697. in sequelam fauorabilium Iudicatorum nostri Auditorij onus residendi in Ecclesia Baccensi superiniunxerat, si non virtutis amore, saltèm formidine gladij Ecclesiastici promptam tandèm, vt par erat, obedientiam præstolassent, suis tamèn votis neutiquam arrisit euentus; Siquidèm non obstante, quod sub die 3. Aprilis anni præterlapsi resolutum fuerit *coràm Me*, extradendas esse prædicto D. Episcopo Litteras declaratorias incursus Censurarum aduersùs eosdem Capitulares detrectantes omnimodæ executioni demandare præscriptam sibi residentiam in præcitata Ecclesia Baccensi, sub vlteriori dilatione vnius mensis ex superabundanti indulgentia concessi ad finem, vt commodiùs ad locum designatum sese transferre valuissent: nihilominùs indurato adhùc corde in primæua contumacia persistentibus Archidiacono de Ayllon, Canonico de Aguirre, necnòn Portionario de Torres, & idcircò instante hodiè Episcopo pro vlteriori remedio ad compescendam adeò quatriduanam reluctantiam in parendo Apostolicis mandatis nostri Tribunalis, *Domini* denuò euaginantes Arma Iustitiæ censuerunt, aduersùs prænominatos tres Capitulares relaxandam esse Aggrauatoriam.

Cùm enim doctum abundè fuerit (vt inferiùs) ex parte Episcopi, quod prædicti Capitulares post sibi intimatas Litteras declaratorias sese quidèm contulerint ad Ecclesiam Baccen., sed pòst inibi peractam ephymeram quamdam, & momentaneam residentiam successiuè recesserint, posteàque ad eludendum non minùs præceptum Episcopi, quàm Iudicata Rotalia ad alios Iudices conuolauerint pro obtinenda facultate

1 redeundi ad Ciuitatem, & Ecclesiam Giennen., hinc meritò præmissis iam solitis formalitatibus de stylo, & praxi Curiæ nostræ necessarijs, & de quibus *Verlr. in praxi lib.8. cap. vltim. num.16. vers. Quod si sic moniti, & n.19., Marchesan. de Commiss. par.1. cap.5. tit. de Commiss. Appell. in Rom. Cur. n.212., & seqq., Rota decis.819. num.1., & 2. coram Manzaned.*, contrà huiusmodi refractarios, & contumaces locus est concessioni

2 Aggrauatoriæ, ità nuncupatæ ex repetitis Censurarum laqueis, quibus Anima grauatur, donèc resipiscat, quemadmodùm ex doctrina *Io: Andr. in cap.2. in princip. ibiquè Abb. num.9. de Cleric. excommun.*, rectè obseruauit *Rota decis.203. num.4., & 5. par.18. Recent., & in Nullius, seù Calaguritana Quartæ funeralis de Naxera 13. Iunij 1698. §.1. coram Me (decis.51. num.1., & 2. tom.1.)*

Constitit namquè ex deductis *in Summario* Episcopi, quod Archidiaconus pòst derelictam residentiam in Ecclesia Baccen., enixo studio curauit (licèt inutilitèr) tàm in Tribunali Nunciaturæ Hyspaniarum, quàm in Sacra Congregatione Concilij interuertere ius, & possessionem ipsius Episcopi, vtrobiquè instando pro reuocatione translationis, siuè assignationis in sui personam per eumdem Episcopum demandatæ, hisquè non contentus, nuperrimè, nemine in Curia citato, Commissionem extorsit directam cuidam Iudici de Partibus cum facultate cognoscendi de viribus memoratæ assignationis, seù præcepti de residendo in Eccle-

3 sia Baccen.; Cùmque attentata huiusmodi intolerabilem præseferant spretum Litterarum declaratoriarum, & insimùl palpabilem voluntatem non parendi, congruum sanè visum est, vt grauioribus Censuris aduersùs adeò excrescentem proteruiam irrumperetur, sicuti passim in his circumstantijs practicatum extitit, & signantèr *in decis.732. num.3., & 4. part.4. tom.3. Rec., decis.241. per tot. part.10., & cor. san. mem. Alexand. VIII. decis.75. num.5., & 6., &*

ac-

decis.196. ex num.5. vsquè ad fin., & *in Nullius, seù Conuersanen. Aggrauatoriæ 14. Martij 1696. cor. bon. mem. Emeriæ Decano* (nùnc intèr suas *decis.*1318.)

Non minor autèm effulxit contemptus, & recalcitratio pro parte Canonici de Aguirre: is etenìm pariformitèr neglectâ residentiâ sibi assignatâ in sæpedicta Ecclesia Baecen., vt eò magis antè oculos Episcopi de propria inobedientia gloriaretur, temerario ausu recursum damnabilitèr habuit ad Iudices Laicos, protestando de violentia sibi illata per Episcopum, & insimùl appellando à mutatione in sui personam expleta de Ecclesia Giennen. ad alteram Baecen.; Quo-
4 tiescumquè autèm vltrà simplicem reluctantiam in parendo, quæ etiàm de per se promptam meretur coercitionem, vlteriùs intercedit factum positiuum implorationis Brachij Sæcularis ad finem interponendi obstaculum executioni Mandatorum Superioris Ecclesiastici, proniùs semper Tribunal nostrum deuenire consueuit ad relaxationem Aggrauatoriæ, proùt videre est apùd *Baratt. decis.825. num.5.*, *Merlin. dec.481. ex num.3. vsquè ad fin.*, & *decis.256. num.2. cor. Cardinali Cerro*, & *in Leodien. Testamenti supèr Declaratoria 11. Decembris 1697. per tot. cor. R.P.D. meo Priolo*.

Quouerò ad Portionarium de Torres, satìs iustificata remansit eius inobedientia, ex quo licèt pòst elapsum mensem à die intimationis Litterarum declaratoriarum sese transtulerit ad Ecclesiàm Baecen., nondùm tamèn expectato decursu alterius mensis iniunctam sibi in eadem Ecclesia residentiam deserendo iterùm remeauit ad Ciuitatem Giennen., ibiquè moram vt priùs continuauit, vt de visu deponunt plures Testes dati *in Summario* Episcopi *num.4. lit.C.*, & *num.10*; Quapropter dubitari non poterat de positiua contrauentione, & spretu assignationis factæ per Episcopum: in his enìm,
5 quæ habent tractum successiuum, proùt est residentia, & permanentia in aliquo loco, continuata etiàm, & successiua requiritur paritio, adeoùt minimè sufficiat, modicùm dumtaxàt stetisse, aùt resedisse, vt inquit *Rota cor. Rembold. decis.437. num.5.*, & *6.*, *cor. Card. Cerro decis.662. num.3.*, & *in Rec. decis.376. num.5. part.11.*, & *decis.247. n.10. part.15.*

Absquè eò, quod respectu Canonici de Aguirre attendi mereatur quædam fidès nupèr in Actis producta supèr prætensa ipsius mala valetudine, ob quam idcircò veniat excusandus, si promptè non redijt ad Ecclesiam Baecen.; Siquidèm huiusmodi infirmi-
6 tas positiuè excludebatur, tùm ex quo idem de Aguirre de mense Octobris præterlapsi peregrè profectus est ad Ciuitatem Matriten., & successiuè, vt præmisimus, coràm Iudicibus Sæcularibus omnem mouit lapidem pro eludendis Mandatis Episcopi, & respectiuè determinationibus nostri Tribunalis: Tùm etiàm ex Testibus deponen-
7 tibus de omnimoda sanitate ipsius Canonici de Aguirre, tàm in accessu ad Curiam Matriten., quàm post reditum ad Ciuitatem Giennen.; ac propterea constito aliundè ex præmissis de obdurata, & firma voluntate eiusdem Canonici in declinanda pro viribus residentia in Ecclesia Baecen., clarior etiàm (præcisiuè à contrarijs documentis mòx recensitis) emicabat apùd *Dominos* insubsistentia, & figmentum præallegatæ excusationis, ad ea, quæ aliàs in indiuiduo considerauit *Rot. in Burgen. Seruitij coràm Pirouano impress. decis.654. num.3. par.3. Recent.*

Nequè in vniuersum, quòad omnes prænominatos tres Capitulares, rursùs suffragari poterat prætextus, quod absentatio ab Ecclesia Baecen. processerit occasione fruendi vacationibus sibi permissis *à Concilio Tridentino*, necnòn à peculiaribus vtriusque Ecclesiæ ordinationibus. Quoniàm, posthabitis vacationibus Statutarijs, veluti abrogatis per nuperrimum Decretum Eminentissimorum Interpretum eiusdem Sacri Concilij, ac de reliquo antecedentèr sublatis *in præterita mea Decisione supèr Declaratoria §. Siquidèm*, & *seqq.* (*decis.82. num.4.*, & *seqq. tom.1.*) quatenùs attinet ad vacationes
8 Conciliares, cùm istæ non alia de causa concedantur, quàm in leuamen diuturnæ residentiæ, & ad hoc, vt Beneficiatus alacriori spiritu successiuè valeat Diuinorum Officiorum recitationi, ac celebrationi superincumbere, vt notat *Garz. de Benefic. par.3. cap.2. num.311.*, *Monet. de distribut. quotid. par.2. quæst.12. num.55.*, & *seqq.*, *Cencoper. lucubr. Canon. lib.2. num.176. in fin. vers. Ratio est*, profectò huiusmodi ratio non videbatur congruere posse prædictis Capitularibus, vtpotè qui per interuallum trium annorum à die, quo Episcopus eis assignauit Ecclesiam Baecen., nonnisi per paucas hebdomadas, interpolatis etiàm vicibus, resederunt, vt testatur Secretarius Capituli Ecclesiæ Giennen. *Summ.* Episcopi *Num.12.*,
9 & tamèn receptum est, quod dispositio *Sac. Concilij in sess.24. de Reform. cap.12.* nòn alitèr indulget absentiam trium mensium à loco residentiæ, quàm si Beneficiatus in reliquis nouem mensibus Ecclesiæ iugitèr deseruierit, vt refert *Barbos. in Comment. ad d. cap.12. num.64.*, & *66.*, *Monett. de distribut. d. par.2. quæst.4 num.34.*, & *seqq.*, & signantèr *num.38.*, *Capon. discept.123. sub num.150. vers. Verùm*.

Et ità, Episcopo dumtaxàt informante,
10 pro relaxatione Aggrauatoriæ conclusum fuit, eâ denuò adhibitâ indulgentiâ, vt scilicèt

licèt præfigaturContumacibus nouus terminus alterius mensis à die intimationis facien. in Partibus, vt interim propriæ consulere valeant conscientiæ per effectiuam paritionem &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

De Aggrauatoria in materia Censurarum, eiusque relaxatione agitur *in Augustana Canonicatus supèr Aggrauatoria 26. Iunij 1722. cor. Lancetta*, quæ erit in *Tom.6.* suarum *Decisionum* in lucem proximè edendo, & in *Craconien. Manutentionis supèr Aggrauatoria 21. Ianuarij 1732. coràm Reuerendissimo Cincio Archiepiscopo Beneuentano*, vbì signantèr allegatur præsens *Decisio* rec. mem. D. mei Ansaldi.

Affectatus prætextus prætensæ malæ valetudinis Canonici de Aguirre, de quo loquitur *nostra Decisio num.5. in fin. §. Absquè eo, quod, & num.6., & 7.*, occasionem præbet annotandi, quod infirmitas, (quæ
11 in qualibet materia præstat iustum, & legitimum impedimentum, vt *relatis concord.* inquit *Rota cor. Molines decis.813. num.10.*, *& in Meleuitana, seù Portugallien. Commendarum 19. Iunij 1722. §. Transeundo, coràm*
12 *bon.mem.Cerro iun.* quotiès tamèn non agatur de actu, qui per organum alterius expleri valeat, putà per Procuratorem, vt declarant *Scacc. de appell. quæst.12. sub n.142. ampliat.22. in fin.*, *Vrsell. concl. legal.129. num.135.*, *& seq.*, *Vbert. de Citat. cap.101. num.399.*) regularitèr iustificata remanet ex
13 attestatione Medici, qui ass. Infirmum curauit, vel actualitèr curat; *leg. Septimo mense, ff. de stat. homin.*, *Rota decis.45. num.28.*, *& 29. part.6.*, *& decis.238. n.9.*, *& 10. part.9. Rec.*, *in Calaguritana Fructuum 27. Februarij 1696. §. Quoverò ad secundum, coràm Muto, & in dicta Meleuitana, seù Portugallien. Commendarum §. Porrò*,
14 dummodò attestatio Medici sit Iuramento munita, aliàs Iudex non tenetur illi deferre, vt respondit *Rota in Monasterien. Optionis 14. Iunij 1706. §. Quandoquidèm, coràm Kaunitz*.

Priuilegia à Iure concessa fauore infirmi-
15 tatis procedunt dumtaxàt in grauibus morbis, secùs verò in leuibus, *Actius de Infirmit. part.1. cap.50. num.16.*, *Azeued. in Comment. ad Reg. Constit. Hyspan. tom.1. lib.3. tit.9. leg.4. num.5. in fin.*, *Maurit. de restit. in integr. cap.339. num.2.*, alijque apùd *Tranchedin. consult.90. num.1.*, *& 2.*
16 *lib.2.* Hinc licèt Debitor graui infirmitate detentus nequeat ad instantiam eius Creditorum Carceribus mancipari, proùt pòst *Farinacc. & alios* dixit *Rota in Romana, seù Viterbien. Census 1. Martij 1720. §. Quidquid enim, & 1. Decembris 1721. §. Minùsquè, & 15. Ianuarij 1723. §. Transitum, coràm bon. mem. Rouault de Gamaches*; Si tamèn
17 leui infirmitate laboret, dubium non est, quin possit personalem pati executionem, & ad Carceres duci, ibiquè donèc satisfaciat detineri, vt cùm alijs declarant *Francisc. Ant. de Iudice Roberto in tract. de liquid. Instrum. consid.4. num.19. in fin.*, *Paul. Zacch. quæst. Medicoleg. tom.1. lib.6. tit.2. quæst.2. num.21.*

Diceretur autèm Debitor leuitèr morbo
18 detentus, si tantummodò laboraret febri tertiana, cùm hæc non connumeretur intèr graues infirmitates, nequè mortem regularitèr soleat afferre, quinimò de sui natura sit potiùs salutaris, teste *Paul. Zacch. dicto lib.6. tit.4. quæst.7. num.33.* Idemque di-
19 cendum esset de febri quartana, quæ licèt diutiùs protrahatur, præsertim quandò aliquem aggreditur tempore hyemali, iuxtà ea, quæ obseruat *Rot. decis.371. num.13.*, *& 14.*, *& decis.374. num.10. part.14. Rec.*;
20 attamèn ea paritèr intèr leues infirmitates adscribitur, vt est *Text. in leg. Quæsitum 60. in fin. ff. de re iudic.*, *& in Leg.1. §. Sed sciendum propè fin.*, *vers. Proindè, ff. de ædil. edict.*, & communi placito notant *Gloss. in Can. Placuit 9. verb. ægritudine, dist.18.*, *Abb. in cap.2. num.1. de Procur.*, *Odd. de restit. in integr. part.1. quæst.11. art.7. n.32.*, *& 33.*, *Gonzal. ad Regul. Cancell. regul.5. §.9. num.89. in fin.*, *Fagnan. in cap. Consultationibus num.9. de Cleric. ægrot.*, *Leuren. de Vicar. Episc. quæst.340. num.2. ad med. vers. Sic itaquè*, *Rota cor. Verall. decis.240. num.3. part.1.*

Cœterùm omnia hæc pendent ab arbitrio
21 Iudicis, ad quem spectat dijudicare, an infirmitas dicatur grauis, vèl leuis, vt ex *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.2. cent.1. cas.60. num.5. & alijs* firmat *Caroc. de Locat. part.2. tit. de Sublocat. quæst.18. n.24. fol. mihi 101.*
22 At quomodò Iudex in hoc proposito debeat se regulare, probè indigitant *Odd. de restit. in integr. dicta quæst.11. art.8. num.36.*, *& seqq.*, *Galef. eod. tract. cap.8. num.350. cum dubus seqq.*

A. Lupardus.

MELPHICTEN. CAPPELLANIÆ.

Lunæ 7. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Fundator Beneficij, qui in illius erectione authorizata per Ordinarium reseruauit Iuspatronatus passiuum fauore gremialium Ecclesiæ Cathedralis, potest in Testamento successiuè condito declarare, ac præcipere, quod in casu vacationis præferri debeat in alic-

assecutione ipsius Beneficij ille ex dd. gremialibus, qui sit de sua descendentia, aùt Parentela, nèc per hoc dicitur alterasse legem fundationis, sed solummodò explicasse id, quod illi inerat ex dispositione Iuris, iuxtà quod in assequendo Beneficio (cœteris paribus) consanguineus Fundatoris præferendus est alijs extraneis. Reliqua colligi possunt ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio Iustitiæ militat pro qualibet Sententia.*

2 *Enunciatiua in antiquis plenè probat, iunctâ præsertìm obseruantiâ rei enunciatæ.*

3 *Institutio debita præsentato ad Beneficium fraternizat cum immissione in vim* leg. fin. Cod. de Edict. D. Hadr. toll.

4 *Immissio in vim* leg. fin. *non competit vigore Testamenti, nisi illud sit immune ab omni labe suspicionis.*

5 *Episcopi non solent facilè admittere existentiam Iurispatronatus, & sic imprimere qualitatem seruitoriam in Beneficijs.*

Quapropter instituendo præsentatum vrget præsumptio, quod coràm eo fuerit plenè doctum de Iurepatronatus, ibidèm.

6 *Sententia recipit congruam declarationem, & interpretationem ab Actis.*

7 *Pluralitas Testamentorum non præsumitur.*

8 *Obseruantia, & præsertìm iudicialis, dat robur scripturæ etiàm informi.*

9 *Fundator Beneficij nequit ex interuallo variare legem fundationis circà Iuspatronatus passiuum*, & num. 11., 13., & 14.

Intellige, vt num. 15., & 17.

10 *Fundator Beneficij potest in illius erectione adijcere quaslibet conditiones etiàm Iuri repugnantes.*

12 *Donator pòst perfectam donationem nequit illam alterare, aùt aliàs Donatario præiudicare.*

Potest tamèn illam declarare, & meliùs dilucidare, num. 16., *vbì de ratione.*

18 *Consanguineus Fundatoris præferri debet (cœteris paribus) cuilibet extraneo in assecutione Beneficij*, & num. 39.

Similitèr cœteris paribus præferri debet ille ex præsentatis, cuius Maiores Beneficium fundarunt, vèl dotarunt, num. 40.

Itèm in paritate vocum filius alterius ex Compatronis præferendus est extraneo præsentato ab alijs Patronis, num. 41., & 42.

Non tamèn huiusmodi prælatio competit in paritate vocum ratione solius Affinitatis ergà vnum ex Compatronis, num. 44.

Nequè paritèr talis prælatio competit, vbì extraneus compræsentatus habet pro se maiorem partem vocum, num. 43.

19 *Hæres nequit impugnare factum, aùt voluntatem eius defuncti Authoris.*

20 *Præsentatus ad Beneficium nequit plus iuris prætendere, quàm haberent ij, à quibus propriam præsentationem reportauit.*

21 *Obseruantia Patronorum optimè deseruit pro declaranda qualitate Iurispatronatus passiui.*

22 *Beneficium debitum certo generi personarum, putà consanguineis Fundatoris, ijs non existentibus conferri potest cuilibet extraneo.*

23 *Dispensatio ab irregularitate contracta reponit dispensatum in eo statu, acsi numquàm in eam incidisset.*

24 *Clausula* = Veris existentibus narratis = *efficit Gratiam conditionalem, donèc narrata coràm Executore fuerint iustificata.*

Distingue, *vt ex* num. 29. ad 32.

25 *Dispensatio effectiuè obtenta in quo differat à simplici mandato de dispensando*, & num. 26.

27 *Regula, quod aliud sit donatio, & aliud promissio de donando, cessat stante Instrumento actualis, & effectiuæ donationis.*

28 *Donatio intèr viuos dicitur vsquè ab initio pura, perfecta, & irreuocabilis, licèt illius effectus collatus sit pòst obitum Donantis.*

31 *Clausula* = Veris existentibus narratis = *tacitè subintelligitur in qualibet Gratia ad petitionem Partis concessa.*

33 *Dispensationes Matrimoniales, earumque executiones sub qua forma dirigi soleant Ordinarijs per Sedem Apostolicam.*

34 *Dispensatio ab irregularitate licèt gratiosè concessa* à Sacra Congregatione Concilij, *adhùc quoad executionem committi solet proprio Ordinario dispensati, & quarè.*

35 *Clausula* = Si in euidentem = *adiecta in concessione alienationis, aùt permutationis Bonorum Ecclesiasticorum, non officit puritati Gratiæ vsquè ab initio.*

36 *Gratia concessa in forma* = Dignum = *est pura vsquè ab initio, licèt non sit exequibilis, donèc verificentur exposita coràm illius Executore.*

37 *Culpa numquàm debet prodesse culposo.*

38 *Prorogatio termini ad præsentandum in Beneficijs de Iurepatronatus solet quandoquè ex aliqua rationabili causa peti, & obtineri à Sede Apostolica.*

DECISIO CLI.

PRonunciauit Reuerendissimus Episcopus Melphicten., qui pòst alia munera, antecedentèr etiàm laudabilitèr expleta, hodiè per SS. D. N. meritò assumptus est ad Ministerium, siue Officium Vicesgerentis Eminentissimi Vicarij Vrbis, Sententiam Nicolao fauorabilem, definiendo videlicèt, illum esse instituendum ad Cappellaniam erectam vsquè de anno 1403. in Ecclesia Maiori prænominatæ Ciuitatis sub inuocatione S. Catharinæ: Verùm ab eadem Sententia prouocante Ioanne, durius certamen intèr vtrumque ab initio contendentem infremuit

in

in Curia coràm A. C., sed iuibi paritèr obtentâ Sententiâ confirmatoriâ vicit Nicolaus; delataque demùm vlteriori prouocatione ad nostrum Tribunal coràm R. P. D. meo Muto, inibi quoquè maturè discussâ Causâ prodijt resolutio pro Nicolao sub die 4. Iulij 1698. Quamobrèm ex parte Ioannis totiès procumbentis (adscitis quodammodò auxiliaribus Copijs) Schinosi Patroni, velutì rursùs à fundamentis integraturi Pugnam, tot Iudicatorum circumscriptionem implorauêre in plena Signatura Iustitiæ, at eorum petitione reiecta, simplicitèr in statu, & terminis ad Causam admitti reportarunt: Et idcircò reassumpta coràm memorato R. P. D. meo Muto rigidiori disputatione, prima, & secunda vice propositionis *Domini* non fuere concordes, donèc de stylo in tertia repropositione, Votum perhibentibus Quinto, & Sexto, liberè perstitum fuit in decisis cum successiua Causæ expeditione; à qua tamèn tertia Sententia rursùs ad Signaturam recurrentibus Schinosis, & Ioanne, placuit eidem Tribunali nouam Mihi dirigere Commissionem cùm Clausula = *Consilio de tribus*, & hodiè alijs sex DD. meis Correspondalibus à Me humilitèr consultis, & sic per girum toto Sacro Auditorio suffragante, exijt rescriptum = *Constare de tribus*.

Non enim cecidit hæsitatio supèr validitate, numero, & conformitate Sententiarum, sed tota occasio dispungendi fermè à suis cardinibus hanc Causam redacta est ad examen Iustitiæ earundem Sententiarum; neque dedignati sunt *Domini* in hac cœteròquin laboriosa Audientia iterùm penetrare, ac ponderare viscera obiectorum, quæ contextualitèr ex parte Patronorum, ac Ioannis præsentati non sinè magno apparatu promouebantur pro infringenda illa præ-
1 sumptione Iustitiæ, quæ sempèr militat pro Sententijs, rebusque iudicatis, ad *Text. in leg. 2. Cod. de Offic. Ciuil. Iudic.* cum concord. per *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 67. ex num. 1. cum plur. seqq.*, *Rot. decis. 175., & decis. 196.* vtrobiquè *n. 2. par. 18. Recent.*, & alibì milliès.

Sed leuis statìm emersit prima oppositio, quæ vniuersam molem, seù basem victoriæ vsquedùm partæ per Nicolaum penitùs diuellebat, nempè, quod cùm idem Nicolaus institutionem reportasset, ex quo in concursu Ioannis suffultus esset qualitate sanguinis, siuè descendentiæ à linea Testatoris vigore cuiusdam posterioris declarationis, seù Testamenti exarati per eundem Fundatorem de anno 1432., & respectiuè præcipientis huiusmodi antelationem, minimè constaret de sufficienti realitate eiusdem nouissimi Testamenti: dicebatur quippè, assertum Testamentum, seù sumptum exhibitum à Nicolao nimiùm asperè, & apertè discordare in mense, & anno ab explicita enunciatiua, quæ legebatur emissa per Patronos occasione alterius præsentationis expletæ de anno 1594; Cùmque eadem enunciatiua suum consecuta fuerit effectum mediante Institutione subsecuta in personam tùnc præsentati, non erat attendendum aliud sumptum ab eo discordans: nàm quandò
2 enunciatiua est antiquissima, & positiuâ constipatur etiàm obseruantiâ, magnam secum trahit vim veritatis, & probationis, teste *Rot. coràm Vbald. decis. 126. num. 4. cum duob. seqq., & coràm Bich. decis. 459. num. 16.* cum alijs in *Triuentina Iurium Parochialium 15. Februarij proximè præteriti §. Respectu autèm, coràm Me* (suprà *decis. 133. num. 8., & 9.*)

Potissimè superaccedente, quod idem sumptum, seù particula Testamenti præseferens assertam prælationem ergà illos de linea, seù descendentia Testatoris, videbatur admodùm esse succisa per sensus plusquàm oporteret correptos, & truncos, quodque plus est, de existentia, seù realitate eiusdem particulæ dubitauerat Ordinarius in peruetusta Sententia lata de anno 1486.,
3 hodierno *Summario Patronorum num. vnico*, quandò tamèn ad finem consequendæ Institutionis fraternizantis cum Immissione *leg. fin. Cod. de Edict. D. Hadr. toll.* Testa-
4 mentum debet esse limpidissimum, ac nulla suspicione laborans, ex traditis per *Argel. de acquir. possess. quæst. 14. art. 1. num. 21.*, *Rot. decis. 8. num. 14. par. 13. Recent.*, *decis. 525. num. 1. par. 14.*, *& decis. 44. num. 2. cum duob. seqq. coram Priolo*, *& in Romana, seù Collen. Hæreditatis 14. Iunij 1680. §. Quamuis enim, coràm clar. mem. Card. Vicecomite*.

Ad euersionem quippè huius primæ oppositionis cœteròquin (vt præmisimus) debilissimæ, animaduerterunt *Domini*; quod rumor hic exageratæ discordantiæ minimè versabatur intèr duo sumpta, vèl Instrumenta, sed intèr vnum sumptum, siuè Instrumentum cum simplicissima, & miserabili enunciatiua discrepante ab ipso Instrumento per vnicum annum; quapropter cùm illemèt præsentatus à Patronis tùnc enunciantibus pro assequenda sui Institutione materialitèr, & formalitèr successiuè produxerit illud idem Instrumentum, quod in hac Causa exhibuit Nicolaus, obiectio retorquebatur de diametro, quià subsequens Institutio obtenta per prædictum præsentatum de eodem anno 1594. referenda non est ad id, quod Patroni enunciauerint, sed ad Iura, ac documenta effectiuè in Actis oblata
5 coràm Ordinario, qui præsumitur optimè exercere suum officium, & nonnisi Causâ cognitâ voluisse imprimere qualitatem seruitoriam, magisque aduersantem libertati

Be-

Beneficiorum, ad *Rot. coràm Pamphil. decis.91. num.2., & decis.269. num.3., & 4., & in Recent. decis.329. num.8. par.9., decis.444. num.14. par.14., decis.148. num.10., & 11. par.15., & in Marsicana, seù Nullius Beneficij 7. Iunij 1686. §. Duplici alia in fin. coràm Reuerendiss. D. Heruault Archiepiscopo Turonen.*

Verùm & hoc palpabatur manifestiùs, inspecto, quod præsentatus de præfato anno 1594. mediante examine Testium iustificare satêgit propriam à Testatore descendentiam, quod vtiquè superuacaneum prorsùs extitisset, quotiès qualitas prælatiua descendentiæ, quæ continebatur in sumpto, & Instrumento Nicolai, non foret illa eadem, quæ reuerâ staret in declaratione, seù Testamento condito per Fundatorem de sæpiùs memorato anno 1432., itaùt ab hoc examine, Actisque factis in Causa corroboretur, & veritas particulæ productæ per Nicolaum, & approbatio (vt clariùs infrà
6 ostendetur) huiuscè demandatæ prælationis, ad regulam notissimam, quòd Sententia quæcumque rectam, & tutam interprætationem recipiat ab Actis, vt per *Rot. decis.262. num.1., & 2. par.16., & decis.381. num.4. par.17. Recent.*

Haùd subsistente, quod eadem particula, siuè sumptum redderetur imaginabilitèr suspectum per sensus, & verba obtruncata: Vtì quippè liquebat ex hodierno *Summario* Nicolai *Num.3.* aderant quidèm Clausulæ cœteratæ in particulis superfluis, sed in concernentibus substantialem hanc differentiam, sensus erat plenarius, integer, & perfectus, itaùt tàm Schinosi Patroni, quàm Ioannes ab eis præsentatus, qui huic fundamento perperàm innitebantur, saltèm debuissent conualidare meliùs eorum intentionem, ostendendo, quod aliud extaret prætensum Testamentum sub diuersa die, &
7 anno, hæc etenim omnia satis clara de per se, constipabantur etiàm ex regula, quod pluralitas non præsumitur, de qua per *Text. in leg. Omnium, Cod. de Testam., Rot. decis.513. num.19. coràm Bich., decis.82. n.17. coràm Card. Cerr., & decis.735. num.5. cum duob. seqq. par.18. Recent.*

Et ad magìs retorquendam ipsam quoquè obseruantiam, *Domini* ponderauêre, quod obseruantia iudicialis vrgebat euidentissimè pro realitate eiusdem Instrumenti, supèr quo Nicolaus insistebat; realitas quippè ipsius Testamenti primò canonizata apparebat in primordiali, magisquè proxima fundationi Sententia lata per Ordinarium de anno 1458. supèr institutione Gremialis qualificati, siuè descendentis à Testatore, subsequens autèm altera Sententia, de qua meminimus in obiecto, anni scilicèt 1486., claudebat expressam præseruatiuam existentiæ ipsius Instrumenti, dùm dicitur ibidèm: *Sed posito sinè præiudicio veritatis, quod constaret, dictum Ioannem ità disposuisse &c.* quod & clariùs præsuppositum fuit in altera Sententia pronunciata in Curia paritèr Ordinarij de anno 1536., nàm iuxtà tenorem verborum huius Sententiæ productæ per eosdemmèt Patronos habetur: *Viso etiàm Testamento condito postmodùm per Ioannem in anno Domini 1432.*; quibus omnibus Sententijs adiungendo postremam anni 1594., de
8 qua suprà locuti sumus, nefas quodammodò videbatur ampliùs ambigi posse de realitate scripturæ totiès productæ, semperquè, vel præseruatæ, aùt explicitè approbatæ, vt in præcisis terminis respondit *Rot. decis.146. num.1., & 2. par.7. Recent., & coràm Vbald. decis.184. num.4.*, & generalitèr etiàm in prophanis admisit *eadem Rot. decis.185. num.7. par.10. Recent., decis.104. num.12. par.16., & decis.433. n.7., & 8. coràm Priolo, & in Romana Fideicommissi de Vrsinis 23. Februarij 1682. §. Quod eò magis, & sequen., coràm bon. mem. Albergato.*

Parùm attendenda paritèr effulxit secunda oppugnatio, ex quo ad omne peius Fun-
9 dator minimè valuerit pòst primam fundationem vndiquè perfectam anni 1403. variare legem, siuè qualitatem passiuam vocationis à se factæ; Eo namquè ipso, quod
10 in prima dispositione, in qua solùm licet Fundatoribus apponere conditiones etiàm in Iure repugnantes, ad effectum alliciendi Fideles ad piè elargienda Bona temporalia, per *Text. in cap. Cùm Dilectus, ibiquè Gloss. verb. Constitutum propè fin., vers. Satis tamen, de consuetud.*, erector huiuscè Cappellaniæ demandauerat, instituendum esse
11 vnum ex Gremialibus Ecclesiæ Melphicten., non poterat subindè aliud Patronis superimponere iugum prelationis ergà illos de linea, seù parentela, tùm ex regula, quod qualitas apposita in fundatione nequit in minimo corrumpi, & alterari, tùm ex quo generale
12 est in terminis quoquè prophanæ donationis, vel dotationis, nihil pòst alterutram perfectam posse minui, vel addi, vtì sanciuit *Imperator in leg. Perfecta donatio, Cod. de do-*
13 *nat., quæ sub mod.*, & in subiecta materia annotarunt *Garz. de Benef. par.5. cap.9. num.68., & 69.* cum reliquis per *Rot. coràm Merlin. decis.518. num.3. cum duob. seqq., & in Recent. decis.316. num.18., & 23., & ex num.25. vsquè ad fin. par.10., & decis.107. num.2., & 3. par.11.*

Plures quippè huic fragilissimæ obiectioni ponderabantur à *Dominis* responsiones, quarum quælibet, etiam de per se, aptissima erat ad illam suffocandam: Prima siquidèm erat innixa eximiæ, & insigni authoritati *clar. mem. Card. De Luca*, quamuè maturè,

& iudiciosè amplexus fuerat, & regiſtraue-
rat in ſua Sententia Reuerendiſſimus Epiſco-
pus primus Iudex in hac Cauſa: prædictus
namquè *Cardinalis* pro veritate conſultus
ſupèr hac ipſa diſpoſitione (quidquid opinati
fuerint Vicarij de Partibus in prælaudatis
Sententijs annorum 1486., & 1536.) ſolidè
14 demonſtrauit *in diſc.16. per tot. de Iurepa-
tronat.*, & ſignantèr *num.5.*, veriſſimam
quidèm eſſe propoſitionem, ac regulam,
quod nequeat etiàm per eumdem Fundato-
rem immutari conditio, qualitas, aùt alia
ordinatio volita in ipſo limine, ſeù Inſtru-
15 mento fundationis, verùm id intelligitur,
quotiès ſucceſſiua ordinatio ſtaret ad deſtru-
ctionem actus perantea perfecti, quià foret
tollere Donatarijs, vèl alio modo vocatis
ius quæſitum; ſecùs autèm eſt, quandò
actus, Inſtrumentum, vèl diſpoſitio ſuper-
ueniens tendit ſimplicitèr ad maiorem dilu-
cidationem, & declarationem præcedentis,
16 cum quo & nouiſſima compatiatur, tùnc
etenim excutere ſolummodò eſt, quod intùs
erat, ad *Text. in l. Adeò 7. §. Cùm enim Grana,
ibiquè gloſs. marginal. in verb. ſpeciem, ff. de
acquir. rer. dom.* ſecundùm ea, quæ vnani-
mitèr oſtendunt *Corl. de retrotract. cap.8.
caſ. 13. num.2., Chartar. deciſ. Ianuen. 16.
num.20., & num. 32., Modern. Palm. alle-
gat. 17. num.8. cum ſeqq., idem Card. De Luca
de Donat. diſc.35. num.18., Rot. in Narnien.
Dotis, ſeù fideicommiſſi de Capitonibus 16.
Iunij 1687. §. Indèque ceſſat, coràm bon. mem.
Vrſino*, & magis ad rem *in Aſculana Prædij
26. Iunij 1699. ex §. Nèc talis declaratio cum
ſeqq.*, & ſignantèr *§. Aèt verò, coram R. P. D.
meo Scotto*, confirmata 14. *Maij nupèr ela-
pſi §. fin. coràm R. P. D. meo Priolo*, & com-
probat *prima Deciſio huius Cauſæ edita ſub
die 4. Iulij 1698. §. Etenim, & ſeq. coràm
R. P. D. meo Muto.*

Applicando autèm ad rem, cùm in primo
Inſtrumento Fundator ſimplicitèr iniunxe-
rit, præſentandos eſſe ad controuerſam
Cappellaniam illos, quos nuncupant Gre-
miales Eccleſiæ Melphicten., nullatenùs ab
hac diſpoſitione receſſerat in tabulis Teſta-
17 mentarijs, ſed tantummodò ſuperaddidit,
quod intèr eoſdem Gremiales prælationem
ſortiri deberent illi, qui à linea ſua, ſeù
parentela deſcenderent: quapropter neuti-
quàm ob id auferebat ius quæſitum Gremia-
libus, ſed ad normam Iuris, & æquitatis
explanabat, quod intèr illos anteponerentur
memorati deſcendentes à ſua linea, vèl Pa-
18 rentela; etenim de Iure eſt, quod (vt di-
cunt *Dialectici*) cœteris paribus Conſangui-
nei præferantur extraneis, Eccleſiaſtica
ità ſuggerente æquitate, vt benè inquit
Card. De Luca d. diſc.16. de Iurepatr. num.5.,
quem laudat, & ſequitur vtraque *Deciſio*
antecedentis Inſtantiæ *coràm R. P. D. meo
Muto*, prima nempè diei 4. *Iulij 1698. §. Ete-
nim, & ſeq.*, & altera ſub die 17. *Iunij 1699.
§. Rursùs*, & generalitèr habetur apùd *Gloſs.
in Can.1., verb. ſiuè poſſeſſionis, 70. diſt., Io:
Bapt. Ferrett. conſil.131. num.4., Vixian. de
Iurepatr. lib.14. cap 2. ſub num.64. verſ. tan-
tò magìs, Rot. coràm Vbald. deciſ.339. n.7.,
Buratt. deciſ.316. num.12., & deciſ.647.
num.16., Pamphil. deciſ.294. num.2., Mer-
lin. deciſ.733. num.6., & in Recent. dec.122.
num.11., & 12. par.11.*

Præcipuè, quià & hæc erat exceptio de
iure Tertij inallegabilis per Ioannem; quan-
tumuìs enim ipſe foret vnus de Gremialibus,
ſolùm valebat ex hac ratione ſubſtinere
ſuam capacitatem, at non exindè contro-
uertere antelationem demandatam à Teſta-
tore in ſuo Teſtamento, quia tanquàm ſim-
plicitèr Gremialis, etiàm iuxtà eius præten-
ſionem tantummodò fruebatur poſſibilitate
paſſiua, verùm huiuſmodi poſſibilitas ſpiri-
tum deſumebat actualitatis à ſubſecuta præ-
ſentatione: Cùmque idcircò ipſi Patroni, &
19 præſentantes forent hæredes Fundatoris, non
poterant hi contrauenire facto, & volunta-
ti defuncti illorum Authoris, *vulg. leg. Cùm
20 à Matre, Cod. de rei vindic.*, & conſequen-
tèr nequibat Ioannes plus iuris in ſe præſu-
mere, quàm haberent eius Authores, pro-
prijque præſentantes, qui, vt præmiſimus,
poſtremam voluntatem de reliquo non de-
ſtructiuam antecedentis nulla ratione pote-
rant impugnare, quemadmodùm in indiui-
duo egregiè ratiocinatur *Cardin. De Luca de
Iurepatr. diſc.18. ſub. n.4. verſ. Reſpondebam
cum duob. ſeqq.*, & concordat *Rota dicta
deciſ.122. num.6., & ſequen., par.11. Re-
centior., & in dicta Aſculana Prædij 26. Iu-
nij 1699. §. In quam ſententiam, coràm
R. P. D. meo Scotto*, & in eius confirmato-
ria 14. *Maij proximè præteriti §. final. in fin.
coràm R. P. D. meo Priolo.*

Tollebatque (licèt ad exuberantiam) om-
nem ambagiem non abſimilis ad primum
obiectum attributa obſeruantia practicata,
ſiuè admiſſa per ipſoſmèt Patronos tàm anti-
quos, quàm modernos; Omiſſis namquè
vetuſtioribus præſentationibus emanatis in
Sæculis anteactis ergà Gremiales de genere
Fundatoris, præcisè vlteriùs de anno 1614.
præſentatus noſcitur quidam Lutius de Schi-
noſis, tamquàm de genere Fundatoris, &
ſub expreſſo præſuppoſito, quod ex diſpoſi-
tione Fundatoris aliquis de ſuo genere præ-
ſentari debeat, præſenti *Summario* Nicolai
Num.9., quodquè plus eſt, de recenti, ſiuè
in nouiſſima vacatione controuerſæ Cappel-
laniæ R. P. D. Ioſeph Epiſcopus Caſertanus,
& vnus ex aſſertis Patronis collitigantibus
ad Cauſam admiſſis, præſentatus fuit ab eius
Nepote ſub expreſſa qualitate, quod eſſet *de
linea, & vocatus à Fundatore*, dicto *Summa-*

21 *rio Num.*10., posita namquè hac Patrono-
rum nedùm interprete obseruantia, sed &
confessione, siuè agnitione expressa, om-
nem eliminari amaritudinem nemo est, qui
non sciat, ex collectis in specie per *Rot. de-
cis.*482. *num.6.par.1. Recent., in Mantuana
Beneficij 3. Iunij 1689. §. Altera est, & in
Lauretana Canonicatus 13. Februarij 1693.
§. Corroboratur, coram bon. mem. Vrsino De-
cano*.

Desperantes fortassè tàm Schinosi Patro-
ni, quàm Ioannes præsentatus victoriam
ampliùs assequi posse ex præcitatis duabus
obiectionibus, quæ solùm vsquè ad tempus,
in quo respondit pro veritate *Card. De Luca*,
adfuerant circà hanc Cappellaniam, rursùs
obiectauêre *coram Me* in hac finali collucta-
tione, quod in omnem casum vitium, siuè
incapacitas staret in persona Nicolai, veluti
de tempore vacationis, ac præsentationis
expletæ per Patronos Irregularitate Canoni-
ca mancipati, vndè Patroni rectè valuerint,
etiam admissa prælatione descendentium à
linea, seù Parentela Fundatoris, alium sim-
pliciter Gremialem, & sic ipsum Ioannem
22 præsentare; deficientibus namquè personis
qualitatè prælatiua, siuè passiua suffultis, Pa-
troni queunt alium quemcumque, vel sub-
sidiarè qualificatum, vel etiàm penitùs ex-
traneum præsentare, vt obseruant *Garz. de
Benefic. par. 7. cap. 15. num. 12., & se-
quen., Viuian. de Iurepatr. lib.2. cap.8. sub
num.4. vers. quod procedit, Card. De Luca
eod. tract. disc.20. num.6., & de fideicom.
disc.8. num.5., Rot. in Barchinonen. Benefi-
cij 10. Maij 1697. §. Quod autèm, coràm
R. P. D. meo Caprara* (nùnc intèr suas *de-
cis.*335. *num.6.*)

Incontinenti etenim concidit etiàm hæc
extrema oppositio stante Gratia rehabilitati-
ua, quam à S. Sede aduersùs prædictam Ir-
regularitatem impetrauerat Nicolaus; re-
habilitatio namquè, siuè dispensatio repor-
23 tata per quemcumque innodatum Irregu-
laritate, vèl alia incapacitate à suo legitimo
Superiore (hodièque attentis reseruationi-
bus ab ipsa S.Sede) reponit eumdem in statu,
ac si nunquàm fuisset irregularis, vèl incapax,
ad *Text. in leg. Interdùm, & seq. ff. de natal. re-
stit., & in leg. Imperialis, Cod. de nupt., De-
cius in cap. At si Clerici, §. de adulterijs
num.25. de Iudic., Sperell. decis.*111. *num.*28.,
*Rot. decis.*123. *num.2. coràm Card. Cels., &
in Recent. decis.*43. *num.4., & decis.*257.
*num.*11. *par.*16. cum reliquis prætèr hos ad-
ductis in secunda *Decisione* huius Causæ
17. *Iunij 1699. §. Eò minùs, coràm R. P. D.
meo Muto*.

Quìn Aures præbendæ viderentur enun-
ciatæ reflexioni, quod dispensatio non foret
liberè, & in forma gratiosa absolutè conces-
sa Nicolao, quodque solùm is reportasset
Mandatum de dispensando directum proprio
Ordinario cum Clausulis expectantibus fu-
24 turam verificationem, scilicèt = *Veris ex-
stentibus narratis*, & consequentèr, quod
donèc extitisset impleta verificatio, ipsamèt
rehabilitatio maneret in pendulo, siuè in
suspenso, ideòque Patroni optimè potuis-
sent, ac debuissent, existente adhùc Nico-
lao sub positiua incapacitate, & respectiuè
incerta exequibilitate rehabilitationis, ad
alterius certitudinariè capacis, & subsidia-
riè saltèm vocati præsentationem deuenire,
ex his, quæ in proposito Gratiæ conditiona-
lis, & non adhùc purificatæ, siuè exe-
cutioni demandatæ, responderunt *Paris.
cons.*75. *num.* 53. *lib.*4., *Cost. de scient.,
& ignor. cent.*1. *dist.*13. *num.*10., *Modern.
Lucen. de dispens. Matrim. lib.2. cap.16. n.*42.,
*Rot. decis.*73. *num.*1. *cum* 2. *seqq. par.*18.
*Recent., & decis.*864. *num.*1. *coràm Card.
Cerro*.

Distribuendo quippè in suas partes viscera
25 obiecti, solidè animaduersum fuit, quod
licèt aliud in Iure nostro sit obtinuisse Man-
datum de dispensando, aliud subsecutam
extitisse dispensationē effectiuam, vt innuunt
*Sanchez de Matrim. lib.8. disp.30. num.*12.,
*Corrad. in prax. dispens. lib.7. cap.6. n.*26.,
& 27., *Rot. decis.*721. *num.*1. *par.*3. *Rec.*,
*& dicta decis.*73. *num.*1. *par.*18.; Nihilomi-
nùs in casu nostro perperàm opinabantur In-
formantes pro Ioanne, Patronisque illi adhæ-
rentibus, quod negocium sisteret in simplici
26 Mandato de dispensando Nicolaum, quià
iàm successiuè Nicolaus dispensationem ef-
fectiuam cum sua plenaria executione incon-
trouertibilitèr reportauerat, in quibus sanè
terminis illud, quod priùs continebatur in
mero Mandato de dispensando, induerat
essentiam, & realitatem effectiuæ dispen-
sationis, & hoc est, quod dicit *Rota dicta
decis.* 721. *sub num.*1. *vers. Sed visum fuit
part.*3. *Rec.*, & clariùs se explicat post *Garz.*
& alios *eadem Rota dicta decis.*73. *num.*1. 2.,
27 *& 3. part.*18. eodem modo, quo si fuisset in
prophanis celebratum Instrumentum actua-
lis donationis, cessaret controuersia, quod
aliud sit donatio, & aliud promissio de do-
nando, ex disceptatis apùd *Onnat. de Contract.
tom.2. tract.9. disput.29. sect.10., Fontanell. de
pact. nupt. claus.4. gloss.9. par.4. ex n.26. cum
plur. seqq., Cutell. de Donat. tract.2. disc.1.
spec.17. num.33., & seqq., Mart. Medic.
decis. Senen. Exam.5. num.13. cum seqq.*

Punctus igitùr reducebatur (iuxtà rema-
nentia fragmenta eiusdem obiectionis su-
periùs in vnum conglobatæ) vtrùm subsecu-
ta dispensatio effectui demandata per Ordi-
narium vigore Mandati, seù Breuis Ponti-
ficij foret, necnè conditionalis, vèl potiùs
vsquè ab initio pura, & perfecta, solumquè
expectans materialem, vt ità dicamus, exe-

cutionem, quià in hoc secundo membro res remanet in sua perfectione, & puritate vsquè à principio, absquè eo, quod dicatur remanere in suspenso, nisi ad finem simplicis consumationis executionis retrotrahibilis ex hac ipsa sua intrinseca puritate ad idem principium statim, ac executio ipsa superuenit, sicutì pro nùnc prosequendo eosdem terminos prophanos monent vnanimitèr *Iura*, & *Doctores* in memorata specie donationis, quæ fiat intèr viuos cum Clau-
28 sula, vt effectum tantummodò sortiatur pòst mortem donantis, quià id non efficit, quìn ad omnes Iuris effectus consimilis donatio fuerit ab initio pura, perfecta, & irreuocabilis, prout tradiderunt *Mantic. de Coniect. lib. 1. tit. 13. num. 12.*, *Gratian. discept. 586. num. 9.*, *& 10.*, *Borgnin. decis. 42. num. 11. par. 1.*, *Rot. decis. 664. n. 2.*, *& seqq. coràm Merlin.*, *& decis. 403. num. 11. cum seqq. coràm Bich.*

Ad hoc itaquè perscrutandum in nostris proprioribus terminis Spiritualibus, Sacris, & Ecclesiasticis, *Doctores* quidèm insudare videntur pro conciliatione *Text. in cap. Si supèr, de Offic. Deleg. in 6.* cum *Text. in cap. Si cui, de Præbend., & Dignit. eod. lib. 6.*, quia primus supponit Gratiam puram à principio, & ideò exequibilem etiàm pòst mortem concedentis, altèr verò præsumit illam pendulam, & conditionalem, veluti concessam in gratiam certæ personæ, ex not.
29 vtrobiquè per *Repetentes*; Verùm strictiùs, magisquè practicè descendentes ijdem *Doctores*, ac Tribunalia ad stabiliendum, quandò Gratia reuerâ dicatur à principio pura, perfecta, & absoluta, vèl potiùs suspensa, conditionalis, & imperfecta cum sua intrinsicitate, eam adhibuère distinctionem, quod vèl eadem Gratia remittebatur liberæ voluntati, & arbitrio Ordinarij, vèl Delegati, itaùt is nolendo posset illam non exequi, eoque casu Gratia censeatur pendula, & im-
30 perfecta: Aut è conuersò veris existentibus narratis executio facienda est de necessitate per Delegatum, vèl Ordinarium, tùncque Gratia reputatur ab initio perfectissima, & iàm in sui quidditate pro facta, cum sola protractione ejus consumationis ad tempus executionis; Ità benè explanatâ materiâ communitèr perpendunt *Roderic. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 46. art. 7.*, *Guttier. de Matrim. cap. 125. n. 21.*, *Layman. Theol. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 18.*, *Viuian. de Iurepatr. lib. 13. cap. 6. num. 9.*, *& seqq.*, & signantèr *num. 12.*, *Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 8. sub num. 107. vers. & quandò Executor*, *Coton. contr. moral. lib. 1. contr. 3. cap. 6. num. 132.*, *& seqq.*, *Pellizzar. in Manual. Regular. tract. 8. cap. 3. sect. 2. subsect. 4. num. 202.*, *Dian. resol. moral. par. 8. tract. 3. resol. 98. vers. Probatur verò*, *Capon. discept. 116. num. 25.*, plenissimè *Moderu. Lucen. de dispens. Matrim. lib. 1. cap. 6. n. 405. cum 2. seqq.*, alijque pretèr hos lato Calamo recensiti in posteriori *Decisione* præcedentis Instantiæ 17. *Iunij 1699. §. Gratiam autèm, & seq. coràm R. P. D. meo Muto.*

In subiecta autèm These palmare erat, quod Gratia dispensationis ab Irregularitate versaretur in hac secunda Classe, dùm Pontifex per verba imperatiua cum sola Clausula = *Constito tibi de narratis* = mandauerat Ordinario, vt Nicolaum absolueret, & totalitèr liberaret, impositâ dumtaxàt, vt decebat, arbitrariâ pœnitentiâ salutari, tanquàm de appendicibus eiusdem Canonicæ executionis, non autèm substantiæ gratiosæ iàm factæ concessionis; prædicta etenim Clausula = *Constito tibi de narratis*, siuè, quod idem est = *Veris existentibus narratis*, quià
31 sempèr subintelligitur, vt inquit *Rot. decis. 535. num. 12. coràm Bich.*, neutiquàm
32 reddit Gratiam, aliàs in se puram, conditionalem, sicuti prosequitur *Capon. d. discept. 116. sub num. 25. vers. Quia quandò præcipitur*, *Card. De Luca de Benef. disc. 35. sub num. 13. vers. Dicebam*, alijque superiùs allegati.

Penetrabiliùs verò hæc perstringebant, quià iàm Sacra Congregatio Concilij prævia Informatione Ordinarij rescripserat vsquè de anno 1690. = *Pro Gratia*; vndè ad differentiam illarum Gratiarum, vèl Dispensationum, quæ absquè Voto, vèl examine alicuius relaxantur à S. Sede, vt sunt ple-
33 rumquè dispensationes Matrimoniales, in quibus, ex Testimonio *Corrad. in prax. dispens. lib. 7. cap. 4. num. 8.*, *& lib. 8. cap. 1. num. 7.*, adijcitur idcircò Clausula = *Ac certam de præmissis notitiam non habentes &c., discretioni tuæ, de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenùs, deposita per te omni spe cuiuscumque muneris &c. te de præmissis diligentèr informes, & si per informationem eamdem preces veritati niti repereris, supèr quo tuam Conscientiam oneramus, tùnc Oratorem &c. absoluas*; vtiquè in nostro proposito, in quo iàm præcesserat Votum, &
34 absoluta dispensatio Sacræ Congregationis, solummodò commissa fuit executio ipsi Ordinario, inquantùm ità suadebat, vèl præcipiebat *Sac. Concilium Tridentinum sess. 22. de Reform. cap. 5.*, sed idem Concilium non aufert puritatem, & perfectionem Gratiarum, si talitèr extiterint à S. Sede concessæ, ast tantummodò (vt suprà insinuauimus de donationibus pòst obitum donantis effectum sortituris) prohibet, illas habere effectum, donèc summariè ab Ordinarijs recognoscantur, ibi = *Ea verò, quæ gratiosè conceduntur, suum non sortiantur effectum, nisi priùs ab eisdem tanquàm Delegatis Apostolicis sum-*

ma-

mariè tantùm., *& extraiudicialitèr cognoscatur*, *expressas preces subreptionis*, *vel obreptionis vitio non subiacere*.

Et sanè donèc, & quousquè Nicolaus sibi ab Ordinario suo decerni impetrasset executionem, non poterat effectum litterarum Dispensationis vllatenùs assequi ad finem celebrandi Missam, actuque fruendi controuersâ Cappellaniâ, proùt frui nequit rebus donatis Donatarius antè mortem Donatoris; sed statìm ac antè collatam Ioanni institutionem comparuit Nicolaus iàm absolutus ab omni, & quacumque macula Irregularitatis, nil erat tùnc temporis, quod illum impediret adipisci Cappellaniam ei debitam ex puritate Gratiæ vsquè à principio, stante prælatione abundè iàm vindicata in euersione secundæ obiectionis, exemplo aliarum
35 etiàm Gratiarum, & concessionum, vt est illa = *Si in euidentem*, ad normam *Extrauag. Ambitiosæ*, *de reb. Eccles. non alien.*, & est altera collationis obtentæ sub forma *Dignum*, nàm etsì, donèc verificentur exposita Delegato, vèl Ordinario, nequeat capi possessio Beneficij, vel Ecclesiasticorum Bonorum, non tamèn hoc officit puritati collationis, & concessionis vsquè à principio, vt in proposito prædictæ Gratiæ = *Si in euidentem* = obseruauit *Rot. in Nullius Emphyteusis de Guastalla coràm Card. Lancellotto impress. apùd Marchesan. de Commiss. par.1. fol.100. num.2.*, & in ordine ad col-
36 lationes in forma *Dignum* prosequitur *Tondut. resol. Benef. par.2. cap.4. §.2. num.7., & seqq.*, *Card. De Luca de Benef. disc.36. num.7., & 8.*, *Rot. in Burgen. Canonicatus coràm Pamphil. sen. apùd Marchesan. dicta par.1. fol.142. num.3., & in Recent. decis.122. n.19., & seqq. par.10.*, *decis.256. num.3. cum duob. seqq. par.12.*, *& decis.22. num.2., & 3. pòst Nauar. in Summ. Bullar.*

Diximus, debitam extare Cappellaniam Nicolao: quià ex vna parte erat necessariò præferendus, tanquàm qualificatus, siuè antepositus ex causa descendentiæ, seù parentelæ cum Fundatore, & ex alia Gratia rehabilitatiua erat iàm perfecta, & suaptè naturâ retrotrahibilis, non attento, quod executio remanserit expleta pòst quadrimestre: quià (vltrà quod Nicolaus re integrâ, & antè vllam institutionem alterius personæ, ipsiusque Ioannis comparuit cum depurata veste nuptiali coràm Ordinario) imputandum est spretui, & culpæ Patronorum, si non per anteà comparuerat; cùm etenìm illi scirent, vèl scire deberent, adesse Consanguineum præferendum, omnemquè saltèm adhibere diligentiam per Edicta, vt si
37 quis ex Consanguineis adesset, erumperet, sempèr idcircò contrà Patronos locum sibi vindicabat propositio, quod culpa nusquàm debet suffragari culposo, ad *Text. in leg. Itaquè 12. ff. de furt.*, *& in leg.13. ff. de dol. mal.*, *Mart. Medic. decis. Senen. 100. num.10.*, *Censal. decis. Lucen.81. num.27.*

Quod si dicatur, Patronos conscíuisse quidèm, adesse Nicolaum Consanguineum, ideòque anteferendum, sed & insimùl illis innotuisse, quod esset irregularis, & incapax, in primis hoc subsumptum manifestè iugulatur à crassa inuerisimilitudine, quod si ijdem Patroni mordicùs etiàm in hodierna propositione negabant realitatem Testamenti, in quo talis antelatio demandabatur à Testatore, si quantumvìs hęredes redarguebant Authorem de defectu potestatis, nonnè conuincitur, quòd consultò spreuêre, & contempsêre Nicolaum? Ac de cœtero quis reuelauerat eisdem Patronis, quod non esset à Papa simplicitèr, ac perfectissimè dispensatus? Quamobrèm ad omne peius sub conditione illum præsentare tenebantur, non autèm penitùs posthabere; tali namquè casu potuisset Nicolaus contrà defluxum quadrimestris concessi ad præsentandum *in cap.*
38 *Quoniàm*, *de Iurepatr.* congruam obtinere prorogationem, donèc impleretur Sedes Episcopalis, & absolutio valeret simplici, & quodammodò cœremoniali (postquàm Sacra Congregatio Concilij iàm responderat *pro Gratia*) executioni demandari; consimiles enìm prorogationes sempèr ob aliquam rationabilem causam à materna S. Sedis indulgentia conceduntur, & nusquàm denegantur, teste *Amayden. de Styl. Datar. cap.12. num.22. cum 2. seqq.*, *Corrad. in prax. Benefic. lib.4. cap.2. num.68.*

Et ità ad radicem vsquè interuersis à prouidentia, & Iustitia *Dominorum* omnibus restauratis obiectionibus tàm Ioannis, quàm Patronorum, ac remissiuè se habendo quóad descendentiam Nicolai ad luculentèr deducta in prima *Decisione* R. P. D. mei Muti, conclusum fuit, Partibus hinc indè acerrimè informantibus.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R.P.D. AVTHORIS.

GEminæ *Decisiones*, quæ præcesserunt in hac Causa *coràm bon. mem. Muto* sub diebus 4. Iulij 1698., & 17. Iunij 1699. extant impressæ apùd *modern. Lucen. var. quæst. Iur. tom.3. part.2. tit.12. decis.8., & 9.*, vbì etiàm *in seq. decis.10.* registratur præsens mea *Decisio* illarum confirmatoria, quæ huic liti finem imposuit.

In concursu plurium præsentatorum à diuersis Patronis ad Beneficium de Iurepatro-
39 natus (cœteris paribus, scilicèt in æqualitate vocum) institutio, seù gratificatio debita est illi ex præsentatis, qui sit de Familia effectiua, aùt contentiua Fundatoris, vt habetur in præinserta *Decisione num.18.*, & fuit

fuit quoquè dictum *in Mediolanen. Beneficij 1. Aprilis 1707. §. Diximus, & in Placentina Parochialis 16. Martij 1708. §. Nonnè tandèm*, vtraque *coràm Me*, & in *Cæsenaten. Beneficij, seù Cappellaniæ 4. Maij 1714. §. fin. coràm R. P. D. meo Crispo* (nùnc intèr suas *decis.* 268. *num.* 11.) & in *Pistorien. Beneficij 27. Martij 1716.* itidèm *§. fin. cor. R. P. D. meo Cerro*.

Proùt etiàm cœteris paribus Beneficium
40 adiudicandum est ei, cuius Maiores illud fundarunt, vèl dotarunt, *Barbos. de Offic., & potest. Episc. alleg.* 60. *num.* 102. *vers. Et in prouisione, Ancharan. iun. quæst. famil.* 30. *num.* 9. *lib.* 1., *Rota decis.* 122. *num.* 11., & 12. *part.* 11. *Rec.*, & *in Maioricen. Beneficij 16. Februarij 1699. §. Augescebat, coràm clar. mem. Card. de la Tremoille*.

Similitèr in paritate vocum præferendus
41 est in adiudicatione Beneficij filius vnius ex Compatronis extraneo præsentato ab alijs Patronis, vt latè probat *Petr. Ant. ab Alexandr. placit. Iudic.* 40. *num.* 9., & *seqq. par.* 2. & alijs allegatis confirmat *Rota in Firmana Beneficiorum 3. Iunij 1709. §. fin. cor. R. P. D. meo Lancetta* (intèr eius modò impressas *decis.* 609. *num.* 9.) & in specie, quod prælatio
42 competens in paritate vocum Compræsentato, qui sit de sanguine Fundatoris, militet etiàm fauore Compræsentati, qui sit de sanguine Patronorum, relatis concord. dixit *Rota in Alatrina Iurispatronatus 15. Iunij 1705. §. Cæterùm cum seq., & 7. Decembris eiusdem anni §. penult. & fin. coràm D. Card. Scotto*.

Omniaque hæc (vt innuimus) procedunt *cæteris paribus, seù in paritate vocum*; aliàs
43 quippè concurrente illarum præponderantia fauore alterius ex præsentatis, licèt extranei, huic adiudicari debet Beneficium exclusiuè ad Consanguineum à minori Patronorum parte præsentatum, vt reliquis adductis responsum fuit *in Lauretana Iurispatronatus 11. Decembris 1716. §. fin. coràm R. P. D. meo Crispo* (intèr suas *decis.* 411. *num. fin.*)

Nequè prætereundum censui in proposito conclusionis superiùs firmatæ *in num.* 41. *cum*
44 *seq.*, quod sola affinitas vnius ex præsentatis ergà alterum ex Compatronis nullum ei tribuit ius prælationis, cùm hoc tantummodò competat illi Compræsentato, qui existat de sanguine Fundatoris Beneficij, vèl vnius ex Compatronis, vt probè animaduersum fuit in mòx citata *Lauretana Iurispatronatus dicto §. fin. coràm R. P. D. meo Crispo* (*dicta decis.* 411. *num.* 20. *propè fin. vers. Quod verò respicit.*)

ROMANA DOTIS, ET LVCRI.

Lunæ 7. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Opponebatur in hac Causa Mulieri petenti restitutionem suæ Dotis constitutæ in quantitate scutorum 3. mil., quod de illius numeratione, seù solutione pro rata scutorum mille non alitèr constaret, quàm per confessionem de recepto factam à Socero ipsius Mulieris sub spe futuræ, numquamuè secutæ numerationis: Sed contrarium in *Decisione* resoluitur, confirmando tria præcedentia Iudicata supèr relaxatione Mandati aduersùs Bona fideicommissaria dicti Soceri confitentis, ex rationibus in eadem *Decisione* deductis, & congruè exornatis. Et *in Addit.* nonnulla habentur in materia, an, & quandò confessio de recepto facta à Marito probet, necnè veram, & effectiuam solutionem promissæ Dotis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto facta sub spe futuræ numerationis non nocet confitenti, nisi doceatur de subsecuta solutione.*
2 *Error confessionis probatur eo ipso, quod constat, rem alitèr se habere.*
3 *Bona fides non patitur, quod bis idem creditum exigatur.*
4 *Confessio de recepto facta per Virum fauore Vxoris, & è conuersò, sapit speciem prohibitæ intèr eos donationis.*
5 *Confessio Dotis receptæ potest sempèr, & quandocumquè impugnari à Creditoribus confitentis, vbì suspicari potest, quod fuerit emissa in illorum præiudicium.*
6 *Exceptio non numeratæ Dotis intrà quod tempus opponi debeat.*
7 *Confessio Dotis receptæ præsumitur vera, stante præcedenti illius promissione, ac subsecuta supportatione onerum matrimonialium absquè vlla querimonia, aùt petitione.*
Idemque procedit, quotiès effectiuè constat de solutione maioris partis ipsius Dotis, num. 8.
9 *Appellatione* Dotis *venit tota, & integra Dos, nisi adsit aliqua dictio modificatiua.*
10 *Testator non præsumitur, quod voluerit se habere indulgentèr ergà contrauenientem eius dispositioni*, & num. 12.
11 *Fructus dotales debentur Marito pro rata Dotis promissæ, & non solutæ.*
13 *Coniecturæ fortiores vincunt, & suffocant debiliores.*
14 *Error confessionis excluditur ex sola possibilitate, quod res ità reuerà se habuerit.*
15 *Hæreditas regularitèr præsumitur opulenta, donèc contrarium probetur.*
16 *Confessio Dotis receptæ præsumitur simulata,* quo-

quotiès illa debebat ex pacto tradi vinculata, & tamèn non constat, quod fuerit vllo modo inuestita.
Declara, & intellige, vt num.17. cum seqq.
18 *Vxor potest ex aliqua iusta causa remittere eius Viro onus inuestiendi suam Dotem, licèt de eo fuerit conuentum in Instrumento dotali.*
19 *Nemo præsumitur voluisse iactare suum.*
20 *Hæres præsumitur informatus de iuribus actiuis, & passiuis sui defuncti Authoris.*
21 *Confessio hæredis grauati plurimùm attenditur pro arguenda existentia, vèl interpretatione fideicommissi.*
22 *Solutio Dotis non arguitur ex sola illius promissione.*
Præsertìm vbì agitur de illa detrahenda ex Bonis fideicommissarijs, num.23.
Limita, si vltrà lapsum longi temporis à die promissionis Dotis concurreret taciturnitas Mariti grauati, & pacifica sustentatio onerum matrimonialium, num.24.
Quod tamèn declara, & intellige, vt num.25.
26 *Dos non præsumitur soluta ex sola confessione Viri supèr illius receptione, si probetur, quòd dotans erat impotens ad soluendum quantitatem promissam*, & num.28.
Exemplifica in magna Dote promissa per simplicem Fabrumlignarium, num.27.
Et è conuerso confessio receptæ Dotis præsumitur vera, vbì illa non est excessiua, sèd congrua inspectis facultatibus Patris dotantis, num.29.
Præcipuè, si probetur, quòd Pater effectiuè soluerit Dotes constitutas alijs filiabus præcedentèr nuptis, num.30.
31 *Solutio Dotis non probatur ex sola confessione de recepto facta per Maritum exterum, & ad Patrios lares statìm vnà cum Sponsa reuersuro.*
Et de ratione, ibid.
32 *Confessio receptæ Dotis quandò probet, necnè illius effectiuam numerationem*, remissiuè, & num.33.

DECISIO CLII.

EAdem Victoria Felix, quæ triplicem pugnam super Dote, Quarto dotali, & fructibus ingitèr in Tribunali nostro substinuit, quæuè nupèr, nempè *sub die 26. Aprilis proximè præteriti* iterùm procubuit *coràm Me* in prætensione Quarti, vicit hodiè in prætensione Dotis; perperàm namquè denuò resurgente Antonia eius colluctatrice, maturè *Domini* censuerunt, quod Mandatum A.C. in summa scutorum 3000. relaxatum contrà Bona fideicommisso supposita per Dominicum eiusdem Dotis debitorem, ac Authorem respectiuè ipsius Antoniæ, & *coràm RR.PP.DD. meis dell'Olmo, & Priolo* successiuè canonizatum, atquè demùm à Signatura Iustitiæ præseruatum in ordine ad executionem cum Clausula = *Sinè præiudicio*, foret etiàm in hac deuolutiua inspectione vndequaquè sanctum, & iustum, proindèque responderunt = *Constare de re iudicata, non autèm de causis restitutionis in integrum.*

Nequè profuit Antoniæ duplex iaculum, cum quo transuerberare, seù deuincere præstolabat Victoriam afferentem pro se claram quietantiam à Dominico factam de Dote recepta in expressa quantitate scutor. 3000., objiciendo scilicèt primò, quod cùm tanta quantitas in rei veritate nusquàm ad manus Dominici deuenisset, & nullibì pro parte Victoriæ ostenderetur persoluta, hinc de eadem solutione non apparente, nisi pro sola quantitate scutorum 2000., quæuis idcircò confessio, siuè assertio emissa per eumdem Dominicum in memorata quietantia pro-
1 dierit sub spe futuræ numerationis, aùt receptionis cuiusdam crediti, ac exactionis nonnullorum Censuum promissorum in dotem Francisci eius filij nubentis cum Lucia Matre Victoriæ, ac per consequens nullum præiudicium irrogare potuerit non minùs veritati, quàm patrimonio, & hæreditati præcitati Dominici confitentis, secundùm ea, quæ quotidiè in proposito similium confessionum sub spe futuræ numerationis vnanimitèr tradiderunt *Curt. Sen. cons.54. sub num. 10. vers. Suadentur præmissa, Surd. cons.459. num.11., Ant. Gomez var. resol. tom.2. cap.6. num.3., & seq., Boss. de Dot. cap.10. num.112.*

Secundò autèm fortiùs, palpata realitate facti; quia cùm Lucia effectiuè exegisset scuta 717., necnòn actu retrouendidisset tres Census sibi in dotem à Dominico restituendam vnà cum præfato credito scutorum 717. promissos, & assignatos, frustrà hodiè Victoria filia, & hæres eiusdem Luciæ satagebat iteratò consequi ab hæreditate, & fideicommisso Dominici importantiam horum Censuum, & crediti; stante etenim hoc facto incontrouertibili, & demonstrato per Defensores Antoniæ, sicutì (quatenùs
2 oporteret) detegebatur error memoratæ assertionis, siuè confessionis Dominici, ita pariformitèr nullum Ius, nulla æquitas patiebatur, quod præfata Victoria Felix ad duplicatam assecutionem eiusdem crediti in hac parte admitteretur, iuxtà adnotata ad propositum primæ conclusionis per *Surd. consil. 37. num.6., & consil. 202. num.13., Bursatt. cons.339. num.24., Posth. resol.126. num.2., Modern. Palm. allegat.57. num.9., & 10., Rot. decis.60. num.10. par.19. Rec.,*
3 & circà secundam *Castald. consult.16. n.21., Modern. Argentan. collect.11. n.149. lib.2., Rot. coràm Ninot decis.64. num.3., & in Romana Pecuniaria 3. Martij 1698. §. Quibus si iungatur, coràm bon. me. Vrsino Decano.*

Pro

Pro remotione siquidèm primæ oppositionis, etiàm posthabita replicatione in Iure, quod quidquid sit in terminis, in quibus per-
4 agatur de elidendo similem confessionem de recepto ex causa velatæ, & insimùl prohibitæ donationis inter Virum, & Vxorem, ad *Text. in leg.* 1., *& tot. tit. ff. de Donation. intèr Vir., & Vxor.* vèl pertractetur de irrogando præiudicium Creditoribus confi-
5 tentis, in quibus sanè casibus sempèr, & quandocumquè licitum est excipere de non secuta, sed simulatè confessa numeratione Dotis, ex traditis per *Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 19., *Gratian. discept.* 693. *num.* 12., *Hodiern. in leg. Hac edictali quæst.* 24. *num.* 52., *Tondut. resol. ciuil. cap.* 185. *num.* 8. *cum numer. seqq.*, *Rot. coràm Gregor. decis.* 67. *num.* 6., *&* 7., *& coràm Buratt. decis.* 108. *num.* 17., *& in Recent. decis.* 126. *num.* 47., *& seqq. par.* 12.

Profectò cùm in præsenti non extarent vlli Creditores, qui censeri possint præiudicati per confessionem initam à Dominico, ipseque Dominicus non esset Maritus, qui valeret reputari Vxoris illecebris illectus, sed Socer, & à die factæ confessionis per eumdem absquè vlla retractatione, aùt conquestione citrà defluxissent anni plusquàm quadraginta, hæc sola temporis intercapedo de per se exuberasset ad infringendam, penitùsque submouendam exceptionem pecuniæ, vèl Dotis non numeratæ; hæc etenìm
6 locum sibi non vindicat vltrà annum à die Matrimonii dissoluti intrà biennium, vèl, quatenùs Matrimonium finiat suprà decennium, facultas illam opponendi exaudiri non potest vltrà tres menses, sicutì rescripsit *Imperator in leg. penult., & final. Cod. de Dot. caut. non numer.*, & tradunt *Anton. Gomez ad leg.* 50. *Tauri num.* 52., *Io: Francisc. Balthassar. pract. resol. tit.* 1. *resol.* 17. *num.* 2., *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 18., *Modern. De Angel. de Confess. lib.* 1. *quæst.* 8. *limit.* 6. *num.* 105., *& seqq.*

Adhùc ad exuberantiam tot, tantæque intercedebant coniecturæ, & circumstantiæ in hypothesi huius Causæ, vt omnem suspicionem simulatæ confessionis supèr vera receptione, & numeratione eliminarent: Prætermissis namquè generalioribus præsumptionibus, quæ per Maiores nostros in hac materia ponderari, & approbari solent pro legitimanda confessione de Dote recepta, destruendaque respectiuè exceptione *prædictæ rubr. de Dot. caut. non numer.*, vide-
7 licèt præcedens pollicitatio, & promissio in huiusmodi summa scutorum 3000. cum successiua supportatione onerum matrimonialium absquè vlla intermedia querimonia, vèl petitione, quæuè satis (alio non obsistente) realitatem numerationis, & consignationis regularitèr euincunt, quemadmodùm vltrà deductos *in Decisione huius Causæ* 27. *Ianuarij* 1698. *§. Non releuante, cor. R. P. D. meo Priolo* obseruant *Gratian. discept.* 362. *n.* 18. *cum duob. seqq.*, *Marescott. var. resolut. d. cap.* 8. *num.* 11., *& seqq.*, *Gait. de Credit. cap.* 4. *ex num.* 1800. *vsquè ad* 1815., *Rot. in Perusina Dotis coràm bon. mem. Rondinino impress. decis.* 226. *num.* 2., *& decis.* 338. *sub num.* 25. *par.* 17. *Recent.* confirmata 8. *Iunii* 1696. *§. fin. coràm bon. mem. Emerix Decano* (intèr suas *decis.* 1337. *num.* 20., *&* 21.)

Prætermissis itidèm alijs etiàm minùs generalibus ponderationibus, seù præsumptionibus, signantèr, quod iàm pro maiori parte Dotis promissæ, nempè pro scut. 2000.
8 respectu 3000. non inficiabatur Antonia veritatem receptionis, vndè & eò faciliùs reputatur effectiuè numerata, ac recepta minor integratiua quantitas, etsì non aliundè per iuridica documenta iustificata, vtì annotarunt *Soccin. iun. cons.* 82. *num.* 2. *in fin. lib.* 3., *Natt. cons.* 581. *num.* 14., *&* 15., *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 12. *num.* 25., *Couarr. var. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *sub num.* 6. *vers. sic ex confessione propè fin.*, *Rot. decis.* 124. *num.* 4. *par.* 2. *Recent.*, *decis.* 43. *num.* 22. *coràm Arguell.*, *decis.* 167. *num.* 14. *coràm san. mem. Alexandro VIII.*, *& decis.* 86. *num.* 5. *coràm Card. Cerro*.

Præcisiùs inflexit intellectum *Dominorum* lectura Testamenti eiusdem Dominici: sub eo etenìm Luciam Nurum honorauerat legato habitationis in propria Domo, insimùl tamèn cum Donato altero ipsius Testatoris filio, ac hærede per eum instituto, iniungendo, quod in casu contrauentionis huiuscè simultaneæ cohabitationis = *Se li debba conseguare solo la sua Dote con il Quarto dotale*, *Summario* Victoriæ *Num.* 3.; conspirante quippè pòst tot conspicuas, & efficaces præsumptiones hac etiàm formula indefinitè loquendi = *la sua Dote*, non poterat, citrà extorsionem verisimilitudinis, ipsiusque indefiniti sermonis, talis superuenta Testamentaria demandatio restringi ad illa dumtaxàt scuta 2000., quæ non controuertebat Antonia, dùm vocabulum, & appellatio
9 Dotis (alia dictione modificatiua non accedente) integralitatem, & vniuersalitatem suaptè naturâ sempèr præsefert, vt ait *Ruin. cons.* 110. *num.* 1. *lib.* 5., *Rolan. cons.* 62. *num.* 15. *cum seq. lib.* 3., *Adrian. Negusant. in sylu. respons. quæst.* 13. *num.* 28., *Ciarlin. contr.* 7. *num.* 62.

Validiùs autèm reflectendo, quod hæc indefinita phrasis = *la sua Dote* = noscebatur adhibita in parte punitiua, seù dispositione pœnali præordinata per ipsum Dominicum; is enìm in casu memoratæ contrauentionis copulatiuè Nurum granauerat restituere prædicto Donato filio, & hæredi = *tutto quello, che auerà del mio*, quodue de cœtero verifi-

caba-

cabatur in mobilibus cuiusdam mansionis præcedentèr eidem Nurui liberè legatis: Non enim cadere poterat in iustam persuasionem, quod Dominicus Socer tàm liberalis, siuè potiùs socors esse voluerit ergà Nurum contrauenientem, vt sciens, sese præcedentèr emisisse confessionem Dotis in scutis 3000., postea priuando, & puniendo præfatam Nurum maluerit etiàm ipsam suam confessionem corroborare magis, dicendo, *la sua Dote*, quàm modificare, declarare, seù restringere, exprimendo (*ex: gr:*) *la sua Dote di 2.m. scudi fin'ora da me riceuuti*, quandò præsertìm, præscindendo etiàm à tàm apertè iniuncta restitutione paucorum mo-
10 bilium, concors sententia est, quod nusquàm censeantur Testatores velle se habere indulgentèr ergà contrauentores propriæ voluntatis, teste *Alex. cons. 135. num. 14. lib. 1.*, *Paris. cons. 19. num. 15., & seq. lib. 2.*, *Mart. cons. 113. num. 17., & 18.*, *Thesaur. quæst. for. lib. 1, quæst. 34. num. 15.*, *Surd. decis. 41. per tot.*

Addito, quod (vt benè respondit antecedens prælaudata *Decisio R. P. D. mei Prioli §. Accedente*) quotiès in rei veritate substitisset suppositio, quod Dos in effectu numerata, & superuenta ad manus Dominici non excederet scuta 2000., vtiquè præfatus
11 Dominicus remansisset indispensabilitèr creditor correspondentium interusuriorum dotalium respectu summæ residualis scutorum mille, *vulg. Text. in cap. Salubritèr, de Vsur.*, & consequentèr quomodò saltèm creditum huiusmodi interusuriorum non compensasset, seù contraposuisset vsufructui Quarti dotalis per eum debiti Luciæ? Ad submouendam namquè hanc nimiùm præpotentem considerationem supponere opor-
12 teret, quod Dominicus voluisset Nurum inobedientem præcepto suo gratificare duplici præmio, seù emolumento, altero nimirùm exoriente ex iàm præmissis, videlicèt per indefinitam formulam legandi *la sua Dote*, & altero per implicitam, seù virtualem remissionem interusuriorum dotalium pro dicta considerabili summa scutorum mille, quod omni discursui, & probabilitati repugnat, iuxtà *Text. in leg. Cùm de indebito, ff. de probat.* cum suis notissimis concord.

Atquè ex his sufficientèr manebat responsum geminis obiectionibus Antoniæ, primæ scilicèt, quod cùm in partem primæ confessionis Dominici, siuè totius Dotis scut 3000. adscriberetur suprà insinuatum creditum scutorum 717. vnâ cum aliis tribus Censibus, hæcque omnia, longè post primam confessionem contentam in quietantia Dominici, exegerit effectiuè ipsa Lucia, nequiret idcircò præsumi, quod de eisdem effectibus assignatis in Dotem valuerit verificari integralis solutio, & satisfactio per eumdem Dominicum in tanta præcisa summa prima vice confessata: Arrisit namquè incontinenti replicatio, quod hæc forsàn non parùm vrgere potuissent, quandò non superuenisset altera discreta, & indefinita confessio Testamentaria Dominici, vt suprà, eâ siquidèm retentâ potiùs hæc adeò serotina, & post Matrimonium iàm dissolutum subsecuta exactio Luciæ concludebat oppositum, nàm stantibus tot demonstrationibus, & circumstantijs vsquedùm recensitis, ac palpare facientibus veritatem, & realitatem saltèm huius postremæ virtualis, & indefinitæ confessionis, & numerationis, lubentiùs credendum, & præsumendum erat, quod interìm præcognita duritie, ac difficultate exactionis, seù recuperationis memorati crediti, ac Censuum, aliundè Dominicus breui manu obtinere satagisset, & de facto antè alteram confessionem, seù Testamentum obtinuerit æquiualentiam in vera pecunia numerata; fortiores quippè circumstan-
13 tiæ vincunt debiliores, & error sempèr excluditur ex nuda possibilitate, quod res ità sese potuerit habere, vt in terminis primæ propositionis dictum fuit in *Romana Fideicommissi de Matthiettis 7. Decembris 1699. §. Neutra siquidèm propè fin. cor. Me*, (su-
14 prà *decis. 117. num. 32.*), & respectu secundæ in *Romana Quarti dotalis 1. Iulij 1697. §. Cæterùm, & §. finali* paritèr *cor. Me* (*decis. 19. num. 8., & 21. tom. 1.*)

Quin vllatenùs in subuentionem huius primæ exceptionis aditus admitti posset secundæ deprompta ex eo, quod præfata possibilitas cessaret ex contraria impossibilitate, quod aliundè memoratus Dominicus potuerit satisfieri ab angusto patrimonio Luciæ, siuè hæreditate Patritij eius Patris, dùm in diuisione Bonorum hæreditariorum præfati Patritij per anteà celebrata inter eamdem Luciam, & Flaminiam, ac Octauiam illius Sorores vix vnicuique obtigerat portio scutorũ 3000. sub indiuidua compræhensione (quòad portionem prædictæ Luciæ) præcitati crediti scutorum 717., ac præfatorum trium Censuum: Quoniàm ex ipso *Summario* Marchionissæ *dato coràm R. P. D. meo Priolo sub num. 10., & seqq.*, diuellebatur basis huius secundæ exceptionis, liquebat etenìm, quòd tàm Lucia, quàm Octauia, ac etiàm Iacobus Felix Flaminiæ alterius, vt præmisimus, Sororis filius, omnesque cohæredes Patritij longè pòst consumatam diuisionem retraxerant quamplura credita hæreditaria, quæuè in ipsa diuisione remanserant indiuisa, & communia pro tertia cuiuslibet parte, *dicto Summario Num. 2. propè finem, §. Ipsa verò remanens hæreditas*; Proindèque tantum aberat, quod superiùs insinuata, & de Iure præsumenda possibilitas satisfactionis in æquipollenti pecunia numerata deturbaretur ab asserta contraria impossibilitate, quin-

quinimò ex contrario facto positiuo fulcie-
15 batur eadem possibilitas, & præsumptio, iuxtà quam hæreditas regularitèr existimatur sempèr opulenta, vt per *Rot. decis.1. num.33. cor. Durano, decis.37. num.8., & decis.449. num.6. cor. Bichio, & decis.130. num.19. cor. Card. Cerro.*

Consideratio autèm, quod cùm in Instrumento dotali cautum reperiretur, Dotem inuestiri debere in tot stabilibus, vèl locis
16 Montium, sicquè eo ipso, quod de huiusmodi inuestimento respectu huius summæ residualis scutorum mille nullum præluce-bat vestigium, opinabile non foret, quod eadem summa absquè tali cauthela, & adimplemento effectiuè fuerit numerata, iuxtà perpensa per *Card. De Luca de Dot. disc.159. num.75., Rota decis.23. num.9. pòst Merlin. de pignor.*, nullam, aùt valdè paruam apùd *Dominos* vim inferebat in conflictu tot demonstrationum insufflantium ex hucusquè deductis, rem alitèr se habere; quià eodem modo, quo præcitatæ demonstrationes ostendebant, solutionem huius summæ remanentis fuisse factam breui manu, poterat eò faciliùs ostendere, vel inducere suppositio-
17 nem, quod stante præcedenti confessione, necnòn obligatione Dominici nullatenùs obærati, satis fuisset habere obligata eius Bona loco stabilium, vèl locorum Montium, in quibus fieri debebat inuestimentum, vt ità è conuersò valeret Dominicus hanc quantitatem implicare in alias opportunitates magìs lucrosas, quàm præseferret emptio stabilium, aùt locorum Montium, quandò
18 de reliquo sufficeret, quod hoc pactum concerneret fauorem Luciæ, ad hoc, vt ipsa posset eidem ex aliqua iusta causa renunciare, ex trad. per *Ruin. cons.46. sub n.7. vers. Si ergò soluatur lib.5., Card. De Luca de Dot. disc.163. num.14. pòst med., Rot. decis.479. num.12. cum seq. cor. Card. Cerro.*

Elisa prima exceptione, superfluum quodammodò erat insistere supèr detrusione secundæ promanantis ex nudo facto, quod Lucia actu exegisset assignatum sibi creditum scut.717., necnòn retrouendidisset tres Census pariformitèr in Dotem ei constitutos, quasi quod, stabilita obligatione Dominici de restituendo integra scuta 3000., sequi valeret absurdum, quod ipsa bis consequeretur satisfactionem eiusdem sui crediti: Comperto namquè ex præmissis, quod Lucia residualem hanc quantitatem breui manu persoluerit Socero suo ex pecunijs retractis ab effectibus hæreditarijs Patritij illius Genitoris; consequens erat, vt illa postmodùm ad sui commodum exigeret præfatum creditum & insimùl retrouenderet memoratos tres Census, vtpotè remanentes (aliundè iàm extincta obligatione Dotis) intèr effectus sibi pro tertia parte liberè attinentes in hæreditate Patritij Patris, iuxtà *tot. tit. ff. famil. ercisc.* cum suis vulg. concord.

Eòque planiùs, quia pro corroboratione huius veritatis ipsa Lucia sub annis 1646., & 1657. deueniens vnà cum Octauia ad retrouenditionem prædictorum Censuum adhibuit interuentum, & ministerium Donati eius fratris, & fideicommissarij, *Summario* Marchionissæ dato in propositione habita *coràm R. P. D. meo Priolo Num.9. Litt.C.*, quod & euenit in retrouenditione alterius Census debiti à Pancallo, *præsenti Summario* Victoriæ *Num.23.*, nisi etenim Lucia ad hosce actus deuenisset titulo dumtaxàt hære-ditario Patritij sui Patris, sed proprio, ac
19 dotali, vtì ferebat obiectum, nequè adhibuisset internentum fratris, nequè communicasset exactum cum Octauia Sorore, ex regula, de qua superiùs *in §. Addito in fine*, cum reliquis apud *Barbos. axiom.112.*

Quod & in idem postremò conuincebatur ex successiua agnitione, & confessione ipsius Donati, dùm is de anno 1674. occasione reportandi quietantiam pro fructibus Dotis, & Quarti tolerauit fieri præseruationem Dotis, eiusdemque Quarti fauore Luciæ, idemque practicauit cum filijs eiusdemmèt Victoriæ, nàm recipiendo aliam quietantiam ratione alimentorum eisdem præstitorum pari modo præseruauit creditum Dotis, & Quarti, vt ibi = *Fermi però rimanenti li cre-*
20 *diti della Dote di detta Signora Lucia*, cùm sempèr præsumatur hæres, iuncta præsertim qualitate filiationis, informatus de actionibus, & obligationibus passiuis, & actiuis Authoris sui, ad notata per *Surd. decis.172. num.4., Card. De Luca de Dot. disc 67. sub num.6. vers.7., Rot. decis.401. num.14., & 15. par.18. Recent.*

Et ob id minimè officiebat in proposito replicatio Marchionissæ, quod hæc præseruatio, seù confessio virtualis, & æquipollens facta per Donatum indefinitè præseruantem iura Dotis consistentis in scutis 3000. non esset apta nocere eidem Marchionissæ, velutì independentèr substitutæ, & venienti ad fideicommissum. Quoniàm conclusio posset procedere, si totum negocium penderet ab hac agnitione, seù confessione; Sed cùm ex alijs superabundè appareret de supradicta veritate, agnitio, & confessio huiusmodi vehementèr adminiculabatur eam-
21 dem veritatem, sicutì in longè fortioribus dicimus quòad confessionem Grauati in proposito existentiæ puncti magis substantialis, nempè fideicommissi, ex plenè cumulatis per *Andreol. controu.254. num.65., & seqq., Francisc. Palm. consult.96. num.58., Rota coràm Vbaldo decis.22. num.12., & in Romana fideicommissi 10. Ianuarij 1689. §. Idque euidentiùs, coràm bon. mem. Rondinino.*

Atquè ità, funditùs etiàm de nouo dispun-
ctis

ctis oppositionibus Antoniæ, resoluerunt *Domini*, vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

FRequentèr in Tribunalibus audiuntur huiuscemodi instantiæ Mulierum proprias Dotes repetere satagentium, quamuis de illarum reali, & effectiua solutione nullum appareat legitimum documentum, sed adsit sola promissio, necnòn quietantia Mariti facta per viam confessionis de recepto; Quapropter ad aliqualem ornatum præsentis *Decisionis* D. ..ici Ansaldi, in qua canonizatur integralis solutio Dotis facta per Nurum in manibus Soccri, non inutile censui pauca infrascripta annotasse per speciem manipuli Florum ex amplissimo Viridario decerpti.

Ex sola promissione, seù constitutione Do-
22 tis non infertur ad illius effectiuam numerationem, ac receptionem, *Maluas. cons.*126. *num.*61., *Casareg. resol.*12. *num.*62. *impress. pòst eius Comment. ad Statut. Ianuen. de success. ab intest.*, *Vrceol. decis. Florent.*12. *num.*5., *Rot. coràm Manzaned. decis.*630. *num.*1.

Præsertim quandò agitur de prætensa illius restitutione, aùt detractione aduersùs Bona fideicommissaria in vim celebris *Au-*
23 *thent. Res, quæ*, nàm tùnc præcisiùs iustificari debet, quod Dos fuerit effectiuè soluta Marito grauato, *Rot. coràm Caualer. decis.*463. *num.*5., *& coràm Vbald. decis.*178. *num.*3., *& in Recent. decis.*363. *num.*36. *par.*10.

Sed hoc non est perpetuò verum; quià si vltrà lapsum diuturni temporis à die pro-
24 missionis Dotis concurreret taciturnitas Mariti grauati, necnòn pacifica substentatio onerum Matrimonialium, in his sanè circumstantijs ex sola pollicitatione Dotis argui posset ad illius effectiuam numerationem, etiàm quandò ageretur de Dote detrahenda ex Bonis fideicommissi in præiudicium substitutorum, vt pluriès respondit *Rot.* & signantèr *in decis.*41. *num.*10. *par.*11. *Recent.*, *in Romana Immissionis* 2. *Maij* 1710. *§. Sexta resultat, coràm Eminentissimo Domino Card. Aldrouando* hac die 24. *Martij* 1734. (dùm hæc reuidentur) ad Sac.Purpuram meritissimè euecto, *& in Romana Dotis* 25. *Ianuarij* 1723. *§. Atquè insupèr, coràm bon. mem. Rouault de Gamaches.*, *& in Romana Dotis, & Quarti* 16. *Maij* 1727. *§. Elicitur tertia, coràm Eminentissimo Cincio Archiepiscopo Beneuentano* sub prætacta paritèr die 24. *Martij præsentis anni* 1734. in Sacrum Collegium dignissimè cooptato.

Aduertendo tamèn, quod in mòx citatis *resolutionibus Rotalibus* concurrebant aliæ circumstantiæ, & adminicula, ex quibus corroborabatur præsumpta numeratio Dotis secuta in manibus grauati, quia de cætero
25 nequè etiàm est indifferentèr verum, quod taciturnitas Viri per longum temporis interuallum, ac pacifica substentatio onerum Matrimonialium sufficiant ad præsumendum, quod ipse Dotem effectiuè receperit, etiamsi illam recepisse confessus fuerit, nisi insimùl alia accedant indicia, & argumenta, ex quibus præcordia Iudicis moueri valeant ad credendum, quod reuerâ intercesserit realis solutio promissæ Dotis, aliàs namquè huiusmodi taciturnitas, & omissa reclamatio Viri (vtpotè referibiles ad Maritalem affectum, vèl ad receptam satisfactionem veræ Dotis in minori quantitate oretenùs conuentæ) remanerent æquiuocæ, & consequentèr inefficaces ad finem inferendi, ac præsumendi, quod promissa Dos reuerâ fuerit Marito soluta, vt communi calculo probant *Ariott. Beniell. cons.*70. *n.*87., *& seq.*, *Andreol. contr.*136. *num.*3., *Conciol. alleg.*12. *n.*19., *Bonden. collect.*42. *n.*42. *lib.*1., *Censal. decis. Lucen.*50. *num.*18. *cum duob. seqq.*, *& decis.*84. *num.*6., *Rot. decis.*23. *num.*9. *pòst Salgald. in Labyr. Credit.*, *& coràm Merlin. decis.*419. *num.*17., *&* 18., *& coràm Cels. decis.*242. *num.*3., *& in Recent. decis.*596. *num.*34. *cum duob. seqq. par.*19. *tom.*2., *& decis.*142. *num.*17. *coràm Reuerendissimo Domino Crispo*.

Quod proniùs procederet, quotiès ex parte impugnantium præsumptam solutionem Dotis, & respectiuè confessionem de recepto à Marito emissam, iustificaretur, quod promissor ipsius Dotis de tempore, quo filiam in Matrimonium collocauit, non erat in eo statu, vt posset illi tantam Dotem consti-
26 tuere, & cum effectu exbursare; positâ namquè huiusmodi impotentiâ dotantis, *Doctores*, & *Tribunalia* magnam exindè coniecturam deducunt pro arguenda insubsistentia, vèl simulatione confessatæ Dotis,
27 proùt in specie Dotis per eum promissæ, qui erat simplex Faberlignarius, dixit *Rot. dicta decis.*242. *num.*5., *& decis.*255. *num.*7. *coràm Celso*, *& dicta decis.*596. *sub num.*14. *vers. Ex persona autèm*, *& num.*15. *par.*19. *Recent.*, & generalitèr perpensa te-
28 nuitate Patrimonij possessi per promissorem Dotis confirmant *Bonden. d. collect.*42. *n.*24. *lib.*1., *Pacion. alleg.*200. *num.*20., *Card. De Luca de Dot. disc.*159. *num.*68. *vers. Primò verò*, *Casareg. dicta resol.*12. *num.*38., *Rot. decis.*125. *num.*8. *coràm Royas*, *& decis.*296. *num.*15., *&* 16. *par.*12. *Recent.*, *& decis.*22. *num.*6. *cum duob. seqq. intèr impress. pòst Salgad. vbi suprà*.

E' conuerso autèm intèr coniecturas à *Scribentibus* expendi solitas pro arguenda præsumpta solutione Dotis in ea quantitate, de qua cantat Instrumentum promissionis, &

& respectiuè confessio facta à Marito super
29 illius receptione, potissima est illa elicita ex quantitate Dotis, eo quià reuerâ non appareat excessiua, sed potiùs congrua inspectis facultatibus Patris dotantis de tempore illius promissionis, sicutì hanc coniecturam magni faciunt *Surd. cons.* 489. *sub num.* 4. *vers. Accedit quartò*, *Mans. consult.* 26. *numer.* 7. *tom.* 11. *Calderon. resol.* 5. *num.* 9., & *resol.* 22. *num.* 15., *Rot. decis.* 78. *sub n.* 4. *vers. Secunda coniectura*, *par.* 5. *rec.*, & *coram Merlin. decis.* 718. *num.* 7., & 8.; Et fortiùs,
30 si superaccederet probatio, quod Pater effectiuè soluerit similem Dotem alijs filiabus præcedentèr nuptui traditis, vt prosequendo obseruant *Conciol. alleg.* 78. *num.* 10., *Rot. Lucen. apùd præcitatum Mans. consult.* 84. *numer.* 4. *dicto tom.* 11., *Card. De Luca de Dot. disc.* 73. *sub num.* 21. *vers. Quintò*, *Peregrin. decis. Patau.* 34. *num.* 6. *ad med. vers. Quartò quià*, *Rot. dicta decis.* 78. *num.* 5. *par.* 5., & *coram Coccin. decis.* 499. *sub num.* 6. *vers. Quod autèm*, & *coram Dunozett. iun. decis.* 375. *num.* 16.

Alia quoquè coniectura exclusiua præsumptæ solutionis, seù numerationis Dotis à nonnullis ponderatur, quandò videlicèt illa promissa fuit Viro extero, & in propriam Patriam vnâ cum Sponsa reuersuro, ac de reliquo agitur de Dote constituta in non
31 aspernabili quantitate, itaùt admodùm inuerisimile sit, quod Pater ipsius Sponsæ voluerit breui manu exbursare totam Dotem huic forensi Genero absquè vlla cautione, vèl inuestimento, sicutì reflectendo ad hanc circumstantiam forensitatis Mariti notant *Card. De Luca de Dot. dicto disc.* 159. *num.* 74., & *Rot. dicta decis.* 22. *num.* 9. *apùd Salgad. in labyr. Credit.*

Atquè hæc pauca in materia tàm vasta delibasse sufficiat: Cœterùm in contingen-
32 tia casuum pro excludenda vera, ac reali numeratione promissæ Dotis non obstante, quod Maritus confessus fuerit illam recepisse, recurre ad *Tondut. resol. ciuil. cap.* 185. *Gob. consult.* 17., *Torr. var. quæst. Iur. tom.* 3. *tit.* 13. *defin.* 6., *Casareg. dicta resol.* 12. *ex num.* 37. *cum plur. seqq.*, vbi ad id expendit tresdecim coniecturas, & *à num.* 52. contrarijs coniecturis, seù argumentis satisfacit, *Rot. coram Rembold. decis.* 121., & *in recent. decis.* 126., & 196. *part.* 12., & *decis.* 567. *part.* 19. *tom.* 2., & *coram Reuerendissimo Crispo decis.* 142., & 194.

Et ex opposito pró arguenda veritate con-
33 fessionis à Marito emissæ super receptione Dotis illi constitutæ, videri possunt *Massin. de Confiss. quæst.* 31. *ex num.* 18., *Andreol. contr.* 186., *Palm. Nep. alleg.* 32. *à num.* 48., *Rot. Lucen. intèr collect. per eumdem Palm. decis.* 13., & *decis.* 168., *Ios. Bertacchin. vot. decis.* 26., *Posth. decis. Bonon.* 45., *bon. mem. D. meus Ansald. decis.* 40. *in addit. per tot. tom.* 1., *Rot. coram Coccin. decis.* 1513., *Merlin. decis.* 652., & 718., *Dunozett. iun. decis.* 370., 375., & 430., & *decis.* 1. *pòst Vrceol. de Transact.*, & *decis.* 27. *pòst Constantin. ad Statut. Vrb. tom.* 3., & *in Bononien. Fideicommissi de Monterentijs* 15. *Maij* 1665. *coram Otalora*, quæ extat apùd Me manuscripta, & *in Senogallien. Pecuniaria* 28. *Iunij* 1709. *coram Eminentissimo D. Card. de Polignac*, confirmata *coram Reuerendiss. Crispo decis.* 67. (à quibus tamèn posteà fuit recessum in *dd. decis.* 142., 194. *coram Eodem*,) & latè in supracitata *Romana Immissionis* 2. *Maij* 1710. *ex §. Plures autèm cum multis seqq. coram Eminentissimo Aldrouando*.

A. Lupardus.

ARETINA BENEFICIJ.

Merc. 9. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

De vltimo statu attendendo in Beneficialibus ad finem decernendi Institutionem fauore præsentati ab existente in quasi possessione præsentandi; necnón de subrogatione gratiosa in iuribus defuncti Collitigantis per Compræsentatum petita, & per Papam denegata: Ac demùm de prætensa amissione iuris præsentandi ob non factam per Patronos laicos præsentationem intrà quadrimestre, & quandò hic terminus incipiat decurrere, de qua materia pleniùs agitur in *Addit.*

SVMMARIVM.

1 Decisiones *præcedentèr editæ in eadem Causa sunt supponendæ*, *nisi* Sac. Rota *concedat facultatem*, *vt illæ reuideri valeant*.
Sed talem facultatem non concedit, *quotiès per huiusmodi reuisionem per indirectum rescindi vellet res iudicata*, n. 2.
3 *Iuspatronatus non indiget vlla probatione*, *quotiès vterque Collitigans nititur præsentationibus illius vigore fact. ab ass. Patronis*.
4 *Vacatio Beneficij remanet probata eo ipso*, *quod ambo Collitigantes illud impetrarunt vtì vacans*.
5 *Idoneitas prouisi Apostolici in ordine ad Clericatum probatur ex litteris testimonialibus proprij Ordinarij*.
6 *Valor Beneficij expressus per non excessum probatur ex depositionibus Testium*.
7 *Vltimus status præsentationis attenditur in Beneficialibus pro obtinenda Institutione*, & num. 20.
8 *Statutum* Senarum *præsumit*, & *facit filios hæredes suos*, *ac necessarios respectu Patris*, *nisi*

nisi doceatur de repudiatione.

9 *Patroni Laici habent de Iure tempus quatuor mensium ad præsentandum.*

Sed huiusmodi tempus non incipit currere, nisi à die scientiæ vacationis Beneficij, num. 17., & 21.

Quæ tamèn scientia non inducitur in Patrono ex sola affixione Edictorum contrà omnes se opponere prætendentes, n. 22.

Præsertìm, si de tempore vacationis Patronus erat absens à Loco, in quo obijt possessor Beneficij, & in quo secuta est affixio Edictorum, n. 23.

Secùs, si Patronus in eodem Loco morabatur, n. 24.

Si autèm plures essent Patroni, & vnus tantùm ignorauerit vacationem Beneficij, hoc sufficit ad præseruandum omnes à deuolutione ob non factam præsentationem intrà terminum Iuris, n. 25.

10 *Subrogatio gratiosa in iuribus defuncti Collitigantis quandòque denegatur per Papam superstiti Collitiganti.*

Et de ratione, n. 11., & 12.

13 *Res iudicata impedit vlteriorem litis ingressum.*

14 *Subrogatio gratiosa in iuribus defuncti Collitigantis nullatenùs prodest stante calumnia litis præcedentèr motæ aduersùs ipsum defunctum.*

15 *Facta multa tenent, licèt fieri probiberentur.*

16 *Res iudicata nequit impugnari, nisi priùs aduersùs illam obtineatur restitutio in integrum.*

18 *Res iudicata in Causa status facit ius contrà omnes.*

19 *Executio Litterarum Apostolicarum nequit retardari per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

26 *Fundator potest cum consensu Ordinarij nedùm abbreuiare, sed etiàm prolongare terminum à Iure datum Patronis ad præsentandum.*

DECISIO CLIII.

LItem iamdiù vigore rei iudicatæ *coràm bo. me. Pœnia* consopitam supèr interpretatione Iurispatronatus illorum de Ascarellis ex suis quodammodò cineribus suscitare procurans Albertus, pòst Mihi commissam Litterarum Apostolicarum executionem, quas vti præsentatus à Patrono Successore impetrauerat Ventura, fatêgit, præuio Memoriale apùd *Dominos* distributo assequi
1 facultatem reuidendi *Decisiones* coràm præfato *Pœnia* publicatas, nè fortè eius intentioni (veluti de stylo supponendæ) irreparabile parturirent obstaculum: Sed quantumuìs, inhærendo Constitutionibus Apostolicis, soleat *Tribunal* quandòque in contingentia casuum benignè desupèr indulgere; quià ta-
2 mèn non agebatur dumtaxàt de iterùm ad trutinam apponendis simplicibus *resolutionibus*, àst de rumpenda per indirectum effectiua re iudicata, ijdem *Domini* abnuêre petitis, rationem supplicationis habituri, si hoc negocij introspectio suaderet in die propositionis, seù discussionis Causæ, quâ tandèm hodiè fundamentalitèr dispunctâ, firmitèr responderunt, Litteras Venturæ fore exequendas, & per consequens locum non esse expostulatæ reuisioni, multòque minùs vlli Institutioni, sicutì cupiebat Albertus, ac etiàm eius intuitu superadiecta pars subalternans propositæ dubitationis eidem polliceri videbatur.

Nulla quippè habita fuit hæsitatio circà genericas illas verificationes, quæ in similibus exiguntur executionibus Litterarum; Generalitèr enim verificatio in ordine ad probationem Iurispatronatus, necnòn vacationem Beneficij subsecutam, erat apùd ipsummèt Albertum incontrouersa, cùm &
3 ipse adspiraret institui in vim eiusdem Iurispatronatus, eiusdemque vacationis, quemadmodùm respectu primi extremi responsum quoquè fuit in *decis.* 477. *num.* 3. *par.* 14. *decis.* 82. *num.* 1. *par.* 15. *recen.*, & *dec.* 645. *num.* 2. *coràm Card. Cerro*, & respectu secun-
4 di in *decis.* 148. *num.* 3. *par.* 12., *decis.* 296. *num.* 2. *par.* 15., *decis.* 192. *num.* 5. *par.* 16., & *decis.* 720. *num.* 1. *par.* 18., & *in Parmen. Beneficij prima Martij proximè præteriti* §. *Iustificatio autèm*, *coràm R.P.D. meo Scotto*.

Minùsq; quæstio erat supèr idoneitate Venturæ, ac valore Beneficij; De prima namquè constabat ex pleno Testimonio subsignato per Ordinarium, & de secundo liquebat ex vniformi Testium depositione satisfacien-te expressioni factæ per Venturam etiàm per salubriorem exprimendi modum, quemuè nuncupant *per non excessum*, iuxtà ea, quæ
5 similitèr in proposito idoneitatis censuit *Rota decis.* 89. *num.* 2. *coràm Card. Celso*, & *in rec. decis.* 405. *num.* 3. *par.* 13., *decis.* 199. *n.* 2. *par.* 15., *decis.* 174. *num.* 8., & *decis.* 191. *num.* 9. *par.* 16., & *in Gerunden. Beneficij* 10. *Februarij* 1696. §. *Et moti sunt, coràm R.P.D. meo Scotto*, & quòad iustificationem valoris
6 in *d. decis.* 405. *num.* 12. *par.* 13., & *decis.* 239. *n.* 3. *par.* 16. *recen.*

Nequè vlla paritèr intercedebat ansa fluctuandi supèr abstracta legitimitate præsentationis per eumdem Venturam à Torquato prænominatæ Domus de Ascarellis reportatæ, ex quo, citrà necessitatem vlterioris, siuè citerioris indaginis, liquidò apparebat,
7 Torquatum præsentantem esse filium Iulij, qui in vltima vacatione pacificè fuerat admissus ad præsentandum cum subsecuta effectuatione, siuè Institutione, quod vtiquè superabundat, ad terminos famigerati *Textus in cap. Consultationibus, de Iurepatr.*, *Lothere*

*ther. de re Benef. lib.2.quæst.11. num.*114.,*&* *seq.*, *&* *num.*118., *&* *seq.*, *Rota coràm Celso decis.*186. *num.*9., *&* 10.,*coràm Cerro decis.* 645. *num.*3., *&* *in Isclana Beneficij* 16. *Martij* 1696. *§. Nequè est contraria*, *&* 18. *Iunij eiusdem Anni §. Quià, vt patet, coràm R. P. D. meo de la Tremoille*.

Immò vbì prætèr qualitatem prætensæ descendentiæ, ac filiationis oportuisset docere insimùl de altera qualitate hæreditaria prælaudati Torquati ergà Iulium, superabundè eadem apparebat ex Patria lege *Statu-*
8 *ti Senarum*, quæ reuerà filios respectu Patris præsumit, ac facit hæredes suos, & necessarios, nisi, adhibito remedio Prætoris, ostendatur expressa incontrouertibilis abstinentia per actualem, & explicitam repudiationem, vt, cœteris omissis, aliàs in hoc præciso Patronatu respondit *Rota coràm Comitul. decis.* 148. *num.* 14., *&* *decis.* 158. *num.*5.

Si quæ igitùr ambigendi ratio suppetebat, tota versabatur in tempore obtentæ, & exhibitæ præsentationis per Venturam, non quidèm ad terminos Iuris communis, seù *Sacrorum Canonum* in *cap. Quoniàm* 3. *in fine*, *&* *cap. Cùm proptèr* 27. *de Iurepatron.*, quia cùm per obitum Eliæ vltimi possessoris superuentum die 16. Martij anni 1698., solummodò tùnc vacauerit Beneficium, eo ipso, quod ex *Summario* Alberti *num.*2. *&* 3. prælucebat, deuenisse Patronum ad legitimam præsentationem in personam cuiusdam Bartholomæi sub die 12. Iulij eiusdem anni, & consequentèr adhùc minimè expirato in-
9 tegro quadrimestre laicis Patronis attributo ad ineundam præsentationem, fatuum reddebatur hærere supèr ipsius præsentationis validitate iàm intrà cancellos iuridici temporis expletæ, quemadmodùm prætèr *Textus* suprà laudatos apertiùs sancitur in *cap. vnico, ibiquè Gloss. verb. Quadrimestre*, *de Iurepatronat. in* 6., & communitèr notant *Barbos. de Iur. Eccles. lib.*3. *cap.*12. *num.*168., *Viuian. de Iurepatr. lib.*7. *cap. primo num.*1., *Antonell. de tempor. legal. lib.*3. *cap.*15. *n.*1. *Card. De Luca de Iurepatr. disc.*59. *num.*19., *&* *disc.*64. *num.* 3., *Rota coràm Caualer. decis.*489. *n.*1., *&* *in recen. decis.*148. *num.*8. *par.*12., *&* *dec.*469. *n.*7. *par.*14.

Quod si deincèps introducta lite intèr eumdem Albertum, & præfatum Bartholomæum priori, ac legitimo tempore præsentatum, decessit Bartholomæus, atquè in illius locum extitit immediatè suffectus per nouam præsentationem Ventura, nihil id commune poterat habere cum Canonica præsentatione facta ab initio per Torquatum Patronum, sed ad summum excitare valebat in Alberto prætensionem (pròut excitauerat) obtinendi subrogationem gratiosam ex ea reseruatione, quæ continetur in corpore Iuris per *Text. in cap. primo*, *&* 2., *vt lit. pend. in* 6., & reassumitur in *Regul. Cancellariæ* 29., aliàs 28. *de subrogandis Collitigantibus*: Verùm quià Pontifex per orga-
10 num Eminentiss. Prodatarij noluit Alberto exoratam impartiri subrogationem, non poterat de hoc conqueri idem Albertus, pròut de facto minimè conquerebatur, tùm quià ratio memoratæ reseruationis percutit fauorem, siuè indemnitatem superstitis Collitigantis, nè alium duriorem tolerare compellatur Aduersarium, vt obseruatum fuit in *Cortonen. Beneficij* 1. *Iulij* 1697. *§. Et reverà, coràm Me* (*decis.*18. *num.*7. *tom.*1.) Sèd non idcircò obstringi valet Papa, nè ex iusto (vt credibile est) motiuo queat abstine-
11 re ab huiusmodi concessione, quæ in substantia nominatur, & est in rei veritate gratiosa, vt pòst *Lotther.*, & alios obseruauit *Rota in Paderbonen. Canonicatus* 29. *Nouembris* 1683. *§. Nèc obstare, coram bon. mem. Albergato*.

Tùm etiàm, quià iustissimum profectò ex
12 subiecta materia motiuum erumpebat denegandi hanc subrogationem stante re iudicata, de qua suprà, *coràm Pania* aduersùs Albertum frustrà supèr eadem prætensione,
13 & articulo insudantem, dùm res iudicata, tamquàm exceptio impeditiua cuiuscumque litis ingressus, necessariò influit calumniam in attentante litem adhùc promouere; Stan-
14 te autèm lite calumniosa, nèc etiàm à fortiori concessam subrogationem suffragari notorium est, & tradunt *Mandos. ad Regul.*29. *Cancell. quæst.*11. *num.*5. *in fin. versic. Pro parte negatiua*, *&* *seqq.*, *Lottber. de re Benefic. lib.*2. *quæst.*20. *num.*92. *cum seqq.*, *Rota decis.*971. *sub num.*8. *vers. Tertia deniquè, coràm Dunozett. iun.*, *&* *decis.*610. *num.*20. *coràm Card. Cerro*, licèt
15 de reliquo multa facta teneant, quæ fieri prohibentur, ad *Text. in cap. ad Apostolicam* 46. *de Regular.*, *&* *in cap.*1. *de Matrim. contract. contr. Interdict. Eccles.* cum reliquis concordan. apùd *Barbos. axiom.*93. *num.*30.

Introeundo itaquè viscera mòx enunciatæ calumniæ, & per consequens meritorum etiàm hodiernæ colluctationis, parùm refragabatur, quòd, iuxtà suppositionem Alberti, Franciscus controuersi Beneficij Fundator in eius Testamento dato per Albertum *Summario num.*1. ordinasset eius Successoribus in actiuo Patronatu, vt præsentationem complerent intrà terminum 40. dierum, aliàs collatio deuolueretur Capitulo Aretino, quodquè illa illegalitas, siuè informitas, quæ respectu huius Testamenti canonizata remanserat in *dec.*925. *coràm Pania*, hodiè per ipsum Albertum abstergi, siuè excludi prætenderetur ex nouis adminiculis, siuè iustificationibus: Vltrà enim, quòd & hæ

hæ iustificationes satis superquè obtundebantur ex parte Venturæ; & vltrà etiàm quòd
16 oportuisset, quód ab Alberto aduersùs eamdem rem iudicatam præcedentèr obtenta fuisset restitutio in integrum, sicuti omissis generalibus, de quibus *Rot. decis.142. n.14. cum duobus seqq. par.16. recen.*, *& decis.416. num.1.*, *& 2. coràm Priolo*, *& in Romana seù Ianuen. Trebellianicæ 11. Martij 1697. §. Incongrua, propè finem, coràm. R. P. D. meo Pio*, in hoc indiuiduo proposito prænotarunt *Card. De Luca de Benefic. disc. 136. num. 7.*, *& 8.*, *& Rot. decis. 186. numer. 8.*, *& decis. 199. numer. 9. coràm Celso*, *& decis. 251. num. 40.*, *& duobus seqq. par.19.*

Plures sempèr, etiàm obtenta quauis in integrum restitutione, insurgebant responsiones, quæ iura Venturæ ponebant in tuto; Primò siquidèm obsistebat ponderatio, quod cùm locus controuersi Beneficij foret *Aretium*, Elias verò vltimus possessòr fato concesserit in Ciuitate *Ianuæ*, Torquatus autèm Patronus in sua *Senensi* Patria commoraretur, minimè sufficiebat ad quamlibet deuolùtionem inducendam numerare tempora,
17 seù dies continuos vacationis, nisì simùl manifestaretur præcisa scientia eiusdem vacationis in ipso Torquato, in his circumstantijs nimiùm verisimilitèr ignaro, secundùm ea, quæ ad effectum includendæ, vèl excludendæ deuolutionis vno ore affirmantur per *Viuian. de Iurepatr. lib.7. cap.2. numer.7. cum tribus seqq.*, *Corrad. in prax. Benefic. lib.4. cap. 2. num.74.*, *Antonell. de tempor. legal. lib.3. cap.15. num.2.*, *& 3.*, *Card. De Luca de Iurepatr. disc.1. n.5.*, *& 9. & disc. 64. sub num.5.*, *& 6.*, *Rota coràm Buratto decis.459. num.7.*, *& in recen. decis.221. num.9. cum duobus seqq. par.7.*, *& decis.129. num.5. par.19.*

Secundò, etiàm abstractiuè ab hac peculiari ponderatione, statìm occurrebat alia reflexio, quod reportata quoquè ab Alberto restitutione in integrum ergà prælauda-
18 tam rem iudicatam *coràm Pania*, veluti in Causa status facientem Ius contrà omnes, ad *Text. in leg. Ingenuum, ff. de stat. homin.*, vtiquè non poterant ab ipso patefieri documenta tàm clara, & perspicua, quæ saltèm (vti sufficientèr conijciebatur ex hodiernis Venturæ responsionibus) altiorem
19 non paterentur indaginem, ac propterea interim nequiret remorari Litterarum Apostolicarum executio, ex plenè collectis per *Rot. decis 389. num.24.*, *& 25. par.9. rec.*, *decis.282. num.11. coràm Card. Celso*, *& in dicta Cortonen. Beneficij 18. Martij 1697. §. fin. coràm Me (decis.4. num.23. tom.1.)*

Tertiò demùm, quoniàm nusquàm (incipiendo ab ipsa die asserti conditi Testamenti per Franciscum Fundatorem vsquè ad præsentem litem) demonstrabatur obseruata prætensa deuolutio, quantumuis præsentationes excessissent 40. dierum interuallum, & signantèr cùm nouissima vacatio contigisset de anno 1643. in mense Augusti, Elias vltimus; vt præmisimus, possessor præsentationem tantummodò fuerat sortitus sub die 15. Nouembris eiusdem anni, *Summario* Venturæ *num.2.*; Ideòque quidquid dici posset in plenario petitorio respectu futurarum vacationum, vtiquè circà
20 hanc res efficiebatur indubitabilis, cùm exuberet ab finem exequendi præsentationem, siuè Litteras Apostolicas *prò Præsentato* expeditas, vltimus status, & maximè vndequaquè pacificus, ex censura superiùs adducti *Text. in cap. Consultationibus, de Iurepatr.*, & ex passim traditis per *Rotam*, & signantèr in *decis.323. num.19. par.16.*, *decis. 172. sub num.31. §. Et quamuis*, *& n.32. par.17.*, *decis.720. num.15. par.18.*, *& in Mediolanen. Præpositurae 18. Martij 1695. §. Moti ex eo*, *& 18. Iunij 1696. §. Excluditur, coràm R. P. D. meo Muto.*

Atquè ità, posthabita (vt par erat) trutinatione meritorum, iuriumque Capituli non informantis, nèc informare de facili valentis stante obijce rei iudicatæ, citrà vllam hæsitationem *Domini* resoluerunt, vtrâque &c.

ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

Conclusio, de qua in hac mea Decisione *num.17.*, quod nempè tempus quatuor
21 mensium à Iure datum Patronis laicis ad præsentandum non incipiat decurrere, nisi à die scientiæ vacationis Beneficij, canonizatur quoquè in *Romana Cappellaniæ 25. Nouembris 1705. §. Verùm*, *in Mediolanen. Beneficij 1. Aprilis 1707. §. Neutra tamèn*, *& in Hostunen. Beneficij 27. Ianuarij 1710. §. In facto siquidèm*, quæ omnes prodierunt *coràm Me.*

Sola autèm affixio Edictorum contrà quoscumque se opponere prętendentes secu-
22 ta de mandato Ordinarij nequaquàm induceret in Patrono certam, aùt saltem verisimilem notitiam vacationis ad effectum amittendi ea vice ius præsentandi, eo quià intrà quadrimestre non deuenerit ad vllam præsentationem, vt cœteris relatis dixit *Rot. in Barchinonen. Beneficij 22. Februarij 1704. §. Penult.*, *& fin. coràm bo. me. Caffarello*, *& in Firmana Beneficiorum 23. Martij 1716. §. Minùsque, coràm R. P. D. meo Lancetta* (nùnc intèr eius impressas *dec.849. num.20.*) Præcipuè quandò Patronus longè
23 aberat à Loco, in quo vacauit Beneficium, & affixa fuerunt Edicta, iuxtà ampliatiuè firmata in *dicta Hostunen. Beneficij 10. Decembris 1708. §. Ad huiusmodi autèm, coràm*

ràm R. P. D. meo Crispo (intèr suas *decis.3. num.* 8. *&* 9.) & in eius confirmatoria sub prætacta die 27. *Ianuarij* 1710. *§. Absquè eo, quod, coràm Me*, & intermedio tempore in *Capuana Iurispatronatus* 10. *Iunij* 1709. *§. Et quidèm, coràm R. P. D. meo Aldrouando* (nùnc S. R. E. Cardinali) & recentiùs in *Sorana Iurispatronatus* 24. *Nouembris* 1713. *§. Ad infringendam pòst med. vers. Non obstante, coràm R. P. D. meo Falconerio*, (quæ modò est *la* 19. *num.*10. *sub tit. de Iurepatr. tom.*2.)

24 E' conuerso autèm posito, quod Patronus moraretur in eodemmèt Loco, in quo obijt possessor Beneficij, ignorantia vacationis nil penitùs ei suffragaretur ad finem excusandi suam negligentiam in non præsenando intrà terminum Iuris, pròut in fortioribus loquendo de vacatione secuta in non admodùm vasta Ciuitate respondit *Rot. in Cassanen. Beneficij* 27. *Martij* 1713. *§. Quod manifestat. in fin. coràm R. P. D. meo Crispo (decis.*193. *num.*24. *intèr eius impresi.)*

25 Neque in hoc proposito prætereundum censeo, quod vbi agitur de Beneficio, cuius præsentatio pertinet ad plures Patronos, pro euitanda deuolutione ob lapsum temporis à Iure dati ad præsentandum sufficit, quod vnus dumtaxàt illorum ignorauerit vacationem, quià interìm totum ius præsentandi, tamquàm indiuiduum, conseruatur in eius persona, vt communi placito, antiquioribus adductis, comprobant *Spad. consil.*18. *num.*5. *lib.*3., *Viuian. de Iurepatr. lib.*5. *cap* 2. *num.*22., *Barbos. de offic., & potest. Episc. par.*3. *alleg.*72. *num.*137., *Corràd. in prax. Benefic. lib.*4. *cap.*2. *num.* 74. *in fin. vers. Et est notandum, Antonell. de temp. legal. lib.*3. *cap.*15. *num.*5., *Lagunez de fructib. par.*1. *cap.* 31. *§.* 2. *num.*117., *Card. De Luca de Iurepatr. disc.*64. *num.*7., *Rot. coràm Coccin. decis.*1289. *ex num.*27. *ad* 30., *& in Mantiss. ad præcitatum De Luca tom.*4. *lib.*13. *dec.*5. *n.*24.

26 In erectione Beneficij, de quo agebatur in præinserta mea *Decisione* (vt in ea videre est *sub num.*15. *§. Introeundo*) Fundator præceperat vocatis ad Iuspatronatus actiuum, vt deberent præsentare intrà terminum 40. dierum à die habitæ notitiæ vacationis ipsius Beneficij; Et hoc esse Fundatori permissum de consensu Ordinarij transit extrà controuersiam, pròut similitèr non dubitatur, quin possit terminum quadrimestris, & respectiuè sex mensium à Iure præfixum in Patronatu Ecclesiastico, ad longius tempus protrahere, vt passìm notant *Viuian.de Iurepatr.lib.*7.*cap.*1.*n.*16.,*&* 17., *Corrad.d.lib.*4.*cap.*2.*n.*61. *&* 62., *Ventrigl. in prax. rer.notab. Eccles. tom.*2.*annot.*1.*§.*3. *num.*33., *Card.De Luca d.disc.*64.*n.*14. apùd quos cœteri concordantes referuntur.

MELEVITANA RETRODONATIONIS

Merc. 9. *Iunij* 1700.

ARGVMENTVM.

Donatio facta contemplatione certi, & determinati Matrimonij, nequit per Donatarium retrocedi donanti in præiudicium iuris ex tali donatione quæsiti fauore Vxoris, & communium filiorum, cum declarationibus, de quibus in *Addit.*

SVMMARIVM.

1 *Validitas Sententiæ probata remanet ex simplici Actorum reuolutione.*

2 *Donatio facta contemplatione certi Matrimonij tribuit ius irreuocabile nedùm Donatario, sed etiàm eius Sponsæ, & filijs ex tali Matrimonio nascituris, &* n.10.

Nèc potest ab ea recedi ex solo consensu Donantis, & Donatarij, n.3., & 12.

Et de ratione, n.4.

Amplia, vt n.8., & 11.

Et in quo consistat ius, seù interesse, quod habet Vxor in hac specie donationis, n.13.

5 *Donatio contemplatione certi Matrimonij non rescinditur, licèt Donanti pòst donationem aliqua soboles superueniat.*

6 *Donatio contemplatione Matrimonij non reuocatur ex capite ingratitudinis.*

Nèc subiacet confiscationi ob delictum Patris donatarij, n.7.

9 *Consuetudo est in Insula* Melitæ, *vt omnia emolumenta alterutri ex Coniugibus obuentura inuicèm communicentur.*

14 *Donatio facta contemplatione certi Matrimonij an, & quandò suffragetur filijs Patris donatarij vti filijs, vèlpotiùs vti eius hæredibus*,remissiuè,*& num.*15.

DECISIO CLIV.

PER tres vniformes Sententias, geminas scilicèt extrà *Rotam*, & alteram postremo loco pronunciatam per *R. P. D. meum de la Tremoille*, definitum fuerat, retrodonationem initam per Alexandrum fauore Eleonoræ Matris de quibusdam Bonis, ac pecunijs per eamdem Eleonoram elargitis ex indiuidua causa Matrimonij per ipsum contrahendi cum Eugenia, nequàquam substineri in præiudicium eiusdem Eugeniæ, filiorumque, quos dederat commune Thorum, ipsamque retrodonationem penitùs idcircò fore rescindendam: Verùm & hoc affirmare necessarium fuit (stante præclara validitate, & iustitia præcedentium Iudicatorum) in hodierna vlteriori dissertatione = *vtrùm constaret de re iudicata*, præsertìm ipsâ Eleonorâ, alijsque Reis lacessitis no-

nolentibus, vèl non valentibus informare; responsum quippè prodijt ad Dubium suprà expressum positiuè, *quod sic*.

Circà etènim validitatem nulla cadere
1 poterat disceptatio, cùm ex nuda Actorum reuolutione satis illa elucesceret, iuxtà nimìs vulgatam *decis. Caputaquen.260.par.2.*; Iustitia verò palàm scatebat ex eo, quod stante enunciata donatione per Eleonoram collata in personam Alexandri filij intuitu, & contemplatione certi Matrimonij per
2 eum cum Eugenia ineundi, indubitantèr exindè profluebat ius quæsitum irreuocabile nedùm eidem Donatario, sed & Vxori, liberis, alijsque, si qui fuissent in eadem donatione contemplati, ad tradita per *Gratian. discept.924. num.34., & seqq., Rot. decis.44. num.1. par. 6., decis.114. num.1. cum seqq. par.7., decis.229. ex num.2. cum plur. seqq. par.12., decis.515. num.1., & seqq. par.13., & decis.493. num.12. par.18. rec.*

Ac propterea nequiuerat vllo modo Ale-
3 xander absquè explicito consensu eiusdem Vxoris, filiorumque attentare auulsionem eiusdem iurisquæsiti ab ossibus personarum contemplatarum; Speciale namquè est in
4 hiscè largitionibus intuitu determinati Matrimonij peractis, quod quemadmodùm earum consideratione solent Parentes futuræ Sponsæ (pròut contigerat ad præsens) maiorem plerumquè Dotem constituere, ac supererogare, ad finem videlicèt, vt eadem Sponsa vberiorem Annonam, ac honestiora assequatur tractamenta, filijque nasciturì in ampliori versentur affluentia rei familiaris, ità è conuerso nullatenùs tolerari debet, in fraudem huiuscè correspectiuitatis posse Virum, sub ephymeræ, seù rescindibilis donationis imagine, Vxorem, propriosque liberos circumuenire, & illudere, ex his, quæ prætèr *Authoritates* plenè relatas in prima *Decisione diei 9. Maij 1698. §.1. cum duob. seqq.*, & in altera 28. *Nouembris eiusdem anni §.1. cum plur. seqq., & per tot. coràm R.P.D. meo de la Tremoille*, communitèr quoquè conclamarunt *Venturin. cons.14. num.45. & seq., Gratian. dicta discept. 924. n.32., & 33., & discept. 984. num. 29. & 30., Fontanell. de pact. nupt. claus.4. gloss.1. num.71., & seqq., Auendan. ad leg.44. Tauri gloss. 16. num.34., Botsiglier. de success. theor.105. num.31. vers. nequè poterit, Altimar. ad Rouit. cons.15. ex num.1. cum plur. seqq. lib.2., Add. ad Buratt. decis.861. sub litt. A. vers. nèc donatio, Rot. dicta decis.44. num.4. cum seqq. par.6., & decis.30. num.28. & 29. par.9. rec.*

Et sanè adeò *Iura*, *Doctores*, & *Tribunalia* pro stabilienda irreuocabilitate huiuscemodi donationum initarum in Tabulis nuptialibus vnanimitèr conspirarunt, vt
5 etiàm censuerint, eas rescindi nequaquàm posse, licèt Donanti pòst donationem propria Soboles superuenisset, teste *Altograd. cons.7. num.23. lib.1., Paul. Æmil. Gall. de except. tit.4. except.4. par.2. num.42. & seq., Gratian. dicta discept. 984. num.27., Ranchin. in addit. ad Guidopap. decis.145. in fin. vers. quinimò, Nouar. quæst. for. lib. 1. quæst.83. num.4., Capyc. Galeot. contr. for. lib.1. contr.50. num.71.*; quin etiàm nequè
6 ex subsequenti causa ingratitudinis Donatarij, nequè vllius ex pòst patrati à Donatario delicti locum esse resolutioni, & respectiuè confiscationi eiusdem donationis, liquet in terminis primæ conclusionis apud *Altograd. dicto cons.7. num.29. lib.1., Gratian. dict. discept.984. num.28., Auendan. ad dictam leg.44. Tauri gloss.16. num.35., Merlin. Pignatell. contr. for. cent.2. cap.34. num.7., Carol. Anton. De Luca ad Franch. dec.205.*
7 *num.2.*, & in specie secundæ penès *Venturin. d. cons. 14. n.50., Molin. de rit. Nupt. lib.3. quæst.6. num.39.*, quem refert, & sequitur *Rot. dicta decis.44. num.16. & 17. par.6. rec.*

Subsidiaria demùm, ac aliàs allegata prætensio, quod saltèm retrodonatio foret substentabilis durante vita Alexandri, ex quo fructus rerum donatarum ad eius liberam fruitionem attinerent, ex eadem intrinsicitate rationis ad oculum denuò corruere visa est: Quoniàm (vt præmisimus) non mi-
8 nùs substantia, quàm ipsi fructus Bonorum in donatione compræhensorum extraditi præsumuntur pro parte Donatoris ad hoc, vt etiàm viuens idem Maritus tàm Coniugi, quàm filijs pinguiorem distribuere debeat, ac valeat alimoniam; quod vtiquè vehementiùs vrgebat inspecta consuetudine Regionis,
9 ac superaddita in Capitulis Matrimonialibus pactione præcisa, quod nempè omnia lucra, & emolumenta constante Matrimonio alterutri ex Iugalibus obuentura, forent inuicèm æqua lance communicanda, sicuti citrà inutilem transcriptionem videre est in præfata posteriori *Decisione diei 28. Nouembris 1698. §. His subdebant*, iuncto *§. Nilquè officit, & seq. coràm R. P. D. meo de la Tremoille*, consonantibus (ad maiorem quodammodò firmitatem, & ornatum) etiàm animaduersis per *Molses. cons.11. n.37. & num.48., & 56., Altograd. dicto cons.7. num.13. & 14. lib.1., De Marin. ad Reuerter. decis.205. sub num.7. vers. Corruit paritèr, & num.8., Rot. dicta decis.44. ex n.11. cum plur. seqq. par.6. rec.*

Et ità, alterâ tantùm &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI,

AD *num.*2., vbi dicitur, quod ex donatione alicui facta contemplatione certi, & determinati Matrimonij acquiratur
10 ius irreuocabile nedùm fauore Viri donatarij, sed etiàm Sponsæ, & filiorum ex eodem Matrimonio nasciturorum, addi possunt idipsum firmantes *Torr, var, quæst. Iur, tom.2. tit.11, quæst.6, num, 31. cum duob; seqq.*, *Paulucc, dissert.116. num.56. tom.3.*, *Rot. coràm Cerr, decis.31. num.28. & 29.*, *in Calaritana Transactionis, seù Dotis 21, Nouembris 1729. §. Quæ quidèm, coràm Emo D. Card, Aldrouando, & in Romana Immissionis supèr Hæreditate Principissæ Buteræ 31, Ianuarij 1732. §. Prò eo enim, coràm Eodem.*

Idquè ampliatur, vt procedat, quamuìs
11 nequè de Vxore, nequè de filijs ex tali Matrimonio nasciturис vlla mentio habita fuerit in Instrumento, vèl Apoca donationis, sicuti prosequendo obseruant *Cutell. de donat. par.2. disc.1. special.9. num.11.,& seqq.*, *Castald, consult.25. num. fin.*, *Paulucc. dissert.87. num.11. cum duob. seqq., & dicta dissert.116. num.57.*, alijque relati per *Rot. in Romana, seù Terracinen. Saluiani 28. Martij 1729. §. Strictè igitùr, & 2. Decembris subsequentis §. Frustrà verò cum seq. coràm prælaudatō D. Card. Aldrouando*,

Proptereàque in hac *Decisione* b. m. D. mei *Ansaldi* rectè insertur, & concluditur,
12 quod per retrodonationem factam à Viro donatario ad commodum donantis nullum præiudicium inferri potuerit Vxori, & filijs in originaria donatione contemplatis, pròut etiàm anteà connotauerat *idem D. meus in Addit. ad decis.10. num.33. tom.1.*, & nouissimè *Paulucc, dicta dissert.116, n.58., & 62.*

De reliquo autèm, quatenùs pertinet ad interesse filiorum (cùm illud Vxoris consi-
13 stat solùm in eius pinguiori, ac decentiori substentatione donèc durat Matrimonium, necnòn in maiori assecuratione eius Dotis, ad quam principalitèr solet haberi respectus in hiscè donationibus factis contemplatione certi Matrimonij, ad sensum *Rotæ pòst Paitell. exped, ciuil. decis.45. num.5., & 6., & in recent. decis.271. num.20, par.15., in Romana Censuum 23. Aprilis 1725. §. Ponderando, coràm Rmo Ratto Episc. Corduben., & in Romana Donationis 17, Martij 1727. §. Siuè enim, & 19, Aprilis 1728. §. Firmum quippè, coràm Emiuentiss. Aldrouando*) istud in eo vt plurimùm versari experientiâ edocemur, vtrùm scilicèt vèl ipse donator, vèl Pater donatarius valeant pòst expletam, & respectiuè acceptatam donationem ordinare fideicommissum supèr Bonis donatis, siuè an ipsemèt donatarius directè, vèl indirectè, putâ contrahendo æs alienum, aut delinquendo, possit præiudicare filijs in donatione tacitè, vèl expressè contemplatis? Verùm quià resolutio prædictarum quæstionum vnicè pendet ab inquirendo, an filij in huiusmodi donationibus censeantùr contemplati, seù vocati vtì filij, & sic inuitati ex proprijs personis, vèl potiùs vtì hæredes Patris donatarij, adeòut illius factum seruare teneantur; Idcircò in contingentia casuum consule infrascriptas *Authoritates*, quarum aliquæ ex particularibus facti cir-
14 cumstantijs stant pro compræhensione, seù vocatione filiorum vtì filiorum, & hæ sunt *Ludou, Bell. cons.43. cum tribus seqq. per tot.*, *Capyc. Latr. consult.46. ex num.5.*, *Paulucc. d. dissert.87. ex num.25.*, *Rot. coràm Coccin. decis.1990. ex num 4.*, *Peutinger. decis.406, à n.5. ad 9.*, *Ninot, decis. 80. per tot.*, *Cerr. decis.485, ex num.9. ad 14.*, *Priol. decis.203. 229., 239., & 246.*, *Molines decis.812.*, *Lancett. decis.66., 366., & 404.*, *Falconer. tom.1. tit. de Donat. decis.5., & in Romana Fideicommissi 15. Aprilis 1720. coràm Foscaro*, vbiquè *per tot.*

Aliæ verò oppositum firmant in earum casibus diuersimodè circumstantiatis, videlicèt quod filij aspirare non possint ad Bona
15 donata, nisi in figura hæredum Patris donatarij, quodquè per consequens factum paternum illis præiudicet; & hæ paritèr sunt *Francisc. Rocc. respons.64. per tot. lib.1.*, *Episc. Rocca select. disput. Iur, cap.106., & seq.* similitèr *per tot.*, & in eadem Causa *Rot. decis.529. par.14. rec.*, *eademque Rot. decis.65. ex num.12. pòst Massol. in eius Trimegist. legal., & decis.79., & dec.87. per tot. pòst Vrceol. de transact.*, & in earum confirmatoria *decis. 311. par. 19., & decis. 2. & 3. intèr impress. ad ornatum Card. De Luca tom.1. tit. de Donat., & coràm Caprara decis. 433. ex num.9., & decis. 481. ex num.4., & coràm Molines decis.630. per tot., in Melevitana Bonorum 14. Aprilis 1698. §. Meliora autèm, & §. Eiusdemquè, coràm Vrsino, in Callien. Manutentionis 25. Iunij 1703. §. Rursùs cum seq. coràm Muto, in Romana Testamenti 22. Martij 1706. §. Probata cum seq. coràm Card. Priolo, & in Melevitana Fideicommissi 23. Iunij 1719. coràm Rouault de Gamaches, & 5. Iunij 1722. coràm Cerro iun.* vtrobiquè *per tot.*

A. Lupardus,

TOLETANA DECIMARVM DE CAPILLA QVOAD DIGNITATEM ARCHIEPISCOPALEM.

Lunæ 14. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Res iudicata oriens ex tribus Sententijs conformibus ad effectum obtinendi restitutionem in integrum valdè differt à re iudicata resultante ab vnica Sententia, aduersùs quam non fuerit debito tempore interposita appellatio. Successor in Dignitate quandó teneatur, vèl non pro Spolio, vèl attentatis commissis ab eius prædecessore. Cœtera facilè colligi possunt ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata regularitèr oritur ex tribus Sententijs conformibus.*
Quandoquè tamèn oritur etiàm ex vnica Sententia, si ab ea non fuerit debito tempore appellatum, n.2.
3 *Restitutio in integrum facilè conceditur aduersùs Sententias nullas, aùt iniustas, licèt sint vltrà tres.*
4 *Restitutio in integrum faciliùs datur aduersùs rem iudicatam ortam ex vnica Sententia ob non interpositam ab ea debito tempore appellationem.*
5 *Sententia Rotalis excedens limites præcedentium* Decisionum *est nulla.*
Limita, si id, quod adijcitur in Sententia, veniat consecutiuè ad expressa in Decisionibus, n.6.
Itèm limita, si Ponens, seù Causæ relator antè illius expeditionem per aliquod Memoriale consuluerit suos Correspondales supèr eo, quod erat in Sententia adijciendum, ibid.
Sublimita, *vt* n.10.
7 *Sententia præsumitur ritè, rectèque lata, donèc contrarium probetur.*
Immò præsumitur non minùs valida, quàm iusta, nisi de opposito doceatur, n.11.
8 *Terminus* restitutionis *non cadit, nisi in eo, quod quis præcedentèr percepit.*
9 *Tutor nequit condemnari nomine proprio pro aliena administratione.*
Nequè pro lite per Tertium promota aduersùs Pupillum, ibid.
12 *Dubium, & disputabile id dicitur, in quo adsunt contrariæ resolutiones.*
13 Rota *non solet siuè per Decretum, siuè per Sententiam aliquid substantiale definire, nisi præuia disputatione particularis Dubij.*
14 *Lites non sunt multiplicandæ, sed potiùs resecandæ.*
15 *Sententia quoàd substantiam facti nequit impugnari ab eo, cuius fauore fuit lata.*
16 *In Iudicijs quasi contrahitur.*
17 *Æquitas vbi adest hinc indè fauore vtriusque Partis, præferenda est illa militans pro eo, qui agit de damno vitando.*
18 *Successor Spoliantis tenetur ad fructus non tantùm à se, sed etiàm ab ipso Spoliatore perceptos.*
19 *Spoliatus agere valet ad fructus non solùm effectiuè à Spoliatore perceptos, sed etiàm ad illos, qui verisimilitèr percipi potuissent.*
20 *Successor in Episcopatu, & qualibet alia Dignitate non tenetur ad debita per eius prædecessorem contracta.*
21 *Successor in Episcopatu censetur succedere prædefuncto Prælato in vniuersum ius Ecclesiæ, seù ipsius Episcopatus.*
22 *Pœna irrogari solùm debet authori delicti, cùm nemo teneatur pro crimine per alium patrato.*
23 *Successor in Dignitate tenetur pro contractu per eius prædecessorem gesto nomine ipsius Dignitatis.*
24 *Successor in Dignitate non tenetur pro ijs, quæ vitiosè, spoliatiuè, vèl attentatè gessit illius prædecessor.*
Nisi aliquod lucrum, vèl vtilitatem percepisset ex huiusmodi facto sui prædecessoris, quia tùnc pro illa rata tantùm tenetur, & non vltrà, ibid.
25 *Successor in Dignitate non tenetur ad refectionem expensarum ratione attentatorum, quæ non ipse, sed eius prædecessor commiserat.*
Intellige, vt n.26.

DECISIO CLV.

Bicipiti fundamento innixi, nullitatis scilicèt, & iniustitiæ Sententiæ, ac successiuæ rei iudicatæ *Martini Andreæ* censuerunt *Domini* in præcedenti propositione diei 23. Martij anni proximè dilapsi constare de causis restitutionis in integrum fauore Toletanæ Dignitatis Archiepiscopalis aduersùs memoratam Sententiam, seù rem iudicatam; Cùmque etiàm hodiè, non obstantibus quibuscumque oppugnationibus fortitèr de nouo reassumptis, vtrumque firmum, & ineluctabile palpatum fuerit, concors fermè prodijt resolutio *prò persistentia in decisis*.

Etenìm præmisso antemurali, quod in rei veritate minimè versabamur in illa specie, seù qualitate rei iudicatæ, quæ ad
1 stabilimentum, & normam Iuris in *vulg. leg. Vnic., Cod. nè lic. in vna, eademque Causa tertiò prouoc.*, solidiùs descendit ab vniformitate trium Iudicatorum, siuè Sententiarum, sed solùm in substantia peragebatur
2 de vnica dumtaxàt Sententia, quæ in rem iudicatam tantummodò transierat ob neglectam interpositionem appellationis tempore opportuno, iuxtà *Text. in leg. ab eo, ibi-*

 què

què Glosf. verb. illicò, Cod. quomod., & quand. Iudex, & in cap. quod ad consultationem, de Sentent. & re iudic.; hinc à fortiori, sicuti
3 ad aperiendam viam cuilibet restitutioni in integrum superabundasset, distributiuè etiàm, siuè seorsìm sumptum, alterum caput nullitatis, aut iniustitiæ præcedentium trium, ac plurium quoquè Iudicatorum, per *Text. in leg. 4. §. Condemnatum, ff. de re iudic.*, eò magis idipsum erat affir-
4 mandum intercedente de medio vnico tantùm Iudicato, funiculus enìm triplex difficiliùs rumpitur, vti benè distinguendo intèr vnam, & alteram speciem rei iudicatæ obseruarunt *Adden. ad Gregor. decis. 361. num. 4. in fine, Card. De Luca de Iudic. disc. 38. num. 19., & sub num. 20. versic. Ideòque, Fontanell. decis. 271. num. 21. & 22., Rota cor. Martin. Andr. decis. 85. num. 6. & 8., & cor. Card. Cerro decis. 93. n. 2. & 3., & in Giennen. Iuris mutandi supèr restitutione in integrum 26. Aprilis proximè præteriti §. Maximè quandò, coràm R.P.D. meo Muto.*

Primum sanè caput nullitatis irrefragabilis subsistere visum est, quià præfata Sententia *Martini Andreæ* durissimè progrediebatur, nedùm ad condemnandum tùnc temporis Archiepiscopum pro Decimis à se pro sua tenui participatione perceptis, verùm quoquè indistinctè ad restitutionem omnium Decimarum, etiàm nominatim ab eius Prædecessoribus exactarum, quandò de hac grauissima condemnatione, sinè obligatione nullum verbum, nulla disputatio præcesserat in resolutionibus, ac *Decisionibus* huius Causæ per anteà ventilatæ non solùm coràm pluribus nostri Tribunalis Auditoribus, sed neque coràm ipso *Martino Andrea*, vti li-
5 quet in *Decisionibus* sub eius nomine impressis *la 45.*, & 104., & quandò tàm salubritèr per Constitutiones Apostolicas, & stylum eiusdem Sacri Auditorij sub pœna nullitatis iniunctum habebatur, nè Sententiæ superexcedant resoluta, & ad normam Dubii publicata in *Decisionibus*, sicuti prætèr adducta in *præterita Decisione §. Et sanè* (quæ est *la 79. num. 6. tom. 1.*) prænotatum fuit in *decis. 151. per tot. par. 16. rec., decis. 163. num. 2. & 3. par. 18., & in Romana Falcidiæ 17. Februarij, ac 27. Iunij 1687. coràm bo. me. Benincasa* (intèr suas *decis. 92. num. 3., & decis. 123. numer. 1. & 8.*)

Minimè releuante aliàs conuulsa responsione, quod intantùm forsàn *Martinus Andreas* deuenerit ad præfatam indefinitam restitutionem Decimarum, necnon peculiarem condemnationem in ordine ad illas, quas pro tempore Prædecessores in eadem Dignitate Archiepiscopali percepissent, inquantùm, vèl hoc esset de sequela victoriæ,
6 & iacturæ respectiuè, vèl quod ipse *Martinus Andreas*, tamquàm Causæ Ponens, & Relator antè subscriptionem propriæ Sententiæ id habuerit in mandatis suorum Collegarum occasione relationis alicuius Memorialis desupèr ad hunc effectum porrecti, in quibus sanè circumstantijs cessat nullitas præscripta per Bullas Pontificias, pròut paritèr vltrà allegatos in *dicta præterita Decisione 23. Martij 1699. §. Scribentes* (*dicta decis. 79. num. 7. & 8. tom. 1.*) responsum apparet discretiuè ad vtramque circumstantiam in *decis. 188. num. 3., & 4. pòst Cenc. de Cens., in Ferrarien. Cappellaniæ supèr Gratia si neutri 10. Iunij 1695. §. fin. coràm R. P. D. meo Priolo, & in Romana, seù Portuen. Tenutarum supèr negocio principali 17. Iunij 1697. §. Et quidèm, coràm R. P. D. meo del' Olmo*, & respectiuè apùd *Canaler. decis. 590. num. 6., Bich. decis. 468. num. 8. cum duobus seqq., & decis. 21. num. 3. & 4. par. 17. recen.* Maximè, quià sempèr
7 præsumptio viget pro validitate Actorum, & Iudicati, *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. num. 22. & 47., Rota decis. 164. num. 18. par. 10. recen.*

Siquidèm nimis absonum, & imperceptibilè videbatur, quomodò profluere posset in consequentiam habitæ disputationis condemnatio tùnc temporis Archiepiscopi ad refundendum, quod ipse non perceperat, sed quod perceperant, & consumpserant independentes eius Antecessores, quodquè magis acerbum erat, id, quod absumpserant alij Participantes in perceptione Decimarum enumerati in *dicta præcedenti Decisione §. Verùm* (*dicta decis. 79. num. 8. in fin.*) dùm lis per Dignitatem Archiepiscopalem solummodò substentabatur nomine Ecclesiarum Parochialium Status de Capilla, absquè eo, quod Archiepiscopi pro tempore prætenderent sibi Decimas arrogare, nisi quatenùs vigore Iuris, & consuetudinis intrabat consecutiua subalterna participatio suscipienda à veris natiuis Decimatoribus, quales sunt Parochi, siuè Ecclesiæ Parochiales; Ideòque si non obstante contraria prætensione Ecclesiarum Parochialium patrocinata per sollicitudinem Pastoralem Archiepiscopi veri, & legitimi Defensoris Ecclesiarum suæ Diœcesis, contigit triumphare D. Ducem, & ad illius fauorem definiri, Ius decimandi in prædicto Statu sibi competere ex consuetudine immemorabili, iunctâ famâ Priuilegij, quomodò victoria hæc trahere poterat in aliquam consequentiam, quod tùnc temporis
8 Archiepiscopus teneretur ratione simplicis defensionis restituere non ablatum, contrà essentiam verbi *restituere*, de qua in celebri *Romana pretij Officiorum coràm bo. me. Al-*

bei-

bergato impress. apùd Card. De Luca de Offic. vacab. Rom. Cur. fol. 380. num. 2. & seq., & fol. 390. num. 1., quandò nunquàm au-
9 ditum dignoscitur, Tutorem fuisse condemnatum nomine proprio pro administratione aliorum Tutorum, ac pro lite suscitata contrà Pupillum, ad *Text. in leg. 2. ff. de administr. Tutor.* cum concordan. *in dicta præterita mea Decisione*, quæ confirmatur, *§. Rursùs* (*dicta decis. 79. num. 19.*)

Possibilitas autèm, quod *Martinus Andreas* desupèr valuerit consulere Collegas mediante aliquo Memoriali, nimiùm enervis, & frigida inuenta est; non enim videbatur, hoc esse negocium tàm planè tra-
10 ctandum, & resoluendum per organum simplicis Memorialis absque seria formali, & vndequàque rigida discussione, dùm, assumpta hodiè positiua examinatione huius identifici articuli in puris meritis Iustitiæ, definitum extitit, dubio procùl iniustam existere hanc condemnationem, quemadmodùm mòx etiàm ostendemus: Quapropter huic assertæ possibilitati, ac generaliori abstractiuæ præsumptioni militanti pro validitate Iudicati certò certiùs merebatur anteferri potentior verisimilitudo, & præsumptio, quod tanti Tribunalis Auditores nusquàm somniauerint ità cursìm, ac placidè sinè conflictu à Iustitia aberrare, seù resoluere id, (stantes, vt dicitur, pede in vno) quod posteà confidentes, requè iteratò maturè discussa oppositam exigebat determinationem, sicquè ad inuicèm conquassarentur, & pugnarent præsumptio validitatis, & præsumptio Iustitiæ, contrarium,
11 vt diximus, exposcentis, cùm Sententia præsumatur valida non minùs, quàm iusta, ex prænotatis per *Innocentium*, & alios *in cap. quoniam contrà, de probat.*, *Alex. cons. 136. num. 13. lib. 2.*, *Rota coràm Pamphil. decis. 7. n. 1.*, *cor. Dunoz. Iun. decis. 581. num. 2.*, & *coràm Priol. decis. 414. num 1.*

Addito, quod in omnem casum opinio, cum qua *Domini* bis processerunt *coràm Me* penetrantes eamdem Iustitiam, etiàm vbi per discursum iuxtà humanam fragilitatem
12 fallax reputari valeret, denegari vtiquè non poterat, quod saltèm non efficeret rem valdè dubiam, & vndiquè disputabilem, vt aliàs dixit *Rota coràm Royas decis. 477. n. 7.*, & *coràm sa. me. Alex. VIII. decis. 25. n. 12. cum seqq.* cum reliquis recensitis in *dicta Decisione diei 23. Martij 1699.* sub præallegato *§. Veràm* (*dicta decis. 79. num. 11.*)

Proindèque subintrabat à fortiori littera
13 *Reformationis sa. mem. Pauli V.* expresse præcipientis, non posse per Tribunal nostrum, etiàm in articulo cœteròquin claro, aliquid substantiale definiri, siuè per Decretum interlocutorium, siuè per Cedulam, absquè præambula desupèr peculiaris Dubij propositione, & trutinatione, quemadmodùm liquet *ex eadem Reformatione sub tit. de Audit. Rot. §. Auditor tamèn, impress. apùd Ridolphin. pòst eius prax. fol. 675.*

Subsistere pari lance compertum est alterum caput iniustitiæ iugulantis quamcumque rem indicatam, circà quod *Domini* putabant, sufficere habere se remissiuè ad alias in hoc proposito satis demonstrata in *dict. præcedenti mea Decisione ex §. Atquè ex bis vsquè ad finem* (*dicta decis. 79. ex num. 12. tom. 1.*) Sed nihilominùs in quamdam exuberantiam rursùs retundere Mihi iniunxerunt obiectiones in hodierna Audientia restauratas pro parte D. Ducis: Non igitur substitit illa species æquitatiua, per quam eiusdem D. Ducis Defensores strenuè contendebant insinuare, quod cùm idem Dux litem, & controuersiam sempèr habuerit cum Dignitate Archiepiscopali, quæ nunquàm moritur, omnis æquitas etiàm suaderet, quod illa repetitio Decimarum illicitè, & iniustè perceptarum protenderet aduersùs eamdem Dignitatem, absquè eo, quod posteà foret Dux compellendus multiplicare Iudicia, litesque centuplicare contrà tot perceptores; potiùs namquè lites
14 sunt ex mente Iuris resecandæ, quàm multiplicandæ, quemadmodùm monet *Imperator in leg. Properandum, Cod. de Iudic. Alciat. cons. 124. num. 4. lib. 5.*, *Martin. Vran. cons. 11. sub n. 3. vers. & nè contingat lib. 1.*, *Trentaer. cons. 55. num. 15.*, *Rota decis. 21. num. 14. & 15. coràm sa. mem. Alexandro VIII.*

Incontinenti namquè sinè æquitas, siuè obiectum hoc manifestam subijt retorsionem; In primis etenim claudicabat in facto, cùm nullibi subsisteret, quod lis directè intentata, ac instructa fuisset contrà ipsam Dignitatem Archiepiscopalem, quæ solùm (vt iam præmisimus) Paternam, & Tutoriam partem expleuit, resistendo scilicèt prætensioni D. Ducis nomine dumtaxàt Ecclesiarum Parochialium, vti constabat ex textura, & littera tàm iudicati contrà Ducem, quàm deincèps ob superuenientiam nouarum probationum illius fauore: Sententiæ quippè *Blanchetti*, *Bubali*, & *Pamphilij* contrariæ D. Duci ità præsefercbant = *Decimas ad Ecclesias Parochiales pertinuisse*, & *pertinere, reseruato iure Archiepiscopo supèr portione tàm de Iure, quàm de consuetudine debita* = præterito *Summario* generali Eminentiss. Archiepiscopi *num. 11. litt. A. B. & C.*; Illa autem Duci fauorabilis, ipsiusque *Martini Andreæ* correlatiuè ad idem principium, & suppositum expressè definiebat = *nullum ius supèr controuersis Decimis, , seù iure decimandi spectare, & pertinere*

nere eisdem Ecclesijs Parochialibus, dicto Summario num.37., proindèque nequibat hacte-
15 nùs ex parte Ducis controuerti illa veritas in facto, quæ etiàm resultabat à Sententia, supèr qua suam rem iudicatam, & intentionem fundabat, ex deductis per *Rot. dec.758. num. 6. coràm Dunozett. iun.*, *decis. 313. num.4.*, *& 5. coràm Card. Celso, & dec.189. num.11. coràm Priolo.*

Potissimè, quià & id iudicialitèr agnouerunt memorati Duces de Beyar; satagentes etenim assequi fructum prætensæ rei iudicatæ litem independentèr ab Archiepiscopo prosecuti fuerunt ab anno 1648. cum solis Parochis, contrà eos felicitèr obtinentes nedùm Executoriales, sed etiàm consumationem executionis, ac deniquè condemnationem ad restitutionem Decimarum, expensarumque refectionem: à qua sanè observantia, & facto Ducum non solùm incalescebat excessus, & iniustitia Sententiæ *Martini Andreæ* perperàm plectentis Archiepiscopum ad restituendas Decimas etiàm ab alijs, & pro maiori indubitantèr parte consequentèr perceptas ab ipsis Parochis, siuè Ecclesijs Parochialibus; verùm quoquè resultabat positiua recognitio, aùt saltèm tacita confessio, quod lis ad limites omnium (vt suprà) Sententiarum, quæ præcesserant in Causa, nullatenùs versaretur nomine proprio ergà Dignitatem Archiepiscopalem, sed contrà Parochos, aùt tantummodò Pastorali tutorio nomine Ecclesiarum Parochialium aduersùs Archiepi-
16 scopum, non valente moderno D. Duce circà substantiam huius facti resilire ab hac veritate, per illum quasi contractum, & obligationem, quæ in Iudicijs intercedit, quemadmodùm per *Textum in l. 3. §. Idem scribit, ff. de pecul.*, *& Barbos. axiom. 132. num.3.*, benè obseruauit *Rota decis. 226. num.12.*, *& 13. par.18.*

At quomodocumquè sese res in facto habuisset, allegata æquitas ocularitèr in palpabilem deflectebat iniquitatem; Si etenim durum videbatur D. Duci originario Actori subire munus, & sollicitudinem intentandi plura, ac diuersa Iudicia ergà illos, qui actu Decimas perceperant, erantque veri, & proprij debitores, nonnè asperius erat vrgere Archiepiscopum nudum Pastorale nomen implicantem, quiuè ex perceptione Decimarum, vèl ab Ecclesijs, seù Parochis, vèl ab alijs Participantibus facta, nullum commodum, nullamque vtilitatem reportauerat? Ac propterea considerata hac saltèm non minori æquitate assistente ipsi Dignitati Archiepiscopali, in concursu pro-
17 fectò vtriusque æquitatis, etiamsi fuisset par, præferenda erat illa fauens eidem Dignitati, vtpotè tractanti de damno vitando, per ea, quæ tradunt *Menoch. de recup. possess. remed.17. sub num.4.*, *Gratian. discept. 604. num.2.*, *Armenzan. decis. Ianuen.52. n.25.*

Retorta æquitate, retorquebantur etiàm *Authoritates* de tota iustitia collaudatæ ab Informantibus pro Duce supèr eo, quod, assignatio Decimarum expleta per Cardinalem de Quiroga de anno 1591. fauore Ecclesiarum Parochialium huiuscè Status de Capilla, subiaceret vitio spolij, & attentatorum, ideòque præsupposito huiusmodi
18 spolio, & attentatis respectiuè, quilibet de Iure successor obstringatur ad restitutionem fructuum non tantùm à se, sed ab ipso Spoliatore perceptorum vigore infectionis rei litigiosæ, & in se contrà iustitiam translatæ, ex notatis per *Afflict. decis.396. n.9.*, *Sperell. decis.7. n.7.*, *Rota decis. 392. num. 39. par.5. recent.*; Itàut è conuersò spoliatus
19 agere valeat ad recuperationem fructuum non solùm effectiuè perceptorum, sed & eorum, qui verisimilitèr percipi potuissent, ex animaduersis per *Adden. ad Buratt. decis.642. num.9. & 10.*, *Ridolphin. in prax. par.2. cap.14. num.160. & seq.*, *Rot. coràm Put. decis.373. per tot. lib.1.*, *& decis. 59.* paritèr *per tot. par.12. recen.*

Quoniàm, vltrà quod non admodùm liquidò apparebat, in quo solidè radicaretur huiusmodi vitium spolij, & attentatorum, ex firmitèr ponderatis in sæpiùs memorata *Decisione diei 23. Martij 1699.* hodiè confirmata *ex §. Parùmque, cum pluribus seqq.* (*dicta decis. 79. num. 16.*, *& seqq.*) sempèr obuersabatur ineluctabilis replicatio, quod per hypothesim concesso millies spolio patratissimo per Cardinalem de Quiroga, quodquè aduersùs eius hæredem intrare possent omnes præcitatæ *Authoritates* in obiecto congestæ ratione actus illiciti gesti per ipsum spoliantem, & attentantem, quo Iure, quauè ratione valebat teneri successor in Dignitate, dùm nèc ad eius commodum facta fuit alienatio rei litigiosæ, sed in Parochos penitùs distinctos, & separatos, ne-
20 què ex causa successionis in eadem Dignitate vllam idem successor causam desumebat à suo Prædecessore, ast tantummodò à solo Papa Regiam nominationem admittente, sicutì in proposito successoris in qualibet Dignitate sinè contradictore tradiderunt *Turicell. de reb. Eccles. non alien. cap. 25. num.7.*, *Modern: Rub. de confus. iur. cap.8. num.15.*, *& 16.*, *Rota decis.705. numer.1. in fin. par.1. recent.*, *& coram Pamphil. decis. 498. num. 1.*, *& coram Bich. decis. 202. num.19.* cum alijs in *Decisione, quæ confirmatur §. Atquè ex his* (*dicta decis.79. n. 12. cum duob. seqq.*)

Frustràque vim huius Independentiæ ab Antecessore etiàm spoliante, & attentante sentientes Defensores D. Ducis, per extranea

nea ratiocinia probare nitebantur, quod sicuti hæres succedit in vniuersum ius defuncti, ad *Text. in leg. nihil 24. ff. de ver-*
21 *bor. signific.*, ità successor in Episcopatu succedere censeatur Prælato prædefuncto in vniuersum ius Ecclesiæ, ad id adducendo *Fagnan. in cap. 1. num. 5., ibiquè etiàm Modern. Gonzal. sub num. 5. vers. sed quià habuit, & sub num. 6. vers. nil mirum, de solut.*

Huiusmodi namquè ratiocinium nunquàm efficere valebat, quod & præcedentes Archiepiscopi, videlicèt Cardinalis Royas, y Saudoual, de Aragonia, multóque minùs Eminentissimus Portocarrero præfatam Dignitatem ad præsens gloriosè sustentans, quidquam haberent agere cum Cardinali de Quiroga; erant quippè, & de facto est præfatus Eminentissimus, successor prælaudati Cardinalis de Quiroga in vniuersum ius Ecclesiæ Toletanæ, sed Ecclesia Toletana in nihilo spoliauerat, aút attentauerat, & idcircò neque poterat vexari succedens in ius Ecclesiæ pro hoc ciuili
22 delicto, quod nusquàm Ecclesia commiserat, immò absurdum erat, quod repræsentans Prælatum prædefunctum tantummodò quòad ius Ecclesiæ, molestaretur pro delicto personalitèr (si verum erat) expleto, resistente regula, de qua per *Text. in leg. Sancimus, C. de pœn.* cum concordan. plenè agit *Barbos. axiom. 181. num. 4., & 5.*

Et de facto eædem superiùs allatæ *Doctrinæ* percutiebant factum legitimum nomi-
23 ne Dignitatis sincerè consumatum ab antecedente in eadem Dignitate (exempli gratiâ) si permanens in aliquo Officio, vel Dignitate canonicè contrahat induendo pannos eiusdem Officij, & Dignitatis, vt etiàm annotarunt *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 54. n. 15., Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 18. num. 5., Paris. de resignat. Benef. lib. 1. quæst. 16. numer. 49., & 50.*, secùs autèm est, quotiès illicitè, & illegitimè Prædecessor se gerat,
24 siuè delinquat, quia tùnc abuteretur officio, & munere suo, nequè posset ligare successorem independentem, vt suprà, quiuè ad summum obligaretur pro illa rata, lucro, siuè vtilitate, quam, præcisiuè à iure suo, ex nuda causa actus vitiosi, spoliatiui, vel attentati recepisset, vt patet ad sensum, & benè distinguit *Adden. ad Pamphil. decis. 475. num. 6., & 7., Rota coram Duran. decis. 166. num. 7., & seqq., & coram Dunoz. sen. decis. 329. sub num. 7. vers. sed vlteriùs, & coram Carill. decis. 158. num. 13.*

Atquè ità pro nùnc abstinentes *Domini* ab altera inspectione Mihi paritèr commissa in deuolutiuo sub illa Clausula = *sinè præiudicio legitimæ executionis quòad Decimas perceptas per modernum Archiepiscopum mèt*, tanquàm ad partes opportuniùs recasura sub Dubio à Me in eodem deuolutiuo subscribendo = *An constet de causis restitutionis in integrum quòad Decimas perceptas per modernum Archiepiscopum mèt*, concordi (vt præmisimus) fermè suffragio resoluerunt, vtrâque &c.

ANNOTATIO R. P. D. ANSALDI.

IN sequelam huius secundæ *Decisionis* pòst Mihi demandatam expeditionem Causæ subscripsi Sententiam absolutoriam D. Card. de Portocarrero Archiepiscopi Toletani à prætensa restitutione Decimarum perceptarum ab alijs Archiepiscopis eius prædecessoribus, & idipsum per aliam Sententiam longè pòst promulgatam pronunciauit *R. P. D. meus Cerrus* præuia *Decisione* ab eo edita sub die 10. *Maij* 1717., & adhùc de præsenti Causa pendet in gradu vlterioris appellationis commissæ *R. P. D. meo Crispo* ad instantiam D. Ducis de Bejar succumbentis, qui tamèn interim prosequendo Iudicium super restitutione Decimarum exactarum ab ipsomèt Cardinali de Portocarrero, quod pendebat in deuolutiuo *coram Card. Priolo*, obtinuit, illas liquidari in summa scutorum 61977. monetæ Romanæ, vt pandit *Decisio diei 19. Aprilis eiusdem anni* 1717. extensa à prædicto *D. meo Cerro*, quamuis repropositâ per eum Causâ in Audientia diei 11. *Februarij* 1718. tota quantitas restituenda ab Hæreditate præfati Cardinali de Portocarrero pendente hoc litigio defuncti fuerit per *Sac. Rotam* reducta ad sola sc. 49544.; Cùmque nomine dictæ Hæreditatis ad finem declinandi restitutionem móx enunciatæ summæ fuerit paulò pòst reassumptum examen negocij principalis, quod in eo versabatur, an scilicèt reuerà Cardinalis de Portocarrero foret obligatus refundere ad commodum Ducis de Bejar Decimas ab ipsomèt Cardinali exactas per totum tempus, in quo is laudabilitèr impleuerat Sedem Archiepiscopalem Toletanam, & ad hunc effectum extiterit à prælaudato *R. P. D. meo Cerro* subscriptum, deindèque sub die 21. *Martij eiusdem anni* 1718. propositum Dubium = *An constaret de causis restitutionis in integrum quòad Decimas perceptas per Cardinalem de Portocarrero olim Archiepiscopum Toletanum*, Partibus hinc indè accerimè informantibus prodijt resolutio prorsùs negatiua, videlicèt = *Non constare de causis*: Et in hoc statu ad præsens (dum hæc reuideo) vtraque Causa reperitur.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

PRæsens *Decisio* pòst obitum *D. mei Ansaldi* in contumaciam Ducis de Bejar tùnc non informantis meruit confirmari in tertia Instantia *coram Reuerendissimo D. Crispo*, vt patet ex *decis.449. intèr eius impressas*, & puto, quod Causa supèr hoc puncto Decimarum perceptarum ab Archiepiscopis prædecessoribus clar: me: Cardinalis de Portocarrero non habuerit vlteriorem progressum, licèt sciam, quod supèr altero puncto liquidationis earumdem Decimarum emanauerit alia *Decisio* sub die 1. *Iulij* 1720. *coram bon. mem. de Gamaches*, in qua fuit dictum, *non constare de excessiua liquidatione* prædictarum Decimarum *iuxtà modum* inibì specificatum.

Vtraque *Decisio* edita in hac Causa prætensæ restitutionis Decimarum exactarum ab alijs prædecessoribus Archiepiscopis allegatur à *Rota coram Molines decis. 876. nu-*
25 *mer. fin.*, in qua resolutum fuit, Successorem in Dignitate Archidiaconatus non teneri ad vllam refectionem expensarum ratione attentatorum commissorum ab Archidiacono eius antecessore: Quod tamèn intelligendum censerem, quotiès Successor in eadem Dignitate pòst habitam notitiam de attentatis ab eius prædecessore patratis
26 statìm illis renunciasset, secùs verò, si curasset mordicùs in Iudicio substinere factum, & attentata sui antecessoris, quià tùnc in casu succumbentiæ teneretur ad omnes expensas, perindè acsi ipse originariè attentasset, vt cæteris collectis declarauit *Rot. coram Reuerendiss. Crispo decis.47. num.9. cum duob. seqq.*

A. Lupardus:

TOLETANA DECIMARVM DE CAPILLA QVOAD PAROCHOS.

Lunæ 14. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Firmatur in hac *Decisione* validitas rei iudicatæ, quæ iamdiù prodierat coràm *Martino Andrea* fauore Ducis de Bejar aduersùs Parochos Status de Capilla, non obstante, quod in præcedenti *decis. 155.* responsum fuerit pro nullitate eiusdem rei iudicatæ, quatenùs in ea condemnabatur Dignitas Archiepiscopalis Toletana ad restituendum præfato Duci Decimas etiàm perceptas ab alijs Archiepiscopis prædecessoribus, & respondetur contrarijs exceptionibus adductis pro parte eorumdem Parochorum. In *Addit.* autèm plura habentur supèr explicatione, & intellectu Aduerbij, seù dictionis = *liberè*, seù (vulgaritèr loquendo) *liberamente*.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, tamquàm indiuidua, si est nulla, aùt iniusta in parte, corruit in totum.*
Sed hoc procedit, quandò Sententia est concepta sub vnica verborum structura, secùs si per capita separata, num.2., *vbi de ratione.*
3 *Episcopus nequit proprio nomine prætendere, aùt exigere Decimas, vbi Parochiæ sunt diuisæ.*
4 *Nullitas Sententiæ ex defectu citationis vnius ex Collitigantibus prodest etiàm alijs quamuis citatis, quandò interesse est commune.*
5 *Nullitas Sententiæ proueniens ex defectu citationis, Iurisdictionis, aùt Mandati, est insanabilis.*
6 *Æquitas sempèr præ oculis haberi solet apùd magna Tribunalia, dummodò legibus non repugnet.*
7 *Lites iamdiù definitæ per res iudicatas non debent facilè resuscitari.*
8 *Exceptio rei iudicatæ intèr plures Collitigantes potest contrà vnum allegari, & alteri non nocere.*
9 *Sententia sempèr recipit interpretationem à Iure ad hoc, vt subsistat.*
10 *Decimæ sunt à Iure destinatæ pro alimonia, & manutentione Parochorum, aliorumque exercentium Curam animarum.*
Et ideò si quis ex priuilegio percipiat Decimas loco Parochorum, tenetur illos substentare, & Ecclesias ipsas Parochiales manutenere, ibid.
11 *Verbum* = liberè = *non excludit ea onera, quæ insunt de Iure*, & n.21.
12 *Repetitio inutilis eorum, quæ semèl firmata sunt, vitanda est in* Decisionibus *Rotalibus.*
13 *Vassallus non est idoneus Testis pro eius Domino.*
Limita duplicitèr, vt n.16., & 18.
14 *Testes, qui non euacuarunt omnia Interrogatoria, nil probant.*
Limita, quotiès concorditèr deponunt supèr facto substantiali, de quo disceptatur, licèt non euacuent aliquod Interrogatorium ad Causam impertinens, n.19.
15 *Immemorabilis minimè probatur per Testes non habentes ad minus ætatem 54. annorum.*
17 *Numerus magnus Testium supplet exceptiones personales contrà illos exaduersò oppositas.*
Et de ratione, ibid.
20 *Exceptiones adductæ contrà probationes factas antè sæculum, & vltrà, tamquàm nimìs*

sere-

serotinæ non sunt de facili admittendæ.

22 *Dictio* = liberè = *intelligi debet iuxtà subiectam materiam.*

23 *Dictio* = liberè = *adiecta institutioni, aùt substitutioni excludit grauamen fideicommissi.*

24 *Dictio* = liberè = *idem importat, ac* = sinè vllo onere, aùt grauamine = sinè vlla seruitute = sinè vlla solutione, & num. 25., & 26.

27 *Dictio* = liberè = *æquipollet verbis* = arbitrio suo.

Et idem significat, ac = sinè impedimento, & contradictione, n. 28.

Idemque paritèr importat, acsi dictum fuisset = absquè alicuius consensu, n. 29.

30 *Dictio* = liberè = *in materia iuris præsentandi, aùt conferendi excludit obstaculum reseruationum Apostolicarum.*

31 *Dictio* = liberè = *in materia promissæ solutionis æquipollet verbis* = sinè vlla exceptione.

Et de alijs pluribus significatibus prædictæ dictionis, remissiuè, n. 32.

DECISIO CLVI.

INsurgentes de nouo Parochi Status de Capilla occasione nouæ audientiæ, quam ipsæmet Partes, Me non abnuente, ad inuicèm sibi concordarunt (vt dici solet) *in Camera*, impetu robustiori concutere videbantur motiua decidendi approbata per *Dominos* in resolutione *diei 23. Martij anni proximè præteriti* (*decis. 78. tom. 1.*) Sed adhùc adeò vrgere minimè potuerunt, quominùs iterùm examinatis veteribus oppositionibus, ac nouis, standum nihilominùs appareret *in decisis*.

Non enim primario loco visum est admodùm inualescere fundamentum obiectæ nullitatis aduersùs primordialem rem iudicatam, & alteram successiuè subsecutam iuxtà Hystoriam huius celebris, & antiquæ controuersiæ latiùs vsquè ab initio per plures §§. in principio reassumptam *in dicta Decisione diei 23. Martij 1699.*, quod nimirùm detecta iàm nullitate præcitatæ Sententiæ *Martini Andreæ*, vtpotè transgredientis terminos resolutionum, quæ coràm ipso emanauerant, in illis etenim nequè verbum vnum habebatur supèr eo, quod Dignitas Archiepiscopalis, siuè Archiepiscopus pro tempore restituere teneretur Decimas ab alijs Antecessoribus in eadem Dignitate perceptas, sed solùm quæstio fuerat, vtrùm ius decimandi in tota ditione, siuè Statu de Capilla pertineret ad Ecclesias Parochiales eiusdem Status vigore prætensæ immemorabilis cum fama priuilegij, vti constat *ex decisionibus impressis coram eodem la 45., & 104.* proindèque cùm memorata Sententia, à qua vtraque res iudicata profluebat, explicitè ad huiusmodi condemnationem deueniret, & consequentèr intraret nullitas expressè sancita ad litteram Constitutionum nostri Tribunalis, vt pleniùs ostensum fuerat in contemporanea *Decisione* per Me edita quòad Dignitatem Archiepiscopalem, quæuè etiàm hodiè robur confirmationis

1 obtinuit; absonum idcircò reddebatur, quod vna, eademque Sententia, siuè res iudicata respectu Dignitatis Archiepiscopalis nulla censenda esset, quouerò ad Parochos substineri mereretur tanquàm valida, quandò nil magis absonum est, quàm quod Sententia suaptè naturâ indiuisibilis pro vna parte corruat, & pro altera stet, vti conclamant *Cancer. var. resol. part. 3. cap. 17. num. 332., Surd. decis. 74. num. 8., & 9., Scacc. de Sentent., & re iudic. gloss. 14. quæst. 13. numer. 79., Altimar. de nullitat. rubr. 4. quæst. 20. num. fin., Rot. coram Vbald. decis. 824. num. 5.*

Præcisiùs autèm, quià non solùm eadem Sententia *Martini Andreæ* nullatenùs apparebat concepta per capita separata, in

2 quibus fortassè terminis implicitè reduplicato Christi nomine plures sub eadem Charta contineri possunt Sententiæ, seù Mandata, absquè eo, quod vèl in ordine, vèl circà merita vnum caput trahat alterum in sequelam, cùm tot quodammodò (ex mòx indicata ratione) reputari valeant Sententiæ, quot sunt capitula regularitèr inchoantia per illa assueta separatiua verba = *Itèm pari nostra Sententia &c.* quemadmodùm frequentiùs annotarunt *Contard. in leg. vnic. C. si de moment. possess. limit. 1. num. 38., Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. numer 693., & num. 706., Ridolphin. in praxi part. 3. cap. 2. num. 57., & seqq., Altimar. dicta quæst. 20. num. 39., Rot. decis. 33. ex num. 9. cum plurib. seqq.,* & signantèr *num. 18. part. 2. diuers., & coram Duran. decis. 133. num. 3. cum duob. sequentib.*

Verùm, quod plus erat, nèc etiàm per ipsum intellectum dari poterat hæc separatio, & respectiuè diuisio eiusdem Sententiæ; quoniàm Dignitas Archiepiscopalis nusquàm directè litem cum Duce de Bejar substinuerat, siuè iunctim, siuè seorsìm nomine proprio, sed nomine dumtaxàt Ec-

3 clesiarum Parochialium, cùm de facto eadem Dignitas nequiret proprio nomine Decimas, vbì Parochiæ sint diuisæ, efflagitare, ex traditis per *Card. De Luca de Decim. disc. 18. num. 6., & 7.*, sed tantummodò, radicato iure decimandi in eisdem Ecclesijs, expetere deincèps suam quotam, vel participationem, qua fruitur etiàm Regia Catholica Maiestas, Archidiaconus, Capitulum, cœterique enunciati in prælaudata contemporanea *Decisione* quòad Dignitatem Ar-

Archiepiscopalem sub simili §. *Verùm*: Sicquè si integra substantia defensionis, & Iudicij respiciebat huiusmodi Ecclesias, quomodò poterat illa valere contrà easdem Ecclesias, quantumuis de eo tempore non citatas, nequè auditas, claudicare autèm, & non valere quoàd Archiepiscopum, qui solam figuram induerat defensoris ipsarum
4 Ecclesiarum? in longè quippè durioribus, etiàm quandò interesse est connexum, nequit Sententia subsistere contrà vnum Collitigantem, & alteri non obesse, secundùm ea, quæ prosequuntur *Vbert. de citat. cap.14. sub num.140. vers. fallit tamèn, Possent. singul. 304. num. 3., & 4. Card. De Luca de Iurisdict. disc.87. num.3., Rot. coram Gregor. decis.319. num.1., & ibi Adden. num.7., & coram Bich. decis.262. numer. 4., & in recen. decis. 293. numer. 8. part.18.*

Ad hæc etenim omnia responsum fuit, quod cùm fundamentalitèr Dux de Bejar tantummodò contenderet ad sui fauorem definiri, quod sibi ex præfata consuetudine immemorabili cum fama priuilegij priuatiuè attineret decimandi ius in Statu prædicto, in hoc substantiabatur ipsa definitio, Sententia, ac res iudicata, non curato, si circà restitutionem Decimarum interim durante lite perceptarum *Martinus Andreas* putauerit condemnandam ipsam Dignitatem, quæ mediante manu plurium Archiepiscoporum, aliorumque pro tempore easdem Decimas effectiuè occupauerat, forsàn circà hoc iniustè grauando Archiepiscopum prò tempore ad restituendum, quod ex sua persona, & in sui commodum nullatenùs acceperat; non enim hæc videbatur nullitas adeò rigidè tractanda, proùt fit iuremeritò, quotiès nullitas oriatur à mala ordinatione Processus influente in totam Causam ex illo triplici,
5 vèl eorum altero capitali defectu citationis, iurisdictionis, & mandati, quem sempèr insanabilem esse dixit *Rota*, vt videre est apùd *Cocciu. decis.722. num.2., & seqq., Cels. decis. 84. num. 10., Priol. decis. 123. num.8. cum seqq., & in Auellina, seù Nullius præstationum 29. Aprilis 1697. §. Penult. coram R. P. D. meo del'Olmo.*

Concomitante præsertim huiusmodi discursum nimis perstringenti Epycheia sem-
6 pèr antè oculos (dummodò Iuri scripto positiuè non repugnet) habenda per magna Tribunalia, iuxtà distinctionem *Rotæ coram Merlin. decis.567. num.57., & seqq., & in Romana Castri Porciliani 24. Ianuarij 1685. §. In quam sententiam, coram bon. mem. Roudinino impress. decis.3. num.3. post Moderunm Setin. de iur. prælation.*; Asperum quippè, & supèr omnia durissimum conuincebatur, quòd præterlapso iam sæculo, & conuenientibus successiuè Iudicatis cogerunt hodiè Dux de Bejar Causam velutì ex primordio exordiri, & maximè quandò, vt ad præsens, semperquè constitit de iustitia eorumdem Iudicatorum, & quandò omnia Iura, ad solum finem pu-
7 blicæ tranquillitatis sancita, vnanimitèr conclamant, lites amputari, quodquè non debeant iudicialia dissidia per monumentum rerum iudicatarum consepulta resuscitari, per *Text. in leg. Seruo inuito 65. §. Cùm Prætor, ff. ad Trebell., Vdalric. Zas. in leg. Iulianus num.9. ff. de except. rei iudic., Oroz. de Apic. Iur. lib.5. cap.4. num.2. vers. idquè proptèr, Ios. Ludouic. decis. Perus.101. num.11., & num.21.*, & in specie, quod
8 exceptio rei iudicatæ possit vni ex Collitigantibus nocere, alteri verò non, per plura exempla probat *Ruin. cons. 75. num. 13. lib.5.*, quem cum alijs refert, & sequitur *Rot. coram Buratt. decis.304. num.7.*

Detrusa itaquè hac nullitate, quià de altera deprompta ab alio excessu Sententiæ *Martini Andreæ* demandantis liberam consignationem Decimarum Duci de Bejar, etsi ad tenorem Libelli, seù Commissionis pro parte eiusdem Ducis expeditæ prætenderetur dumtaxàt ius decimandi ad solum effectum erogandi easdem Decimas in beneficium, & manutentionem Ecclesiarum Status de Capilla, nulla fuit habita ratio, cùm præcedentèr hæc eadem oppositio, quæ sub enigmate iniustitiæ promouebatur conuulsa penitùs appareret in præcedenti *Decisione diei 13. Martij 1699. §. fin. (dicta decis.78. sub num.41. §. Atquè ex his cum seq.)* non enim poterat ab eodem fonte scatere iustitia Iudicati, sub ea ratione, quod manutentio Ecclesiarum veniret in Iuris consequentiam, & insimùl non profluere validitas ex hac ipsa identifica ratione; sicutì quippè vulgatum est, quod Sententia
9 sempèr, & maximè ad sui præseruationem, recipiat interpretationem à Iure, ità de
10 Iure erat, quod Decimator loco Parochorum Decimas percipiens eosdem Parochos substentaret, ipsasque Ecclesias materiales respectiuè manuteneret, vt in terminis prioris conclusionis liquet ex deductis per *Rot. coram Seraph. decis.984. num.3., & coram Ludouis. decis.74. num.7., & in recent. decis.123. num.1. in fin. par.2., & decis.65. num. 7. part. 7.*, & in proposito alterius *Gratian. discept.366. ex num.17. vsquè ad fin., Rot. coram Ludouis. decis.397. num.1., & 2., & in recen. part.1. decis.420. num.6. cum duob. seqq., & part.13. decis.392. numer.6., & part.19. decis.1. num.2., & 3.,
11 & decis.112. num.3.* Maximè, quià verbum = *liberè* = non aduersatur oneri, vèl seruituti legis, per ea, quæ obseruat *Gratian. discept.492. num.15., & discept.975. num.25.*

*num.*25., *Rot. coram Caffador. decif.*3. *numer.*4. *de Priuileg.*, *&* *coram Coccin. decif.*1504. *num.*74., *&* *in Romana Legitima 9. Iunij* 1698. *§. Addito*, *coram Me* (*decif.*49. *num.*25., *&* 26. *tom.*1.)

Subftitit à fortiori Iuftitia non minùs memoratæ Sententiæ *Martini Andreæ*, quàm fupradictæ *Decifionis* hodiè confirmatæ; Quò enim ad inculcationem geminæ illius difficultatis, nimirùm & quod fama Priuilegij remaneret deftructa ex productione tituli facta ex parte D. Ducis in ordine ad donationem Status de Capilla prodeuntem à Rege Henrico II. in perfonam Ioannis Nunez Authoris præfatorum Ducum de Bejar, quodquè pariformitèr Acta facta coram fæpiùs nuncupato *Martino Andrea* non effent apta nocere Parochis in eo Iudicio nequè auditis, nequè citatis; vifum eft *Dominis*, per hodiernos Parochos folùm refricata, feù repetita extitiffe eadem adamufsìm fundamenta, quæ ad fatietatem fublata nofcebantur in dicta præterita *Decifione ex §. Et fanè* vfquè ad *§. penult.* (*dicta dec.*78. *ex num.*5.) in quibus *§§.* ficuti benè ftabilitur, fubftentari incardinationem Parochorum factam ab Archiepifcopo Cardinali de Quiroga in titulum perpetuum de anno 1590., ità clarè demonftratur, non offeciffe afs. productionem tituli, rectèque Acta profecuta contrà Dignitatem Archiepifcopalem refpectu iuris decimandi ipfos Parochos, ipfafque Ecclefias licèt nequè citatas, nequè auditas affeciffe, ac proptereà ad eandem præteritam *Decifionem* fefe habuerunt remiffiuè; indecens quippè eft
12 retexere iàm dicta, chartafque inutilibus repetitionibus confarcinare, vt etiàm dictum fuit in *Romana Teftamenti* 27. *Aprilis* 1693. *§. fin. coràm R.P.D. meo Caprara* (intèr fuas *decif.*167. *in fin.*)

Quouerò ad nouam, vèl faltèm efficaciùs à Defenforibus Parochorum fufcitatam obiectionem cœteroquin eradicatiuam totius prætenfionis D. Ducis, & confequentèr etiàm prædictæ rei iudicatæ, videlicèt quod nullibì fundaretur affumptum ipfius Ducis in fua prætenfa confuetudine immemorabili percipiendi Decimas vnà cum intermixta fama Priuilegij, ex quo integra bafis probationis huius vtriufque requifiti ad hunc effectum neceffarij, vtì profeffa erat quoàd Laicum Decimatorem *eadem Rot. coràm Martin. Andr. dicta decif.*45. *à princ. & per tot.* appodiaretur dicto Teftium, qui in in nullla prorsùs merebantur haberi confideratione, tùm quià illorum octuaginta duo erant Vaffalli ipfius Ducis, alij verò non Subditi duplicem alium patiebantur defectum; Primum nempè, quià nullatenùs euacuabant interrogatoria fubftantialiffima fupèr titulo, quo Duces Decimas perciperent; & fecundum, quod nequè in eorum depofitione fubducebant tempus tàm motæ litis, quàm viduationis Ecclefiæ Archiepifcopalis deriuantem à funefta carceratione Archiepifcopi Caranzæ, & quibus fanè temporibus fubtractis nemo eorumdem Teftium attingebat legitimam ætatem omninò defideratam ad finem comprobandi immemorabilem, complicantibus ad hunc effectum iifdem Defenforibus practicas illas conclufiones, quod
13 Teftis, fi fit Vaffallus, non probet fauore Domini, *Bald. conf.* 420. *num.*7. *lib.*1., *Camill. de Medic. conf.* 162. *num.* 66. *verf. prætereà, De Marin. in obferu. ad Reuerter. decif.*177. *num.*5., *Rot. in Sabinen.*, *feù Ciuitatis Caftellanæ Inundationis* 4. *Iulij* 1698. *§. Circà eos*, *verf. certùm tamèn eft*, *coram R.P.D. meo Caprara* (intèr fuas *decif.*415.
14 *num.*8.) quod teneatur euacuare Interrogatoria, *Farinac. de Teftib. quæft.*73. *n.*14. *Rot. decif.* 700. *num.*31. *in fin. par.*2. *rec.*, *& decif.*220. *num.*20. *coram Bich.*, quodque
15 demùm minimè recipiatur, nifi habeat legitimam ætatem ad probandam immemorabilem, *Rot. coràm Seraphin. decif.* 1102. *num.*5., *Gregor. decif.*298. *num.*1. *&* 2. *ibiquè Adden. num.*12., *Buratt. decif.*551. *n.*4. *&* 5. cum reliquis notiffimis.

Satisfecère refponfiones attributę ex parte D. Ducis; Siquidèm refpectu primæ exceptionis, quod de prædictis Teftibus octuaginta duo effent Vaffalli eiufdem Ducis, multiplicitèr ea fternebatur, fcilicèt vèl ex eo, quod cùm tractaretur de facto per-
16 ceptionis Decimarum fecuto intrà Diftrictum Status de Capilla, nequibant adduci Teftes magìs idonei, & informati, quàm ipfimèt Subditi, & domeftici, prout in his terminis limitando aduertit *Card. De Luca de Iurepatr. difc.*3. *fub num.*8. *verf. idquè ex clara ratione*, *Rot. decif.* 10. *num.*5. *&* 6. *apùd Viuian. de Iurepatr.*, *& dec.*187. *num.* 22. *&* 23. *par.*12. *rec.*, *& in Cufentina Abbatiæ* 23. *Iunij* 1681. *§. In nihilo obftante*, *coràm clar. me. Card. Matthæio*.

Vèl ex quo adhùc fupererant 44. Teftes nullo modo Vaffalli; vèl deniquè ex eo, quod cùm Legio, vèl Agmen quodammodò eorumdem Teftium afcenderet ad perfonas 126., vtiquè ea fufpicio, quæ ex caufa fubiectionis, & Vaffallagij quandoquè facit eneruem illorum fidem, remanebat fuffocata per hanc mèt numerofitatem, quià
17 non præfumitur, tot perfonas confpirare voluiffe ad Animæ iacturam, & Iuramenti violationem, ad *Gloff. in Leg.* 3. *§.*1. *verb. numerus*, *ff. de Teftib.*, *Card. De Luca dicto difc.*3. *fub num.*11., *Rot. decif.* 136. *num.* 14. *&* 16. *par.*19. maximè quotiès ab
18 alijs Teftibus à Ligia qualitate immunibus confouentur, vt profequitur *Capyc. Latr.* con-

consult.35. num.103., *Rot. dicta decis.* 187. *num.24. & 25. par.12.*, *& decis.444. n.11. par.14. rec.*

Circà autèm posthabitam euacuationem interrogatoriorum arrisit pariformitèr replicatio, quod in præsenti hypothesi pondus depositionis eorumdem Testium nequaquàm versabatur in perquisitione tituli, quo mediante Duces de Bejar Decimarum perceptione fruerentur, videlicèt illo suc-
19 cessionis, illo Maioratus, cum similibus, pròut ad Causam impertinentèr interrogatoria tùnc temporis præseferebant; sed stabat in materiali facto perceptionis iunctæ cum communi reputatione, seù fama priuilegij: Cùmque idcircò huiusmodi Testes, si non omnes disertissimè, attamèn in numero superabundanti de ipsa immemorabili, famâque testificarentur, hoc ad rei momentum exuberabat, sicutì aliàs responsum fuit in hac eadem Causa *in recent. decis.182. num.34. cum duob. seqq. par.7.*, *decis.158. num.18. & seqq.*, *& decis. 270. sub num.6. vers. vt enim, par.10.*

Defectus deniquè ætatis memoratis Testibus impictus ob non factam subtractionem temporum, de quibus suprà, vsquè in sui prima obiectione coràm prædicto *Martino Andrea* apparebat sublatus, ad terminos *dictæ decis.45 sub num.3. vers. & quamuis coràm Eodem*; Quamobrèm ponderando etiàm, quod in tàm longæuo Causæ decursu nil desupèr pro parte Parochorum dictum, siuè oppositum fuerat, durum nimìs efficiebatur, quod in hodier-
20 na Audientia pòst effluxum integri sæculi, & vltrà, & quandò aliàs ex hoc ipso capite caliginosæ vetustatis desperata remaneret semita nedùm perficiendi, sed etiàm tentandi nouas probationes, serotinis hiscè exceptionibus aures forent præbendæ, præcipuè in conflictu tot *Decisionum*, quæ interìm emanarunt, & specificè plenariam eorumdem Testium legalitatem agnouerant, & approbauerant, quemadmodùm prætèr *dictam decis.45. coràm Martin. Andr.* conuincitur ex *dicta decis.182. ex num.25. vsquè ad 36. par.7.*, *d. decis.158. ex num.11. vsquè ad fin. par.10.*, *& in Decisione diei 9. Iunij 1692. §. In nihilo refragante, coràm bo. me. Benincasa* (*intèr eius impress. decis. 297. num.11.*)

Et ità, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

HÆC *Decisio* D. mei Ansaldi extat quoquè impressa (licèt absquè vllo *Summario*, & sub intitulatione minùs integra) apùd *Eman. Bagna Quaresma* Lusitanum pòst eius ass. *Thesaur. quotid. resol. par.3. decis.15.*

Occasionem subministrat aliquid addendi ad ornatum præsentis *Decisionis* verbum illud = *liberè*, de quo *num.11.*, vbi dicitur,
21 quod non excludit onera, aùt seruitutes legis; quod & vltrà ibi allegatos habetur apùd *Mier. de Maiorat. par.1. quæst.1. n.132., 135., & 143.*, *Mut. ad consuetud. Panorm. cap.44. n.4. & 5.*

Præmittendum igitùr priori loco est, quod dictio = *liberè* = vulgaritèr = *liberamente* = non sempèr vniformem habet signi-
22 ficatum, sed vt plurimùm recipit interpretationem iuxtà subiectam materiam, *Mier. dicta quæst.1. num.137.*, *Valasc. de Iur. emphyt. quæst.25. num.19. pòst med. vers. Quam interpretationem*, *Tondut. resol. Benef. cap.54. num.11. & 12.*, *Rot. coràm Seraphin. decis.576. num.4.*, *Millin. decis.3. num.7*, *Buratt. decis.168. num.23. in fin.*

In materia institutionis, aùt substitutio-
23 nis hæredis hoc verbum = *liberè* = excludit onus futuræ restitutionis, seù Fideicommissi, *Mans. consult.582. num.8.*, *Rot. intèr impress. ad ornatum Card. De Luca tom.1. lib.9. decis.40. num.16.*, *& in Mantiss. ad eumdem tom.3. lib.10. decis.67. num.10.*, *& in Reatina, seù Sabinen. Cauthælæ Angeli 2. Iulij 1718. §. Et quibus, coràm rec. mem. D. meo Ansaldo*, confirmata *6. Martij 1722. §. Verùm, coràm bo. me. Rouault de Gamaches.*

Aliquandò etiàm in alijs materijs indif-
24 ferentibus idem verbum = *liberè* = idipsum importat, acsì dictum fuisset = *sinè vllo onere, aùt grauamine*, teste *Surd. cons. 143. num.24.*, *Rot. dec.140. num.7. & 8. par.18. rec.*, *& coràm Card. Caprara decis.580. n.8.*

Aliquandò idem, acsì diceretur = *sinè*
25 *vlla seruitute*, vt videre est penès *Old. ad. cons.234. sub n.2. vers. Huius autèm*, *Surd. dicto cons.143. sub num.23. vers. Et dicit Oldrad.*, *Card. De Luca de Seruit. disc.60. num.5.*, *Rot. decis.503. num.1. coràm Merlin.*, *& dicta decis 140. num.16. par.18.*;

Et quandoquè in suis casibus idem signifi-
26 cat, ac = *sinè vlla solutione*, sicutì habetur apùd *gloss. marginal. in cap.1. verb. liberè, de Regular. in 6.*, *Alex. cons.96. num.2. lib.5.*, *Bero cons.89. num.6. vol.1.*, *Iacob. Æmilian. cons.6. n.3.*

Iuxtà paritèr subiectam materiam dictio
27 = *liberè* = æquipollet verbis = *arbitrio suo*, *Capyc. Galeot. lib.2. contr.10. num.42.*, vbi
28 etiàm subdit, quod idem importat, ac = *sinè impedimento, & contradictione*, & concordat *Rot. decis. 346. num.25. par.5. rec.*, *& coràm Lancetta decis.378. n.4.*; & ali-
29 quandò idem significat, ac = *absquè alicuius consensu*, vt liquet ex traditis per *Roland. cons.42. num.19. lib.1.*, *Mut. ad consuetud. Panorm. cap.32. num.16.*, *Faguan. in cap. Statuimus num.3. de Regularib.*, *Rot. coràm*

tàm Verall. decis.297. num.6. par.1., & coràm Reuerendiss. Crispo decis.341. n.13.

In materia Beneficiali, ac præcisè in pro-
30 posito iuris nominandi, præsentandi, aut conferendi, verbum = *liberè* = excludit obstaculum reseruationum Apostolicarum, *Gonzal. ad Regul. Cancell. gloss.53. num.25.* & pòst eum *Rot. in Monasterien. Canonicatus 19. Februarij 1714. §. Eamdem, coràm D. meo Ansaldo impress. apùd Piton. de controu. Patron. alleg.48. sub num.82.*

Promittens soluere aliquam summam =
31 *liberamente* = censetur per hunc loquendi modum renunciasse cuilibet exceptioni, *Rot. coràm Lancetta decis.606. num.2., & in Romana Pecuniaria 11. Ianuarij 1723. §. Dubitari, coràm Foscaro.* Alia plura supèr si-
32 gnificatu, & interpretatione huius verbi = *liberè* = videri possunt apùd *Hieron. Grat. dict.116., Barbos. dict.190., Altograd. cons.8. num.14. lib.1., Menoch. de arbitr. Iudic. lib.1. quæst.7. num.34. & seqq., Gonzal. ad Regul.8. Cancell. gloss.45. ex num.10. ad 17., & dicta gloss.53. ex num.2. ad 28., Caluin. lexic. Iur. verb. liberè, Petr. Enriquez pòst eius consilia opusc.2. litt.L., Rot. Lucen. apùd Palm. Nep. decis.133. num.18. lib.2., D. Aduoc. Vrsaya discept. Eccles. tom.2. par.1. discept.26. num.41. cum duob. seqq., & tom.4. par.1. discept.10. num.11., & 12., Rot. coram Merlin. decis.503. n.1., Dunozett. iun. decis.142. num.25., Cels. decis.263. n.4., in Giennen. Iuris mutandi 21. Februarij 1698. §. Eò autèm libentiùs cum seq. coràm Vrsino, & 20. Februarij 1699. §. Verùm, coràm D. meo Ansaldo,* quæ est *la 76. num.9., & 10. tom.1., in Romana Cambiorum 11. Maij eiusdem anni §. Rursùs, coràm dell'Olmo, & in Romana Trebellianicæ 10. Iunij 1712. §. Addito demùm, coràm præfato b. m. Ansaldo.*

A. Lupardus.

VENETA, SEV ANCONITANA PECVNIARIA.

Ven. 18. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Contrapositio partitarum debiti, & crediti intèr Mercatores licèt regularitèr importet compensationem, & solutionem, attamèn quandoquè censetur facta pro simplici regulatione scripturæ, itàut ex ea non inducatur effectiua extinctio debiti. Iudicium, seù attestatio Mercatorum in his, quæ concernunt eorum stylum, & praxim, quandò attendatur, necnè apùd Iudices, & Tribunalia. Reliqua videri possunt in *Summario.*

SVMMARIVM.

1 *Factum sempèr est tutius pro defensione, & victoria Causarum, quàm motiua Iuris.*
2 *Præponens remanet obligatus pro facto sui Institoris.*
3 *Fideicommissum à Debitore ordinatum supèr suis Bonis non nocet eius Creditoribus.*
4 *Epistolæ aduersùs scribentem plenè probant.*
5 *Mercatoribus testantibus de his, quæ concernunt praxim Mercaturæ, plurimùm deferri solet à Iudicibus, & Tribunalibus.*
Declara, vt num.9.
6 *Fideiussio expirat per quamlibet alterationem contractus secutam intèr Debitorem, & Creditorem.*
Et signantèr si alteratio sequatur ratione temporis, ibid.
Declara, vt n.12.
7 *Solutione eius, quod debetur, tollitur obligatio.*
8 *Contrapositio partitarum non sempèr importat solutionem, sed vt plurimùm simplicem regulationem scripturæ.*
10 *Relatio Periti iudicialitèr electi præfertur contrarijs relationibus aliorum Peritorum extraiudicialitèr confectis.*
11 *Testes formitèr examinati præferuntur contrarijs Testibus extraiudicialitèr deponentibus.*
12 *Fideiussio præstita in contractu Cambij (deficiente aliqua dictione taxatiua) non restringitur ad primas Nundinas, sed durat vsquè ad effectiuam sortis restitutionem.*
13 *Actio* negociorum gestorum, *seù* de in rem verso *competit soluenti debitum alienum.*
14 *Creditor agere potest contrà debitorem sui debitoris, & ab eo satisfactionem consequi.*
15 *Recusans exhibere scripturas, quæ apùd eum existunt, præsumitur malam causam fouere, quodquè illæ contrà se faciant.*
Ac propterea faciliùs cogi potest ad illas exhibendum dato desupèr particulari Dubio, num.16.
17 *Mercatores tenentur conseruare apùd se proprios Libros per aliquod rationabile tempus ad publicam vtilitatem, ac necessitatem.*
18 *Liber* magister, *alijque retineri soliti per Mercatores, contrà ipsos plenè probant.*
19 *Existentia scripturarum penès pulsatum ad illas exhibendum quandò reddatur probabilis, ac verisimilis.*
20 *Contrapositio partitarum crediti, & debiti regularitèr importat compensationem, solutionem, & debiti extinctionem.*

DECISIO CLVII.

DVlcis amor Patriæ acrioribus stimulis animum exagitans D. Dominici de Minellis præsentis in Curia, & excelso Ordini

dini Patritiorum Serenifs. Reipublicæ Venetiarum adscripti, eumdem impulit, vt in pluribus *coràm Me* priuatis Audientijs iugitèr insisteret prò reportanda relatione Periti, quam *Domini* exoptauerant ad re-
1 soluendam ex abundanti, si fieri posset, ex nudo facto (quod sempèr tutius est, vt inquit *Card. De Luca lib.4. de Emphyt. disc.2. num.3.*) celebrem hanc altercationem; Vndè tandèm congruè aduentâ, & sub hodierna die dispunctâ huiusmodi Peritiâ, visum est omnibus *Dominis* hodiè in hac Causa respondentibus, denegari non posse persistentiam *in decisis* pro summa sc.30779.66., remissa reliqua quantitate sc.14920.58. alteri particulari discussioni.

Coustitit enim ex ipsius Periti testimonio, quod debitum effectiuum contractum cum fratribus de Minellis in vita Ioannis Petri, qui propriæ Mensæ Nummulariæ præposuerat Iosephum Mariam, indubitantèr ascendebat ad scuta.27715.69., quibus adijciendo fructus Cambiales, siuè prouisiones Campsorias in summa scutorum 3063.97., in totum (vt præmisimus) conflabant quantitatem scut.30779.66.; ideòque remanebat ex hoc facto incontrouertibile, quod fratres de Nèmbrinis neque prætextu minoris ætatis, neque sub palliamento fideicommissi per eundem Ioannem Petrum ad eorum fauorem ordinati poterant vllo modo excutere à se iugum, & obligationem soluendi: Cùm enim minimè ageretur de molestando præfatos Nembrinos in Personis, Bonisuè proprijs, sed restrictiuè ad Bona Ioannis Petri Patris, is procùl dubio,
2 tanquàm præponens, efficacitèr remanserat obstrictus ex facto sui Institoris, siuè præpositi, ad *Text. in leg. 1. §. Non autèm pòst med., ff. de exercit. act., leg. Si Institorem, ff. si cert. pet., & in §. Eadem ratione in fin., Instit. quod cum eo;* & respectiuè neutiquàm valuit per ordinationem fideicom-
3 missi Creditores eludere, horum siquidèm respectu Bona sunt, seù reputantur libera, vt prætèr adductos in præterita mea *Decisione diei 9. Maij 1698. §. Et idcircò (dec.43. num.20. tom.1.)* dictum quoquè fuit in *Æsina Census 15. Ianuarij 1691. §. Validitas, coràm bo. me. Benincasa* (intèr suas *dec.247. num.2.*) *& in Monopolitana Saluiani 11. Decembris 1693. §. Neque demùm, & §. fin., coràm Reuerendifs. Manuel Episcopo Zamoren.*

Sentientes Rei conuenti duritiem relationis, toti nitebantur in exageranda extinctione, saltèm in summa scut.16635.18. pro Tractis (vt ipsi opinabantur) impletis ad instantiam illorum de Minellis pòst obitum Io: Petri tàm per memoratum Iosephū Mariam Negocium continuantem sub eodem Io. Petri nomine, quàm per Io. Matthæum de Alexandris, etiàm ex eorum propria confessione emissa contemporaneè in nonullis Epistolis, vt ibi = *Si sono estinti = Hà hauuto debito fine = Ci siamo riualsi &c.*; Maximè iuncta attestatione insignium Mercatorum oculis *Dominorum* subiecta, hi etenim recensebant, quod in his circumstantijs debitum Cambiorum antecedens apùd practicos Campsores, & iuxtà vsum Platearum reputatur extinctum, adeòut etiàm quandò in rei veritate similes Tractæ non forent effectiuè impletæ, nihilominùs ex hoc solo oriatur nouum creditum, firma sempèr remanente extinctione antecedentis: Quamobrèm vèl attenta præmissa con-
4 fessione resultante ab Epistolis, quæ probant contrà scribentem, non erat ampliùs ambigendum de satisfactione debiti pro huiusmodi rata contracti in vita Io. Petri; vèl
5 debebat exuberare practicorum Mercatorum iudicium, cui plerumquè Tribunal nostrum deferre consueuit, iuxtà notata in terminis primæ propositionis per *Iaf. in leg. admonendi num. 133. ff. de Iureiur., Bellon. seu. cons. 26. num. 7., Gen. de script. priuat. lib.3. tit. de Epist. num.59., Gratian. decis. March. 156. num.1., Rot. decis. 282. num.1. par.9., decis.191. num.8. par. 12., & decis.170. num.1. par.15. rec.*, & in proposito secundæ *Rot. coràm Gregor. dec.126. num.1., & coràm Buratt. decis.419. num.6., & in rec. decis.154. num.13. par.7., & in Romana Mercium 14. Martij 1689. §. Quià obiectum in fin. cor. clar. mem. Card. Caccia, & in Romana litterarum Cambij 13. Maij 1697. §. Quandoquidèm, cor. R. P. D. meo dell'Olmo.*

Quoverò ad residualia scuta 12. mil. circitèr prouenientia ex Cambio Marcarum 8100., & insimùl integrantia prænominatam sortem scutorum 27715. 69., fatebantur quidèm Nembrini, nullam fuisse secutam extinctionem per viam actualis solutionis, sed adhùc illam emergere superabundè per dispositionem Iuris, stante quod huiuscemodi partita promanabat ex fideiussione ad commodum cuiusdam Matricij Hæbrei suscepta per Io. Petrum; Sed cùm eadem fideiussio coarctaretur ad proximè subsequendas Nundinas Paschales, imputare sibi debebant Minellij, quarè postmo-
6 dùm, defuncto Io. Petro, Cambium protraxerint ad Nundinas Augusti, aliasque vlteriores, sat enìm erat ad effectum extinguendi fideiussoriam obligationem, quod illa in minimo reperiretur alterata, & signantèr ratione temporis, vt præcisè intèr cœteras circumstantias, siuè alterationes eradicatiuas fideiussoriæ mancipationis sinè contradictore considerabant *Menoch. consil.246. num. 4. & seqq., Mar. Antonin. var. resol. lib.3. resol.30. num.5., Caren. resol.90. num.16. & seq., Episc. Rocca select. disput. Iur. cap.120. num.40., Mastrill. decis.135. n.35. & seqq.* Ve-

Verùm, his omnibus parùm refragantibus, Domini pro vniuersa hac quantitate, concordibus suffragijs, non esse à decisis abeundum reputarunt; In primis quippè quoàd antecedens caput extinctionis palpatum fuit, quod præfatæ Tractæ per Minellios directæ Rationi Io. Petri pòst eius obitum, ac etiàm præcitato Io. Matthæo de Alexandris, adamussìm practicabantur etiàm per anteà in vita ipsius Io. Petri, absquè eo, quod vlla imaginabilis sequeretur positiua solutio etiàm in obulo: Quamobrèm si idipsum gestum quoquè fuit pòst occasum Ioannis Petri, nequit exindè ad actualem solutionem inferri, non enim iustificatum fuit, quod memoratæ Tractæ (prout gratis impingebatur) fuerint cum pecunia effectiuè impletæ, quià aliàs procùl dubio interuersum remansisset omne creditum in radice, nèc opportuisset inquirere, quænàm Cambia essent contracta in vita Io: Petri, vèl posteà, ad Text. innotescentem etiàm Tyronibus in §.1. Instit. quibus mod. toll. oblig.

7

Licèt enim Nembrini ad id iustificandum exhiberent receputas factas ab ijs, quorum adiectione, vèl intuitu cantabant tractæ illorum de Minellis, necnòn suprà enunciatas litteras conscriptas per eosdem Minellos, quæ videbantur præseferre confessionem solutionis; attamen quià incontinenti creabatur nouum debitum per nouas tractas suprà Minellos cum superadditione accessionum, seù fructuum, (vti liquebat, quià sempèr nouæ contextuales Tractæ superexcedebant vetus Cambium, seù debitum,) eccè quod nulla in effectu intercedebat solutio, ast erat pura giratio, & regiratio pecuniarum, vt possent Cambia cum suis accessionibus legitimari, quemadmodum in proposito contrapositionis partitarum, quæ hoc ipsum adamussìm pro recta scripturatione exprimunt, responsum fuit in dicta Decisione diei 9. Maij 1698. ex §. De contrapositione, & seq. coràm Me (dicta decis. 43. num. 22., & sub num. 23. §. Et sanè.)

8

Ijsque circumstantijs, & signantèr solito ad vnguem practicato in vita Io: Petri per speculum veritatis opportunè rimatis, facilè erat declinare attestationem, siuè iudicium Mercatorum, quorum etsì Peritia veniat peculiaritèr in suis casibus æstimanda, ex suprà ponderatis in §. Sentientes, & priùs in præcedenti Decisione, quæ confirmatur, dict. §. De contrapositione; Nihilominùs hoc intelligitur, quotiès agatur de voto per Campsores attributo in aliqua materia cœteroquin inuoluta, ac minimè repugnante iuridicis sanctionibus sub specificatione singularum circumstantiarum, quod sanè non erat ad præsens, ex his, quæ lato Calamo pro veritate annotaueràm in Tract. de Commerc., & Mercat. in nouissimo Disc. Generali ex num. 45. cum seqq., quod & approbare dignata est Rot. in Romana Concursus, seù Dotium 16. Iunij 1698. §. Secunda verò in fin., coràm R. P. D. meo dell'Olmo.

9

Firmiùs verò, quoniàm Peritus in hac Causa iudicialitèr electus, & ab vtraque Parte laudatus, ac de cœtero notoriæ integritatis, & intelligentiæ, ideòque actu deseruiens Cameræ Pontificiæ in munere generalis Ratiocinatoris, hoc ipsum (Partibus pluriès ad satietatem auditis, pluriesque reuolutis Codicibus Nummulariæ Rationis, necnòn Epistolis, alijsque documentis) ità de stylo propriè, & verè Mercantili in hoc præciso casu sentijt, ac retulit Sacro Tribunali: vndè non poterat non anteferri Peritus iudicialis, & vtrinquè approbatus in actu, vt dicunt Dialectici, signato, illis Campsoribus, qui extraiudicialitèr, ac genericè, seù quodammodò in actu exercito deponebant; ad instàr Testium iudicialium, seù formitèr examinatorum, quorum depositiones sempèr anteponuntur testificationibus extraiudicialibus, & ad requisitionem alterius dumtaxàt ex Partibus exaratis, teste Rot. coràm Bich. decis. 580. num. 14., & coràm Priol. decis. 272. num. 10. & 11., & in recent. decis. 333. n. 9. par. 19.

10

11

Circà autèm alterum, siuè secundum caput prætensæ extinctionis in ordine ad debitum Cambij Marcarum 8100., quod procùl dubio viuens contraxerat Ioannes Petrus sub nomine Matricij Hebræi, sicuti resultabat ex clara Apoca obligatoria, in qua idem Io: Petrus sese declarauerat debitorem ergà Minellos, tàm nomine proprio, quàm nomine prædicti Matricij, Summario concordato Num. 25. in nihilo obstabat, quod esset arctatum ad Nundinas Paschales: Quià vis non stat in Nundinis, sed in receptione pecuniarum, ac fideiussoria obligatione passiuè suscepta; cùm enim Matricius in prædictis Nundinis Paschalibus defecisset in reintegratione illorum de Minellis, obligatio, & debitum tàm Matricij, quàm Io: Petri perdurabat vsquè ad integralem satisfactionem: prædicta quippè fideiussio non erat per aliquam dictionem taxatiuam restricta ad ferias Paschales, sed erat pedissequa Cambij contracti (iuxtà praxim) ad primas Nundinas, & suaptè Mercatoriâ naturâ durabilis, ac protrahibilis, alia restrictione non accedente, vsquè ad omnimodam refusionem acceptarum pecuniarum, ex animaduersis per Dec. cons. 562. num. 1. & 2., Spad. consil. 267. num. 20. lib. 2., Rot. decis. 57. num. 1. & per tot. coram Dunozett. sen., in Bononien. Quaderna 22. Iunij 1611. paritèr per tot. coràm

12

ràm Lancellotto iun., *& in Camerinen. Pecuniaria* 12. *Maij* 1679. *§. Sed alijs*, *coràm clar. mem. Card. Taya*.

Atquè hæc, introeundo viscera exceptionum, exuberabant ad illarum euersionem, & respectiuè persistentiam *in decisis*; Verùm adiecêre *Domini* (in hoc etiàm vnanimes) aliud capitale, ac inspectâ substantiâ negocij superabundans fundamentum, videlicet, quod esto etiàm milliès, vt prædefuncto Io: Petro, illius debitum in supradicta inconuertibili quantitate pòst eius mortem extitisset penitùs euulsum & extinctum, & quis illud diuellerat, & extinxerat, nisi ipsa noua Ratio, vt prætenditur, instituta per Iosephum Mariam sub primæuo nomine Io: Petri? Quapropter sicuti idem Ioseph Maria, seù præten-
13 sa noua Ratio habuisset vtilem actionem negociorum gestorum, seù de in rem verso contrà antiquam Rationem, & Bona hæreditaria Io: Petri, ad normam *Text. in leg.* 2. *& tot. tit. ff. de negoc. gest.*, *& in leg.* 3. *§. Si sic accepit, ff. de in rem verso*: Ità, quantumuìs per modum supererogationis, palpapatur, ex eodem capite sempèr, affe-
14 cta remansisse prædicta Bona hæreditaria Ioannis Petri fauore illorum de Minellis, qui erant indubij Creditores indubiæ Creditricis ipsius Ioannis Petri, ex collectis per *Rot. decis.* 106. *num.* 9. *pòst Merlin. de pignor.*, *& decis.* 729. *num.* 11. *coràm Dunoz. Iun.*, *& in rec. decis.* 76. *n.* 23. *par.* 17., *& in Romana Pecuniaria* 27. *Iunij* 1695. *§. Validum quippè*, *&* 5. *Decembris* 1696. *§. Iteràm enim*, *coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr eius modò impressas *decis.* 395., *& decis.* 471. vtrobiquè *num.* 1.)

Transeundo nùnc ad residualem partitam debiti in quantitate sc. 14920. 58., *Domini* desupèr nihil firmare voluerunt, accuratiorem indagationem reponentes alteri particulari trutinationi; quià Peritus pro hac summa exponebat, nequiuisse ex sibi non facta, seù denegata exhibitione Libri, qui dicitur *Copia lettere*, rectiùs introspicere, vtrùm præcitata quantitas proueniret ab eadem radice veterum Cambiorum contractorum in vita Ioannis Petri, siuè potiùs profluxeret ab aliquo nouo contractu celebrato per Iosephum Mariam; Vndè ex vna parte, ob solitam *Tribunalis* indulgentiam, differentes resolutionem, ex altera tamèn parati quodammodò erant ad condemnandos Nembrinos, tanquàm peràm detrectantes exhibere prædictum Li-
15 brum *Copia lettere*, ob illam in hac ambiguitate præsumptionem inconcussè militantem aduersùs eos, qui documenta ad Causam facientia in præiudicium innocentis Actoris exhibere reluctant, vti liquet ex *Gargiar. cons.* 32. *num.* 20., *& seqq. lib.* 2., *Card. De Luca de Iudic. disc.* 28. *num.* 28., *Censal. decis. Lucen.* 13. *num.* 14., *Rot. decis.* 178. *num.* 6., *& decis.* 345. *n.* 26. *par.* 15., *& decis.* 312. *num.* 13. *par.* 18. *rec.*, *in Romana Societatis* 10. *Martij* 1687. *§. Altera autèm*, *coràm bo. mem. Rondinino*, *& in Romana Pecuniaria supèr exhibitione* 21. *Iunij* 1694. *§. Clariùs*, *& §. Sextum tandèm*, confirmata 31. *Ianuarij* 1695. *§. Deniquè*, *&* 2. *Iunij* 1698. *§. Sanè*, *coràm R. P. D. meo Muto*

Consecutiuè igitùr Mihi ijdem *Domini* iniunxêre, vt pro dirimenda dumtaxàt hac in suspenso relicta partita sc. 14920. 58. (non enim Liber quidquam commune habebat cum præfato superiori credito scutorum 30779. 66.) grauitèr admonerem D. Abbatem de Nembrinis, vt quantò citiùs panderet Librum, & subijceret Perito, quià
16 aliàs Mihi demandassent subscriptionem Dubij: *An Liber hic foret exhibendus*, pròut disceptatum fuit in *decis.* 348. *num.* 2. *& seqq. par.* 1. *recent.*, quæ in specie loquitur de exhibitione Libri *Copia lettere*, & generalitèr in mòx citata *Romana Pecuniaria supèr exhibitione* 21. *Iunij* 1694., 31. *Ianuarij* 1695., *&* 2. *Iunij* 1698. *coram præfato R. P. D. meo Muto*: Obuersabatur etenim animis *Dominorum*, quod huiusccmodi Liber *Copia lettere* anni 1682. existeret penès ipsos Nembrinos, ac iniustè occultaretur, dùm Iuris, & moris est, vt Libri Merca-
17 torum existant apùd ipsos, vèl eorum hæredes, qui eos ad publicam vtilitatem, ac necessitatem per commodum, ac rationabile spatium asseruare tenentur, ex prænotatis per *Armenzan. decis. Ianuen.* 67. *ex num.* 5. *cum plur. seqq.*, & signantèr *num.* 8. *&* 9., *&* 11., *Rot. decis.* 531. *num.* 6. *in fin.*, *& decis.* 555. *num.* 3. *cum duob. seqq. coràm Dunoz. iun.*, *& decis.* 224. *num.* 13. *&* 14. *coràm Bich.*, *& decis.* 105. *num.* 2. *&* 3. *par.* 18. *rec.*, & in præallegata *Romana Societatis* 10. *Martij* 1687. *§. fin.*, *coràm bo. me. Rondinino*.

Et quidèm in nihilo obsistere videbatur fratrum Reorum excusatio, quod Ioseph Maria Libros secum asportasset occasione abscessùs ab Ecclesiastica Ditione; Si etenìm hæc excusatio subsisteret, rationabiliùs
18 fuissent asportati Libri maiores, nempè *Libro Mastro*, *Libro di Cassa*, cum similibus, ac de quibus habetur in *dicto Tract. de Commerc. & Mercat. Disc. Gener. ex num.* 153. *cum seqq.*; in illis quippè continentur certò certiùs inscriptiones, & confessiones magis importantes, quænè sempèr probant contrà Scribentem, secundùm congesta per *Rot. decis.* 222. *num.* 1. *coràm Dunoz. sen.*, *& in rec. decis.* 376. *n.* 12. *par.* 14., *decis.* 131. *num.* 6. *&* 7. *par.* 15., *decis.* 89. *num.* 1. *cum* 2. *seqq.*

seqq. par.18., *& in Romana Pecuniaria 23. Ianuarij 1692. §. Et quoad secundam, coràm R. P. D. meo Pio.*

Concurrentibus præcipuè prævalidis coniecturis, immò probationibus, quod hic Liber *Copia lettere* penès eosdem Fratres de Nembrinis permaneret: quià, vltrà prædictam inuerisimilitudinem, & respectiuè obligationem conseruandi Libros Tabulæ Campsoriæ, conuincebatur in facto, quod ijdem Fratres in alia Causa in Auditorio
19 nostro exagitata cum Francisca Vodopichia, & Petro Reppio, exhibuerant *coràm R. P. D. meo Muto* plures Libros veteris Rationis Ioannis Petri eorum Patris, ac intèr hos signantèr geminos *di Copia lettere*, incipientes nimirùm à die 17. Augusti 1680. vsquè ad 18. Maij 1681., hodierno *Summ.* Actorum *Num.4.3* quodquè plus est, in hac ipsissima Causa protulerunt copias plurium litterarum formitèr extractarum ex hiscè controuersis Libris *Copia lettere* non solùm prædicti anni 1681., verùm etiàm (vt erat in quæstione) anni 1682., *dicto Summario Num.3.* squamobrèm, omnibus insimùl iunctis, imperceptibile videbatur, quomodò hi Libri *Copia lettere* potuissent auolare, dùm iàm ipsorum duos anni 1680., & 1681. coràm *R. P. D. meo Muto* actu protulerant, & ab alio, vèl alijs anni 1682. fratres Rei conuenti copiam, seù commoditatem habuerant copias extrahendi, pròut ponderata consimili probabilitate, ac perstringenti verisimilitudine, immò probatione, dictum fuit in præallegata *Romana Pecuniaria supèr exhibitione 21. Iunij 1694. §. Vindicata, & 2. Iunij 1698. §. Agnoscunt, & seq. coràm R. P. D. meo Muto.*

Et ità, præcisiuè à reliquis fundamentis *præteritæ Decisionis diei 9. Maij 1698. coràm Me* à pluribus ex *Dominis* solidè in hodierna quoquè Audientia approbatis, pro nùnc concorditèr, & citrà fluctuationem resolutum fuit, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

PArtita scutorum 14920., quam *Rota* in suspenso reliquit in præsenti *Decisione*, vt patet ex *§. Transeundo*, remansit paritèr indecisa in subsequenti propositione huius Causæ habita die 17. *Iunij 1701. coràm bo. me. dell'Olmo*, cui extiterat commissa in gradu vlterioris appellationis interpositæ per fratres de Nembrinis aduersùs meum Iudicatum confirmatorium Mandati in maiori summa ab A. C. relaxati contrà eosdem fratres succumbentes, cuius executionem decreuerat Tribunal pro rata scutorum 30779. 66. in geminis meis *Decisionibus* in hac parte approbatis mediante rescripto = *procedendum esse ad legitimam* = in præcitata audientia diei 17. *Iunij* 1701., vt pandit *Decisio* sub eadem die publicata à præfato meo prædefuncto Collega.

Quidquid ex peculiaribus facti circumstantijs dictum fuerit in præinserta mea *Decisione* sub *§. Licèt enim*, & in præcedenti *decis.43. num.22. tom.1.* (quæ hìc confirmatur,) nimirùm quod contrapositio partitarum non sempèr importat solutionem, seù extinctionem debiti, sed quandoquè simplicem regulationem scripturæ, de cœterò regula est in contrarium, videlicèt quod ex
20 contrapositione partitarum crediti, & debiti intèr Mercatores inducatur compensatio, & solutio, ac totalis, & respectiuè partialis extinctio debiti, vt prætèr alleg. in *cit. decis.43. num.4.*, & priùs *in meo tract. de Commerc., & Mercat. disc.12. num.18.* dixit quoquè *Rot. coràm Otthobon. decis.55. num.2., & in recent. decis.657. num.4. & 8. par.19. tom.2., in Romana redditionis rationis 10. Februarij 1716. §. Quamquàm verò, coràm R. P. D. meo Falconerio* (nùnc intèr suas *tom.3. tit. de solut. decis.17. num.5.*) *& in Romana Pecuniaria, seù reintegrationis 23. Ianuarij 1719. §. Quemadmodùm, coràm R. P. D. meo Corio.*

FERRARIEN. BONORVM SVPER EXCESSV.

Lunæ 21. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Ex triplici capite prætendebatur in hac Causa, quod excessiua foret possessio nonnullorum Bonorum capta à victore in sequelam rei iudicatæ, quam is supèr Immissione præcedentèr obtinuerat per tres Sententias conformes canonizatas à Signatura Iustitiæ cum Clausula præseruatiua executionis: Sed *Rota* examinando singillatìm prædicta tria capita, & comperto, quod nullum ex eis imaginabilitèr in facto subsisteret, ad Dubium desupèr propositum, nempè = *An constaret de ass. excessibus*, negatiuum prorsùs præbuit oraculum.

SVMMARIVM.

1 *Præseruatio adiecta in Sententia sub aliquo præsupposito, eo cessante, vèl aliàs non verificato euanescit.*
2 *Pluralitas Instrumentorum, & contractuum non præsumitur.*
3 *Exceptio* = Frustrà petis, quod statìm restituturus es = *non admittitur in Iudicio spolij, sed illud omninò purgari debet.*

Limita, si de non iure spoliati illicò constaret vèl per eius confessionem, aùt per publicum Instrumentum, vèl per rem iudicatam, num.4.

Quidquid secùs sit, vbì non ius spoliati esset aliqualitèr dubium, aùt disputabile, n.5.

6 *Excessus in executione non præsumitur, nisì ab allegante plenè, & concludenter probetur.*

7 *Mappa, seù Planta iudicialitèr confecta plenam facit probationem.*

Immò cuncta alia probationum genera præcellit, n.14.

Et quandò est intèr Partes concordata firmat statum indubitabilem, n.15.

8 *Diuersitas qualitatis excludit identitatem Bonorum.*

9 *Expressio confinium includit omnia, quæ intrà illorum ambitum continentur.*

10 *Hæres nequit impugnare confessionem sui Authoris.*

11 *Diuisio non præsumitur effectuata ex eo solùm, quod fuerit per Partes deuentum ad actus, qui solent illam præcedere.*

12 *Exceptio de iure Tertij non est allegabilis ab Actore, sed dumtaxàt à Reo conuento pro retundenda ipsius agentis intentione.*

13 *Exceptio* = frustrà petis, quod intùs habes, *obstat Reo conuento, quotiès Actorem repellere prætendit ex capite retentionis.*

16 *Mappa, seù Planta ad hoc, vt probet in Iudicio, requiritur decretum Iudicis, citatio Partis, & alia, de quibus hìc* remissiuè.

Aliàs his deficientibus habetur pro extraiudiciali, nullamque facit probationem, num.17.

Sed respectu citationis Partis declara, vt num.18.

19 *Planta etiàm iudicialis debet produci in Actis, alias non attenditur.*

20 *Planta etiàm ser. ser. confecta in Causa diuersa, seù intèr alias personas, non probat contrà Tertium in eo Iudicio non citatum.*

21 *Testes deponentes contrarium eius, quod resultat ex inspectione Plantæ iudicialis, nihil probant.*

Immò præsumuntur de falso suspecti, n.22.

Limita, si vltrà Testes concurreret etiàm ocularis recognitio erroris Plantæ in actu peculiaris accessus ad locum differentiæ, num.23.

24 *In concursu duplicis Plantæ hinc indè per Collitigantes exhibitæ cui sit standum.*

25 *Index subdelegatus pro confectione Plantæ in materia Confinium potest etiàm absquè speciali commissione examinare Testes in faciem Loci.*

DECISIO CLVIII.

POssessionem nonnullorum Bonorum de directo dominio Mensæ Episcopalis Ferrarien. adeptam per Renatum, & alios de Brasaulis in vim rei iudicatæ promanantis à tribus Sententijs, quarum duæ pronunciatæ fuerant in Curia Legationis, tertia verò in Tribunali nostro *coràm bo. mem. Vrsino*, multifariàm de excessu redarguere satagebat Comitissa Constantia Maluetia de Montecatinis. Verùm pòst iteratam Causæ propositionem non constare de vllo imaginabili excessu *Domini* responderunt.

Perperàm namquè priori loco allegabatur excessus, eo quià Brasauli in adipiscenda possessione Prædij *del Gorgo* non separauerint quinquaginta Perticas propè circumdarium Bonificationis, quæ legebantur præseruatæ fauore Bonificatoris in secunda Sententia Eminentiss. Imperialis: Siquidèm cùm huiusmodi præseruatio adiecta nosceretur relatiuè ad Capitulationes initas occasione generalis Bonificationis intèr ipsum Bonificatorem, & Reu. Cameram Apostolicam, hinc cùm ex Instrumento earumdem Capitulationum hodiè originalitèr exhibito compertum fuerit, quod Transigentes successiuè mutuò consensu aboleuerant illud capitulum, quod loquebatur de præseruatione nonnullarum Perticarum ad commodum Bonificatoris, de
1 plano sequebatur, quod præseruatio adiecta in Sententia prædicti Eminentiss. Iudicis sub præsupposito, quod hactenus vigerent prænominatæ Capitulationes, eodem præsupposito cessante euanesceret, ac per consequens possessio capta de integro Prædio, nullo prorsùs laboraret excessu, ad regulam *Text. in leg. Mancipia, cum ibì not. communitèr per DD., C. de Seru. fugit.* de qua *modern. Argentan. collect.50. n.103. lib.1., Rot. coram Buratt. decis.52. num.4., & coràm Zarat. decis.53. sub num.37. vers. vltrà quod.*

Non releuante responsione, quod præcitatum capitulum, à quo Transigentes recesserant, disponat, siuè loquatur de maiori numero Perticarum, nempè 150., ideòque Sententia Eminentiss. Imperialis præseruans tantummodò Perticas 50. nequeat referri ad idem capitulum, sed ad aliam fortè conuentionem medio, vèl successiuo tempore stabilitam intèr Reu. Cameram, & Bonificatorem: Dùm enim perspecto integro contextu Capitulationum nullum aliud adinuenitur capitulum huiusmodi præseruationem decernens, nisì quintum in ordine, quod cantat (vt præmisimus) de 150. Perticis, sufficit ad saluandum excessum probabilitas, siuè possibilitas

bilitas, quod transcriptor Sententiæ, loco exprimendi 150. Perticas, erroneè exarauerit dumtaxàt 50., saltèm donèc, & quousquè per Comitissam doceatur de diuerso capitulo, nouaque conuentione minorem
2 Perticarum numerum amplectente, cùm de cœtero pluralitas Instrumentorum, & contractuum non præsumatur, *Venturin. cons. 1. num. 330., Nicol. Catan. decis. 3. n. 94., Rot. decis. 263. num. 13. par. 19., & in Melphicten. Cappellaniæ die 7. currentis mensis §. Haùd subsistente, coràm Me* (suprà *dec. 151. num. 7.*)

Minùsque suffragante, quod quotiescumquè Sententia prædicti Cardinalis per Brasaulos acceptata, & in Auditorio nostro confirmata, præseferebat exceptuationem dictarum 50. Perticarum, non licuerit Brasaulis transgredi proprio marte limites ipsius Sententiæ, sed opus esset ad Rotam recurrere pro reformatione, siuè cassatione memoratæ præseruationis: Quoniàm, admissa etiàm inductione, & consequentia huiuscè subalternæ obiectionis, nimirùm, quod ex hoc capite possessio capta per Brasaulos quòad easdem 50. Perticas censeri posset de toto rigore Iuris spoliatiua, adhùc cùm ex prælaudato publico Instrumento Capitulationum hic, & nùnc cubitalitèr, & apertissimè constet de non iure Comitissæ, nulla profectò eidem concedenda erat reintegra-
3 tio; quamuis enim in Iudicio spolij regularitèr non admittatur exceptio = *frustrà petis, quod statim es restituturus*, sed antè omnia spolium ipsum veniat purgandum, vt ait *Cyriac. controu. 389. num. 16., Rot. coràm Royas decis. 177. num. 12. in fin., & in Viterbien. Prædij 7. Maij 1683. §. Constito, in fin., coràm bo. me. Guaxardo*.

Nihilominùs quandò inuincibilitèr palpatur, seù constat de non iure spoliati per illam priuilegiatam, & superlatiuam spe-
4 ciem probationis, quæ resultat vèl ex confessione iudiciali eiusdem spoliati, vèl per rem iudicatam, siuè (vt ad præsens) per publicum Instrumentum, eo sanè casu, æquitate ità suggerente, & ad euitandos inutiles circuitus, *Tribunalia*, & *Doctores* à præmissa regula, rigore, & praxi passìm recedere consueuerunt, quidquid secùs decernendum esset in casu aliqualitèr dubio,
5 vèl quoquo modo disputabili supèr ipso non iure spoliati, quemadmodùm videre est apùd *Card. De Luca de Regal. disc. 171. num. 13., Rot. coràm Merlin. decis. 687. n. 17., & coràm Dunoz. iun. decis. 423. num. 11., & in rec. par. 10. decis. 73. num. 29. & 30., & in Augustana Iurispatronatus supèr reintegratione 17. Februarij 1698. §. Nèc in contrarium cum seq. coràm R. P. D. meo dell' Olmo*.

Eiusdem insubsistentiæ apparuit secundus excessus elicitus ex possessione capta per Brasaulos integri Prædij nuncupati *Fetta Inuestitura*, quandò in prælaudata Sententia Eminentiss. Legati decernebatur immissio pro ea tantùm parte, quæ in diuisione inita pòst generalem bonificationem intèr Bonificatorem, & interessatos eisdem interessatis obuenisset, *firma, ac illæsa manente alia parte fauore Bonificatoris*, sunt verba eiusdem Sententiæ registratæ in *Summario* Comitissæ distributo sub die 17. Maij proximè præteriti *num. 1. in fin.*

Vltrà enìm, quod exceptio hæc, quemadmodùm & antecedens, pertinere potiùs videretur ad Montistas Montis Bentiuoli, siuè Creditores Marchionis Entij Bonificatoris; Adhùc pro omnimoda euersione huius prætensi excessus animaduertebant *Domini*, quod ex parte Comitissæ nullus dabatur fumus, quod in possessione adepta per Brasaulos de prænominato Prædio *Fetta Inuestitura*, vlla, vèl minima gleba compræhendatur, quæ obuenerit in portionem Bonificatoris, quandò tamèn incumberet
6 eidem Comitissæ id explicitè iustificare; allegans quippè excessum, nusquàm de Iure præsumibilem, arctatur illum plenè, & concludentissimè demonstrare, ad notata per *Add. ad Buratt. decis. 368. num. 10., Rot. decis. 157. num. 14., & decis. 552. n. 15. coràm Bich., decis. 189. num. 1., & decis. 388. num. 10. coràm Card. Cerro, & decis. 412. n. 10. par. 19. rec.*

Quinimò ex parte illorum de Brasaulis limpidissimè docebatur oppositum per diuisionem secutam intèr Bonificatorem, & interessatos: in ea namquè pòst factas 34. portiones (vulgò *Fette*) Terrarum bonificatarum, postquè earum designationem in peculiari Mappa sub numeris distinctis vnicuique Fettæ assignatis, stabilitum fuit, quod omnes Fettæ pari numero connotatæ, nempè 2. 4. 6. 8. 10. 12. &c. spectarent ad Bonificatorem, reliquæ autèm sub numero impari conscriptæ, nimirùm prima 3. 5. 7. 9. 11. &c. pertinerent ad interessatos, hodierno *Summario* fratrum de Brasaulis *num. 10.*; quapropter cùm Possessio hæc, quam nuncupant *Fetta Inuestitura*, reperiatur in Mappa descripta sub *num. 11.*, manifestè exindè effulgebat, quod deuenerit ad interessatos, scilicèt ad Authores illorum de Brasaulis, non verò ad Bonificatorem: ocularis enim inspectio Mappæ vndequa-
7 què fidelis, & approbatæ, præualet sempèr meris discursibus, & figurationibus, ex benè in proposito animaduersis per *Rot. in Reatina Fideicommissi 11. Maij 1699. §. Non solùm, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (modò intèr suas *decis. 616. n. 4.*)

Conspirabat in idem altera non minùs

clara demonstratio, ex quo portiones Bonificatori relaxandæ debebant juxtà legem Chyrographi Pontificij apùd eundem remanere sub omnimoda libertate, & exemptione à quocumque onere Decimarum, Canonis, & Liuelli; Ac propterea cùm Bona existentia sub denominatione *Fett Inuestitura* actualitèr, & effectiuè ex agnitione etiàm facta per Comitissam Constantiam, illiusque Authores, subiaceant solutioni Canonum, Liuellorum, ac Decimarum fauore Mensæ Episcopalis Ferrarien., eccè, quod ad hominem elisa remanebat prætensio, quod in hac *Fetta Inuestitur* aliqua portio adesset, quæ spectare posset ad Bonificatorem, cùm nil magis aduersetur identitati prætensæ, quàm carentia
8 verificationis qualitatum rei identificatæ, ad tradita per *Rot. decis.8. num.6. & 7. coràm sa. mem. Alexandro VIII.* & alibì passim.

Euidentissimè autèm ponderando, quod hæc *Fetta Inuestitura* adamussim intercluditur sub eisdem confinibus designatis in Inuestituris per Authores Comitissæ susceptis à Mensa Episcopali Ferrarien., & relativis ad antiquiorem concessionem factam de anno 1610. fauore qu. Antonij Brasauli; Siquidèm in eisdem Inuestituris exprimuntur veluti confines capitales ab vna parte Flumen Tartari, & ab altera Agger nuncupatus *di Berlè*, & isti ad vnguem verificantur; laterales verò, videlicèt = *da vn lato il Marchese Bentiuoglio Bonificatore, dall'altro i Beni dell' eredità del Signor Alessandro Nappi* = ex ipsomèt hodierno facto comprobantur, dùm ad normam prænominatæ Mappæ Fetta decima lateralis detinetur à supradictis Montistis subingressis in iura Bentiuola, & Fetta XII. præcedentèr attinens ad Nappium in bonificatione Consocium, possidetur à DD. de Baccellis ex iuribus prædicti Alexandri illorum debitoris, *dicto Summario num.11.* Quamobrèm ex his omnibus extrà quamcumque dubitandi ansam remanebat, quod Terrenum in executione captum à Brasaulis vèl non erat de portione reseruata Bonificatoribus, vèl quod legitimè de illorum manibus exiuerat; su-
9 perabundat enim ad omnia ratiocinia eliminanda verificatio confinium expressorum in Inuestituris, vt iuridicè venire potuerit in executione confinati ad *Text. in leg. Si fines 10. Cod. de euict., Gratian. discept.657. num.26. & seqq., Francisc. Palm. consult.89. num.15., Rot. coram Cels. decis.35: num.6., & in Bononien. Appartamenti 27. Februarij 1679. §. Secundò per designationem, coràm clar. me. Card. Taya.*

Inutilitèr demùm tertius, & vltimus inculcabatur excessus ex eo deductus, quod Brasauli cœperint possessionem Prædij nuncupati = *la Colombarola* = nullatenùs cadentis neque sub Inuestituris, neque in Sententia Eminentissimi Legati: Animaduersum quippè fuit, quod istud Prædium, licèt distincto vocabulo compellatum, in rei tamèn veritate existit pars integralis, siuè species subalternatim compræhensa sub generaliori vocabulo *Fetta Inuestitura*; idquè resultabat, tùm ex eo, quod continetur intrà eosdem confines Fluminis Tartari, & Aggeris di *Berlè*, tùm ex Testibus in prima Instantia formitèr examinatis, ac in substantia deponentibus, quod istæ duæ Possessiones = *Inuestitura, e Colombarola* = sempèr compræhensæ fuerunt sub generico nomine *Fetta Inuestitura*; tùm demùm ex confessione iudiciali Comitissæ Virginiæ Auctricis Constantiæ emissa de anno 1683., in qua declarauit, sese possidere omnia controuersa Bona vigore Inuestituræ, seù potiùs renouationis habitæ à Mensa Episcopali Ferrarien., & compræhensiuæ eorumdem adamussim Bonorum, quæ de anno 1610. concessa fuerant Antonio de Brasaulis, vndè, nisi Constantia doceat de diverso titulo acquisitionis, nequit hodiè dominium Mensæ Episcopalis refricare, &
10 confessioni suæ Auctricis contraire, *vulg. leg. cùm à Matre, C. de rei vindic., Modern. Rub. de co. suf. Iur. hæred. cap. 11. à princ.* cum reliquis notiss.

Absque eo, quod in oppositum quidquam vrgere posset quædam prætensa diuisio inita de anno 1619. intèr Comites de Romeis, & Canonicos Veronæ, & iuxtà quam prætenditur, quod portio hæc compræhensa sub nomine *Colombarola* obtigerit in portione eorumdem Canonicorum: Ex sola nam-
11 què materiali, siuè præparatoria diuisione facta per Peritum, nequit inferri ad effectuationem ipsius diuisionis; quinimò dùm non probatur, quod præcitati Canonici hanc Terrarum portionem vnquàm, vèl per momentum possederint, vèl quod illam positiuè cesserint Authoribus Comitissæ, manifestè resultat, quod aùt prætensa diuisio nullum obtinuerat effectum fortasse per contradictionem Mensæ Episcopalis Dominæ directæ, aùt quod nequiret hodiè
12 Comitissa superinducere, & allegare iura Tertij, cùm illa in præsenti Iudicio ad redarguendum excessum vestire compellatur figuram Actoris, quidquid dici posset, vbi esset Rea, iusque Tertij vsurparet ad arcendam agentis intentionem, iuxtà firmata per *Rot. decis.226. num.3. & 4. coram sa: mem: Alex. VIII., & decis. 270. numer. 4. 5. & 6. part.18. rec., & in Romana Immissionis 5. Iulij 1688. §. Nec refert cum 2. seqq. coram Reuerendissimo Heruault Archiepiscopo Turonen.*

Postremò collapsa est finalissima illa oppositio

positio, quod in omnem causam ex prædicto Prædio *Fetta Inuestitura* detrahenda esient fauore Constantiæ star. 324. debita Alexandro Nappio primo Inuestito pòst obitum Antonij Brasaulæ in vim cuiusdam assertæ permutationis initæ de anno 1619. intèr eundem Alexandrum, & Equitem Lollium: Quidquid enim sit de subsistentia, vèl validitate talis permutationis in particulari Iudicio rectiùs examinandæ, prò nùnc placuit exquisita, & prompta responsio, quod cùm Eminentissimus Imperialis ex hac præcisa causa, citrà præiudicium iurium ambarum Partium, suspenderit possessionem captam per Brasaulos de prædictis Prædijs *l'Inuestitura*, *&* *Colombarola* quantum sit pro medietate earumdem, plusquàm abundè videbatur idcircò consultum Con-
13 stantiæ, quæ per retentionem huiusmodi medietatis exceden. staria 600. frustrà petit, quod intus habet, vt in simili respondit *Rot. decis.* 471. *num.* 19., *&* 20., *&* *decis.* 620. *num.* 3. *part.* 19. *rec.*

Et ità, vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

ADhæsiuè ad ea, quæ innuit *Decisio* D. mei *num.* 7. circà probationem priuilegiatam resultantem ex Mappa, seù Planta iudiciali ser: ser: confecta, certum vtiquè
14 est, quod huiusmodi species probationis, tamquàm sub sensu cadens, cuncta alia iustificationum genera præcellit, vt omissis antiquioribus passim respondit *Rot.*, & signantèr in *Fauentina Retractus* 21. *Aprilis* 1679. *§. Et cùm Eques*, *coram Pauluccio*, *in Pampilonen. Præminentiarum* 3. *Februarij* 1700. *§. Præmisso enim*, *coram dell'Olmo*, *&* *in Ferrarien. Euictionis*, *seù Vallis Sariani* 12. *Ianuarij* 1720. *§. Clariùs verò in fin.*, *&* 1. *Iulij subsequentis §. Id autèm*, paritèr *in fin.*, *coram Cerro iun.*, & habetur etiàm *suprà in decis.* 142. *num.* 20., vbì quod Plan-
15 ta intèr Partes concordata firmat statum indubitabilem.

Atquè id procedit, dummodò (vt prænotaui) agatur de Planta, seù Mappa confecta iudicialitèr, & ser. ser., videlicèt de
16 mandato Iudicis, ac præuia alterius Partis citatione, alijsque adhibitis formalitatibus enunciatis à *Posth. de manut. obseru.* 101. *nu-*
17 *mer.* 7., *&* *seqq.*; aliàs his deficientibus in nihilo attenditur, pròut de hiscè Plantis extraiudicialibus notant *Adden. ad Buratt. decis.* 367. *num.* 12., *Card. De Luca de Iudic. disc.* 24. *num.* 8. *vers. Ac propter eà*, *D. Vrsaya discept. Eccles. tom.* 4. *part.* 1. *discept.* 17. *num.* 12., *Rot. decis.* 181. *num.* 9., *&* 10. *part.* 12. *rec.*, *&* *decis.* 7. *num.* 7. *pòst Pacichell. de distant.*, *Rembold. decis.* 408. *num. fin.*, *Dunozett. sen. decis.* 309. *num.* 16., *Bich. decis.* 169. *num.* 24., *Molines decis.* 166. *num.* 4., *&* *coram Card. Falconer. tom.* 3. *tit. de Seruit. decis.* 2. *num.* 14., *&* *in Sabinen. Inundationis* 9. *Iunij* 1700. *§. Nèc attendenda*, *coram Card. de la Tremuille*, *&* *in VVilnen. Bonorum* 21. *Martij* 1727. *§ Nèc per Mappam*, *coram Crispolto*: Excepto (in ordine ad citationem) casu, quo Pars citata ma-
18 litiosè renuisset interesse confectioni Plantæ, quia tùnc in odium propriæ contumaciæ Planta contrà ipsum faceret plenam probationem, vt relatis concord. aduertit *præcitatus D. Vrsaya tom.* 8. *part.* 2. *discept.* 4. *num.* 36., *&* 37., ac Me scribente, & obtinente firmauit *Rot. in Rauennaten. Bonorum* 10. *Februarij* 1727. *§. Nèc obstat*, *coram Eminentissimo D. Card. Cincio Archiepiscopo Beneuentano*.

Vlteriùs Planta etiàm iudicialitèr confe-
19 cta debet produci in Actis Causæ, aliàs in nulla meretur haberi consideratione, vt fuit dictum in *Romana Pecuniaria* 30. *Aprilis* 1708. *§. Secundò decantatur*, *coram Caffarello*.

Rursùs Planta etiàm iudicialitèr facta in vna Causa, quæ vertebatur intèr certas
20 personas, non probat in Causa diuersa contrà Tertium in dicto Iudicio non citatum, vt censuit *Rot. in Romana*, *seù Sutrina Confinium coram Lancetta decis.* 868. *num.* 16., & in eius confirmatoria *coram Herrera decis.* 5. *num.* 18.

Ad materiam nota, quod Testes depo-
21 nentes cotrarium eius, quod resultat ex inspectione Mappæ, seù Plantæ iudicialitèr confectæ, nullatenùs attenduntur, *Paulucc. dissert.* 23. *art.* 1. *num.* 3. *Rot. coram Peutinger. decis.* 12. *sub num.* 12. *vers. sed etiamsi*, *&* *in S. Angeli Lombardorum*, *seù Nullius Iurisdictionis* 1. *Iulij* 1641. *§. fin. coram Card.*
22 *Panzirolo m. s.* immò præsumuntur de falso suspecti, ad sensum *Rot. decis.* 394. *num. fin. part.* 17. *rec.*, *&* *decis.* 69. *num.* 38. *part.* 18.;
23 nisi reuerà constaret de aliquo errore ipsius Plantæ nedùm ex contraria depositione Testium, sed etiàm per ocularem recognitionem Iudicis in actu peculiaritèr demandati accessus ad locum differentiæ, sicutì limitando aduertit *Rot. coram Peutinger. decis.* 154. *num.* 15., *&* 16.

Itèm nota, quod in concursu duplicis
24 Plantæ hinc indè per Collitigantes exhibitæ præualet illa, quæ habet prò se concomitantiam Testium, & scripturarum, vt firmauit *Rot.* in vna *Asten. Pascui* 2. *Aprilis* 1604. *§.* 1. *coram Card. Lancellotto iun.*, quæ extat apùd Me manuscripta.

Ac demùm nota vnum singulare, quod alibì facilè non reperies, nimirùm, quod Iudex subdelegatus pro confectione Plantæ in materia Confinium potest validè examinare
25 Testes in faciem Loci pro eorumdem Confinium

finium verificatione, quamuis in decreto subdelegationis talis facultas ei data non fuerit, pròut resoluit *Rot.* in mòx citata *Assen. Pascui 21. Iunij 1602. §. Non obstat (il primo) coram eodem Lancellotto iun.*, paritèr manuscripta.

A. Lupardus.

FERRARIEN. BONORVM SVPER FRVCTIBVS.

Lunæ 21. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Omittitur, quia quæ in *Decisione* cœteròquin breui continentur, facilè colligi possunt ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio fructuum est sequela Iudicij immissionis.*
2 *Liber etiàm priuatus probat contrà scribentem.*
3 *Liquidatio fructuum rectè fit ex Instrumentis Affictuum, seù locationum.*
4 *Partita semèl calculata ad debitum alicuius nequit contrà eumdem iteratò ad calculum poni.*
5 *Summa per Iudicem Actori decreta in causam ex pòst declarandam an, & quandò cedere debeat in extinctionem eius crediti*, remissiuè, & num. 9., & 11.
6 *Peritus debet referre, non autèm iudicare.*
7 *Testes (vbi quæstio stat in tempore) nil probant, nisi concludant supèr tempore præciso, de quo disceptatur.*
8 *Fideicommissum non præiudicat Creditoribus Fideicommittentis, & de ratione.*
10 *Laudatur* D. Iacobus de Comitibus Patritius Asculanus *olìm Auditor Almæ Rotæ Florentinæ.*

DECISIO CLIX.

Fraternizante reclamatione Comitissæ Constantiæ aduersùs resoluta sub die 8. Februarij proximè delapsi in ordine ad liquidationem fructuum cum altera querimonia supèr excessibus patratis in executione facta per Brasaulos vigore rei iudicatæ, *Domini*, qui in hodierna contextuali propositione vtriusque Dubitationis agnouerunt, nullum extare excessum, pariformitèr quoquè remanserunt *in decisis*.

Non enim circà liquidationem vllum prætendi poterat inflictum fuisse grauamen pró summa vsquedùm calculata in scutis *13442. 96.*, quià corruentibus adductis excessibus circà executionem supèr integro Prædio *del Gorgo*, & supèr bonis nuncupatis *Fetta Inuestitura*, ex fundamentis recensitis in altera *Decisione* huius diei, decidebat in consequentiam lamentatio quoquè calculationis factæ per Peritum de integris fructibus eiusdem Prædij, & respectiuè alterius nominati *Fetta Inuestitura*, cùm fru-
1 ctuum restitutio sequela sit Iudicij immissiui, ad *Text. in l. 3., cum ibi not. per gloss. & DD., ff. de Interdict.*, *Rot. coràm Caualer. decis. 409. num. 1., & decis. 291. n. 1. par. 17. recent.*

Quin obiurgari etiàm de cœtero posset regula, seù norma adhibita per Peritum pro assequendo verò calculo fructuum; is enim in facienda præfata calculatione secutus est fidem ipsorummet Librorum, seù liberculorum, quos sibi quòad introitum Bonorum, de quibus agitur, exhibuerat Comitissa, & pro annis deficientibus apparebat innixus publicis Instrumentis Affictuum: quapropter nulla rectior poterat
2 desumi iustificatio, quàm quæ emergebat ex Libris, qui sempèr probant contrà scribentem, ex nuperrimè trad. *in Veneta, seù Anconitana Pecuniaria* resoluta in antecedenti Audientia *diei 18. currentis §. Et quidèm, coràm Me* (suprà *decis. 157. num. 18.*)
3 necnòn ab Instrumentis Affictuum, seù locationum, vt pratèr allegatos *in prima Decisione diei 8. Februarij currentis anni §. Quamobrèm* (paritèr suprà *decis. 132. n. 8.*) liquet ex trad. *in Romana Fideicommissi de Pinis supèr Pensionibus 12. Decembris 1698., §. Sanè, coràm R. P. D. meo Lancetta* (nùnc intèr suas *decis. 63. n. 1.*)

Corruentibus itaquè veteribus conquestionibus, corruere non minùs visa sunt alia duo grauamina hactenùs allata contrà Peritiam, vnum nempè, quod idem Peritus liquidauerit ad partes fructus perceptos à Reis conuentis durante lite de quodam Petiolo Terræ, quod vocant *l'Angolo dell'Inuestitura*, quasi quod cùm idem contineretur sub eodem Instrumento Affictus totius
4 Prædij *della Fetta Inuestitura*, id esset duplicare partitas, & debita multiplicare, contrà omnem iustitiam, & æquitatem, vt ait *Rot. decis. 17. num. 11. pòst discept. Contrij, & in Romana Pecuniaria 3. Martij 1698. §. Quibus si iungantur, coràm bo. me. Vrsino Decano.*

Et alterum, quod ipse Peritus peccauerit etiàm in omissione bonificationis sc. 800., quæ de ordine Sac. Auditorij subministrata fuerunt Brasaulis sub anno *1696.* in causam declarandam: Ordine quippè inuerso, siuè à facilioribus incipientes *Domini* ponderarunt, quod hoc prætensum vltimum grauamen poterat reticeri, dùm ipsi Brasauli Actores parati erant quantitatem hanc excomputare in supradictum hodiernum creditum sc. 13. m., & vltrà, ac de reliquo Pe-

Peritus prudentissimè se gesserat in omittenda hac excomputatione, dùm intricati
5 Iuris est, vtrùm similes prouisionales subministrationes cedere debeant in extinctionem actionis, siuè crediti principalis, ex plenè disputatis *in Romana Pensionis* 28. *Februarij* 1698. *ex* §. *Quin vrgeat*, *vsquè ad fin.*, *cor. R. P. D. meo Muto*; Peritus quippè debet
6 referre, non iudicare, vt inquit *Excobar. de ratioc. cap.* 38. *num.*6. & 7., *Rot. coràm Pamphil. decis.*369. *num.*8., & *in Foroliuien. Muri* 16. *Iunij* 1679. §. *Parùm referente*, *cor. cl. me. Card. Taya*.

Quouerò ad primum, siuè præcedens obiectum, ex nudo facto cessabat hæsitatio, cùm Peritus calculauerit ad partes fructus eiusdem Prædioli *dell'Angolo* solummodò per annos 30., quandò illos de cæterò liquidare debuisset per integrum spatium annorum 36., ad totidèm enim ob motam litem extendebatur legitima condemnatio, videlicèt ab anno 1660. vsquè ad annum 1696., idque nimirùm sub ea discreta ratione, quod ipse recognouerat in Instrumento Affictus Prædij *della Fetta Inuestitura* celebrati de anno 1689. comprædendi quoquè istud Petiolum *dell' Angolo*, ideòque quemadmodùm secreuit hoscè sex annos, in quibus Petiolum locatum fuerat cum reliquo Prædio, ità opus erat, vt per restantes annos triginta fructus eiusdem Petioli numerarentur ad partes, prout ad partes fuerant adnotati in præfatis Libris; quandò etenim vis stat in tempore, satis non est patefacere, quod istud Petiolum foret aliquo tempore subinclusum cum toto Prædio *della Fetta*, sed oportet demonstrare, quod etiàm de præcedenti tempore foret vnitum, & comprehensum sub prædi-
7 cto Prædio maiori *della Fetta*, vt habemus in proposito Testium, qui non concludunt, nisi percutiant tempus, supèr quo stat disceptatio, teste *Bart. in leg. de ætate num.*7. *vers. interrogate de anno*, *ff. de Minor.*, *Falin. in cap. quotiès num.*12. *de Testib.*, *Zabarell. cons.*56. *num.*9. *propè fin. vers. tertius autèm Testis*, *Ruin. cons.*12. *n.*14. *lib.*5.

Hucusquè *Domini*, vt diximus, ex tota Iustitia coacti sunt stare *in decisis*: Verùm quià in præcedenti *Decisione* diei 8. Februarij §. *Nil faciente cum seqq.* contrà obiectionem Constantiæ responsum fuerat, ipsam non posse deuitare restitutionem etiàm eorum fructuum, quos actu perceperat Petrus Nappius in summa sc. 5276. 19. 11. cum supposito, quod ipsa foret absoluta hæres eiusdem Petri, hodiè hactenùs ijdem *Domini* recognoscentes, Comitissam Constantiam neque etiàm ex persona Virginiæ esse liberam hæredem, sed ipsam Virginiam fuisse hæredem tantummodò grauatam fideicommisso ad præsens detento, siuè aperto fauore Leonardi Nappi, Mihi proindè iniunxerunt, vt in hac parte resolutionem, futuramque (si contingat) expeditionem moderarer pro suprà expressa quantitate, pronunciando, seù relaxando Mandatum non iàm contrà Constantiam, sed contrà Bona hæreditaria præfati Petri, absquè eo, quod fideicommissum ab eo superinductum valeat obesse Brasaulis Creditoribus, cùm
8 fideicommissum intelligatur deducto sempèr ære alieno, vt pòst plures concord. dictum fuit in præallegata *Veneta*, *seù Anconitana Pecuniaria* 9. *Maij* 1698. §. *Et idcircò* (*decis.*43. *num.*20. *tom.*1.) confirmata in Audientia proximè præterita *diei* 18. *huius mensis* §. *Constitit siquidèm*, *coràm Me* (*dicta decis.*157. *num.*3.)

Et ità, relatiuè in reliquis ad antecedentem *Decisionem* supèr hoc Dubio, & insimùl ad contemporaneam supèr excessibus, dispunctum, & resolutum fuit, vtrâque &c.

ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

SVpèr eà quæstione, quam *remissiuè* tangit præsens *Decisio* in §. *Et alterum* (seù *num.*5.) vtrùm scilicèt summæ *in causam declarandam* de mandato Iudicis subministratæ Actori per Reum conuentum debeant in
9 fine litis felicitèr terminatæ fauore ipsius Actoris excomputari in diminutionem eius crediti principalis, quæuè regularitèr cadere solet in casu, quo Actor, docto de paupertate, & bono iure, obtinuerit à Iudice in sui fauorem decerni per modum prouisionis aliquam summam sibi à Reo conuento suppeditandam titulo alimentorum, & sumptuum litis, nè aliàs illam in ipso calore victoriæ deserere cogatur ratione propriæ impotentiæ in prosequendo Causam in gradu appellationis per Reum sub Banca in suis casibus interpositæ, vel aliàs in suspensiuo per Signaturam admissæ, videri potest plena *decis. Senen.*29. intèr illas egregiè extensas, ac publicæ luci donatas à *D.*
10 *Iacobo de Comitibus* Patritio Asculano in legali facultate versatissimo, & ad præsens intèr Almæ Rotæ Florentinæ Auditores meritissimè collocato, quiuè olìm in minoribus laudabilitèr exercuit munus studiorum Adiutoris apùd bo. me. R. P. D. Mutum, meum eo tempore Collegam: Et in eodem proposito videri etiàm potest *Decisio*
11 *Rotæ nostræ in Romana Dotis supèr Alimentis* 2. *Decembris* 1697. §. *fin. coràm R. P. D. meo Lancetta* (nùnc intèr suas *decis.*23.) in qua *Tribunal* censuit, D. Mariam Magdalenam Falconeriam agentem aduersùs D. Lælium eius fratrem Primogenitum pro consecutione Dotis, & præstatione alimentorum teneri imputare in causam eorumdem alimentorum summam scutorum 600.,

quæ illi *in causam declarandam* decreta fuerat de mandato ipsius Sacri Auditorij.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI.

Ven. 25. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Testator potest grauare fideicommissio etiàm Bona hæredis, quamuis illi non reliquerit tantumdem de propria substantia, quotiès hæres adijt hæreditatem fideicommissariam absquè beneficio legis, & Inuentarij, ac de cœtero sciuit, aut sciuisse præsumitur dispositionem Fideicommittentis numquàm de cœtero ab eo impugnatam; Et ex quibus talis scientia arguatur.

SVMMARIVM.

1 *Testator nequit fideicommisso supponere Bona sui hæredis, nisi ei relinquat tantumdem de proprio patrimonio.*

Nec ad effectum substinendi hoc grauamen sufficit, quod hæres adiuerit hæreditatem Fideicommittentis sinè beneficio legis, & Inuentarij, num.2.

Quià nihilominùs, cessante adæquatiuo emolumento, hæres non remanet grauatus in Bonis proprijs vèl ex verisimili defectu voluntatis in Testatore, num.3.

Vèl saltèm (vt alij opinantur) ex intrinseco defectu potestatis, num.4.

Sed huiusmodi defectus potestatis suppletur ab acceptatione oneris facta per hæredem, num.6.

Et respondetur Authoritatibus, *quæ in oppositum allegabantur pro reijciendo grauamine in Bonis proprijs hæredis*, num.7.

Dummodò in hærede supèr Bonis proprijs grauato concurrat præcisa scientia Testamentariæ dispositionis à Fideicommittente exaratæ, num.11.

Huiusmodi autèm scientia sufficit, quod fuerit ab hærede habita per oculos mentis, nèc necesse est, quod actu legerit Testamentum Fideicommittentis, num.12.

5 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in Iudicio immissionis.*

8 *Filius ratione legitimæ sibi debitæ in Bonis paternis habet in eis quamdam speciem condominij insimùl cum Patre, etiàm ipso Patre viuente*, & num.18.

9 *Legitima filio debita nequit vllo modo grauari.*

Fallit, si Pater grauando legitimam filij seruasset celebrem cautbelam Soccini, *& filius acceptasset paternam dispositionem*, n.10.

Et de ratione, ibid.

13 *Scientia Testamenti in hærede ex quibus arguatur*, & num.17.

14 *Ex scientia Testamenti arguitur ad scientiam onerum in illo contentorum.*

15 *Ex relatione habita ad aliquam scripturam præsumitur scientia omnium in ea contentorum.*

16 *Scientia Testamenti, vèl alterius cuiuscumque publici Instrumenti præsumitur ex relatione ad illud habita in aliquo actu cum specificatione Notarij de eo rogati.*

Et fortiùs, si vltrà Notarium specificetur etiàm annus, & dies rogitus, num.19.

Istaque præsumptio procedit etiàm in præiudicialibus, ibid.

DECISIO CLX.

Reportata seorsìm per Laurentium manutentione vniuersali supèr reliquo patrimonio Alexandri sen. de Serra fideicommittentis, RR. PP. Congregationis nuncupatæ *della Dottrina Christiana*, veluti per anteà possessionem nacti Bonorum existentium in Territorio Castri S. Cæciliæ titulo hæreditario Alexandri iun. vltimi grauati, coegêre memoratum Laurentium, vt ex quotidiano, ideòque celebri remedio *leg. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll.* depræcaretur Immissionem etiàm ad prælaudata Bona per ipsos sedulò occupata: Cùmque deincèps per binas vsquè Sententias *coràm RR. PP. DD. meis del' Olmo, & Muto* firmitèr succubuerint, sollicitè quidèm curarunt Causam in tertia prouocatione rursùs Sacro nostro Auditorio delegari; verùm quantumuìs hodiè, præuio remissiuo decreto R. P. D. Auditoris Signaturæ Iustitiæ, illam congruè proposuerim sub consueto Dubio = *vtrùm Sententia Rotalis confirmanda foret, vèl infirmanda*, propriarum fortassè virium diffidentes iura sua aliàs deducta, & insimùl reiecta retexere detrectarunt, quamobrèm illis iterùm apùd *Dominos* ex officio reuocatis ad examen, peruia, plana, & innegabilis emanauit *prò confirmatione* resolutio.

Nequè etenìm quæstio esse poterat circà validitatem alterutrius Sententiæ mediatè, vèl immediatè præcedentis, sèd solùm denuò trutinari Iustitia eo sub prætextu, quod cùm Franciscus filius Alexandri sen., ac fideicommittentis, reseruato sibi dumtaxàt simplici vsufructu, antecedentèr donasset Alexandro iun., à quo causam ipsi PP. Rei conuenti desumebant, memorata Bona Castri S. Cæciliæ aliundè, quàm à paterna eiusdem fideicommittentis charitate profecta, nequiuerit idcircò posteà Alexander sen., & Auus respectiuè, propriæ testamentariæ dispositioni subiugare (quantumuìs expressè, sicutì non dubitatur) præfata Bona non sua, sed alio iure, alioue titulo
1 ad eius Nepotem pertinentia, abnuente lege,

lege, quod quis de aliena substantia testetur, nisi vèl mediante æquiualenti compensatione in specie, seù quantitate, vèl saltèm in fructibus intermedijs detrimentum reficiat grauato, iuxtà litterale responsum *Papiniani in leg. vnum ex familia 69., §. Sed etsi fundum, & in leg. Imperator 72., §. Cùm quidam, ff. de leg. 2.*, de quo *Gabr. cons. 102. num. 8., & 9. lib. 2., Peregrin. de fideic. art. 33. num. 47., & art. 49. num. 34., Tondut. resol. ciuil. cap. 109. num. 14., Andreol. contr. 434. num. 4., & seqq.*, & signantèr *num. 7., & 8., Rot. in Bononien., seù Imolen. Bonorum 12. Iunij 1693. §. Verùm, & 11. Ianuarij 1694. §. Neutrum tamèn, coram bon. mem. Vrsino Decano.*

Idquè etiamsi ipse hæres positiuè oneratus simplicitèr, & absquè separatiuo bene-
2 ficio legis, & Inuentarij, fideicommittentis hæreditatem adiuerit, ac acceptauerit; quià nihilominùs, vbì non agatur de singulari dispositione seruanda, siuè de præstandis legatis, & fideicommissis particularibus etiàm vltrà vires hæreditarias, ad litteram *Textus Authenticorum in §. Si verò non fecerit, de hæred., & falcid.* receptissimi Iuris est, quod adhùc, non concurrente adæquatiuo emolumento de substantia Testatoris, fideicommissum aliòquin vniuersale non capiat res, & Bona ad sic adeun-
3 tem spectantia iure proprio, siuè hoc contingat ex carentia verisimilis voluntatis in ipso Testatore, ad *Text. in leg. in fideicommissariam 18., §. Quotiès, ff. ad Trebell., Peregrin. de fideic. art. 6. num. 11. cum seqq.*, & præcisè *num. 16., Episc. Rocca select. disput. Iur. cap. 11. num. 4., & seqq., Rot. coram Duran. decis. 93. num. 3., & seqq., & coram Priolo decis. 378. ex num. 2. cum seqq.*
4 siuè (vt alij autumant) ex potentiori defectu potestatis, quemadmodùm solidè ostendit *Bellon. iun. cons. 99. per tot.* cum alijs suprà plenissimè recensitis.

Animaduersum quippè fuit, præsentem casum penitùs omninò versari extrà terminos præfatarum propositionum, non solùm ob ipsam ambiguitatem in facto, dùm adscitis iteratò per Tribunal nostrum Peritis in proximè antecedenti Instantia *cor. R. P. D. meo Muto* satis effulgere non valuit de hoc exagerato grauaminis excessu suprà emolumentum ab ipso fideicommittente relictum, quandò tamèn pro retardanda Immissione
5 regularitèr reijci solent, ac debent exceptiones altiorem, siuè intricatam, ac non ità planam expectantes indaginem, ex trad. per *Rot. coram Bich. decis. 480. num. 32., coram Arguell. decis. 48. num. 10., & coram Card. Cels. decis. 167. num. 6., & in Romana fideicommissi 17. Martij 1684. §. His stantibus, coram bo. me. Rondinino.*

Ast etiàm, quià omnia hæc in Iure, & insimùl in subiecta Thesi cessabant euidentèr, quià postquàm fideicommittens respectu Francisci primi hæredis cubitalitèr supposuerat suæ ordinationi huiuscemodi Bona in eumdem obuenta ex persona Ludouicæ Matris, & Petri Auunculi, in ordine autèm ad Alexandrum iun. eius Nepotem explicitè non minùs ei præcepisset restituere præmissa Bona, quæ & ipse collegisset, vt ibi = *volendo, & ordinando parimente, che detto Alessandro hauendo raccolto li detti Beni, & eredità sia tenuto, & obligato di renderla, e restituirla a' suoi detti figli con l'istesso ordine, e dispositione, che sopra, e che con questo modo tutti li sudetti Beni siano conseruati nella sua Famiglia* = sub vlteriori alternatione, quod quatenùs Franciscus noluisset acceptare *la detta institutione sotto li pesi, e condizioni mentonate &c.* censeretur relicta solùm legitima ipsi Francisco, ac hæres vniuersalis inscriptus idem Alexander eius Nepos *sotto li pesi, e condizioni precedenti*: hìnc eo ipso, quod tàm memo-
6 ratus Franciscus, quàm Alexander iun. onus huiusmodi spontè agnouerant, & acceptauerant, eligendo alteram ex duabus partibus dispositionis alternantis, profectò eam potestatem, si quæ deerat, proprio consensu roborasse, ac quodammodò vltroneè tribuisse videbantur, quià tanti fortè existimauerant ipsum relictum à fideicommittente, sicuti per *Text. in leg. sed si non Seruus 36. sub princ.* ibi = *Quià tanti æstimasse videbitur Seruum suum* = *ff. ad leg. falcid.* pro absoluto tradit *Peregr. lib. 4. cons. 63. num. 4.*, & meliùs *num. 6.* vbì idem adducit *Bartoli* doctrinam *in leg. cùm quis decedens, §. Codicillis, ff. de legat. 3., & cons. 211.*, necnòn *Ancaran. cons. 365. sub num. 8.*, & ab *Ancarano* non dissentit *Bellon. iun. d. cons. 99. num. 40.*, & in durioribus dictum fuit *in Romana, seù Verulana Fideicommissi 12. Ianuarij 1699. §. Hìnc superflaum, coram R. P. D. meo Pio.*

Atquè hinc minimè contradicebant *Authoritates* allatæ superiùs in obiecto, &
7 signantèr firmata *in prædicta Bononien., seù Imolen. Bonorum coram bon. mem. Vrsino*; Eæ etenìm obloquuntur, vèl vbì non est certa voluntas supponendi fideicommisso etiàm Bona propria, vèl alio iure debita hæredi grauato; vèl etiàm, quandò, constito de voluntate, subintrat quæstio nudæ potestatis in ipso Testatore, in casu videlicèt, quo idem Testator propriæ ordinationi genericè, & absquè alia specifica expressione subiecerit Bona hæredis, absquè eo, quod correspondentem vtilitatem illi reliquerit, tùnc etenìm, non obstante quasi contractu intèr ipsum defunctum, & hæredem tacitè exarato per simplicem huius aditio-

aditionem, locum sibi vindicat illa iuridica moderatio, quod is quasi contractus ex aditione resultans, tùm ob carentiam legitimæ potestatis, tùm ob nimis verisimile præsuppositum ipsius adeuntis, quod Bona à fideicommittente superaddita attingerent, vèl superarent eius Bona propria; ad iustitiam, & æqualitatem relicti reducatur, quemadmodùm perbellè referendo, & quodammodò glossando prædictum *cons. Peregr. 63. lib. 4.* obseruat *Card. De Luca de fideic. disc. 134. sub num. 16. vers., & secundò*, & sequitur *Conciol. de hæred. art. 3. numer. 27.*; & de facto hoscè terminos percutiunt præcitatæ *Decisiones in Bononien., seù Imolen. Bonorum*, dùm, vt liquet ex prima *diei 12. Iunij 1693. §. Voluntas verò*, & in secunda *diei 11. Ianuarij 1694. §. Voluntatis verò*, nèc erat certa Testatoris voluntas compræhendendi Bona hæredis.

Verùm quotiès (vt accidebat in præsenti) nedùm erat indubitata voluntas fideicommittentis, sed illa adeò dilucidè, ac perstringentèr apparebat o rdinata, vt noluerit hæreditatem posse vèl ad filium, vèl ad Nepotem deferri, nisi acceptatis ab eisdem huiusmodi grauaminibus, & conditionibus: in his profectò terminis negocium ampliùs non pendet à sola voluntate Testatoris citrà, vèl vltrà compensationem, & emolumentum ampliandа, reducenda, aùt restringenda, sèd potiùs à voluntate, & potestate eiusdem hæredis, scientèr, ac laudabilitèr acceptantis disposita per eumdem fideicommittentem, vtpotè directa ad propriam sui descendentiam, propriamquè agnationem, sicuti prætèr iàm allegatos potentius, & familiare habemus

8 exemplum in ipsa legitima Iure (vt nonnulli volunt) etiàm naturali debita descendentibus in Bonis ascendentium ex illo condominio etiàm in vita eiusdem ascendentis, de quo *in Romana Legitimæ 9. Iunij 1698. §. Eaquè est ratio, cor. Mc(dec. 49. n. 17. tom. 1.)*

9 quamuis enim adeò Iura etiam nouissima abhorreant grauari descendentem intrà quotam eiusdem legitimæ, vt ipso legis ministerio, seù gladio quodlibet onus, seù grauamen desuper impositum amputetur, per *Text. in leg. omnimodò, & leg. quoniàm in prioribus, C. de inoff. Testam.*; Attamèn si fuerit per

10 grauantem obseruata illa alternatiua, quæ in hac rigidiori similitudine tribuitur *Soccino Iun. cons. 122. num. 9. lib. 1.* dispositio Testatoris vim, & executionem sortitur potiùs ex voluntate, consensu, & potestate filii sic acceptantis, & præeligentis, quàm eius Patris, aùt alterius ascendentis, vt egregiè obseruat *Rota decis. 254. num. 3., & 4. part. 14. rec.*, & generalitèr habetur *in decis. 100. num. 1., & seqq. coram san. mem. Alexand. VIII., decis. 66. coram Arguell., & decis. 235. coram Card. Cels.* vtrobiquè *num. 5. cum seqq., & decis. 283. num. 31., & 32. part. 17. rec.*

Agnouerant in præcedentibus disputationibus *coram RR. PP. DD. meis del'Olmo, & Muto* ipsi PP. Rei conuenti, eorumque defensores stabilitatem huiuscè discursus, ac fundamenti, proindèque adlaborabant, vèl

11 ex defectu specificæ scientiæ in Alexandro iun. ad normam *Text. in leg. de his, ff. de transact.* vèl ex non rectè probata acceptatione, & agnitione hæreditatis huic oneri catenatæ, diffugere amaritudinem, iuxtà illud tertium requisitum, quod in hac materia expostulari assertum fuit in prællegata *Bononien., seù Imolen. Bonorum 12. Iunij 1693., & 11. Ianuarij 1694.* vtrobiquè *§. Verùm, coram bon. mem. Vrsino.*

Sed *Domini* non reputarunt, hodiè denuò conuellendam esse hanc exceptionem, veluti vberrimè eradicatam in præcitatis antecedentibus *Decisionibus*, & signantèr acceptationis in postrema *diei 20. Ianuarij currentis anni §. Acceptationem autèm, vsquè ad fin., coram R. P. D. meo Muto*; solùmque ad principalius obiectum scientiæ iterùm dirimendum constantèr (vt par erat) retinentes idem principium egregiè iàm affirmatum, nempè quod, præsertìm in hac si non penitùs fauorabili, saltèm lau-

12 dabili, & non omninò odiosa hypothesi, satis existat, quod hæres in Bonis proprijs grauatus per ipsam aciem mentis, siuè per oculos intellectus genericam, & sufficientem nimiùm probabilitèr notitiam habuerit de Paterna, vèl Auita dispositione, itaùt præcisè non exigatur, quod oculis corporeis, & ad litteram Testamentum ipsum de verbo ad verbum rimauerit, quemadmodùm relatis concord. probatum fuit *in Romana, seù Reatina Fideicommissi 2. Decembris 1697. §. Verùm, coram R. P. D. meo de la Tremoille, & in dicta Romana, seù Verulana Fideicommissi 12. Ianuarij 1699. §. Rursùs, & 15. Maij eiusdem anni §. Præterquàmquod, coram R. P. D. meo Pio.*

Strictè, & (vt præmisimus) denuò ex officio animaduerterunt, quod scientia plusquàm intellectualis circà Auitam dispositionem in Alexandro iun. manibus quodammodò palpabatur ex duabus signantèr facti animaduersionibus, alterâ nimirùm, quia idem Alexander in quodam Instrumento celebrato de anno 1663. positiuè meminit de Testamento Aui cum indiuidua indicatione Notarij de eodem Testamento rogati; vndè sicutì scientia Testamenti luculen-

13 tèr arguitur ex specifica relatione ad illud emissa in aliquo Instrumento ab hærede, vèl cum hærede confecto, vt inquit *Petr. de Luna intèr cons. diuers. Sicul. Illustr. cons. 45. num. 56., Rota decis. 207. num. 22.*

cum

cum 2. seqq., *& decis.283. num. 1. vers. ex compromisso*, *part.19. rec.* ità foret insepara-
14 bilis scientia Testamenti à scientia onerum in illo contentorum ex vi, & prægnantia relationis, quæ operatur, vt relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus,
15 ex his, quæ generalitèr de relatione habita ad aliquam scripturam, vèl Instrumentum respondit *Rota coram Seraphin. decis.1496. num.4.*, *& in rec. decis.432. numer.6.*, *& 7. part 4. tom.2.*, *decis.87. numer.4.*, *& 5.*, *& decis.143. num.11. par.15.*, *& decis.233. num.10. part.17.*, *& in Romana deuolutionis Vineæ 28. Iunij 1697. §. Absquè eo*, *quod, coram R. P. D. meo Pio*, &
16 specialitèr, immò in fortioribus stante nedùm relatione ad Testamentum, sed etiàm indiuiduatione Notarij de eo rogati, prosecuta est *eadem Rota decis.335. num.5. coram Dunoz. iun.*, *in Romana Legatorum 5. Maij 1677. §. Legatarios autèm*, *& 9. Iunij 1679. §. Nec excusari cum 2. seqq.*, *coram clar. mem. Card. Vicecomite*, *& in Fulginaten. Fructuum 27. Februarij 1679. §. Et ideò*, *& 28. Iunij 1680. §. Indèque*, *coram bon. mem. Paulucció*.

Robustiús verò, quià successiuè idem Alexander iun. formitèr extrahi curauit ab originali existen. pœnès eumdem Notarium copiam ipsius Testamenti Auiti, illam pœnès se vsquè ad obitum retinendo, pròut conuincebatur, ex quo Patres eamdem adamussim copiam ab Alexandro eorum Authore susceptam postmodùm iudicialitèr
17 in Partibus exhibuerunt; quamobrem nullam assignari posse meliorem iustificationem scientiæ Testamenti, omniumque in eo contentorum, quàm quod hæres eiusdem Testamenti exemplar penès se retinuerit, vnanimitèr admonent *Dec. cons.607. num.3. in fin. vers.*, *& de tali scientia*, *Decian. cons.24. num.97. lib.1. Grat. cons.65. num.28. lib.2.*, *Menoch. de præsumpt. lib.6. præs.23. num.64.*, *Fusar. de subtilit quæst.595. num 6.*, *Paitell. iun. annot.94. num.48.*, *Barz. decis. Bonon.81. num.21.*, *& decis.87. num.13.*

Et ità, vt diximus, in reliquis remissiuè *Domini* se habentes ad veteres *Decisiones* resoluerunt, Laurentio tantùm informante, sed abundè Patribus diutiùs lacessitis, & expectatis &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

POST concessam RR. Patribus Congregationis Doctrinæ Christianæ Ciuitatis Auenionen. nouam Audientiam aduersùs hanc *Decisionem* contumacialem, reproposui Causam sub consueto Dubio = *An esset standum, vel recedendum à decisis* = in Rota diei 28. Ianuarij 1701., & vtraque Parte tùnc strenuè informante Tribunal stetit *in decisis*, vt patet ex altera mea *Decisione* desupèr extensa, nuncquè impressa apùd *modern. Balducc. rer. iudic. tit.3. decis.32.*, & Ego in sequelam Mihi demandatæ expeditionis subscripsi Sententiam confirmatoriam aliarum duarum, quas pronunciauerant in præcedentibus Instantijs *bb. mm. del Olmo*, *& Mutus*: Exortaque exindè in eim trium conformium re iudicata, cuius executionem præseruauit Signatura Iustitiæ cum Clausula = *Sinè præiudicio*, imperterriti PP. succumbentes curarunt denuò in deuolutiuo committi Causam *R. P. D. Scotto* (nùnc S. R. E. Cardinali,) ac proposito per eum Dubio = *An constaret de causis restitutionis in integrum*, prodiit negatiua resolutio sub die 19. *Ianuarij 1703.*, quemadmodùm videre est in eius *Decisione* modò impressa penès *Torr. var. quæst. Iur. tom.2. in Miscellan. par.1. tit.12. decis.14.*, quæuè supèr hoc litigio extremum lapidem imposuit.

Propositio illa, de qua in præsenti mea Decisione *§. Verùm* (seù *num.8.*) quod sci-
18 licèt filius ratione legitimæ sibi Iure naturali debitæ in Bonis paternis habeat in eis quamdam speciem condominij, etiàm in vita Patris, fuit quoquè canonizata in vna *Romana Legitimæ 23. Ianuarij 1702. §. Nihilominùs*, & in alia *Foroliuien. Legatorum supèr Fideicommisso Tiberij 22. Ianuarij 1714. §. Decisio autèm*, vtraque *coram Me*.

Adhæsiuè etiàm ad firmata in *§. Penult.* (seù *num.13. 15. & 16.*) addi potest, quod
19 ex relatione habita ad Testamentum, vèl aliud publicum Instrumentum cùm specifica, ac distincta expressione anni, diei, & Notarij de illo rogati arguitur etiàm in præiudicialibus certa, & indubitata scientia omnium in eodem Testamento, seù Instrumento contentorum, vt fuit plurièş dictum *coràm Me*, *& signantèr in Romana Primogenituræ de Albericis 3. Iulij 1702. §. In præsenti autèm*, *in Illerden. Hæreditatis de Gomar 4. Iunij 1703. §. Ad fundamentum verò*, *& in Romana locorum Montium 23. Nouembris eiusdem anni §. Applicando igitùr*, necnòn *coràm bo. me. Molines in Romana Donationis 5. Maij 1706. §. Non releuante* (quæ modò est intèr illius impressas *la 1030. num.3.*) & in *Romana*, *seù Cauallicen. Pecuniaria 14. Februarij 1710. §. Hæc autèm*, *coràm R. P. D. meo Crispo*, vbi præ cœteris allegat præsentem meam Decisionem in *dicto §. Penult.* (& est intèr suas hodiè impressas *la 38. num.6.*) & in *Romana Immissionis supèr fructibus 15. Martij 1717. §. In dubium autèm*, *coràm R. P. D. meo Renault de Gamaches*, & alibì passìm.

FOROLIVIEN. CANONICATVS THEOLOGALIS.

Ven. 25. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Vacante Præbenda Theologali in Ecclesia Cathedrali Ciuitatis Foroliuien., Episcopus illam per modum prouisionis assignauerat cuidam Regulari eo sub prætextu, quod nullus Ecclesiasticus Sæcularis intrà sex menses à die vacationis coràm eo institisset pro assequenda collatione eiusdem Præbendæ, quæ cùm posteà fuerit iure deuolutionis impetrata à Sede Apostolica per Presbyterum Sæcularem ex testimonio ipsius Episcopi habilem, & capacem, orta est contentio intèr eumdem Episcopum, siuè eius Promotorem Fiscalem ex vna, ac prouisum Apostolicum ex altera, an Gratia Pontificia foret executioni demandanda; Et *Rota* affirmatiuè respondit, ex rationibus in hac Decisione abundè, ac solidè enucleatis.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium pro retardatione Litterarum Apostolicarum difficiliùs intrat, vbì illæ fuerunt iàm executioni demandatæ.*

2 *Litteræ Apostolicæ, quotiès sunt iustificatæ, promptam, ac celerem merentur executionem, &* n.24.

3 *Deuolutio Canonicatus Theologalis ad Sedem Apostolicam intrat statìm ac non constat de illius prouisione infrà sex menses à die vacationis.*

4 *Impetrans à Papa Beneficium iure deuoluto tenetur iustificare, quod fuerint negligentes in conferendo omnes ij, ad quos gradatìm spectabat prouisio.*

An autèm huiusmodi probatio sit necessaria, quandò agitur de Beneficio sito in aliqua Cathedrali nemini suffragante, n.5.

Vèl quotiès constat, quod Papa intendisset prouidere alio iure, quàm illo deuolutionis, ibid.

Censetur autèm Papa voluisse prouidere iure potiùs præuentionis, quàm deuolutionis, quotiès ex narratiua potuit compræhendere, quod non adhùc lapsa fuerant omnia semestria inferiorum Collatorum, num. 11., & num.37.

Eademque voluntas colligitur ex Clausula in prouisione adiecta = Dummodò de tempore Datæ præsentium non sit in eo alicui specialitèr ius quæsitum, num.12., & 38.

Et de ratione, d. n.12.

Limita, vt n.39.

6 *Clausula* = dummodò collatio ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta existat = *indicat, quod Papa non intellexerit alitèr prouidere, quàm verificata gradualitate deuolutionis.*

7 *Tertius nequit excipere de iure subalterni Collatoris, ad quem gradatìm deuolui debuisset prouisio Beneficij ob negligentiam primi, &* n.36.

8 *Superior immediatus, ad quem deuoluitur prouisio Beneficij ob negligentiam inferioris Collatoris, tenetur illud intrà sex menses conferre.*

9 *Litteræ Apostolicæ præsumuntur in omnibus iustificatæ coràm Executore eo ipso, quod iste mandauit, illas fore, & esse exequendas.*

10 *Papa præsumitur habere omnia Iura in scrinio Pectoris.*

13 *Causæ primarum Instantiarum non auocantur ab Ordinarijs, sed remittuntur ad Partes non obstantibus Monitorijs Romæ expeditis.*

14 *Appellatio à Sententia Episcopi deuoluitur ad Metropolitanum.*

Potest tamèn à iudicato Ordinarij appellari ad Papam omisso medio Metropolitani n. 15.

16 *Episcopus præsumitur apprimè informatus de qualitatibus propriorum Subditorum.*

17 *Testi deponenti ad substentationem facti proprij non creditur.*

Limita, si eius dictum remaneat ab aliorum depositionibus, vèl aliàs aliundè adminiculatum, n.19.

18 *Amor proprius excæcat oculos Sapientum, & mutat verba Iustorum.*

20 *Deuolutio Beneficiorum ad Sedem Apostolicam introducta est ad compescendam negligentiam inferiorum Collatorum, &* n.23.

Ideòque non intrat, vbì inferior Collator fuit iustè impeditus, quin posset conferre, n.26.

Amplia, vt n.29.

21 *Præbenda Theologalis potest ab Ordinario temporalitèr assignari alicui Regulari, vbì non adsint alij Ecclesiastici Sæculares, qui possint, aùt velint de illa prouideri.*

Et interìm ius conferendi competens Ordinario remanet suspensum, neque contrà eum currit tempus semestris, n.25. & 27.

22 *Longa, seù diutina vacatio Beneficij est Iuri Ecclesiastico exosa.*

28 *Conditio suspensiua in quo differat à resolutiua*, remissiuè.

30 *Authoritas Papæ sempèr censetur præseruata in omnibus tàm suis, quàm aliorum prædecessorum Constitutionibus.*

31 *Excipiens efficitur Actor in sua exceptione, ideòque tenetur illam plenè, & concludentèr iustificare.*

32 *Ciuitas* Foroliuij *sempèr abundauit Viris præclaris, & in omni scientia versatissimis.*

33 *Doctor in Iure Canonico potest assumi ad Præbendam Theologalem, & de ratione.*
34 *Fundans se in negatiua tenetur illam concludentèr iustificare.*
35 *Cura Animarum dicitur Ars Artium.*
39 *Clausula* = Et detur deuolutio dispositiuè &c. *indicat, quod Papa intellexerit prouidere Beneficium iure deuoluto, non autèm animo præueniendi inferiores Collatores.*
Limita, si Papæ fuerit narrata specialis deuolutio ob negligentiam solius primi Collatoris, n.40.

DECISIO CLXI.

PRebendam Theologalem iamdiù vacantem in Cathedrali Ecclesia Foroliuien. à Sanctiss. D. Nostro Innocentio XII. iure deuolutionis sibi conferri reportauerat Ioannes Maria sub expressa lege eidem iniuncta, vt infrà terminum vnius anni Lauream Magistralem in Sacrosancta Theologica facultate omninò consequi arctaretur; Cùmque uigore Litterarum huiuscemodi collationis de manu Archidiaconi, ac Præpositi Executorum felicitèr possessionem eiusdem Præbendæ paulò pòst fuisset adeptus, insurrexit Mensæ, seù Curiæ Episcopalis Promotor, & vnâ cum Fr. Paulo Vincentio Ordinis Sancti Dominici, qui per modum simplicis interinationis, siuè prouisionis extiterat per sollicitudinem Episcopi præelectus ad subeundum Lecturæ munus, non tantúm congruam interposuit appellationem, sed & in plena Signatura Iustitiæ pro circumscriptione possessionis (vt suprà) captæ per Ioannem Mariam ingitèr, & insimùl inutilitèr institit, prodeunte dumtaxàt ab eodem Tribunali rescripto = *Parito Litteris arbitrio*, cui non esse locum hodiè *Domini* ad normam Commissionis per Me ad suffragandum exorati responderunt.

Posthabita etiàm namquè reflexione, qùod eò difficiliùs, & duriùs interponi poterat arbitrium pro petita retardatione
1 Litterarum Apostolicarum, quandò illæ sortitæ iàm fuerant executionem plenariam, imò & legitimam, abnuente, vt præmisimus, Signatura rescribere pro circumscriptione, sicutì distinguendo intèr gratiam executioni suæ demandatam, & adhùc pendulam, & exequibilem, pluriès dictum fuit, & signantèr *coràm Buratt. decis.*138. *num.*1., *& decis.* 247. *num.*1. *&* 2. *ac per tot., Vbald. decis.*426. *num.*3. *&* 4., *Bich. decis.*275. *num.*28., *& in rec. dec.*276. *num.*8. *&* 9. *par.*19.

Firmamentum resolutionis præcisiùs innitebatur soliditati præfatæ collationis, seù Gratiæ in omnibus iustificatæ, quauè iusti-
2 ficatione intercedente nusquàm retardari consueuit mediante celeri executione illud obsequium, & veneratio, quam sibi promerentur Bullæ, seù Litteræ Pontificiæ, ad Text. *in cap. si Capitulo, ibiquè gloss. verb. exequatur, de concess. Præben. in* 6., *Rot. decis.*154. *ex num.*1. *vsquè ad* 7. *par.*12. *rec.*, *& decis.* 276. *num.*1. *&* 2. *par.*19., *& in Aurien. Cantoriæ* 10. *Decembris* 1696. §. 1. *coràm R.P.D. meo dell'Olmo.*

Et quidèm vndiquè iustificatæ præfulgebant præfatæ Litteræ Ioannis Mariæ; quoniàm circà reliqua generaliora, de quibus in *Aretina Beneficij* 11. *labentis Mensis* §. *Minùsque, coràm Me* (suprà *decis.*153. *n.*5.) nulla per Partes implicabatur hæsitatio, solusque nodus disceptationis stringebatur in perquirendo, vtrùm subsisteret impetratoris assumptum supèr adeò diuturna vacatione, ac respectiuè neglecta repletione Præbendæ, vt ex præcitato titulo, seù capite deuolutionis Ioannes Maria ritè valuerit controuersam Præbendam obtinere, iuxtà prouidè sancita per Oecumenicum *Lateranense Concilium sub Innocentio III.* celebratum, & ab ipso reassumptum *in cap. nulla, de concess. Præben.* quamuè sanctionem lo-
3 cum sibi potentiùs vindicare in hiscè Præbendis Theologalibus, nè Pabulum Diuinæ Scripturæ longiùs protrahatur, vno ore affirmarunt *Rebuff. in concordat. tit. de Collat.* §. 1. *in verb. teneatur, Garz. de Benefic. par.*5. *cap.*4. *num.*222., *Castropal. oper. Moral. par.*2. *tract.*13. *de Benefic. disp.*3. *punct.*3. *num.*19., *Ventrigl. in prax. For. Eccles. par.*2. *annot* 3. §. 2. *n.*6.

Absquè eo, quod per speciem præliminaris oppositionis Aures præbendæ venirent obiectioni per præfatum Promotorem suscitatæ, nimirùm, quod ad præscriptum mòx laudati *Concilij Lateranensis* exigeretur ibidèm insinuata gradualitas deuolutionis,
4 & consequentèr, quod in omnem casum prouisio ex isto capite pertineret ad Archiepiscopum Rauennæ Metropolitanum, non autèm ad Sanctam Sedem, vel ad effectum sustinendæ impetrationis iure deuoluto necessarium esse dixerunt *Abb. in dicto cap. nulla num.*7. *&* 8. *de concess. Præben.*, *Lotther. de re Benef. lib.*2. *quæst.*24. *num.*43. *&* 45., *Antonell. de temp. legal. lib.*3. *cap.*16. *num.*18. *&* 19., *Rot. coràm Coccin. dec.*195. *num.*2., *Manzaned. decis.* 667. *num.*1. *cum duobus seqq.*, *Pamphil. decis.* 615. *num.* 9., *Vbald. decis.*316. *num.*10., *& in rec. dec.*518. *num.*2. 3. 4. *par.*14., *& decis.*180. *num.* 3. *&* 4. *par.*18.

Quidquid citrà necessitatem hanc responderi posset, quotiescumquè tractaretur de Præbenda, aùt Beneficio sito in aliqua Ca-
5 thedrali nemini suffragante, sed immediatè S. Sedi subiecta, aùt quotiès alio iure, quàm illo deuolutionis Papa tamquàm omnium Beneficiorum Dominus de eadem

Præ-

Præbenda, & Beneficio disponere intendisset, ex his, quæ distinguendo annotarunt *Rebuff. in prax. Benef. tit. de deuolut. nu.36., Barbos. de offic., & potest. Episc. par.3. alleg. 58. num.13., CcKior. de Iurisdict. in Exempt. tom.1. par.4. quæst.30. num.5., Lotther. dicta quæst. 24. num.43. vers. præterquàm si sit exemptus, & num.49., Frances de Eccles. Cathedr. cap.30. num.340.*

Incontinenti quippè librata euanuit leuitas obiecti; licèt enim formula Litterarum
6 cantaret = *dummodò collatio ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta existat*, & ex ea videretur, noluisse Pontificem ad collationem deuenire, nisi cum supposito enunciatæ gradualis deuolutionis, vt ait *Garz. de Benefic. par.10. cap.3. num.16. & 17., Lotther. dicta quæst.24.num.37. & 38., Corrad. in prax. Benef. lib.5. cap.1. num.65. in fin., Rot. dicta decis.667. num.4. in fin. coràm Manzaned.*

Nihilominùs cùm præcitatus Archiepiscopus Rauennaten. nunquàm fuerit, nèc
7 foret in Causa, incompetens dicebatur allegatio iuris ad Tertium spectantis, ad regulam, de qua *Bart. in leg. qui cum hærede num.1. ff.de except. rei iudic., Crot. cons.119. num.8. & 9., Gonzal. ad Regul. Cancell. gloss.56. num.111. & seq., Rota in Hydruntina Cappellaniæ 10. Maij 1697. §. fin. cor. R. P. D. meo dell' Olmo*; Quìn etiàm, vbi quoquè idem Archiepiscopus comparuisset, aùt in posterùm compareret, haberet in primis deuolutionem statutam, & decursam paritèr contrà se, nàm Præbenda de tempore impetrationis factæ per Io: Mariam de Iure, & de facto vacans reperiebatur longè suprà annum, cùm mors vltimi possessoris euenerit de anno 1697., impetratio autèm subsecuta dignosceretur sub anno 1699.; quapropter, inspecta huiusce longiori tem-
8 poris intercapedine, manifestissimè defluxum erat etiàm aliud semestre, intrà quod debuisset Archiepiscopus iure suo Metropolitico occurrere vacationi, ac prouidere, vti fert littera præfati *Text. in cap. nulli, de conceß. Præben.*, & annotarunt *Barbos. de Episc. dicta alleg. 58. num.18., Pax Iordan. var. elucubr. lib.10. tit.12.num.7. & 8., Antonell. de temp. legal. d. lib.3. cap.16. n.16., & de regim. Eccles. Episc. lib. 3. cap.5. num.25.*

Cœterùm, quandò etiàm siuè ex capite probabilis ignorantiæ, siuè aliàs quomodólibet Rauennaten. Archiepiscopus sese valuisset eximere ab omni, & quacumque deuolutione, vltrà reluctantiam, quam aduersùs se adinueniret in hodierno gradu executionis iàm factæ Litterarum Apostolicarum, qua stante omnis præsumptio transfusiua ardui oneris iustificandi contra-
9 rium viget pro eadem executione, præsumuntur etenim Executores plenariam suscepisse informationem, ac verificationem illarum circumstantiarum, quæ desiderabantur ad substantiam actus exequendi, teste *Rot. decis.71. num.5. cum duobus seqq. part.6. rec., coram Buratt. decis.842. num.4., coram Priol. decis.60. num. 2., & cor. Card. Cerro decis. 759. sub num. 2. vers. & postquàm*; sempèr agnouêre *Domini*, quod illi obstitisset voluntas, & potestas Summi Pontificis, non tantùm in ratione præsumpta, quod cùm ex littera Supplicationis signatæ, vèl Bullarum nullibì appareret de aliqua vitiosa taciturnitate, vèl falsa expressione, quæ redderent ipsam prouisionem subreptitiam, ac de cœterò Pontifex
10 habeat (vt inquit *Text. in cap.1. de Constit. in 6.*) omnia Iura in scrinio Pectoris, facilè censeri poterat, quod actu prouidendo
11 antequàm prælaudatus Archiepiscopus manus apponeret in collatione, voluerit illam præuenire, vt potest indubitantèr, sicuti declarando contrarios affirmarunt *Mandos. ad regul. 34. Cancell. quæst. vlt. num.6., Garz. de Benef. dicta par.10. cap.3. num.30. in fin., Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. §. 4. proœm. num.90. & 91., & num.97., Antonell. de temp. legal. dicto lib.3. cap.16. sub num.20.*

Clariùs autèm emicante efficacia, & ratione expressa verborum, & Clausularum, quæ adiectæ fuerant in Bulla prouisionis Apostolicæ; inibì namquè priusquàm superadiecta extitisset superiùs indicata Clausula *dummodò collatio &c.* adstabat præambula illa alia Clausula = *dummodò tempore Datæ præsentium non sit in eis alicui specialitèr ius quæsitum*; Cùm enim certissimum esset,
12 quod nulli alteri per collationem actualitèr obtentam foret aliquod ius per anteà quæsitum, hinc eadem Clausula sufficientissimè explicabat Papæ intentionem, quod quatenùs agebatur de subsidiario Collatore intendebat iure sibi competente præuentionis conferre, per ea, quæ obseruant *Add. ad Gregor. decis.314. num.6., Episc. De Rosa de Execut. Litt. Apost. par. 1. cap. 6. num.65., Rot. decis.2129. num.14. coràm Coccin., dec.25. num.29. par.10. recent., in Colonien. Parochialis 1. Februarij 1686. §.1. in fin. coràm bo.mem. Emerix iun.* (intèr suas *decis.686. num. 8.*) *& in Leodien., seù Aquisgranen. Decanatus 20. Martij 1699. §. fin. coràm R. P. D. meo Caprara* (intèr eius impressas *decis.437. num.18.*)

Et vt vtraque Clausula insimùl, & planiùs compateretur, fuit ex abundanti perpensum, quod prior præcedens Clausula, de qua móx disseruimus, voluntatem Pontificiam lucidè pandebat in ordine ad præueniendum intermedium Collatorem venientem ex eodem iure deuoluto: at non

sic

sic quóad præiudicandum natiuo Diœcesano, & Ordinario collatori, quotiès tempus vacationis enarratum minimè in rei veritate subsistisset; pròut videmus in hac ipsa Ecclesiastica Hyerarchia, quod Papa, alio speciali non interueniente, non obstanti-
13 bus Monitorijs expeditis nusquàm intendit Causarum cognitionem in prima Instantia ab Ordinarijs auocare, ideòque per Curiæ Romanæ Tribunalia passìm eædem Causæ quòad primam Instantiam remittuntur ad Partes, iuxtà *Conciliare Tridentinum præscriptum in cap. Causæ omnes*, aliàs *Sess.24. de Reform. cap.20.*, *Barbos. de offic. & potest. Episc. par.3. alleg. 81. ex num.1. cum seqq.*, *Card. De Luca de Iurisd. disc. 53. per tot.*

Sed respectu subsequentium Instantiarum licèt non absimilis gradualitas exposceret,
14 quod Causæ ab Ordinarijs per appellationem ad Metropolitanum, vèl Primatem deuoluerentur, vt habetur apùd *Scacc. de appell. quæst.8. num.86.*, *Altimar. de Nullit. rubr.3. quæst.27. num.14.*, *Ventrigl. de Iurisdict. Archiep. cap.134. num.1. & seqq.*; Attamèn hoc minimè sub eodem rigore, siuè exemplo *Concilij Tridentini* asseruatur
15 in praxi quotidiana, dùm (omisso medio) Pontifex, illiusque Iudices eum repræsentantes, appellationes recipiunt, Causasque effectiuè definiunt, atquè ità ad effectum voluntatis præueniendi Metropolitanos con. tradistinctè ab Ordinarijs sufficit in practica, quod appellatio per Papam fuerit actu recepta, vt est notorium, & in proposito liquet ex not per *Canonistas in cap. dilecti 66. de appell.*, *Scacc. eodem tract. quæst.7. n.46. & seq.*, *Vizzan. de Mandat. Princip. cap.3. num.38.*, *Altimar. de Nullit. dicta rubr.3. quæst.25. num.25.*, *Card. De Luca de præeminent. disc.34. num.6.*, *& de Iudic. disc.3. num.54. in fin.*, *Rot. decis.170. num.11. coram Buratt.*

Atquè ex his redacta acie certaminis in dispungendo, vtrùm in rei veritate intraret aduersùs Ordinarium Foroliuien. prænarratum caput deuolutionis ob non expletam ab eo prouisionem huiuscè Præbendæ intrà spatium sex mensium, ex *dicto cap. nulla, de concess. Praeben.* Promotor quidèm Fiscalis acritèr insistebat, non posse Episcopum vllo modo criminari de aliqua negligentia in prætermittenda collatione Præbendæ in titulum, ex quo tùnc temporis nulli reperiebantur in Ciuitate Foroliuij, qui volentes assequi hanc Præbendam forent insimùl capaces, & idonei, quemadmodùm primariò media Iurisiurandi Religione professus fuerat, & asseruerat ipse
16 Diœcesanus, cui proindè (subdebat Promotor) non modica fides erat adhibenda, ex quo nemo meliùs, quàm proprius Pastor, agnoscit Oues suas, vt inquit *Zabarell. in Clement.2. num.13. de offic. Ordin.*, *Rot. decis.897. num.6. coràm Dunozet. Iun.*, *decis.114. num.6. par.8. rec.*, *& decis. 325. num.16. par.16.*

Eòque certiùs, quià deficientia huius personæ capacis, & idoneæ ad explanationem Scripturæ Diuinæ conuincebatur etiàm ex attestatione quamplurium Ecclesiasticarum, & Nobilium Personarum, iuxtà monumenta probationum abundè recensita *in Summ.* eiusdem Promotoris *num. 16. 17. & 18.* concomitante enìm iuratam Episcopi assertionem fulcimento extrinsecarum Attestationum, magìs indubitantèr standum esse prædictæ Episcopali protestationi, seù declarationi à fortiori demonstrabat exemplum cuiuslibet priuatissimæ Personæ, cuius
17 dictum etsì valeat in suis casibus contemni, vèl debilitari, quandò protendat ad facti proprij substentationem, ob illam plerumquè insitam in Præcordijs nostris illecebram
18 ingeniti Amoris ergà nos ipsos, quæ potentiùs excæcat oculos Sapientum, & mutat verba Iustorum; nihilominùs, concur-
19 rentibus hiscè alijs extrinsecis depositionibus, & adminiculis, in Iudicijs attendi solet, & debet, ex deductis per *Crauett. de antiqu. temp. par.1. limit.4. num.38. in fin.*, *Turricell. de Vnion. cap. 10. num.7.*, *Rot. coràm Bich. decis.140. num.27. cum duobus seqq.*, *repetit. decis.222. num.23. par.9. rec.*, *& in Asculana Beneficij*, *seù Abbatiæ 8. Martij proximè præteriti §. Minùsque profuit*, *cor. Me* (suprà *dec.135. n.20.*)

Potissimè reflectendo, quod nequè per vmbram ostendebatur, aliquem statuto tempore ad conferendum decurrente comparuisse coràm ipso Ordinario pro assequenda collatione Præbendæ; vndè mòx enunciatis probationibus, & argumentis affirmatiuis, superaddendo quoquè istud negatiuùm neminis comparentis, absonum videbatur detorquere in eumdem Pastorem
20 vllam negligentiæ notam, ad quam tantummodò effugiendam, vèl compescendam introducta est per Apostolicam S. Sedis vigilantiam pœna quodammodò deuolutionis, sicutì testantur *Gonzal. ad Regul. Cancell. §.5. probæm. num.144.*, *Pax Iordan. var. elucubr. lib.10. tit. 12. num.3.*, *Episc. De Rosa de exec. Litt. Apost. tom.2. in Addit. ad par.1. cap.7. num. 189.*, *& num. 204.*, *Rot. decis. 134. sub num.14. vers. quià cùm deuolutio*, *coràm Card. Cerro*, *& decis.264. sub num.10. vers. nec sinè*, *cor. sa. me. Alex. VIII.*

Tantòque euidentiùs, quoniàm tantùm aberat, Ordinarium incusari posse de vlla vèl minima oscitantia in hoc identifico casu vacationis Præbendæ Theologalis, vt non potens condignè replere huiusmodi Lecturam

ctturam Ministro idoneo, prouidissimè obsequens, & inhærens menti *Sacri Concilij Tridentini Sess.5.de Reform.cap.1.* nec-nòn antè, ac pòst iniunctis, & ordinatis à Summis Pontificibus Innocentio III. *in cap. quià nonnullis, de Magistr.* S. Pio Quinto, & Gregorio XIII., fermè incontinenti pabulo sibi commissi Gregis sedulò consuluit,
21 prouisionalitèr deputando ad idem legendi munus adamussim Virum Religiosum, Laureâ, & Professione Theologum, pròut erat à principio nominatus Fr. Paulus Vincentius illustris Ordinis S. Dominici, vt ad normam præfatarum sanctionum faciendum esse monuerunt *Barbos. ad Concil. Trident. dicta Sess.5. de Reform. cap.1. num.13., & in tract.de offic.& potest.Episc.par.3.alleg.56. num.15., Pax Iordan. var. elucubr. lib. 7. tit.3. num.32.& seq., Corrad. in prax. Benef. lib.2. cap.5. num.7., & in prax. dispens. lib.6. cap.1. num.24., Nicol. lucubr. Canon. lib.5. tit.5. de Magistr. num. 3. vers. Sed quandò, Ventrigl. in prax. For.Eccles. tom.2. annot.12. §.1. num.29., Pignattell. consult. Canon. tom.10. consult.149. sub num.4. vers. & quid, si Secularis.*

Verùm rationes hæ sufficientes apùd *Dominos* visæ non sunt pro vllius arbitrij interpositione ad finem nedùm retardandi promptam executionem Litterarum Apostolicarum, sed quod plus (vt præmisimus) erat ad effectum infringendæ executionis iam factæ, & consumatæ. Quoniàm, quidquid esset circà Forum internum, & honestam, vt decebat, præseruationem integritatis Episcopalis, denegari non poterat, quin Ioannes Maria pro substentatione suæ prouisionis vndiquè confoueret aspectum, & soliditatem boni iuris: Licèt namquè *Sacri Canones* præfigendo terminum sex mensium tacitè, & virtualitèr fortasse intellexerint per ordinatam deuolutionem stimulare, aùt plectere Diœcesanos, siuè potiùs generali-
22 tèr mederi nimiùm diutinæ vacationi, Iuri, & regimini Ecclesiastico sempèr exosæ, vt ait *Gregor.X.in cap.quàm sit,de elect. in 6.*; Adhùc respectu Fori externi statìm ac posita vacatione, illiusque scientiâ in Ordinario non apparet, ipsum prouidisse Beneficio vacanti, subingreditur deuolutio, & censura præfati *Text. in cap. nulla, de concess.*
23 *Præben.* sicuti fert illius littera, quæ simplicem considerat dilationem, nihil autèm obloquitur de culpa, vèl pœna, imò ibidèm *Gloss. verb. infrà sex menses* inquit: *Et authoritate huius Canonis semestri tempore statim elapso potest eligere ille, ad quem deuoluta fuerit eligendi potestas*, & notant etiàm *Garz. de Benef. par.10. cap.2. num.43., Barbos. de offic. & potest. Episc. par.3. alleg.126. num.39., Faguan. in dicto cap. nulla num.26. de concess. Præben., Amostaz. de caus. pijs lib.3. cap.13. num.3.*

Stabilito igitùr hoc extremo deuolutionis ex solo lapsu temporis resultante, compertoque ex altera parte, quod Ioannes Maria Testimonialibus eiusdem Episcopi reperiretur præcedentèr iàm approbatus ad duos Concursus, vnam scilicèt Parochialis S. Luciæ Ciuitatis Foroliuien., alterum verò Primiceriatus Dignitatis illius Cathedralis, quodque etiàm munus concionandi exanthlauerit, secundùm ea, quæ etiàm præseferebant litteræ Testimoniales ipsiusmèt Episcopi registratæ in *Summario* Ioannis Mariæ *num.4.*, quodque tandèm de more huiusmodi litteris commendatitijs introspectis Pontifex illi contulerit vacantem adhùc Theologalem sub sola conditione, & præcepto assumendi Magisterium Sacræ
24 Theologiæ, clarum reddebatur, quod prouisio Apostolica per eumdem reportata celerem, & paratam promerebatur executionem, vt prætèr suprà allegatos in *§.Firmamentum* dictum fuit *in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Stetit ratio, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc intèr suas *dec.645. n.1.*)

Nequè ob id in oppositum vllatenùs refragari valebat cumulus præfatarum diligentiarum, quas adhibuisse profitebatur Ordinarius circà adinuentionem personæ idoneæ, & capacis ad legendum Sacram
25 Scripturam, quasi quod ex hoc capite facultas conferendi iure Episcopali sibi competens remansisset suspensa, vt referendo disposita per Pium V., & Gregorium XIII. præsupponunt *Barbos., Pax Iordan., Corrad.*, alijque superiùs recensiti *sub §. Tantòque euidentiùs*; & quasi etiàm quod censura *Lateranensis Concilij* decernens deuolutionem
26 nequiuerit locum sibi vsurpare ob tàm naturale, & iustum impedimentum, ex his, quæ declarasse videbatur *idem Innocentius III. in cap. quià diuersitatem, eodem tit. de concess. Præben.*, & consequentèr Io: Maria, vice impetrandi à S. Sede huiuscemodi Præbendam iure deuoluto, teneretur apùd Ordinarium insistere pro reportanda collatione,
27 ex quo nihil magis repugnet deuolutioni, vèl resolutioni potestatis, quàm ipsa suspensio, quæ nihil suaptè naturâ innouat, &
28 ponit in esse, vti dicimus de conditione suspensiua, ad differentiam resolutiuæ, iuxtà distinctionem, de qua *Menoch. consf.262. num.11. & 12., & consf.494 num.1. cum duob. seqq., Merlin. Pignattell. contr. for. cent.2. cap.40. num. 1., & seqq., Capyc. Latr. consult. 139. ex num. 35. vsque ad 38., Modern. Lucen. consult. 69. num. 28. & 29., & consult.101. ex num.34. cum plur. seqq.*

Siquidèm animaduertebant *Domini*, quod ad præsens minimè agebatur de arguendo Episcopum ob factam ab eo deputationem pro-

prouifionalem, donèc illi innotefceret perfona idonea, minùfque de eum puniendo ex capite alicuius negligentiæ, mediante priuatione collationis huius Præbendę tamquàm negligentèr pofthabitæ: fed quià non erat cafus præfatæ *Decretalis in dicto cap. Quià diuerfitatem, de concefs. Praben.*, per
29 quam declaratur, non intrare deuolutionem (quotiès Epifcopus ex propria fufpenfione remanferit conferre impeditus) beneficio aliorum, ad quos conferendi facultas deuoluta fuiffet; punctus ftabat, vtrùm, admiffo toto hoc intellectu, Papa ipfe conferre non poffet iure deuoluto, dùm nequè præfata *Decretalis*, nequè ordinationes *S. Pij V.*, *& Gregorij XIII.*, quæ nullibì reperiuntur impreffæ, aùt regiftratæ, quidquàm loquuntur volente Papa, fecundùm Claufulas fuperiùs expenfas, infimùl præuenire Ordinarium, & prouidere Iure deuoluto, itàut comparente coràm ipfo Perfona idonea, & capaci, nequiret, aùt velle non præfumeretur idemmèt Supremus Epifcoporum Epifcopus de hac Theologali
30 prouidere: regula namquè eft in contrarium, quià nufquàm Papalis dignitas, & authoritas comprænenditur in fuis difpofitionibus, nifi maluerit comprænendi, vt per *Gonzal. ad Regul. Cancell. glofs. 9. §. 1. num. 52. & feq.*, *Rot. decif. 325. num. 30. par. 5. rec.*, *decif. 678. num. 16. coràm Dunozett. iun.*, *& decif. 73. ex num. 11. vfquè ad fin. cor. Card. Cerro.*

Aft vbì etiàm præfcindendum foret ab hoc motiuo, duo palàm eliminabant excufationem circà incurfam deuolutionem; quià cùm Epifcopus haberet procùl dubio regulam contrà fe deriuantem ex totiès memorato *Concilio Lateranenfi*, ex caufa verò non reperitionis inniti fatageret limitationi promananti, aùt ex determinatione SS. Pontificum *Pij V.* & *Gregorij XIII.*, aùt ex Decretal in *cap. Quià diuerfitatem, de concefs.*
31 *Praben.* in hac ipfa fua exceptione, & limitatione Actor efficiebatur, ideòque concludentèr tenebatur illam iuftificare, per *Text. in leg. 1. ff. de except.*, *& in leg. In exceptionibus, ff. de probat.*, *Rot. coràm Gregor. decif. 279. num. 2.*, *Dunozett. iun. decif. 594. num. 16.*, *Arguell. decif. 14. n. 33. & decif. 67. num. 39. & 40.*, *& coràm Zarat. dec. 12. num. 9.*

Primò itaquè, prætermiffa nimia inuerifimilitudine, quod in Ciuitate Foroliuij
32 fempèr referta Viris præclaris, ficutì teftabantur monumenta plurium infignium *Iurifconfultorum* Typis euulgata, necnòn Officijs, & Prælaturis, fed etiàm Ordini noftro, ac Sacræ Vaticanæ Purpuræ donatorum, ftringentiùs vrgebat, quod prætèr atteftationem præfentis Capituli Foroliuien., ipfiufque etiàm Magiftratus Sæcularis, dabantur quamplura nomina Laureatorum in vtroquè Iure adhùc viuentium; proindèque cùm non conftaret, Ordinarium illos interpellaffe, an vellent huic Lecturæ feruire, ambigi non poterat, quin ipfi aptiffimi forent ad limites *Concilij Tridentini dicto cap. 1. Seff. 5. de Reform.* ad explendam Lecturam hanc Theologalem,
33 ftante quod facultas in Doctoratibus attributa legendi, ac docendi in Iure Canonico fecum inuoluit vèl eminentèr, vèl æquipollentèr etiàm fcientiam, feù facultatem Theologicam, faltèm in illa parte, quæ extrà Hæretica confinia magis pertinet ad Canones, quàm ad Theologiam purè fpeculatiuam, ficutì latiffimè demonftrat *Pignattell. confult. Canon. tom. 1. confult. 146. per tot.*, vbì pluriès id refolutum refert à Sac. Congregatione Concilij, & fignanter *in vna Arien. 2. Februarij 1646.*, *& in Mazarien. 12. Aprilis 1651.*

Fas autèm non erat præfupponere, quod Paftor id ignoraret ex fuperiori iàm adducta ratione, quod indubitantèr cenfetur cognofcere Oues fuas; vèl faltèm exindè oriebatur, quod fundando fuam limitationem in præfato defectu Perfonarum ido-
34 nearum, arctabatur validiùs per proclamata, vèl alios æquiualentes modos edocere de hac negatiua, in qua fe fe fundabat (ratione non comparentiæ alicuius) Promotor Fifcalis, ex trad. per *Alex. conf. 109. num. 5. lib. 5.*, *Gratian. difcept. 793. num. 9. Ofafcb. decif. 108. num. 3.*, *Rot. decif. 502. num. 7. par. 1.*, *& decif. 422. num. 2. part. 2. rec.*

Secundò demùm, & in omnem cafum videbatur, quod omnem poffibilem negatiuam exiftentiæ Perfonæ capacis in ftricta facti contingentia poffet excludere idemmet Ioannes Maria, qui ficutì comparere non tenebatur tamquàm non laceffitus per Edicta, & probabilitèr ignorans, vtrùm concurrerent plures eo præeminentiores, ità oftendebat fefe fuperindutum fufficienti Vefte Nuptiali per Teftimonium eiufdem Ordinarij profitentis, illum vltrà munus Concionatoris (quod difficilè poteft expleri abfquè notitia Diuinæ Scripturæ) iàm extitiffe per ipfummet approbatum ad re-
35 gendam Curam Animarum, quæ profectò intrinfecè expofcit fcientiam regulandi mores ad normam Sacrofanctæ Diuinæ Scripturæ vtriufque Teftamenti, circà quod fubftantialitèr (omiffo maiori ftudio, vèl pompa) tota Theologica, omnifque alia Ecclefiaftica fcientia verfatur, & verfari debet, vtpotè Ars Artium, pròut innuit *Text. in cap. Cùm fit Ars 14. de ætat. & qualit.*, *& in cap. Quià nonnullis, §. Sanè, de Magiftr.*

Et ità, nihil de cætero refpondentes

quòad attentata aduersùs Io: Mariam prætensa in capessenda possessione, vtpotè posthabita per Promotorem in Tribunali Signaturæ Iustitiæ, *Domini* resoluerunt, vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

FIrmat intèr cœtera hæc *Decisio* D. mei *num.* 7., quod Tertius nequit excipere
36 de iure inferioris Collatoris, ad quem legitimè deuoluta extitisset prouisio Canonicatus,. & cuiuscumque alterius Beneficij iuxtà gradualitatem præscriptam in *Concilio Lateranen.*, de quo in *cap.* 2. *de concess. Præben.*; & idipsum (allegata eadem præsenti *Decisione* in hoc præciso passu) recentiùs dixit *Rot. in Cracouien. Canonicatus* 3. *Decembris* 1725. *§. Penult. sub princ. coram Rmo D. Ratto Episc. Corduben.*, *& in Calaguritana Canonicatus die* 10. *eiusdem mensis*, *& anni §. Minùsque*, *coram bo. me. Cornelio*.

Ad *num.* 11., vbi dicitur, quod Papa censetur voluisse Beneficium vacans prouidere potiùs animo præueniendi subalternum Collatorem, quàm conferendi iure
37 deuoluto, quandò ex narratis per impetrantem compræhendere potuit, quod non adhùc elapsa erant cuncta semestria aliorum inferiorum Collatorum, addi potest vltrà *Mandos.*, *Garz.*, & alios *ibidem* congestos *Rot. coràm Reuerendiss. Crispo decis.* 24. *n.* 7., *decis.* 98. *num.* 13., *& decis.* 301. *num.* 5., *& coràm Card. Falconer. tom.* 3. *tit. de Rescript. decis.* 12. *num. fin.*, *& in dicta Calaguritana Canonicatus* 10. *Decembris* 1725. *§. Et sanè*, *propè fin.*, *coràm Cornelio*.

Similitèr ad *num.* 12., vbi subditur, quod
38 eadem voluntas Papæ in ordine ad præueniendum subalternum Collatorem resultat ex adiecta in Litteris Clausula = *Dummodò de tempore Datæ præsentium non sit in eo alicui specialitèr ius quæsitum*, addo in eadem subiecta hypothesi loquentem *Rot. in Vrbanien. Archipresbyteratus* 26. *Februarij* 1720. *§. fin. coràm bo. me. Rouault de Gamaches*, *& in cit. Calaguritana Canonicatus* 10. *Decembris* 1725. *dicto §. Et sanè in fin. coràm Cornelio*.

Nisi fortè vèl in Supplicatione, vèl in Litteris desupèr expeditis apposita reperiretur Clausula = *Et detur deuolutio dispositiuè &c.*
39 tùnc namquè cessaret virtus prædictæ Clausulæ = *Dummodò de tempore Datæ &c.* eo quià per aliam mox dictam Clausulam = *Et detur deuolutio &c.* satis Pontifex declarasse videretur, quod prouidere intellexerit iuxtà terminos præcitati *Concilij Lateranensis*, videlicèt iure deuoluto, & sub præsupposito negligentiæ omnium inferiorum Collatorum, non autèm animo illos præueniendi, quemadmodùm respondendo ad obiectum deductum ex primodicta Clausula = *Dummodò de tempore &c.* relatis concord. probat *Piton. discept. Eccles.* 24. *num.* 40. & admittit *Rot.* in suppracitata *Cracouien. Canonicatus* 3. *Decembris* 1725. *dicto §. Penult. ad med. coràm Rmo D. Ratto*.

Quod tamèn temperarem in casu, quo Beneficium fuisset specificè impetratum à Sede Apostolica ex capite deuolutionis ob
40 negligentiam primi Collatoris, & insimùl extitisset Papæ indiuidualitèr expressum tempus vacationis Beneficij, in modum, vt illi certò innotuisset, quod non adhùc in actu sibi porrectæ Supplicationis lapsum erat semestre competens subalterno, seù immediato Collatori; tùnc etenim prædicta Clausula = *Et detur deuolutio &c.* satis operaretur circà ipsam deuolutionem Pontifici narratam, videlicèt ob negligentiam primi Collatoris, sed de cœterò vim non haberet alterandi qualitatem talis deuolutionis sic specialitèr expressæ, cùm immò eadem Clausula ad eum finem censeretur adiecta, nè sub colore deuolutionis à se extorqueretur Gratia de Beneficio aliàs affecto, vèl reseruato, id quod nil commune habet cum deuolutione, vt totidèm ferè verbis respondit *Rot.* in præallegata *Calaguritana Canonicatus* 10. *Decembris* 1725. *§. Idque procedit*, *coram Cornelio*.

A. Lupardus.

MEDIOLANEN. PRIORATVS.

Ven. 25. *Iunij* 1700.

ARGVMENTVM.

Filij familias in Iurepatronatu gentilitio, seù familiari admittuntur ad præsentandum vnâ cum Patribus; & licèt non probetur, quod vmquàm in præcedentibus statibus præsentauerint, non ideò hoc obest eorum admissioni, nisi constet, quod voluerint præsentare, & fuerint reiecti. Illegitimi regularitèr non succedunt ad Iuspatronatus familiare, seù gentilitium, præsertìm si sint nati ex damnato coitu, quod tamèn *in Addit.* resoluitur cum distinctione intèr vocationem factam ad Iuspatronatus per verba Ciuilia, vèl naturalia.

SVMMARIVM.

1 *Intèr plures præsentatos præfertur is, qui habuit plures voces, seù suffragia, quotiès ius præsentandi exercetur iure singulari, non autèm Collegiatiuo.*

2 *Ius præsentandi ad Beneficium de Iurepatronatu familiari, seù gentilitio pertinet dumtaxàt ad illos de Domo, seù Familia, non verò ad hæredes extraneos.*

Nèc

Nèc poteſt vnus ex Patronis ius ſuum cedere, donare, aùt legare alicui extraneo inuitis alijs Compatronis, n.26.

3 Præſentatio facta per eos, qui non exiſtunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, vèl non deſcendunt ab ijs, qui in huiuſmodi quaſi poſſeſſione exiſtebant, in nihilo attenditur.

Sed sempèr prænalet præſentatio facta per eos, qui ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, vèl deſcendunt ab ijs, qui aliàs præſentarunt, num.40.

4 Filij familias in Patronatu gentilitio, ſeù familiari admittuntur ad præſentandum inſimùl cum Patribus, & n.24.

Et licèt non conſtet, quod in præcedentibus ſtatibus præſentauerint, non tamèn indè ſequitur, quod illis tale ius non competeret, niſi probetur, quod voluerint præſentare, & fuerint reiecti, n.6., & ſeq.

5 Regulam habens contrà ſe non auditur, niſi doceat de limitatione per claras, & limpidas probationes, & n.12.

7 Obſeruantia negatiua nequit allegari in materia facultatiua, niſi probetur, quod quis voluerit actum facere, & fuerit vetitus, ac prohibitioni acquieuerit.

8 Ad excludendam negatiuam probationem exuberat ſola poſſibilitas in contrarium.

9 Præſentatio facta ab vno, vel pluribus Patronis præſeruat ius aliorum non præſentantium, & aliàs præſentare valentium.

10 Vltimus ſtatus ſempèr in dubio attendi debet in materia Beneficiali.

11 Præſentatio facta in vna vacatione Beneficij non tribuit præſentanti ius pro futuris vacationibus, niſi probetur habuiſſe effectum mediante Inſtitutione præſentati.

Intellige procedere, vbi Ordinarius eſt in Cauſa, ſecùs ſi contentio ſit intèr Patronos, quia tùnc præſentatio etiàm non effectuata attenditur in præiudicium admittentium, num.22.

13 Subrogatio gratioſa in iuribus defuncti Collitigantis non datur, ac obtenta non ſuffragatur, ſi conſtet, quod lis erat calumnioſa ex parte ſuperſtitis.

14 Reſignatio Beneficij de Iurepatronatus non admittitur abſquè conſenſu Patronorum.

15 Quaſi poſſeſſio præſentandi non acquiritur ex ſola, ac nuda præſentatione, niſi probetur, quod fuerit à Superiore admiſſa ſcientibus, & patientibus veris Patronis.

16 Religioſi, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ admittuntur ad præſentandum in Beneficio de Iurepatronatus.

17 Scientia de facili præſumitur ex cohabitatione, & ſanguinis coniunctione.

18 Quod ſemèl placuit ampliùs impugnari non poteſt.

19 Clauſula = Per compulſum, & in parte, & partibus = operatur, vt ſcriptura producta non noceat producenti.

Fallit in ſcripturis productis ad fundandam propriam intentionem producentis, n.20.

21 Voluntas elicitur etiàm ex actu nullo.

23 Sententia recipit interpretationem ab Actis.

25 Cauſæ in Rota celeriùs terminantur, quàm in alijs Tribunalibus totius Orbis, vbì tamèn Partes non ſint ſocordes in illas proſequendo.

27 Nepos præmortuo Patre remanet ſub poteſtate Aui.

28 Communis reputatio valdè confert ad probandum, an quis ſit Nobilis, vèl ignobilis.

29 Nobilitas amittitur per exercitium Artis mechanicæ.

30 Qualitas extrinſeca, putà nobilitatis, non requiritur in præſentantibus ad Beneficium de Iurepatronatus, quotiès Fundator illam ſpecialitèr non expreſſit.

31 Pauper deſcendens à Familia nobili non deſinit eſſe de Familia, nequè priuatur iuribus honorificis eidem competentibus.

Et de ratione, ibid.

32 Paupertas nil detrahit ingenuitati, ſeù nobilitati ſanguinis.

33 Confeſſio oris proprij ſuperat omne aliud genus probationis.

34 Nobilitas ſemèl admiſſa in adeptione vnius Officij, vel Dignitatis facit ſtatum etiàm prò alijs Dignitatibus, vèl Officijs.

35 Quaſi poſſeſſio aliquorum de Familia in præſentando ad Iuſpatronatus gentilitium ſuffragatur etiàm alijs à communi ſtipite prouenientibus.

36 Maior numerus vocum ſempèr ſuffocat minorem in præſentationibus ad Beneficia de Iurepatronatus.

37 Rota in diſcuſſione Cauſarum particularium numquàm diuagatur per quæſtiones extraneas, & inutiles.

38 Illegitimi an admittantur ad fideicommiſſum ordinatum fauore proximiorum de Domo, aùt Familia, remiſſiuè.

39 Illegitimi non admittuntur ad Iuſpatronatus familiare, ſeù gentilitium.

Præſertìm, ſi ſint progeniti ex damnato coitu, num.50.

Et de ratione, num.51.

Limita, ſi ex Inſtrumento erectionis Beneficij, vèl aliundè conſtet, quod Fundator illos penitùs non abborruerit, n.52.

Et quid de filijs ſimplicitèr naturalibus, an ſcilicèt admittantur ad Iuſpatronatus familiare, ſeù gentilitium? Diſtingue, vt numer.53., & 54.

Et an Iuſpatronatus reſeruatum fauore illorum de tali Familia tranſire poſſit ad filios, vèl deſcendentes ſimplicitèr naturales, n.55., & 56.

41 Nequit quis ſui fauore allegare actum, quem aliàs eius Auctor impugnauit.

42 *Quæ sunt extrà Acta reputantur, acsi essent extrà Mundum.*

43 Decisiones *Rotales editæ in aliqua Causa sunt sempèr supponendæ, acsi forent res verè iudicatæ.*

44 *Mandans per quamcumque facultatem Mandatario tributam non censetur sibi ligasse manus, quominùs facere possit etiàm contrarium eius, quod illi commiserat.*

45 *Patronus non obstante, quod constituerit Procuratorem ad præsentandum, adhùc & ipse potest præsentare, & Mandatarium præuenire.*

Et in hoc casu præsentatio facta per Mandantem præfertur alteri posteà factæ per Procuratorem, ibid.

46 *Declaratio, per quam tollitur ius Parti quæsitum, est potiùs destructio actus, quàm declaratio, ideòque non attenditur.*

47 *Patronus pòst præsentationem vnius potest alterum cumulatiuè præsentare.*

Sed huiusmodi variatio Patrono non permittitur pòst contestatam litem intèr primum ab eo præsentatum, & alium præsentatum à Compatrono, n.48.

Nisi pro bono pacis, & ad amputandam litem cumulatiuè præsentasset illummèt Collitigantem præsentatum ab alio Compatrono, quià hoc liceret, n.49.

DECISIO CLXII.

FVerat per Sententiam Reuerendiss. D. mei Decani præuijs *Decisionibus diei* 11. *Decembris superioris anni, &* 15. *Februarij proximè præteriti* definitiuè pronunciatum, Litteras Pomponij, non autèm Mauritij esse exequendas, quandò ab eadem Sententia pronocantibus ipso Mauritio, necnòn Abb. Hieronymo Compræsentato agnitum fuit, Mauritium prætermisisse deuenire ad effectiuam expeditionem suarum Litterarum; Ideòque licèt Signatura Iustitiæ vlteriorem Mihi Causæ cognitionem delegasset cum Clausula = *Parito Litteris arbitrio*, coactus idcircò sum vigore alterius Clausulæ = *Quam, & quas* in Commissione contentæ egredi cancellos memorati rescripti, ac morem de Iustitia gerendo eidem Mauritio, necnòn Hieronymo latiùs alternans subscribere Dubium = *vtrùm intraret arbitrium pro retardatione executionis Litterarum Apostolicarum, siuè potiùs quis foret instituendus*: Sed *Domini* conspirantes in sensu Turni superioris, atquè etiàm hodiè potiora reputantes iura Pomponij, vnico verbo responderunt = *Non intrare arbitrium*.

Cùm enim de substantia, siuè existentia Iurispatronatus in genere in peruetusta Familia de Mantegatijs respectu huiuscè Prioratus triangularitèr controuersi, nulla apùd Partes existeret hæsitatio, tùm quià omnes contendentes ab eodem fonte, & supposito Patronatus propriam fundabant, siuè exhauribant intentionem, tùm etiàm quià illud abundè iàm fuerat occasione præcedentium vacationum discussum, & approbatum in Sacro nostro Auditorio, quemadmodùm liquet ex amplissima *Decisione* edita sub die 14. *Martij* 1646. *coràm clar. mem. Card. Corrado*, & per extensum data in hodierno *Summ.* Mauritij *num.*10.

Tota proindè altercationis moles reducebatur ad examinandam, firmandamque qualitatem eiusdem Patronatus, vt ex illa posset introspici, quisnàm de tribus præsentatis præcelleret in vocibus necessaria qualitate suffultis ad finem decernendi æquam & tutam prælationem, quæ sempèr tribui-
1 tur habenti maiorem numerum suffragiorum comparatiuè ad vnumquemque minorem fusum in cœteros præsentatos, quotiès (pròut hic) ius præsentandi competit, & exercetur iure singulari, non autèm Collegiatiuo, iuxtà distinctionem, quam prætèr cumulatos in vtraque *Decisione* antecedentis Instantiæ nuperrimè approbauit *Rot. in Hipporegien. Parochialis* proposita in antecedenti Audientia *diei* 21. *currentis mensis coràm Reuerendiss. D. meo Decano* (aliàs *coràm Molines* intèr eius hodiè impressas *decis.*691. *n.*2. *&* 4.)

Dicebat igitur Pomponius, & *Domini* annuerunt, quod quatenùs attinebat ad principaliorem qualitatem, quæ in hac materia per *Sacros Canones*, ac *Doctores* perpendi solet, ac indagari, euidens erat, quod nequè Iuspatronatus erat hæreditarium, nequè mixtum, sed absolutè familiare, seù gentilitium; hocque de facto non impugnabant aduersi Collitigantes, cùm ex longa serie Breuium Apostolicorum, ex antiquis monumentis, & inscriptionibus, ipsaque inconcussâ obseruantiâ appareret, Prioratum extitisse fundatum, ac dotatum à Ciuibus Mediolanensibus de Domo Mantegatia, vt in dicto hodierno *Summario* Mauri-
2 tij *ex num.*1. *vsquè ad* 8. & consequentèr ad ipsam Domum, siuè ad ipsos Ciues de Domo Mantegatia spectare ius præsentandi, non autèm ad hæredes extraneos, pròut latè dispuncto articulo obseruatum, & firmatum fuerat *in decis.*24., *&* *decis.*30. *coram Vbag.*, *&* *decis.*503. *part.*18. *recent.*

Hocque principio radicato prosequebatur Pomponius, ad ipsius fauorem plura, vt suprà, comparatiuè recenseri suffragia Patronorum; ille etenim ostendebat, quod sublatis etiàm quinque fœminis de prædicta Domo Mantegatia, sexdecim Masculinæ voces eius fauore adnumerabantur, quandò Mauritius adscribere poterat dumtaxàt ad sui commodum vndecim voces, nouem nimi-

nimirùm à masculis, & duas à fœminis prouenientes: Hieronymus tandèm, etsì prima fronte sibi suaderet abundantioribus potiri vocibus, nempè vigintiseptem, quià tamèn ferè omnes erant extrà lineam veræ, ac legitimæ Domus Mantegatiæ, & extrà paritèr quasi possessionem præsentandi, id-
3 circò non poterant aptæ reputari ad obtinendam Institutionem in concursu ipsius Pomponii præsentationem propriam deducentis ab ijs, qui reperiebantur in effectiua quasi possessione præsentandi, ad trad. per *Rot. coram Royas decis. 446. num. 5., & coram Zarat. decis. 2. num. 14., & decis. 199. num. 4. coram Card. Celso.*

Atquè hæc in semetipsis erant plana: Verùm aspera (quamuis inutilitèr) efficiebantur ab oppositionibus, quas tàm coniunctim, quàm diuisìm adstruebant ergà Pomponium Mauritius, & Hieronymus ad minuendum quippè numerum præsentantium eumdem Pomponium obijciebatur, quod ille in supradictis vocibus masculinis inserebat decem filios familias omninò resecandos inspectis statibus antecedentium præsentationum, in quibus, vt Mauritius contendebat, nunquàm fuerant recepti, & admissi filiifamilias; Sed, vt fuit optimè animaduersum in præcitatis *Decisionibus* Reuerendiss. D. mei Molines Decani, nempè illa diei 11. *Decembris 1699. ex §. Nèc ad minuendum*, & in alia diei 15. *Februarij præterlapsi ex §. Concurrente igitur* (intèr suas *decis. 645. ex num. 7., & decis. 661. ex n. 19.*)
4 regula Iuris erat in contrarium, scilicèt, quod, posito Iurepatronatus familiari, & gentilitio, citrà scrupulum admittuntur ad præsentandum filiifamilias vnâcum Patribus, cùm sufficiat ad induendam vestem Patronalem existere de Familia, & Domo Patrona: Quapropter aduersùs regulam
5 prædictam incontrouertibilem tenebatur Mauritius clarè, & perspicuè docere de limitatione, ex vulg. apùd *Natt. cons. 199. num. 10., Surd. cons. 180. num. 9. & 10., Fontanell. decis. 296. num. 19., Rot. coràm Gregor. dec. 182. n. 1.*

Huiusmodi autèm limitatio minimè, vt par erat, manifestabatur ex eo, quod in statibus præsentationum antiquiorum, nempè anni 1450., 1490., 1496., & 1587. soli Patresfamilias admissi noscerentur ad præsentandum, quasi quod ex hoc non facto sufficiens oriretur castigatio regulæ supradictæ: Sed *Domini* animaduertère, quod, etiàm posita veritate horum statuum antecedentium, nullus supèr ijs Pes figi poterat,
6 quoniàm cùm insimùl non doceretur, filiosfamilias præsentare voluisse, & fuisse reiectos, hæc simplex, & nuda negatiua non factæ præsentationis remanebat inefficax ad infractionem præmissæ regulæ ineluctabilis, cùm potiùs eadem negatiua potuerit emergere, vèl ex quo de tempore prædictarum vacationum nulli extarent filiifamilias in ætate capaci præsentandi, vèl quod ignorauerint gentilitiam qualitatem postmodùm in *Sacra Rota* detectam, & firmatam, vèl deniquè, quod eorum Patres, inutilem existimantes adiectionem vocum propriorum filiorum, censuerint rectius esse
7 vt abstinerent; & tamèn obseruantia contrà Ius efflagitat de sui natura, quod quis actum facere voluerit, fuerit veritus, & acquieuerit, iuxtà animaduersa in hoc ipso proposito per *Ferrett. cons. 132. num 3., Spad. cons. 12. num. 9., & num. 12. & 23. lib. 2., Viuian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 9 num. 25., Rot. pòst eumdem decis. 30. num. 8., & in recent. decis. 220. num. 25. & 26. par. 11., & decis. 82. sub num. 4. vers. non attentis, par. 19.*

Fortiùs verò, quià neque in rei veritate subsistebat prætensa iustificatio huius puræ, & (vt ità dicamus) demortuæ negatiuæ, tùm quià non fuerunt per Mauritium producti integri Processus exarati sub annis præcitatis in obiecto, quodque plus est, nequè paritèr præsentationes illorum temporum exhibitæ pro parte Mauritij præseferebant controuersum potissimum indiuiduum, an præsentantes essent Patres, vèl filiifamilias, quandò tamèn negatiua, &
8 maximè in actibus facultatiuis, minimè dicitur probata, nisì per integram transportationem Actorum, & innegabilem facti demonstrationem coarctetur, & possibile contrarium excludatur, ex congestis per *Rot. in Colonien. Pastoratus supèr negocio principali 4. Decembris 1697. §. Nèc collationes, coram R. P. D. meo Priolo, & in Leodien. Manutentionis 12. Februarij proximè præteriti §. Nèc huiusmodi probatio, coràm R. P. D. meo Lancetta* (nùnc intèr suas *decis. 129. num. 15.*)

Quinimò primus intèr memoratos status, vt prætendebatur, exclusiuus filiorum familias, nempè anni 1450., continebat in viscere formulam, siuè loquendi modum vndiquè præseruatiuum iurium ipsorum filiorum familias, etiàm quandò in effectu non præsentassent: in eo namquè dicitur, quod Patroni præsentare intendebant vice, ac nomine omnium aliorum Patronorum, vndè nequibat memorata negatiua respectu filiorum familias efficaciam imprimere, dùm ipsimet præsentantes, etiamsi fuissent Patresfamilias, non intellexerant priuare,
9 sed potiùs præseruare, ac Vicario nomine explere iura cœterorum non præsentantium, & de Iure præsentare debentium, vt in simili proposito obseruarunt *Spad. dicto cons. 12. num. 10. & 22. lib. 2., Viuian. de Iurepatr. lib. 5. cap. 2. num. 36. in fin., Rot.*

coram

coràm Buratt. deciſ.805. num.4., Dunozett. iun. deciſ.706. num.5., deciſ.3. num.25. coràm ſa. me. Alex. VIII., & deciſ.46. n.25. & 26. coràm Priol.

Cœterùm omnes hi vagi diſcurſus, nihilque concludentes ad euerſionem regulæ prælaudatæ, proſternebantur ex tribus vltimis poſterioribus ſtatibus, in quibus clariſſimè, tanquàm notitiæ noſtræ propinquioribus, apparebat de præſentatione filiorum familias, quandò tamèn in hac Be-
10 neficiali materia vltimus in dubio ſtatus ſempèr attenditur, iuxtà not. per *Mareſcott. var. reſol. lib.1. cap.55. ex num.1. cum plur. ſeqq., Lotther. de re Beneſ. lib.1. quæſt.34. num.21. & ſeqq., Rot. deciſ.483. num.10. & 11. coràm Card. Cerro, & in Mediolanen. Cappellaniæ 20. Februarij anni præteriti §. Ità etiàm, in fin. coràm R.P.D. meo Lancetta* (intèr ſuas *dec.75. n.12.*)

Et quidèm, quod filiifamilias præſentauerint de annis 1643. 1650., & 1673. erat palmare, ſolùmque ad exuberantiam, & vt Partes faciliùs acquieſcerent, *Domini* de more dedignati non ſunt eoſdem tres vltimos ſtatus ſeriò vindicare ab obiectionibus inflictis, quæuè totæ conſiſtebant in eo, quod præſentationes eorumdem filiorum familias fuerint ad cautelam ſuperadſcitæ, ſed in effectu nequè numeratæ, nequè in vlla habitæ conſideratione, proindèque quod non poſſet nudus, & verbalis
11 actus præſentationis aliquod ius tribuere pro futuris vacationibus, quotieſcumquè non conſtabat, quod in vim earumdem præſentationum ſubſecuta fuiſſet Inſtitutio, ex adnotatis apùd *Viuian. de Iurepatr. lib.5. cap.4. num.36., Frances var. reſol. cap. 16. num.67., Rot. coràm Peutinger. deciſ. 146. num.9., & in Lucana Iuriſpatronatus ſupèr Beneficio S. Apolloniæ 5. Aprilis 1688. §. Nèc ſuffragari, & 28. Iunij eiuſdem anni §. Non quidèm, coràm bo. me. Emerix iun.* (intèr eius poſteà impreſſas *deciſ.830. n.3, & deciſ.850. n.2.*)

In primis quippè ponderauère, quod etiamſi in plena ſua eſſentia valeret prædicta obiectio, ſiuè obiectiones, adhùc certum erat, quod filiifamilias, ſiuè cum effectu, ſiuè per ſupererogationem, & ab extrà de facto requiſiti fuerunt ad præſentandum in hiſcè poſterioribus tribus vacationibus; Quapropter cùm è conuersò nullibì coarctata demonſtraretur negatiua in præcedentibus vacationibus, vtiquè ſequebatur, quod ſaltèm res verſaretur in aliqua ambiguitate & intentionis Patronorum, & facti in ſemetipſo, ideòque quomodò in hac ipſa ambiguitate recedi pote-
12 rat à regula Iuris, contrà quam exiguntur claræ, & limpidæ probationes, vt prætèr ſuprà deductos proſequitur *Card. De Luca de Regal. diſc.60. num.7., Rot. coràm Mantic. deciſ.251. num.4. & 5.*

At propiùs deſcendendo ad ſingulos enunciatos ſtatus, in nihilo refragabatur, quod ille anni 1643. continens expreſsè præſentationem trium filiorum familias in perſonam Ioannis del Rio claudicare videretur, ex quo idem Ioannes non fuerit aſſecutus Inſtitutionem vigore ſuarum præſentationum, ſed in vim gratioſæ ſubrogationis obtentæ in locum Lazari Spinulæ prædefuncti, quiuè Prioratum tamquàm liberum à S. Sede impetrauerat: Siquidèm eneruis nimis reddebatur hæc oppoſitio, dùm ex parte Spinulæ, nèc alterius fuit impugnata præſentatio filiorum familias vnitìm geſta cum proprijs Parentibus, ſed ſolùm acta lis ſupèr denegatione Iuriſpatronatus, ſiuè ſupèr libertate Beneficij, quinimò ſtatìm ac Ioannes obtinuit gratioſam ſubrogationem, per neceſſarium antecedens habitus fuit pro legitimè præſentato,
13 aliàs quippè lis extitiſſet calumnioſa, & conſequentèr impeditiua eiuſdem ſubrogationis, ex plenè coaceruatis *in Cortonen. Beneficij 18. Martij 1697. §. Eiuſdem deniquè, coram Me* (*dec.4. n.11. tom.1.*)

Minùs ad perturbandum ſtatum anni 1650., ſub quo per memoratum Ioannem facta fuit reſignatio Prioratus, proderat
14 obiectare, quod conſenſus Patronorum de Iure requiſitus in conſimilibus reſignationibus, ex *CocKier. ad Regul.43. Cancell. num.40., Viuian. de Iurepatr. lib.13. cap.10. num.24. & 25., Murg. de Beneſ. quæſt. 3. num.1035.* reſpectu filiorum familias præſtitus fuerit mediante explicito mandato Procuræ, ſed per actum omninò ſeparatum, & ſub diſcreta die ab illa Patrum familias, quaſi quod in his terminis clandeſtinis ijdem filij familias potiùs ſeſe intruſiſſe videantur, quàm quod fuerint admiſſi ad præſentandum ſcientibus, & patientibus Patribus familias, quandò tamèn ad effe-
15 ctum, vt quis conſtitui valeat in quaſi poſſeſſione præſentandi in præiudicium veri Patroni, neceſſaria prorsùs eſt ſcientia, & patientia eiuſdem Patroni, vt habetur apùd *Poſth. de manut. obſeru.32. num. 11. & 12., Card. De Luca de Iurepatr. diſc.63. ſub n.21. & 22., Rot. coràm Gregor. deciſ.417. n.2., & deciſ.197. num.40. par.5. rec.*

Reſponſùm etenìm pariformitèr fuit, quod antè omnia obiectum iſtud ſupponebat illud, quod erat in quæſtione, vtrùm videlicèt ſoli Patresfamilias eſſent veri Patroni, quandò regula Iuris vrgebat in oppoſitum, nèc erat ratio, proptèr quam filij familias clàm deberent conficere mandatum, quandò in ſtatu antecedentis veræ vacationis per obitum, ac prouiſionis in perſonam eiuſdem Ioannis reſignantis, iàm

exti-

extiterant in actu simultaneo recepti filijfamilias cum Patribus ad præsentandum; Sed nec in rei veritate, in facto, vel in Iure releuabat oppositio: non in facto, quia duo Patres familias contextualiter sub eodem actu consimile exarauere mandatum, Sum. Pomponij dato sub die 11. Decembris 1699. num.11. non obstante, quod hi duo Patres familias forent Sacerdotes, siue Ecclesiastici; Vltra enim, quod & ipse Mauritius inter sua vota numerabat consimiles Ecclesiasticos, adhuc vis non stat in qualitate Laica, vel Sacerdotali, quia nisi Iuspatronatus foret familiare, & gentilitium, filijque familias admissibiles ad præsentandum, vtique hi duo Patres familias, siue sui iuris abnuissent consortium horum filiorum familias; de reliquo autem, præter citatum
16 exemplum ipsiusmet Mauritij, ambigi nequit, quod personæ Ecclesiasticæ, ac Regulares valeant explere præsentationem, vt per Sanchez ad præcept. Decal. lib.7. cap.14. num.2. & seq., Vioian. de Iurepatr. lib.4. cap.2. num.63. cum seq., Ciarlin. contr.225. num.8. & seqq. quos secuta fuit Rot. in dicta Cortonen. Beneficij 18. Martij 1697. §. Præterquam enim, coram Me (dicta decis.4. n.13. tom.1.)

In Iure pariter, quia etiam vbi iustificari debuisset scientia propriorum Parentum,
17 illa satis resultabat, vel ab ipsa cohabitatione, vel à tam arcta sanguinis coniunctione, ex adductis per Rot. in Albanen. Laudi, seu Transactionis 4. Maij 1696. §. Non suffragante, coram bon. mem. Emerix (inter suas decis.1328. num.11.) cum alijs in Romana Immissionis 2. Decembris anni præterlapsi §. Ad comprobandam itaque, coram Me (suprà decis.113. num. 3.)

Quid plus? dum in lite agitata coram clar. mem. Card. Iaya, & bo. me. Vbago vt suprà, ipsemet Marchio Angelus, qui sese verticem totius Familiæ Mantegatiæ nuncupabat, & acriter insistebat pro exclusione filiorumfamilias, vt ità faciliùs tueri posset Mauritium à se præsentatum, de anno 1673. ad magis comprobandam qualitatem gentilitiam huiusce Iurispatronatus effectiue produxit has modò controuersas præsentationes, & respectiue consensus resignationi præstitos per filiosfamilias de prædictis annis 1643., & 1650.; turpe ete-
18 nim est aduersari regulæ = quod semel placuit, de qua in cap. 21. de regul. Iur. in 6. cum concord. per Barbos. axiom. 196. n.16., Rot. decis.376. num.8. cor. Bich.

Nil officiente, quod huiusmodi productio facta per D. Marchionem extiterit sub illa familiari Clausula = per compulsum, &
19 in parte, & partibus &c.; licet etenim illa in suis casibus præseruet producentem à nocumento productionis, ex plenè notatis per Scacc. de Iudic. lib.2. cap.11. num.429., Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 1. num. 151., Paitell. expedit.42. num.40. & seqq., Ossasch. decis.39. num.7.; Attamen, quando iura
20 producta coruscant ad finem radicandi propriam intentionem, veluti protestatio facto, & intentioni contraria non releuat, quemadmodum limitando tradunt Posth. de manutent. obseru.97. sub num.9., Ios. Ludouic. decis. Perus. 19. sub num.28. versic. Secus ergò, Adden. ad Gregor. decis. 237. sub num.15. limit.2. ad med., & ad Pamphil. decis.225. num.13. & 14., Rot. decis. 164. num.12. coram Bich., & in Toletana Iurisdictionis super pertinentia Ecclesiarum 6. Iunij 1689. §. Primò ex concordijs, coram Reuerendiss. D. meo Decano (inter illas coram Molines decis.99. n.4.)

Superest vindicare ab exceptionibus posteriorem, & effectiue vltimum statum anni 1673; Sed & eæ non minori facilitate dilutæ remanserunt: quamuis enim diceretur, præsentationes filiorumfamilias emanasse pòst lapsum quadrimestre à die vacationis, quodque magis est, pòst reportatam à Ioanne Baptista Institutionem in vim præsentationum in sui personam antecedenter expletarum per Patresfamilias, nihilò tamen minùs ad effectum, de quo est quæstio, superabundabat solum factum præsentationis, quæ (vt ostendebat Pomponius Summario distributo in secunda propositione diei 15. Februarij præterlapsi num. 2.) prodierant de expresso consensu Parentum, sicque licet fortasse posticipatæ præsentationes suffragari non possent ad augendum numerum votorum in illo casu, exuberabant profectò ad agnoscendam agnitionem iuris præsentandi inhærentis etiam ossibus
21 filiorumfamilias, quoniam etiam ex actu nullo elicitur voluntas, ad Text. in leg. fin. ff. de reb. eorum, optimè Rot. decis.382. n.25. & 26. coram Bich., & in specie, quod vbi Ordinarius non adsit in Causa prò liberta-
22 te Beneficij, quod ità admissus, etiam sine effectu, constituatur in quasi possessione præsentandi in præiudicium admittentis, egregiè firmarunt Spad. dicto consil.12. sub num.16. versic., & nihilominùs lib.2., Episc. Marant. respons.42. num.49. & 50. par. 3. & respons.23. num.14. cum 2. seqq. par.4., Rot. decis.174. num.4. par.2. recent. cum reliquis in prima Decisione huius Causæ 21. Decembris 1699. §. Nec ad elidendam, & in secunda 15. Februarij mox elapsi §. Absque eò, quod, coram Reuerendiss. D. meo Decano (aliàs coram Molines dicta decis.645. n.22. cum duob. seqq., & dicta decis. 661. num.36. & 37.)

Atque hinc superuacaneum efficiebatur (posita hac agnitione, & acquisitione respectiue quasi possessionis) transcurrere alias

alias subalternantes replicationes Marchionis Angeli, & Mauritij, videlicèt, quod in prædicta disceptatione habita de anno 1673. *coràm Card. Taya, & Vbago* nulla elucescat facta mentio præsentationis filiorumfamilias: Opportunitas quippè articuli tùnc in Auditorio nostro vertentis nullatenùs hoc exigebat, cùm tractaretur dumtaxàt de principaliori, vt præmisimus, qualitate Iurispatronatus differenda, an scilicèt foret hæreditarium, sicutì satagebat Abb. Galeratus præsentationem sortitus à fœminis de Familia, ac nonnullis hæredibus extraneis, seù potiùs gentilitium, vtì declarari obtinuit Ioan. Baptista præsentatus a Masculis de Familia; Sed & quatenùs oporteret stante illa dictione apposita in Sententia *Vbaghi* pòst expressionem particularium nominum = *Alijsque de Domo, & Familia Mantegatia*, abs re non esset inferre, quod *Sacrum Tribunal* ad normam Iuris etiàm admiserit præsentationem eorumdem filiorumfamilias, ex trita propositione,
23 quod quælibet Sententia interpretationem, & declarationem recipit ab Actis, vt cæteris omissis nupèr dictum fuit *in Melphicten. Cappellaniæ die 7. labentis mensis §. Verùm, & hoc, coràm Me* (suprà *decis.151. num.6.*)

Superfluum paritèr visum est *Dominis* retexere in idem conspirantia Breuia Pontificia Pauli II., Sixti IV., & Innocentij VIII. supèr concessione, siuè roboratione huius Iurispatronatus, tanquàm iàm egregiè enucleata in *Decisionibus Reuerendiss. D. mei Decani* ad ostendendum, quod filiifamilias extiterint positiuè vnàcum Patribus nomi-
24 nati, quià nimirùm in hoc Patronatu gentilitio de Iure consequebatur, ac necessarium erat, vt simultaneè præsentarent, vt legitur *in prima Decisione diei 11. Decembris 1699. §. Quæ omnia cum 2. seqq., & in postrema diei 15. Februarij proximè præteriti §. Præterea cum 2. seqq.* (*dicta decis.645. num.41., & 42., & dicta decis.661. n. 24. & seq.*)

Solùm, nè quid deesset ad extirpationem huius intèr Consanguineos asperæ nimirùm effectæ controuersiæ, *Domini* vtentes solita superabundanti attentione, per quam (quidquid dixerint non informati) Causæ,
25 vbi Partes non sint socordes, celeriùs expediuntùr, & terminantùr, quàm fortè contingat in vllo alio Tribunali Orbis vniuersi, superaddidère, quod adeò innegabile erat, filiosfamilias, non in nuda successiuitate, siuè potentia, sed actu, & simultaneè cum Patribus habere vestem Patronalem, vt de anno 1641. cupiente Cæ-
26 sare de Domo Mantegatia prælegare cuidam extraneo ius nominandi, (quod vtiquè non licebat inuitis Patronis, ex trad. per *Viuian. de Iurepatr. lib.4. cap.9. n. 6.*) intèr eos ad id approbandum ex indulgen-
27 tia adfuit Ioannes Baptista consensum præbens nomine etiàm Francisci eius Nepotis, quem, stante præmorientia filij, sùb absoluta potestate retinebat, hodierno *Summario* Pomponij *num.7.*; quin etiàm de anno 1657. occasione deliberandi instructionem Iudicij supèr tuitione huius insignis Iurispatronatus, quandoquè dispersi per Commendationes in personas extraneas, præ reliquis interfuit sæpiùs enunciatus Marchio Angelus, quiuè tùnc sub Patria mancipabatur potestate, vndè, vt arguit *secunda Decisio Reuerendiss. D. mei Decani §. Similitèr, & §. Verùm ex abundanti* (*dicta decis.661. num.35. & 44.*) indubium erat, quod & filijfamilias sempèr ad mentem Iuris reputati extiterint pro veris, & actualibus Patronis.

Desperans igitùr ex hucusquè deductis (&, vt ipse putabat, adducendis) Mauritius superare posse Pomponium ex hac prima qualificatione, quod præsentantes esse deberent Patresfamilias, subsidiariè consolauit ad aliam qualificationem, nempè quod ijdem præsentantes saltèm deberent præpollere charactere Nobilitatis, quamobrèm detrahere satagebat à Cathalogo illorum, qui præsentauerant Pomponium, duodecim voces, velutì prouenientes à personis superindutis nudo Cognomento de Mantegatijs, sed de cætero reputatis pro Rusticis, & ignobilibus, vilibusque Artibus addictis, quæuè faciunt, vt quis censeri
28 nequeat intèr Nobiles, pròut de communi reputatione perpendenda tradiderunt *Chassan. cons.64. num.10. & 11., & in Cathal.glor.Mund. par.8. considerat.16.per tot., Gratian. discept. 976. num.16., Excobar. de purit., & nobil.quæst.10.§. 2.n.17. & 18.*, &
29 respectu Artium mechanicarum *Tiraquell. de Nobilit. cap.27. per tot., Garz. eodem tract. gloss.6. §.1. sub num.58. versic. & licèt, Baet. de inop. Debit. cap.16. num.5., & num.32.*

Sèd nequè hæc qualificatio faciebat ad rem; quoniàm nullibì constabat, quod Iuspatronatus, de quo agebatur, reseruatum taxatiuè foret pro solis Nobilibus huius Domus, itàut incassùm exceptio hæc, seù qualificatio sapere videretur materiam obiectiuam: cùm enim non appareret de fundatione huius Prioratus, nisi (vt præmisimus) per antiquissima Breuia Pontificia, aliaquè vetera monumenta, & inscriptiones, primordialis inscriptio simplicitèr cantabat = *Mantegatia Domus Templum hoc struxit*; Diplomata verò Apostolica Pauli II., Sixti IV., & Innocentij VIII. præseferunt solùm pertinentiam ad illos de Domo Mantegatia Ciues Mediolanenses; & consequentèr non erat desideranda illa quali-

30 qualitas, quæ nèc apparebat volita in fun-
dationc, nèc erat expressa in peruetustis
Breuibus Pontificijs, vt ex mente *Text. in
leg. Omnia 32. in princ. ff. de leg. 2.* inquit
*Rustic. in Comment. ad leg. Cùm Auus in
probæm. num. 37., & lib. 3. cap. 1. num.* 18.
& concordat *Rot. decis. 633. num. 15. par. 18.
recent.*

Quod si, absquè læsione veri, de pluribus
ab eadem Familia descendentibus nonnulli
clariorem acquisiuêre Nobilitatem per stre-
nua facinora, vèl ope diuitiarum, alij ve-
rò tantum assurgere nequiuerunt, velutì
31 paupertate depressi, non pèr hoc scriptum
est in Iure, quod hi desinant esse de Fami-
lia, vèl cadant à Iure præsentandi, sed to-
tum tribuendum est rerum humanarum
vicissitudini, vt perbellè animaduertit *Card.
De Luca de Iurepatr. disc. 31. num. 14. & 15.*
quem cum alijs laudat, & sequitur *poste-
rior Decisio Reuerendiss. D. mei Decani sub
§. Præterquàmquod (dicta decis. 661. n. 46.)*
32 neque paupertas, quæ plerumquè cogit
exercere munera minùs Nobilia, derogat
ingenuitati sanguinis, vt est præclarus *Tex-
tus in leg. Humilem, Cod. de incest. nupt.*
& communitèr aduertunt *Tiraquell. de No-
bil. cap. 25. num. 5. & seqq., Baez. de inop.
Debit. dicto cap. 16. num. 17., & seq., Es-
cobar. de purit. & Nobil. quæst. 4. §. 6. n. 26.
in fin., Velasc. de priuileg. pauper. par. 1.
quæst. 36. num. 10., Rot. in Meleuitana, seù
Rhedonen. Habitus 15. Iunij 1685. §. De-
mùm non obstat, coràm clar. mem. Card.
Caccia.*

Eòque clariùs, quià omnes illi, qui im-
putabantur de non seruata Nobilitate, pal-
pabantur admitti ad præsentandum cùm
prætensis Nobilibus; Angelus quippè vsquè
de anno 1643. extitit receptus ad incun-
dam præsentationem ab alijs Patronis sub
expressa enunciatiua, quod esset ex Nobi-
libus Mediolanen. Familiæ de Mantegatijs,
proùt etiàm noscitur admissus in alia vaca-
tione de anno 1650., *Summario* Pomponij
dato in prima propositione Causæ *num.* 11.
iuncto *Summario* secundæ propositionis *nu-
mer. 1. litt. C.*, idemquè effulgebat de Cœsa-
re, cùm ipsemèt Marchio adhærens Mau-
ritio illum vnà cùm prædicto Angelo agno-
uerit de vera Familia Mantegatia occasio-
ne, quod ambo concurrerant ad præsentan-
dum Ioannem Baptistam fratrem Marchio-
nis: proindèque, si hæc qualificatio Nobilita-
tis positiuè requireretur (proùt neque per
vmbram requiri demonstrauimus), adhùc
illa probata remaneret in vtroque, Ange-
33 lo scilicèt, & Cœsare ex agnitione, &
confessione Patronorum, quæ superat om-
ne genus probationis, vulg. *leg. Cùm pre-
cum, C. de liber. caus., cap. Per tuas, de
probat.* cùm reliquis notiss. concord.

Idemque est in ordine ad Iosephum alte-
rum in hac obiectiua materia lacessitum,
cùm is existat filius Benedicti, qui de an-
no 1650., & 1672. tamquàm vnus ex se-
nioribus de Nobili Familia Mantegatia
præsentauit ad Cappellaniam S. Antonij;
quapropter, etsi non appareat præsentasse
ad Prioratum controuersum, attamèn sat
est, quod fuerit pro Nobili habitus in re
magìs præcipua, vtpotè spectante ad senio-
34 res memoratæ Familiæ, cùm in concer-
nentibus statum personæ vnica canonizatio
sufficiat, ex adductis in proposito per *Al-
phons. De Leon. de Offic. Cappellan. quæst. 4.
prax. 6. num. 200. vers. idquè præcipuè, Rot.
decis. 248. num. 2., & decis. 290. num. 5. pòst 2.
volum. consil. Farinacc., & in recent. de-
cis. 167. sub num. 2. versic. & quod ascen-
dentes, part. 8., & decis. 213. num. 7. par. 13.,
& in Vvormatien. Canonicatus 12. Ianua-
rij 1691. §. Non leuis autèm, coram bon. me.
Benincasa* (intèr suas *decis. 245. num. 8.*)

At neque deerat æquipollens exercitium
iuris præsentandi etiàm ad Prioratum, dùm
in tribus suprà vindicatis statibus antece-
dentibus Angelus Iosephi frater sempèr
præsentauit: vndè posita quasi possessione
præsentandi, & admissione prædicti Auge-
li intèr Nobiles, notorium est, quod in Pa-
35 tronatibus gentilitijs quasi possessio vnius
adstipuletur quoquè alijs ab eodem, & ma-
ximè vicino Trunco prouenientibus, iuxtà
firmata per *Modern. Lucen. consultat. 148.
num. 8., & seqq., Rot. apùd Garz. de Be-
nefic. part. 5. cap. 6. num. 141., & seq., &
decis. 70. num. 5., & seq. part. 8. recent.*

Manentibus igitùr in suo robore vocibus
Pomponij, superuacaneum euasit ad truti-
nam reuocare voces Mauritij; quià cùm
non excederent numerum nouem, quodquè
magìs est, earum duæ, nempè illa Ferdi-
nandi Matthiæ, necnòn altera Hieronymi
filij Iulij Cœsaris viderentur inadmissibiles,
ex rationibus, & fundamentis adductis per
Scribentes pro Pomponio, iàm non poterant
non suffocari à sexdecim, quas legitimè
obtinuisse Pomponium demonstrauimus, in
36 his quippè colluctationibus maior numerus
sempèr suffocat minorem, proùt latè ani-
maduersum fuit *in Cracouien. Scholasteriæ
16. Iunij 1698. §. Cùm enim, coram Me (de-
cis. 52. num. 1. tom. 1.)*

Profligato Mauritio, sicquè demonstra-
ta firmitate, & iustitia rescripti = *non in-
trare arbitrium = Domini* parùm curarunt de
prætensione, siuè oppositione Hieronymi;
licèt enìm is compareret suffultus superiori
numero vocum 27., demptis tamèn de-
mendis longè restabat inferior Pomponio.
Præcisiuè namquè à computatione, vèl
supputatione 11. fœminarum, à quibus ipse
Hieronymus nactus fuerat præsentationem,

ex quo Pomponius etiàm in sui partem adscribebat quinque fœminas, & sic in to-
37 tum 21., & ex quo *Rota* non solet in casibus particularibus diuagari per quæstiones inutiles, vt innuit *decis.270. num.9. par.16. recent.*

Vtiquè ex præfatis vocibus 27. subducendæ dubio procùl videbantur antè omnia octo voces dilabentes à descendentibus masculis, & fœminis cuiusdam Marci Aurelij de Mantegatia; & primò, quià à radice prouenicbant infecta, dùm Marcus Aurelius ab Alexandro eius ass. Patre palàm, & explicitè compellabatur in suo Testa-
38 mento filius naturalis, hodierno *Summario* Pomponij *num.15.*, & idcircò nequibat ipse, eiusque descendentes perfrui illo iure præsentandi, quod Domui, & Familiæ competebat, quemadmodùm latè discusso articulo in fraternizante These fideicommissaria decisum fuit in *Bononien. fideicommissi de Manzolis 22. Iunij 1699. coràm Me (decis.100. tom.1.)* confirmata 14. *Maij nupèr elapsi coram R. P. D. meo Caprara (*intèr suas *decis.499.)*, & in terminis Iurispatronatus
39 familiaris, ac gentilitij, pòst *Viuian.* ostendit *Cardin. De Luca de Iurepatr. disc.37. num.7.*

Et secundò, quià Hieronymus minimè demonstrabat, quod vèl idem Marcus Aurelius, vèl Alexander illius Genitor, aùt alij superiores Ascendentes vmquàm extitissent in quasi possessione præsentandi, sicquè, etiàm quandò non obstaret nota supradicta illegitimitatis, superabundaret
40 carentia præfatæ quasi possessionis, sinè qua præsentationes, præcipuè in concursu existentium in eadem quasi possessione, penitùs contemnuntur, *Postb. de manut. obseru.32. num.4., & 7., Viuian. de Iurepatr. lib.5. cap.4. sub num.69. versic. adde prædictis, Rot. pòst eumdem decis. 78. num.8.*, & alibi milliès.

Quin audiri mereretur suppositum ab informantibus pro Hieronymo figuratum, nempè quod vna ex filiabus prænominati Marci Aurelij in præcedenti statu deuenisset ad præsentationem in personam Io: Baptistæ vltimi possessoris Prioratus, ideòque secundùm *Authoritates* suprà congestas in *§. At nequè* eiusdem fœminæ præsentatio sufficeret ad constituendos in quasi possessione omnes alios, qui ab eodem Marco Aurelio promanabant; Siquidèm oculis *Dominorum* incontinenti præfulxit, quod præsentatio huius fœminæ, nomine *Isabella*, nequè fuit recepta per ipsum Io: Baptistam, qui tùnc alacritèr contendens extraiudicialitèr, & iudicialitèr stabilire statum gentilitium in hoc Iurepatronatu totis viribus impugnauit præsentationes fœminarum, hodierno *Summario* Mauritij *numer. 28*,
41 quamobrèm absonum erat præsidium sumere ab actu per principale interesse habentem impugnato, per *Text. in cap. Ex eo, de reg. Iur. in 6.* cum concord. per *Rot. in Bononien. redditionis rationis 8. Aprilis 1680. §. Minùs suffragatur, coram bon: mem: Albergato.*

Fragilius erat suppositum, quod idemmèt Marcus Aurelius de anno 1650. præbuerit assensum resignationi factæ à Io: del Rio: gratis enim hoc impingebatur, dùm in nullo ex *Summarijs* vtrinquè contendentium intèr cœteros assensus legebatur registratus ille Marci Aurelij, ac per conse-
42 quens si quis fuit datus assensus, tamquàm existens extrà Acta, remanebat extrà Mundum, vt monet *Add. ad Gregor. decis.224. num.6. vers., & ideò, Rot. decis. 269. numer.12. coram Priol, in Leodien. Canonicatus 3. Iunij 1680. §. Dicebant enim, coram bon: mem: Paulutio, & in Auellina, seù Nullius præstationum 29. Aprilis 1697. §. Minimè attenta, coram R. P. D. meo del'Olmo.*

Colligendo idcircò conflictum vocum, etiàm absquè vlteriori progressu, Pomponius non supputatis fœminis haberet suffragia 21., Hieronymus verò 19., & ob id infrà paritatem: Verùm defalcandæ erant vlteriùs sex aliæ voces, quas Hieronymus adeptus fuerat à descendentibus cuiusdam Firmi; nullibi namquè docebatur, quod hic Firmus foret de vera Familia Mantegatia, multòque minùs, quod fuerit in quasi possessione præsentandi, perperàm quippè illam præfati Scribentes pro Hieronymo desumere tentabant ex nouissimo statu anni 1673., quasi quod tùnc memorati descendentes à Firmo præsentauerint Abb. Galeratum aliàs in ea vacatione succumbentem, quia Galeratus hac de causa succubuit, ex quo præsentationem fuerat expiscatus à fœminis, & ab extraneis absquè probatione legitimæ descendentiæ, quemadmodùm liquet ex *decis.30. num.10. coram Vbag.* proindèque nesciebatur, quomodò Pes figi posset supèr præsentatione reie-
43 cta per nostrum Tribunal, cuius resolutiones in alia Causa sunt supponendæ, acsi forent veræ res iudicatæ, vt passim dictum fuit, & signantèr in *decis. 134. num. 16., & decis.159. num.7. part.19., & in Romana Beneficij 20. Martij 1699. §. Nèc subsistit, coram R. P. D. meo del'Olmo.*

Si itaquè satis erat, quod in concursu Pomponij delerentur primæ octo voces, quid dicendum abradendo etiàm hascè alias sex? Sed quod euidentiùs stringit, nèc etiàm tresdecim legitimari valebant prò canonicis voces Hieronymi, nàm & aliæ quatuor erant necessariò subducendæ, nempè Francisci quondam Angeli, Io: Baptistæ

fil.

fil. Iosephi, Antonij fil. eiusdem Iosephi, necnòn Angeli filij Francisci; primi enim duo antè præsentationem Pomponij constituerant quidèm Procuratorem ad præsentandum Hieronymum, etiàm sub expressa promissione non variandi, nequè cumulandi, àst re integrâ, & antè vsum mandati Constituentes deuenêre ad actualem præsentationem Pomponij, eaque procùl dubio præpediebat exercitium cuiuscumque
44 antecedentis Mandati: non enim per quamcumque facultatem Procuratori attributam reputari valet aulla potestas ipsi Domino deueniendi de per se ad actum etiàm contrarium eius, quod vicario sui nomine gerere debebat Procurator, ad *Text. in cap. Dudum* 14. *§. Nos igitur, de Præben. in 6., Dec. cons.* 542. *num.* 9., *Rot. in Romana Concordiæ* 12. *Februarij* 1618. *§. Non obstat in fin., coram Card. Sacrato m. s.*, & in ex-
45 pressissimis terminis, quod præsentatio Mandantium præferatur alteri posteà initæ per Procuratorem, solidè demonstrant *Paul. de Castr. cons.* 361. *ex num.* 4. *vsquè ad fin. vol* 1., *Crauett. cons.* 76. *per tot.*, & signantèr. *num.* 4., *&* 5., *Spad. cons.* 27. *num.* 4. *lib.* 2., *Lambertin. de Iurepatr. part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 4. *art.* 6., *Viuian. eod. tract. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 20., *Modern. De Luca in addit. ad Golin. de Procur. part.* 5. *cap.* 5. *num.* 60., *Rot. coram Gregor. decis.* 452. *num.* 18.

Absquè eo, quod mederi posset hanc plagam reportata à prædictis primis duobus Francisco, & Io: Baptista declaratio, quod neuter intendebat, subsistere debere præsentationem expletam à se ipsis in personam Pomponij, nisi quatenùs Abb. Hieronymus noluisset gaudere prima præsentatione, siuè Mandato præcedentèr confecto prò præsentatione ipsius Abbatis: Agnitum namquè fuit, quod hæc non esset de-
46 claratio, sed destructio iuris quæsiti Pomponio per præsentationem iuridicè consumatam ab ipsis Constituentibus in sui personam, & maximè pòst litem contestatam cum Mauritio coràm Ordinario, ex his, quæ connotarunt *Rolan. cons.* 46. *num.* 38. *lib.* 2., *Bec. cons.* 3. *num.* 44., *Surd. cons.* 192. *num.* 31., *& decis.* 29. *num.* 6., *&* 7., *Rot. decis.* 252. *num.* 28., *& decis.* 307. *num.* 24. *coram Bich.*, *& decis.* 19. *num.* 23. *coram Card. Cerro*.

Diximus, quatuor voces suprà octo, & suprà sex esse delendas; nàm prætèr geminas mòx enunciatas, adimendæ pariformitèr erant voces Antonij, & Angeli, dùm hæ eædem adamussìm antecedentèr collatæ fuerant fauore Pomponij, à quo proindè
47 diuelli non poterant, quià etsi secundùm plenè dispuncta in dicta *Cracouien. Scholasteriæ* 16: *Iunij* 1698. *§. Numerando itaquè cum plur. seqq. coram Me* (*dicta decis.* 52. *nu-*

mer. 4., *& seqq. tom.* 1.) licitum existat Patronis ex rationibus inibi ponderatis varia-
48 re cumulando: id tamèn solummodò militat à principio, & priusquàm lis existat contestata cum alio præsentato, cùm enim in Iudicijs quasi contrahatur, durum nimis esset, quod Patronus præbens ansam litigandi suo præsentato, posteà illum linqueret in Arena, seù pòst contractum à se cum Iudice, vèl Parte bona fide celebratum,
49 quidquid dicendum esset, quotiès pro bono pacis Patronus cumulatiuè variaret ad commodum primi, siuè tùnc collitigantis, proùt vno ore distinguentes admonent *Calderin. cons.* 1. *in fin. vers. sed si plures, vt lit. pend.*, *Conar. pract. quæst. cap.* 36. *sub numer.* 7. *vers. Tertiò*, *Maceraten. var. resol. lib.* 1. *resol.* 104. *num.* 14., *Barbos. de offic., & potest. Episcop. part* 3 *alleg.* 72. *num.* 162., *Adden. ad Buratt. decis.* 942. *num.* 8., *Petr. Ant. ab Alexandr. placit. Iudic.* 19. *num.* 27., *&* 28. *part.* 2., *Borgnin. Caualcan. decis.* 10. *num.* 62. *part.* 3., *& decis.* 33. *num.* 7. *part* 5., *Rot. decis.* 442. *num.* 6. *part.* 1. *diuers.*, *& apùd Viuian. de Iurepatr. decis.* 131. *num.* 14., *& coram Merlin. decis.* 443. *num.* 2., *&* 3.

Et ità quòad Hieronymum, posthabita altera exceptione ambitus asserti iàm, & sublati in posteriori vberrima *Decisione* Reuerendiss. D. mei Decani, collatisque vocibus, & auditis, rimatisque rationibus vniuscuiusque ex præsentatis, *Domini* vnanimes responderunt, &c.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

Qvæ obitèr insinuantur in hac Decisione *num.* 39. supèr exclusione illegitimorum à Iurepatronatu familiari, seù gentilitio ex *Card. De Luca* itidèm obitèr loquente in *disc.* 37. *de Iurepatr. num.* 7. indigere videntur aliqua declaratione; quia aùt ser-
50 mo est de illegitimis natis ex damnato coitu, tuncquè absolutum est, quod ij adspirare non possunt ad Iuspatronatus familiare, aùt gentilitium nedùm in concursu legitimorum, sed nequè etiàm in subsidium his penitùs defectis, vt latè probat *Ciarlin. contr.* 172. *ex num.* 39., & signantèr *num.* 42. *cùm tribus seqq.*, *ibiquè Rot. in Regien. Iurispatronatus coram Card. Panzirolo num.* 77., *& seqq.*, *& ex num.* 92. *ad* 97.; Quod tamèn crederem procedere in dubio
51 attenta verisimili voluntate Fundatoris, qui non præsumitur voluisse, successionem Patronatus à se instituti posse deferri ad huiusmodi odibile genus personarum, pròut in eadem Causa *Regien.* obseruauit *Rot. in alia decis. impress. in recent. part.* 8. *la* 262. *num.* 12., *& seqq.* secùs verò, si ex Instru-
52 mento fundationis, vèl aliundè constaret, quod institutor Iurispatronatus non abhorrue-

fuerit, siuè aliàs non fuerit omninò alienus ab admissione descendentium ex Patronis priori loco inuitatis, quamuis ex damnato coitu susceptorum, pròut declarando prædictas resolutiones editas in *cit. Regien. Iurispatronatus* tèr respondit *Rot.* in vna *Mediolanen. Cappellaniæ coram Molines* intèr suas *decis.826. num.14.*, *decis.850. num.16. cum duob. seqq.*, & latiùs *decis.902. ex numer.14. ad 21.*

Aùt veró agitur de filijs simplicitèr naturalibus, nempè habitis per solutum cùm
53 soluta, & in his terminis primariò inspiciendum est, àn Fundator Beneficij locutus fuerit per verba ciuilia, putâ inuitando ad Iuspatronatus actiuum, vel passiuum illos de Domo, Casata, Familia, Agnatione, Prosapia, Parentela, & similibus, eoque casu naturales non succedunt in Iurepatronatu, adeòut ad Beneficium præsentari non valeant, nequè eorum voces computentur, quatenùs alium præsentent; Vèl è conuer-
54 sò adhibuerit verba naturalia, pròut si vocasset descendentes, consanguineos, aùt proximiores, tuncquè filij merè naturales succedere possunt in Iurepatronatu tàm actiuo, quàm passiuo: Ístaque est communis distinctio, cùm qua pòst antiquiores procedunt *Barbos. vot. decis. 98. num. 43., & seqq.*, *Lotther. de re Benef.lib.2.quæst.11. num.141. cum seq.*, *Pax Iordan. var. elucubr. lib.10.tit.26.num.39.cum duob. seqq.*, *Adden. ad Gregor. decis. 433. num. 23. ad med.*, *Adden.* paritèr *ad Pamphil. decis.237. numer.11., & 12.*, *Rot. in Tirasonen. Eleemosinariæ coram Card. Lancellotto iun. apùd Spad. cons.35. num.10. lib.2.*, *& in recent. decis.361. num.1., & seqq. part 4. tom. 2.*, *decis. 262. ex num. 6. ad 10. part. 8.*, *decis.241. num.10. part.16.*, *& coram Royas decis.254. ex num.5. ad 8.*, *& coram Molines dicta decis. 826. num. 13.*, *& in Comen. Cappellaniæ 18. Aprilis 1701. coram Card. de la Tremoille impress. apud Monacell. pòst eius Formular. pract. For. Eccles. part.4. decis.12. num.6.*, *& in Barchinonen. Beneficij 22. Februarij 1704. §. Sed Domini cùm seq. coram Cassarello.*

Et licèt nonnullæ ex præcitatis *Authori-*
55 *tatibus* intèr verba ciuilia recenseant illud vocabulum = *Familia*, & signantèr *Rot. in d. Comen. Cappellaniæ apùd Monaceil. vbi proximè*; non tamèn prætereundum censeo, quod postmodùm *Rot.* in illamèt Causa contrarium resoluit ex peculiaribus circumstantijs facti maturiùs ponderatis, quia scilicèt non constabat de Instrumento fundationis, solùmque qualitas Iurispatronatus familiaris desumebatur ex nonnullis enunciatiuis emissis occasione præsentationum secutarum pòst 200. annos, & vltrà à tempore fundationis Beneficij mediante expressione, quod Iuspatronatus spectabat *ad Familiam de Busionibus*, & vlteriùs in ea hypothesi agebatur non iàm de filijs illegitimis susceptis ex damnato coitu, & consequentèr in Iure magis exosis, sed de merè naturalibus ex soluto, & Muliere libera procreatis, quodque magis est, inibi quæstio minimè versabatur cum legitimis, sed cùm personis prorsùs extraneis: Ac demùm militabat fauore naturalium vltimus status, in quo ipsi fuerant admissi ad præsentandum cum subsecuto effectu Institutionis per præsentatum reportatæ; Ex quibus omni-
56 bus *Rota* in eam abijt sententiam, quod prædictum vocabulum = *Familia* = non ità strictè in sensu ciuili foret accipiendum, vt sub eo compræhendi non valerent filij simplicitèr naturales, quemadmodùm videre est in *Decisione* reuocatoria, quæ successiuè prodijt *coram eodem Card. de la Tremoille* sub die 31. *Martij* 1702. registrata apùd *Piton. discept. Eccles. 53. ex num. 38. vsquè ad fin.* postmodùm confirmata 4. *Maij* 1703. *coram Card. Priolo*, *& 27. Martij 1704. coram Kaunitz.*

A. Lupardus.

BONONIEN. CENSVS.

Lunæ 28. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Breuis est Decisio, & ideó non indiget Argumento, quià facilè colligi potest ex *Summario*. In *Adnit.* autèm aliqua habentur circà eam quæstionem, An, & quomodò hæres sciens adesse, vèl dubitans adesse posse Creditores anteriores sui defuncti Authoris, possit dimittere Legatarios, & alios Creditores posteriores nulla ab eis reportata cautione, vèl potiùs teneatur ad pœnam iteratæ solutionis ergà prædictos Creditores anteriores postea comparentes.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatum debet esse eiusdem quidditatis, & speciei, pròut est illud, in cuius locum secuta est subrogatio.*

2 *Emptor detecto periculo imminentis exitionis non tenetur ad soluendum pretium rei emptæ.*

3 *Hæres beneficiatus sciens adesse Creditores anteriores non potest dimittere Creditores posteriores defuncti, nisi cum cautione de restituendo &c.*

Aliàs si soluit posterioribus absquè tali cautione, tenetur de proprio ad iteratam solutionem ergà Creditores anteriores ipsius defuncti, ibid, & n.8.

An-

Amplia, vt sola suspicio, quod adesse possent Creditores anteriores, exuberet ad hoc, vt hæres beneficiatus dicatur malè soluisse posterioribus nulla reportata cautione, n. 9.

Declara, vt n. 10.

Quandò autèm, & inquibus casibus excusetur hæres ab iterata solutione de proprio fauore anteriorum, licèt dimiserit posteriores absquè vlla cautione, remissiuè num. 11.

4 *Facto variato, seù immutato variatur etiàm, & immutatur Ius*.

5 *Clausula* = Rebus in eodem statu permanentibus = *tacitè subintelligitur in qualibet promissione, & obligatione*.

6 *Clausula* = Non retardata solutione Pensionis = *passim adhibetur à Signatura Iustitiæ in Commissionibus porrectis à Titularibus condemnatis ad illius solutionem*.

7 *Rescriptum Principis non debet remanere frustratorium, & inane*.

DECISIO CLXIII.

Formidantes, nè fortè temperamentum olim ab eorum antiquo Patrociaatore viuente exhibitum, & à Signatura Iustitiæ approbatum de non retardanda solutione quorumdam fructuum fauore Authorum Iosephi Antonij de Caluis sub simplici ipsorum obligatione de restituendo in casu succumbentiæ, immutato deincèps, siuè detecto statu rerum, remaneret inerue, ac prorsùs inutile, recursum ad eamdem Signaturam habuêre sub anno 1698. Comites de Maluasia, sedulò expetentes, vt priùs ab Auditorio nostro decreta, & per Partes etiàm conuenta, formalis Cautio præstaretur; obtentoque reintegratorio quodammodò rescripto = *Ad Rotam pròut de Iure, non retardata solutione fructuum*, consecutiuè ad eius normam aggressi sunt hodiè disputationem, vtrùm foret huiusmodi Cautio præstanda; & detrectante Iosepho Antonio diutiùs expectato iura sua tueri, *Domini* citrà dubium in sententiam deuenêre affirmatiuam.

Præscindendo etenim ab efficacia enunciatæ oblationis peranteà factæ per illorum Causæ Patronum, nitebantur Comites propositioni solidissimæ, nimirùm, quod cùm ex Inuentario, siuè Calculo, de quo in *Summario* eorumdem Comitum *num.* 3. liquidò appareret, Iosephum Antonium in ære minùs habere, proindèque frustratoriam reddi posse huiusmodi simplicem obligationem de restituendo, suaptè procùldubio naturâ contemptibilis remanebat eadem nuda obligatio, quæ, tamquàm loco effectiuæ Cautionis subrogata, non minorem præseferre securitatem debuisset; ità

1 namquè exigitur de essentia, & quidditate cuiuslibet subrogationis, ex traditis per *Menoch. cons.* 2147. *num.* 24., *Merlin. de pignor. lib.* 2. *quæst.* 51. *num.* 1., *Gratian. discept. forens. cap.* 800. *num.* 5., *Subell. iur. resolut. cap.* 3. *num.* 5., *Rot. in Turritana Census* 12. *Ianuarij* 1693. §. *Nèc subsistit*, & *in Romana fideicommissi de Incoronatis* 9. *Iunij* 1694. §. *final. coràm bo. me. Emerix*, (intèr suas *decis.* 1181. *num.* 30.) & in altera *Romana fideicommissi de Martellis* 21. *Februarij* 1698. §. *Identitas, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (modò intèr suas impressas *decis.* 537. *num.* 8.) & in specie *eadem Rot. decis.* 561. *num.* 20. *par.* 18. *rec.*

Diximus, quod præfata simplex obligatio staret loco positiuæ Cautionis; siquidèm memorati Comites non solùm minimè arctabantur ad liberè soluendum, sed nequè tutò soluere valebant absquè præcisa reportatione Cautionis, non minùs habito respectu ad semetipsos, quàm ad figuram dumtaxàt Administratoriam ab eis, vtpotè hæredibus cum beneficio legis, & Inuentarij Debitorum, repræsentatam: in ordine quippè ad se ipsos, statìm ac in Iudicio deuolutiuo per speciem euictionis à se ipsis occasione Auiti fideicommissi canonizari impetrarunt cauthelam *Angeli* ab eis oppositam supèr Bonis, quorum contemplatione controuersum affictum, seù fructum numerare in conuenta spoponderant quantitate, vt in vberrimis *Decisionibus diei* 6. *Aprilis, ac* 27. *Iunij* 1685. *coràm bo. me. Florez*; profectò iuremeritò cogi nequibant ad vllam solutionem, nisi præstitâ idoneâ Cautione,

2 eodem modo, quo nequè Emptor vnquàm compellitur ad ineundam liberam pretij numerationem, quotiescumquè imminens, & periculo plena detegatur euictio, per *Text. in leg. Si post perfectam, C. de euict.*, *Surd. cons.* 36. *num.* 14., *Mart. Medic. examin.* 26. *num.* 26., *Rot. coràm Caual. dec.* 602. *num.* 1., & *in rec. decis.* 80. *num.* 17. & 18. *par.* 17., & *decis.* 572. *num.* 9. *par.* 18. cum alijs in *tract. de Commerc. & Mercat. disc.* 58. *num.* 8. & *seqq.*, *Modern. Perusin. de solemnitat. in contract. Minor. gloss.* 16. §. 11. *num.* 66.

Atquè idipsum statuendum de necessè quoquè erat perspectâ supradictâ alterâ qualitate Administratoria; Cùm enim constaret de existentia Creditorum anteriorum hæreditatis præfatorum Marchionis Cornelij, & Innocentij correspectiuè ad creditum ratione cuiusdam Census ab Iosepho Antonio prætensum aduersùs easdem hæreditates, & signantèr adessent Montistæ vndiquè præcellentes pro sorte, & fructibus, *d. Summar. num.* 4. in claram descendebat consequentiam, quod ipsi Comites

3 iustè expeterent Cautionem, ex quo, posità

sitâ notitiâ existentiæ Creditorum anteriorum, hæres vtcumquè beneficiatus perperàm soluit, nisi sese sufficienti Cautione cooperiat, iuxtà doctrinam *Bartoli in leg. Et si præfatam sub num.*1. ibiquè paritèr *Paul. de Castr. num.*40. *Cod. de Iur. deliber.*, *Card. De Luca de Credit. disc.*52. *num.*11., *Rota pòst Zacch. de obligat. Cameral. decis.* 202. *num.*11., coràm *Cerr. decis.*167. *num.*2. 3. & 4., & *coràm Merlin. decis.* 189. *num.*9. & *in Maceraten. Census* 14. *Martij* 1653. §. *Insufficiens*, *vers. sed etiàm*, *coràm bo. me. Verospio*, & 26. *Iunij* 1682. §. *Eòque magis*, *coram bo. me. Vrsino*.

Et de facto quæstio non aderat, siuè poterat adesse supèr eo, quod Ioseph Antonius nequiret liberè solutionem prætendere, dùm sola amaritudo reducebatur, àn foret perhibenda Cautio effectiua, seù potiùs sat esset generica obligatio de restituendo: Intantùm verò instetère Comites pro formali Cautione, inquantùm occasionalitèr subindè perscrutando substantiam, ac patrimonium eiusdem Iosephi Antonij compertum est, illud esse insufficiens ad parandam reintegrationem, seù explendam restitutionem accepti in casu succumbentiæ; faciliùs namquè licet ex noua causa superuenta resilire ab æquitatiua oblatione Procuratoris, dùm à fortiori firmissimum est,
4 quod noua superueniente causa, ac facto immutato, mutatur etiàm Ius, vt pòst *Text. in leg. Si ex plagis*, §. *In Cliuo*, *ff. ad leg. Aquil.* ait *Rot. in decis.*36. *num.* 12. *par.*18. *decis.*163. *num.*1. *par.*19., *in Maceraten. supplementi Dotis* 8. *Februarij* 1683. *in principio*, *coràm bo. me. Emerix* (intèr suas *decis* 578. *num.* 1.) & *in Craconien. Scholasteriæ* 9. *Februarij* 1699. §. *Veràm*, *coràm Me* (*decis.*70. *num.*2. *tom.*1.) omnisque condescendentia, pollicitatio, vèl pro-
5 missio infusam sempèr habet in se qualitatem, seù Clausulam subintellectiuam = *rebus in eodem statu permanentibus*, ad *Text. in leg. Continuus* 138. §. *Cùm quis*, *vers. non enim*, *ff. de verb. oblig.*, *Barbos. tract. var.* cum innumeris allegatis *Claus.*192. *num.*1., *Adden. ad decis.* 623. *num.*5. & *seqq. par.*4. *tom.*3. *rec.*

Quin contrà hæc, vt sibi Comites obiectabant, ampliùs obsistere posse videretur secunda pars nouissimi Signaturæ rescripti, veluti relatiua ad antecedens anni 1699., per quod sola obligatio de restituendo iniungebatur in locum Cautionis: Quoniàm cùm simplicitèr in prædicto vltimo rescripto decernatur = *Ad Rotam pròut de Iure*, *non retardata solutione fructuum iuxtà rescriptum Signaturæ* 20. *Aprilis* 1690.; hæc vtiquè persistentia in præterita resolutione ad summum concernit nolitam sub hoc prætextu retardationem solutionis fructuum, quemadmodùm quotidiè contin-
6 git, rescribente eodem Tribunali in Causis priuilegiatis (ex: gr:) = *non retardata solutione Pensionis*, secundùm adnotata per *Barbos. tract. var. Claus.* 162. *n.*1. & *seqq.*, *Marchesan. de Commiss. par.*1. §.1. *num.*73. *fol.*494., *Ridolphin. in prax. Iudic. par.*2. *cap.*9. *num.*200., *Rot. decis.* 157., & *decis.*342. vtrobiquè *n.*1. *par.*16. *rec.*

Verùm, vt etiàm apùd mòx allatas *Authoritates* elucescit, non remanet idcircò impedita facultas disceptandi, ac promouendi prætensionem in Instantia deuolutiua, aliàs quippè superuacanea euasisset prior, & inseparabilis in sua operatione eiusdem rescripti pars = *ad Rotam pròut de Iure*, vbicumquè eadem *Rota*, quid Iuris esset in hoc casu non expenderet, quandò
7 tamèn rescripta Principis non debent censeri frustratoria, & inania, ex perpensis apùd *Fœlin. in cap.*1. *num.*4. *de rescript.*, *Fagnan. in cap. Causam num.*4. *eodem tit.*, *Menoch. cons.* 630. *num.* 5., & *cons.* 1007. *num.* 39., *Modern. Argentan. collect. legal.*4. *num.*131. *vol.*1., *Rota decis.*46. *num.*24. & *seqq. par.*10. *rec.*

Et ità, Comitibus tantùm informantibus, resolutum fuit.

ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

Propositio illa, de qua in præsenti Decisione §. *Atquè idipsum* (seù *num.*3.) nimirùm, quod hæres beneficiatus sciens adesse Creditores anteriores sui defuncti Authoris nequit dimittere Legatarios, vèl alios Creditores posteriores, nisi ab eis exi-
8 gat Cautionem de restituendo, vèl aliam securitatem pro sui indemnitate, ad finem euitandi pœnam iteratæ solutionis ad commodum anteriorum, quatenùs posteà compareant, ipsumque hæredem stringant ad sibi satisfaciendum de eorum creditis, refertur quoquè in *decis.*10. *num.*9., & *in Addit. num.*45. *tom.*1. *intèr meas Romæ impressas*, & *in Bononien. Fideiussionis* 15. *Iunij* 1699. §. *E' conuerso*, & *in Romana Census supèr electione Periti* 22. *Ianuarij* 1700. §. *fin. coràm R. P. D. meo Lancetta* (nùnc intèr suas *decis.* 95. *num.*12. & 13., & *decis.*124. *num.* 15. & 16.) & *in Romana Pecuniaria* 22. *Martij* 1706. §. *Quià etiàm*, *co-*
9 *ràm bo. me. Kaunitz*, vbi in §. *Et quamuis* ampliatur, sufficere solam suspicionem existentiæ aliorum Creditorum anteriorum ad hoc, vt hæres dimittens sinè vlla cautione Legatarios, vèl alios Creditores posteriores obstringatur, satisfacere anterioribus de propria crumena, quatenùs non suppetant Bona hæreditaria sui Authoris, & respectiuè communis Debitoris; Eamdemque ampliationem pluriès canonizauit

Sa-

Sacrum Auditorium, vt videre est apùd *Bich. decis. 469. num. 11. cum duob. seqq.*, *Cerr. decis. 167. num. 5. in fin.*, *& in in recent. decis. 39. num. 8. par. 14.*, *& in Perusina Census 6. Aprilis 1696. §. Scientia autèm*, coràm *clar. mem. Card. Caprara* (intèr suas *decis. 286. num. 5.*) *& in Romana prætensæ redditionis rationis 16. Ianuarij 1702. §. Nequè ab hac ad med.*, *& 26. Martij 1703. §. Et quidèm in fin.*, coràm eodem (paritèr intèr suas *decis. 584. num. 33.*, *& decis. 636. num. 14.*) eamque approbauit rec. mem. Magister meus *Card. De Luca de Hæred. disc. 25. sub num. 9. §. Potissimè*, quamuis eum tamquàm ex abundantia cordis loquentem impugnare satagat *modern. Palm. alleg. 71. ex num. 8. cum plur. seqq.*, & signantèr *sub n. 11. §. Vnum Ego*.

Quidquid autèm sit de veritate huius ampliationis in abstracto, quam crederem

10 tùnc demùm admitti posse, quotiès aliæ concurrant coniecturæ, seù circumstantiæ, ex quibus conijci valeat, quod hæres in substantia gratificare voluerit Legatarijs, necnòn Creditoribus primò comparentibus, próut erant casus, in quibus eamdem ampliationem amplexa est *Rot.* in præcitatis *decisionibus* nostri Tribunalis; De cœterò

11 non semèl idem quoquè Sac. Auditorium ex nonnullis particularibus Facti animaduersionibus habuit hæredem pro excusato, eumque absoluit ab iterata solutione ergà Creditores anteriores defuncti Debitoris, licèt dimiserit Legatarios, & alios posteriores Creditores nulla ab eis reportata Cautione, quemadmodùm fas est recognoscere, ex firmatis in *Asculana Dotis, & Legitimæ 13. Iunij 1698. §. Penult.*, *& 16. Ianuarij 1699. §. Sicùt autèm cum seq. cor. R. P. D. Lancetta* (*decis. 41. num. 17. cum 2. seqq.*, *& decis. 68. num. 3.*, *& 4.* intèr eius modò impressas) *& in Reatina Fideicommissi de Seueris 18. Iunij 1708. §. Pròut nèc releuat*, *coram Omanna*, *& in Romana redditionis rationis 3. Iunij 1709. §. Nèc subsistit cum 2. seqq.* iuncto *§. Nèc minùs*, *& 16. Iunij 1710. §. Quin obstet*, *& §. Parùm obstat cum duob. seqq. coràm Caffarello*.

HISPALEN. PROCESSIONIS SVPER PRIMO DVBIO

Lunæ 28. Iunij 1700.

ARGVMENTVM.

Resoluitur in hac *Decisione*, permitti, ac tolerari posse ad solatium Populorum antiquam consuetudinem deferendi Augustissimum Sacramentum in annua solemnitate SS. Corporis Christi supèr honorifica Machina substentanda (ob illius ingens pondus) per humeros Sæcularium, excluso scandalo, ac indecentiâ; non obstantibus *Cæremoniali*, & *Rituali Romano*, à quibus præscribitur, vt idem Venerabile Sacramentum, in dicta præsertìm maiori Solemnitate, deferri debeat cum Baldaccnino, & proprijs manibus Celebrantis. Et in *Addit.* plura habentur circà vigorem, & obseruantiam memorati *Ceremonialis*, & àn, & quæ consuetudo possit contrà illud allegari.

SVMMARIVM.

1 *Festum SS. Corporis Christi à quo, & qua occasione fuerit institutum.*

2 *Baldacchinum supèr Custodia Augustissimi Sacramenti apponendum est ex præscripto* Cœremonialis Episcoporum.
Limita, seù declara, vt n. 22.

3 *Augustissimum Sacramentum, præsertìm in illius annua Solemnitate, deferri debet proprijs manibus Celebrantis.*
Non verò supèr portatili Tabernaculo subnixo humeris Sacerdotum, n. 4.
Adeòut contraria consuetudo fuerit pluriès improbata à Sac. Congregatione Rituum, ibid.
Huiusmodi contraria consuetudo viget in Regnis Hyspaniarum, n. 5.
Sed tamèn illam reprobauit Ven. Seruus Dei Innocentius Papa XI., n. 6.
Illamque peculiariter aboleuit Synodus Diæcesana Gerunden., n. 7.
Successiuè autèm tolerari posse dictam contrariam consuetudinem in Ciuitate Hispalen. *pro illius Populi solatio declarauit præcitatus Pontifex ex voto* Sac. Congregationis Rituum, n. 9.

8 *Hæreses pòst debellatos, & expulsos Mauros nunquàm pedem figere potuerunt in Regnis Hyspaniarum.*

10 *Auditores* Sac. Rotæ *sunt fixi Cappellani Summi Pontificis.*

11 *Placitis Supremi Principis quisque obsequi debet.*

12 *Consuetudo, & præsertìm immemorabilis, dicitur amica, & quodammodò cognata naturæ.*

13 Cœremoniale Episcoporum *non tollit consuetudines centenarias, & immemorabiles*, & n. 26.
Ipseque Clemens VIII. *confirmando idem* Cœremoniale *præseruauit veteres contrarias consuetudines vigentes in Ecclesijs Hyspaniarum*, n. 14.

15 *Gratia concessa sub aliquo præsupposito, eo corruente, aùt non verificato, euanescit.*
Et è conuerso, si in ea suppositum verificetur, omnimodam meretur executionem, n. 16.

17 *Confratres Sodalitatum licèt laicalium, quæ sint canonicè erectæ, participant de qualitate*

te Ecclesiastica,

18 *Leges, quinimò nèc ipse Deus, obligant ad impossibilia*,

19 *Forma non curatur, nequè attenditur, vbì finis legis, vèl alterius dispositionis apparet vberiùs impletus*.

20 *Pro sustentatione Gratiæ Apostolicæ sufficit, quod factum æquipollentèr fuerit expositum Summo Pontifici concedenti*.

Quinimò sufficit, quod factum, cui Gratia innititur, intellectualitèr veniret in sequelam expressorum, n.21.

23 *Ceremoniale Episcoporum habet vim legis ab omnibus inuiolabilitèr obseruandæ*.

Nequè aduersùs in eo disposita admittitur vlla consuetudo, n.24.

Ac rursùs inficit particulares conuentiones eius dispositioni aduersantes, n.25.

27 *Consuetudo etiàm immemorabilis non admittitur contrà disposita in Ceremoniali Episcoporum, quandò est irrationabilis*,

28 *Obseruantia in linea interpretatiua admittitur, vbì quæstio versetur supèr vno, vèl altero capite Cæremonialis Romani*,

29 *Cæremoniale Romanum non abrogat Statuta, vèl Ritualia Ecclesiarum particularium diuersimodè disponentia, ac diù obseruata*,

DECISIO CLXIV.

MOS erat in celebri non minùs Emporio, quàm peruetusta, & insigni Metropolitica Ciuitate Hispalen. in ipso augu-
1 stissimo die, quo ex præscripto glor. me. *Vrbani IV.* vniuersalis Ecclesiæ Pastoris Christifidelium venerationi, & solatio solemnitèr, & honorificè circumfertur Sanctissimum Corpus Diuini Saluatoris, in testimonium quoquè publici innegabilis Vrbeuetani Prodigij, per quod idemmèt Omnipotens dignatus est ampliùs manifestare Nationibus, quæ non habent Deos tàm appropinquantes sibi, realitatem Carnis, & Sanguinis eiusdem Domini Iesu Christi sub ipso Angelico Pane effectiuè existentis: Mos, inquàm, erat Sacrosanctam, & Immaculatam Hostiam pacificè deferre in quodam prægrandi, & insimùl formâ, ac materiâ perspicuo argenteo Tabernaculo, quandò cum cœteris controuersijs inter Archiepiscopum, & Capitulum præfatæ Ciuitatis pluribus ab hinc annis ad hanc Curiam, Sanctamque Sedem cunctarum Matrem, & Magistram delatis, ac nouissimè pòst desperatum experimentum exoptatæ Concordiæ, præuia à quibuscumquè Iudicibus, ac etiàm Sacris Congregationibus auocatione, integrali determinationi nostri Auditorij in vniuersum remissis à Summo nostro Pontifice Innocentio XII., hæc quoquè ad instantiam memorati Archiepiscopi numerabatur, vtrùm in his terminis liceret omittere Tectorium, siuè Baldacchinum, necnòn pro asportatione præcitati quantumuis magnifici, & onerosi Tabernaculi, extrà personas Beneficiatorum, vèl similium Personarum Ecclesiasticarum, Sæculares humeros, opemquè adhibere; *Domini* (vt rei qualitas exposcebat) attentè introspectâ Mappâ, siuè Icone Tabernaculi, eiusque gestationis ipsorum oculis exposita, insimùlque omnibus in vnum maturè pensatis, vtrique parti dubitationis per Me sub hodierna propositæ Audientia responderunt *affirmatiuè*.

Licèt enim non àbs re fundata primo intuitu appareret, ac religiosa prorsùs, oppugnatio Archiepiscopi, dùm respectu Baldacchini, siuè Tectorij extabat apertissima
2 ordinatio *Ceremonialis* omninò præcipientis, quod sempèr supèr Custodia Venerabilis apponatur consimile operimentum, itá etiàm suggerente reuerentia, quæ, etsi nunquàm satis, attamèn pro viribus humanæ tenuitatis perhibenda est Mysterio, ac Personæ tàm præcelsæ, & suprà nostram capacitatem Augustæ, & Diuinæ, sicuti inhærendo eidem sanctioni *Ceremonialis* monuerunt etiàm *Gauant. in Manual. Episc. verb. Processio num.37., & in Comment. supèr rubr. Missal. par.4. tit.8. num.9. litt. P., Turrin. in Director. Sacrific. par.3. sect.2. cap.1. §. Descend t, Romaguer. ad Constit. Synod. Gerund. lib.3. tit.10. cap.2. n.7.*

Quouerò ad delationem Machinæ, siuè Tabernaculi, pariformitèr oppositio coruscabat innixa, non tantùm eidem *Ceremoniali lib. 2. cap.33.*, verùm quoquè censuræ *Ritualis Romani sub tit. de Process. in Festo Corporis Christi*: Cùm enim in vtroque
3 clarissimè, & circumspectè sanciatur, quod idem Venerabile Sacramentum, præsertìm in hac maiori Solemnitate, positiuè substentetur, & deferatur proprijs manibus Celebrantis, vèl ipsius Antistitis, absonum, & intolerabile videbatur, quod præfata, quantumuis pretiosa Moles, superimponi humeris Sæcularium etiàm vilium concederetur, quandò prætèr disposita in enunciatis *Ceremoniali*, ac *Rituali*, nequè etiàm
4 licere consimilia Tabernacula tergoribus Sacerdotum commendare, vsquè ad improbandam contrariam consuetudinem, sæpiùs declarauerat *Sacra Rituum Congregatio*, & signantèr *in vna Syracusana Terræ Modicæ die 2. Iulij 1615.* teste *Gauant. ad rubric. Missal. dicta par.4. tit. 12. num.4., Lezan. in Summ. quæst. Regul. tom.2. verb. Eucharistia num.24. in fine, & verbo Processio sub num. 11., Barbos. de offic. Paroch. cap.20. num.50., Bauldrij in Manual. Sac. Cæremon. par. 4. cap. 16. art.3. num. 10., Pax Iordan. var. elucubr. lib.11. tit. 2. n.63., Cortiad. decis. Cathal.171. n.8.*

Cer-

Certiùs autèm, dùm non obstante prætensa consuetudine in omnibus, vèl
5 plerisquè Regnis Hyspaniarum inualescente, vt eam obiurgando fatetur *Vermudez. in Hystor. Eucharistic.* materno idiomate exarata *cap.18.*, nouissimè fuerat huiusceemodi
6 vsus, vèl abusus resecatus, & vetitus de præciso oraculo, & mandato Sanctissimi Pontificis Innocentij XI., adeòut in eius sequelam Nuncius Apostolicus apùd Serenissimi Catholici Regis Maiestatem eo tempore residens, expresè per litteras circulares eiusdem Sanctitatis nomine demandauerit strictam, & inuiolabilem obseruantiam proximè collaudati Decreti *Sac. Congregationis Rituum*, actuque deinceps in
7 Synodo Diœcesana Gerunden. peculiaris emanauerit prouisio, seù Constitutio, quòd in posterùm Sacrosanctus hic Panis Eucharisticus nequaquàm (sunt verba præcisa) *Tabernaculo, seù humeris, sed manibus dumtaxàt Sacerdotis reuerentèr, & deuotè circumgestaretur*, quemadmodùm recensendo tenorem eiusdem Synodalis legitur apùd *Romaguer. d. lib.3. tit.10. cap.2. in princ.*

Ab hac tamèn, etsi ex præmissis honesta, & rationabili prætensione, seù oppositione Archiepiscopi, præcordia *Dominorum* retraxit adamussìm exitus huius postremæ Pontificiæ ordinationis; demonstrauit etenim Capitulum, quod habito successiuè recursu aduersùs huiusmodi legem ab Apo-
8 stolico Nuncio circularitèr prolatam per Clerum fermè vniuersum illorum Illustrium Regnorum, (in quibus, pòst propulsatam Maurorum dominationem, & peruicaciam, nunquàm Hæreses, alibi per Europam infelicitèr consparsæ, pedem figere potuerunt, vt est notorium, & aduertit *Card. Baron. Annal. Eccles. tom. 7. Anno 563. fol. mihi 520. litt. C. secundùm impress. Antuerpien.*) idem æternæ memoriæ Pontifex supplicem libellum remisit eidem
9 *Sacræ Congregationi Rituum*, quæ, pensatis negocij circumstantijs, rescribendum censuit per organum Secretariæ Status ipsimèt Nuncio Hyspaniarum, vt ad deuotum Populorum solatium fineret obseruari vetustam præcedentem consuetudinem, *Summario* Capituli *num.3.*; proindèque si *Regis ad exemplum totus componitur Orbis*, vt canebat *Vates*, à fortiori compellebatur no-
10 strum Auditorium, quod ex fixis Cappellanis Romani Pontificatus componitur, subsequi, & adorare vestigia proprij Prin-
11 cipis, Summique Sacerdotis, iuxtà illud *Cornelij in oratione M. Terentij = Tibi summum rerum iudicium Dij dedère, nobis obsequij gloria relicta est*, & consonat *Textus in leg.1. ff. de Constit. Princip.*, *& in §. Sed, & quod Principi, Instit. de Iur. natur., gent., & Ciu.*

Et quidèm, cùm nulla ob id indeuotio, nullum scandalum vsquedùm fuerit subortum, ipsaque magnifica structura Machinæ externam dubio procùl honorificentiam impleret, potiùs scandalum pijs Christifidelibus irrepsisset, quotiès, cessante irreuerentia, siuè indecentia, deturbaretur illa consuetudo nimiùm amica, & cognata
12 naturæ, quæ tempus immemorabile inuoluebat, dùm nec ipsæ confirmationes Apostolicæ in ordine ad memoratum *Ceremo-*
13 *niale* vsquàm intellexerunt infringere, & amouere consuetudines centenarias, & immemorabiles, secundùm annotata per *Pignatell. consult. Canon. tom 4. consult. 4. num.6.*, *Rota decis.198. num.7. coràm Dunoz. sen.*, *& coràm Coccin. decis.1620. n.2.*, *& in Rec. decis.647. num.11. & 12. par.4. tom.3.*, *& in Colonien. Præcedentiæ 4. Iunij 1696. §. Ex ipso, & 22. Martij 1697. §. Consuetudinis, coràm R. P. D. meo Muto* (nùnc impress. pòst *Antonell. de Iur., & oner. Cleric. decis.19. sub num.21. vers. Nèc minùs, & decis.21. num.9. in fin.*) *& in Pampilonen. Præeminentiarum 3. Februarij currentis anni §. Non attenta, coràm R. P. D. meo dell'Olmo*.

Quin etiàm particularitèr fa: me: Clemens VIII. non obstante sua confirmatione, & iniunctâ obseruantiâ *Cæremonialis* expli-
14 citè professus est, ac declarauit, nusquàm intellexisse exindè subuertere veteres consuetudines in Ecclesijs Hyspaniarum practicari assuetas, pròut elucescit ex superuenta resolutione *Sacræ Congregationis Rituum sub die 11. Iunij 1605.* per extensum relata apùd *Pignattel. dicto tom.4. consult.93. sub num.2.*

Comperto itaquè, quod & ex intrinseca efficacia tàm diuturnæ, & inueteratæ consuetudinis, quàm etiàm ex subsecuta permissione Pontificis non ampliùs foret necessarium, quod Augustissimum Sacramentum deferretur manibus Sacerdotis; quià fortasè maiorem ingereret sublimitatem, & venerationem pretiosæ ingentis Machinæ suprà humeros Sacerdotum eleuatio, & asportatio, vèl ob aliam quamcumque causam sapientiùs introspectam ab Eminentissimis PP. Sac. Congregationis, ipsoque Pontifice Maximo; parùm
15 in præsentis Dubij discussione officiebat, quod hodiè quæstio non esset in ordine ad Sacerdotes, sed ad intrusionem, & abusum Sæcularium etiàm, vt præmisimus, infimæ Plebis, quodquè per consequens labente supposito Papalis permissionis (sicuti litteralitèr præseferebat ipsum Decretum *Sacræ Congregationis Rituum* anni 1686. per illa verba = *supèr humeris Sacerdotum Sacris vestibus indutorum*, necnòn confessio Capituli Hispalen. ibi = *sù le spalle de Sa-*

cerdoti, vt in Memoriali porrecto præfatæ san. mem. Innocentij XI., & præsenti *Summario* ipsius Capituli *num.4.*) corruere deberet etiam præcitata tolerantia, siuè permissio, ad tradita per *Rot.decis.1827.n.17. coram Coccin.*, & *coram Ninot. decis.58. num.1.*, cum concordan. *in Asculana Beneficij, seù Abbatiæ 6. Aprilis 1699. §.Hinc ad hypothesim, coram Me(decis. 83. num.6. tom.1.*)

Illuxit etenìm oculis *Dominorum* Typus, seù exemplar accuratè delineatum circa prædictam Machinam, eiusque gestationem, per quod manifestissimè demonstrabatur, Hastas extrinsecè gestatorias tàm excelsæ elaboratæ Molis incubare tergoribus Sacerdotum, Sacris, & elegantibus Vestibus ornatorum, proindèque nullatenùs corruere, sèd omninò subsistere suppositum concessionis euidens erat, & plusquàm palmare, sicquè contrariæ mòx enunciatæ regulæ propriùs
16 adaptabatur, seù succedebat alia regula, quòd Gratia in sua præsuppositione verificata omnimodam executionem promeretur per *Text. in cap. Si Capitulo, ibiquè gloss. verb. exequatur, de concess. Præben. in 6.*, *Rota in Pampilonen. Beneficij* proposita, ac resoluta in hodierna Audientia *§. Constitit siquidèm, coràm R. P. D. meo Muto*, cum reliquis notissimis.

Quod si in ima, & (vt ità dicamus) subterranea parte eiusdem Machinæ robustiores Sæculares Artus tanto ponderi librarum solius Argenti 1400., & vltrà subponebantur, in primis agnitum fuit, quòd hi non essent admodùm viles, & extrà penitùs confinia cuiusdam participationis Ecclesia-
17 sticæ qualitatis, cùm existant Confratres Ven. Sodalitatis nuncupatæ *di S. Maria della Granata*, pròut respectu huiusmodi Sodalium, seù Confratrum conuincitur ex deductis per *Ricciull. lucubrat. Eccles. lib.4. cap.12. ex num.1. vsquè ad 9.*, *Frances de Eccles. Cathedral. cap. 25. num. 173.*, & *seqq.*, *alter Frances de compet. Iurisd. intèr Curias quæst.78. per tot.*, *Olin. de For. Eccles. par.3. quæst.34.* paritèr *per tot.*

Cœterùm, quandò etiàm forent de magìs infima, aptiori tamèn Plebe ad huiusmodi opus baiulandum adsciti, pariformitèr obseruatum fuit, quòd nequè ipsorum extrema vestigia circumspicientibus apparebant, cùm prælaudata Moles in dicta humiliori parte vbiquè lateralitèr holosericis, auroque contextis ornamentis obtegatur, & circumdetur; quapropter permanente exteriori demonstratione, quòd Tabernaculum substentetur à Dei Ministris, seù Sacerdotibus, potiùs indecens esset, quòd in rei veritate Machinam tàm grandem exanthlarent personæ Ecclesiasticæ, Viriquc assueti quidèm iugo Ecclesiastici seruitij, sed non materiali supportationi ponderum adeò ingentium: Ideòque vèl adstringendo huic delationi Viros Sacerdotes idem esset, ac per indirectum Machinæ circumgestationem à Sacra Congregatione Rituum, & ab eodem Pontifice Maximo permissam reducere ad impossibile, ad quod
18 Iura nostra nunquàm obligant, imò nèc ipse Deus, vt inquit *bon. mem. Duran. de condit. & mod. impossib. par.1. cap.1.num.24. & 29.*, *Barbos. axiom.118. num.7. cum duob. seq.*, *Cyriac. contr.626. num.28.*, & *contr. 688. num.92.*, *Castald.consult.230.n.1.*, *Borell. de Magistr. Edict. lib. 2. cap.6. ex num. 18. cum plur. seqq.*

Vèl (quod peius indubitantèr existeret) Sacerdotale Ministerium sordescere, ac etiàm vituperari contingeret, dùm per improbum laborem necessariò laxæ, madentes, contractæ, & longè à debita veneratione redderentur Sacrosanctæ facies Sacerdotum, quod vtiquè abhorret: Ac proptereà quotiès per latentem opem Sæcularium pinguiùs adimpletur finis vnicè exoptatus in his cœremonijs ab Ecclesiæ disciplina, potiùs collaudandum, quàm præpediendum erat Capitulum, vt tale auxilium de reliquo sufficientèr occlusum, & velatum adhiberet; Quandò enìm Lex in suo volito fine vberiùs ostenditur impleta,
19 frustrà inquiritur de forma, etsi in suis casibus Sanctissimè præscripta, & ordinata, secundùm ea, quæ in valdè durioribus obseruata fuerunt in *Leodien. Canonicatus 4. Iulij 1698. §. Dùm itaquè, coràm Me (decis. 62. num.7. tom.1.*) confirmata in præterita Audientia *diei 25. labentis mensis §. Quod eò magis, coràm R. P. D. meo Iacometto.*

Addebatur quoquè, (licèt ad exuberantiam,) quod adhæsiuè ad huius casus circumstantias, nèc etiàm in rei veritate ambigere fas erat, quòd & ipsa Sacra Congregatio Rituum, idemque Summus Pontifex Innocentius XI. plenè sciuerit, & approbauerit huiuscemodi modum deferendi Tabernaculum, & Hostiam Augustissimam in hoc anniuersario die Sacrosancti Corporis Christi, ex quo docebatur per Capitulum Hispalen., in precibus à se porrectis, & consecutiuè per Pontificem remissis Sacræ Congregationi, iàm testimonio oculorum subiecisse Mappam, & delineationem eiusdem Machinæ, immò & adiecisse = *Ed, è tale la sua grandezza, che è stato necessario rompere le porte della nostra Chiesa per poter cauarla fuori in strada &c.* dicto *Summario* Capituli *num.4.*; ac proptereà inuanùm obijci videbatur, quòd Pontifex, ipsaque Sacra Congregatio, aùt effectiuè non recognouerit, quod ab imo intrinsecè Moles superincumbebat Artubus Sæcularium,

quem a-

quemadmodùm & hodiè recognouit Tribunal, aùt quod ex eadem inspectione non potuerit, ac debuerit per intellectum cernere, quòd tantum pondus, & eleuatio coarctans ad ianuarum infractionem, nequibat extrinsecè per solos Sacerdotes solemnitèr indutos regi, & circumferri, ac per consequens, quòd vèl ex vno, vèl altero capite minimè corrueret, sed certum foret præsuppositum Apostolicæ permissionis, dùm pro substentatione Gratiæ super-
20 abundat, factum extitisse æquipollentèr expositum, vèl quòd intellectualitèr veniret in sequelam expressorum, secundùm tradita in terminis primæ propositionis per *Rot. decis.598. num.5. par.4. tom.3., decis.101. num.21. par.5., decis.70. num. 19. par.8.rec., in Compostellana Decimarum* 28. *Iunij* 1694. *§.fin.coràm bo.me. Emerix* (intèr suas *decis.*1201.) *& in Colonien. Canonicatus* 17. *Iunij* 1695. *§. Tantum autèm, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc *decis.*390. *intèr eius impressas*)
21 & respectu secundæ habetur *in dicta decis.*101. *num.*20. *par.*5. *rec., decis.*139. *n.*11. *par.*14., *decis.*978. *num.*4. *coram Dunozett. iun., & decis.*289. *num.*13. *cor. Priolo*.

Atquè ex his redeundo ad magnificatam Tectorii, siuè Baldacchini deficientiam, pro omnimoda subuersione obiecti recurrebant omnia hucusquè insinuata, videlicèt, quòd paritèr id rectè valuisset ab exemplari, & Icone præsentato, tanquàm præseferente totam gestationis imaginem, satis rimari, & improbari, non autèm approbari, atquè concedi per Sacram Congregationem, Summumque Pontificem de præfato anno 1686., pròut extitit approbatum, & permissum, quià forsàn loco ipsius Baldacchini pretiosiùs imminebant Arcus triplicati, sub quibus decentissimè cooperta remanebat Hostia Augustissima: Quaproptèr finis ab eodem *Ceremoniali*, vèl *Rituali* circà Maiestatem, & decentiam tanti Sacramenti desideratus, resultabat abundantiùs, ad instàr eorum, quæ passìm quoquè solent practicari in Altaribus Maioribus quarumcumque Ecclesiarum; licèt enìm ex præscripto prædicti *Ceremonialis* ordine-
22 tur in similibus Altaribus superimpositio Baldacchini, quotiès tamèn suprà ipsum Altare Maius reperiatur considerabile, seù magnum aliquod Tectorium ex Argento, lapide, aùt alia proportionabili materia constructum, eo sanè casu nullo ampliùs opus est Vmbraculo, seù Baldacchino, quemadmodùm ad sensum memorati *Ceremonialis lib.*1. *cap.* 12. benè obseruat *Biss. in sua Hyerurg.tom.*2. *verb. Vmbraculum*.

Et ità, omnibus *Dominis* ex lege Pontificiæ Commissionis in vnum suffragantibus, resolutum fuit, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO
D. ADVOCATI LVPARDI.

HÆC *Decisio D. mei Ansaldi* reperitur quoquè ad præsens impressa apùd *modern. Scarfanton. in addit., seù animaduers. ad lucubr. Canon. Ceccoperij tom.*1., vbì est in ordine *la* 42., & fuit deindè confirmata *coràm Eodem die* 2. *Decembris* 1701. in sequenti Volumine registran.

Cœremoniale Episcoporum, de quo plu-
23 riès fit mentio in præsenti *Decisione*, habet vim legis ab omnibus inuiolabilitèr seruandæ, *Araux.decis. moral.tract.*1.*quæst.*15. *num.*15., *Card. De Luca de Iurisd. disc.* 31. *num.*4. *&* 5., *bo. me. Altouit. pòst decis. Remboldi Vot.*8. *num.*9., *Sperell. decis.*179. *num.*23., *Rot. decis.*647. *num.*1. *cum duob. seqq. par.*4. *tom.*3. *rec., & coràm Dunozett. sen. decis.*198. *num.*1., *& coram Rmo Crispo decis.*51. *num.*15., *& in Gerunden.Vnionis supèr Processionibus, alijsque actibus obsequij* 28. *Iunij* 1728. *§. At quià in fin. cor. Eminentiss. D. Card. Aldrouando*; nequè
24 regularitèr aduersùs in eo disposita allegari valet contraria obseruantia, aùt consuetudo, vtpotè nedùm implicitè vigore Clausularum, sed etiàm explicitè abrogata in Bulla,seù Breui *fe. me. Clementis VIII.* eiusdem Cœremonialis confirmatorio, iuxtà not. per *Card. De Luca de Canonic. & Capitul. disc.*3. *à num.*3. *ad* 6., *de Præemin. disc.*44. *nu.*4., *& in Miscell. Eccles. disc.*37. *num.*10. & alijs omissis *Rot. dicta decis.*647. *num.*11. *cum duob. seqq. par.*4. *tom.*3. *rec., & decis.*87. *num.*23. *&* 24. *par.*17., *& in Monopolitana Præeminentiarum* 14. *Martij* 1712. *§. Penult. coràm Card. Priolo*, vbì
25 quod inficit etiàm particulares conuentiones eius dispositioni aduersantes, quod & præcedentèr firmauerat *eadem Rota in Oppiden. Processionum* 18. *Maij* 1646. *§. Nàm prima transactio, coràm Verospio* registrata apùd *Iacob. Pignatell. consult. Canon.* 26. *num.*12. *ad med. tom.*4. *iuxtà Venet. Edit.*, & concordat *Sperell. d. decis.* 179.*num.* 47. *&* 48.

Nisi tamèn ageretur de consuetudine
26 centenaria, vèl immemorabili, quam allegari posse aduersùs disposita in dicto Cœremoniali inquit præinserta *Decisio* D. mei Ansaldi *num.*13., & pretèr *ibidèm* relatos comprobant *Ciarlin. contr.* 204. *num.* 31. *&* 34., *Nouar. in Summ. Bullar. par.*2. *comment.*19. *num.*19., vbi desupèr per extensum refert Decretum *Sac. Congregationis Rituum* in vna *Elboren.* anni 1606., *Clericat. discord. foren.*97.*num.*3.*par.*5., *D.Vrsaya discept. Eccles.* 17. *ex num.* 22. *ad* 25. *tom.*2.*par.*1., *Rot. coràm Merlin. decis.*109. *sub num.*1. *vers. & hanc immemorabilem., & sub num.*9. *vers. Non obstat*, & pòst præcitatum

tatum *Scarfanton. ad Ceccoper. deciſ.* 33. *num.* 30., *&* *num.* 65. *tom.* 2.; dummodò ta-
27 lis conſuetudo nullam inuoluat irrationabilitatem, vt declarat *Sperell. dicta dec.* 179. *num.* 37. *&* 38., quem cum alijs refert, & ſequitur *Rot. in Burgen. Præminentiarum corâm Bourlemont impreſs. poſt Vrceol. de tranſact. deciſ.* 86. *num.* 32. repetita *in recent. deciſ.* 469. *num.* 60. *par.* 19. *tom.* 2. & concordat mòx relatus *D. Vrſaya diſcept.* 12. *num.* 33. *tom.* 3. *par.* 2.

Ad materiam nota, quòd præcitatum
28 Cœremoniale non tollit obſeruantiam, quæ adducatur in linea interpretatiua caſus dubij ſupèr aliquo capite in ipſomèt Cœremoniali contento, teſte *Card. De Luca in Miſcell. Eccleſ. diſc.* 37. *num.* 10., *&* *in relat. Cur. Rom. diſc.* 18. *num.* 12. *propè fin.*, *Rot. corâm Cerr. deciſ.* 273. *num.* 7. *cum duob ſeqq.*; minùſque per illud abrogata
29 cenſentur Statuta, ſeù Ritualia particularium Eccleſiarum diuerſimodè diſponentia, ac diù de cœterò laudabilitèr obſeruata, vt aduertit *idem De Luca dicto diſc.* 3. *de Canonic.*, *&* *Capitul. num.* 6., & reſpondit *Rot. in vna Mediolanen. ſubſientationis Libri corâm Ghiſilerio*, quæ eſt *la* 102. *num.* 15. *par.* 10. *rec.*, fuitque confirmata *corâm Dunozett. iun.* intèr ſuas *deciſ.* 855. *num.* 14., cum quibus approbatiuè proceſſum fuit in *Colonien. Præcedentiæ corâm Mato impreſs. poſt Antonell. de Iur.*, *&* *oner. Cleric. deciſ.* 19. *num.* 21.

A. Lupardus.

HISPALEN. PROCESSIONIS SVPER SECVNDO DVBIO.

Lunæ 28. *Iunij* 1700.

ARGVMENTVM.

In hac paritèr *Deciſione* reſoluitur, non licere Ordinario interuertere antiquiſſimam conſuetudinem publicè circumferendi infra Octauam annuæ Solemnitatis SS. Corporis Chriſti Auguſtiſſimam Euchariſtiam ſupèr quadam Machina argentea magni ponderis, eo ſub prætextu, quòd ipſemèt Epiſcopus vellet pedeſtèr, & proprijs manibus deferre idem Venerabile Sacramentum: & diluuntur contraria ratiocinia, ex quibus abſonum, & aſperum dicebatur, quòd huiuſmodi geſtatio prætenderetur prohiberi proprio Ordinario, ad quem primariò, immò vnicè pertinet omnimoda directio, & cura rerum agendarum in hiſcè publicis Proceſſionibus, alijſque functionibus Eccleſiaſticis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus dicitur, & eſt primus, ac principalis Parocus in tota ſua Diœceſi.*

2 *Epiſcopus habet priuatiuam facultatem deferendi proprijs manibus Auguſtiſſimum Sacramentum in anniuerſaria Proceſſione fieri ſolita infrà Octauam SS. Corporis Chriſti.*

Etiàm ad excluſionem Sacerdotis ſolemnitèr celebrantis, niſi Epiſcopus ſit abſens, vèl impeditus, aùt aliàs voluntariè abſtineat ab huiuſmodi delatione, n. 3., & 9.

Et refertur deſupèr diſpoſitio Concilij Bracharen., n. 6.

4 *Gratia Principis debet, quantùm fieri poteſt, ſuſtineri.*

Neque debet illius effectuatio ab alieno arbitrio pendere, n. 5.

7 *Sententiæ, & Decreta, tamquàm ſtricti Iuris, nullam patiuntur extenſionem.*

8 *Gratia recipit declarationem à ſupplicatione, prout & Sententia à libello.*

Limita, vt n. 13.

10 *Qui vult conſequens, vult etiàm neceſſariò antecedens.*

11 Concilio Tridentino *Papa derogare cenſetur eo ipſo, quod aliquid contrà illius diſpoſitionem indulſit*, & n. 27.

Et de ratione, n. 28. & 29.

Neque Papa ſolet vmquàm illi expreſsè derogare, num. 30., & 31.

Declara, & intellige, vt n. 32.

12 *Epiſcopus nequit prohiberi ab exercitio illarum functionum Eccleſiaſticarum, quas Statutum, vèl Rituale Eccleſiæ Cathedralis mandat fieri per Archipresbyterum, vèl Archidiaconum.*

13 *Reſcriptum factum à Principe, aùt Iudice attenditur, non verò petitio ſupplicantis, vèl inſtantia Partis.*

14 *Confeſſio, vèl alia aſſertio emiſſa à Procuratore in ſuis Informationibus Iudici diſtributis, nullum parit præiudicium eius Principali.*

15 *Argumentum de parte ad totum, & è conuerſò, eſt in Iure validum.*

16 *Lex, aùt reſcriptum Principis vbì non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus.*

17 *Conſuetudo diù obſeruata non eſt abolenda, ſed potiùs toleranda, quotiès per illius abolitionem reſultaret diſſenſio, & ſcandalum Populi.*

Amplia, etiamſì conſuetudo verſaretur circà res Spirituales, n. 18.

19 *Nouitates, & mutationes, etiàm in melius, ſolent eſſe principium maiorum malorum.*

Alia de nouitatibus, & mutationibus euitandis, vide in n. 20. cum duobus ſeqq.

23 *Epiſcopus habet omnimodam authoritatem in his, quæ pertinent ad publicas Proceſſiones, aliaſque functiones Eccleſiaſticas.*

24 *Superior debet poſtponere ſuum priuatum commo-*

commodum publicæ commoditati, ac bono
eius Subditorum.
25 *Inferior, quod præcedere debeat Superiorem,*
turpe est, ac mõnstruosum.
Non tamèn repugnat, quòd in aliquo actu,
vèl casu particulari ob peculiarem rationem,
aùt circumstantiam inferior præcedat Su-
periorem, n.26.

DECISIO CLXV.

Recogitans secùm ipse forsàn Archiepi-
scopus Hispalen., quòd durum sibi
fuisset contrà stimulum Decreti Sac. Con-
gregationis anni 1686., & de quo latiùs in
contemporanea *Decisione* per Me supèr pri-
mo Dubio publicata, adlaborare, seù cal-
citrare, alterum simultaneè Dubium à Me
proponi exoptauit = *An liceat Archiepisco-*
po in Processione Venerabilis illud deferre pro-
prijs manibus, non obstante Decreto Ecclesia-
rum Hyspaniarum permissiuo; Verùm quan-
tumuis abstractiuè manifestam in sua peti-
tione iustitiam foueret, in concreto tamèn
hodiernæ dissertationis coacti quodammo-
dò fuerunt *Domini* in negatiuam abire re-
solutionem.

Diximus, quod abstractiuè manifestissi-
ma erat iustitia petitionis; quià cùm ipsi
Episcopo, tamquàm primo in sua Diœcesi,
1 & quandòque vnico Parocho, superiucum-
bat onus depascendi gregem Fidelium sibi
commissum hoc eodem Sacrosancto pane
Eucharistico, alijsque Sacramentis, quæ
in Ecclesia acquisità Sanguine suo reliquit,
ac instituit Diuinus Saluator, iure quoquè
merito litteralitèr sancitum apparet in *Cæ-*
remoniali Episcoporum §.33., quòd eidem
2 Diœcesano, siuè Episcopo priuatiua com-
petat facultas deferendi proprijs manibus
Venerabile, præsertim in hac maiori anni-
uersaria Solemnitate sub illis verbis = *Se-*
quetur Episcopus sub Baldacchino, capite
detecto portans manibus suis Sanctissimum
Sacramentum in Tabernaculo inclusum, adeò-
3 ut nequè ipsemèt Sacerdos solemnitèr ce-
lebrans in die huiuscemodi Festiuitatis
prærogatiuam hanc sibi valeat vsurpare,
nisi Episcopo impedito, vel absente, vt ob-
seruant *Fax Iordan. var. elucubr. lib.* 11.
tit.2.num.65. & 66., Bauldrij in Manual.
Sacr. Cæremon. par.4. cap 16. art.3. §.5.

At non minùs iusta reddebatur in con-
creto insistentia, siuè oppositio Capituli:
Cùm enim tàm seriò, & iteratò disiunctâ
materiâ de tempore glor. mem. Innocen-
tij XI. per Sac. Congregationem Rituum,
ipsamquemèt Sanctitatem Suam, tandèm
sùb anno 1686. ad postulationem Cleri Hy-
spaniarum vniuersi, & magis præcisè ad
preces Capituli Hispalen. expositâ, ac di-
stributâ Mappâ, seù delineatione Taber-
naculi in eadem anniuersaria die circum-
ferri consueti, prodierit formale Decre-
tum, siuè permissio continuandi vetustam
hanc gestationis Machinæ consuetudinem;
de plano subsequi videbatur, quòd Archie-
piscopus ipse teneretur abstinere, nè aliàs
ad libitum eiusdem Archiepiscopi inter-
uerteretur consuetudo nusquàm vsquedùm
ab eodem, vèl per alios eius Antecessores
deturbata, neuè gratia Principis, quam
4 decet esse mansuram, ad *Text. in cap. 16.*
de regul. iur. in 6., & in cap. Si cui 36. de
Præben. eodem lib.6. ab alieno penderet ar-
5 bitrio, sicuti in similibus annotarunt *Fælin.*
in cap.1. num.4. de rescript., Menoch. con-
sil.630. num.5., Frances var. resol. cap.12.
num.31., & num 64. vers. nèc alitèr, Ro-
ta Florentin. apùd Modern. Palm. alleg.327.
num.87. cum duobus seqq., Rota decis. 93.
num.24. par.10. rec.

Nilquè propterea obsistebat, quòd in præ-
fata prouisione, seù Decreto minimè fuis-
set facta mentio de Archiepiscopo, alijs-
que Ordinarijs, quamobrèm nèc etiam
eius persona satagens hunc actum implere
compræhensa intelligeretur, maximè dum
idemmèt Causæ Patronus, qui in præcitata
dissertatione comparuerat, explicitè fue-
rat protestatus ad normam *Concilij Brach-*
6 *aren. III. cap.5.* non posse Episcopo interdici,
quominùs proprijs manibus valeret Augu-
stissimam Hostiam circumferre, *Summar.*
Archiepiscopi *num. 4. litt. A.*; ad inda-
gandum etenim intellectum cuiuslibet
Gratiæ, prouisionis, Sententiæ, aùt De-
creti quomodòlibet ambiguum, melior de-
siderari nequit interpres, quàm ex vna
parte expressio prætermissa casus præcisi,
& confessio respectiuè, siuè expositio facta
per ipsum postulantem, eiusque libellum,
7 cùm tàm Decreta, quàm Indulta, veluti
stricti Iuris, nullam patiantur extensionem,
ex traditis per *Rot. decis.70. num.37. & 43.*
par.13. rec. & in Barchinonen. Iurisdictio-
nis 2. Maij 1681. §. Nèc quidquàm, coram
clar. mem. Cardinali Matthæio, & Gratia,
8 siuè Decretum declarationem accipiat à
supplicatione, vèl libello, nè plus cen-
seatur attributum, quàm fuerit expetitum,
vt prosequitur *Menoch. consil. 180. num.1.,*
Episc. Marant. respons.69. num.34. par.4.,
Rot. coram Caualer. decis.117. num.4. & 5.,
& in recent. decis.356. num.8. par.16.

Siquidèm, quatenùs attinet ad nomina-
tionem, siuè compræhensionem Episcopi,
seù Diœcesani, nimiùm in consequentiam
promanabat necessaria huius inclusio; To-
ta namquè amaritudo, ac disquisitio abo-
lendæ, vèl tolerandæ, ac permittendæ
consuetudinis in eo dumtaxàt residebat,
vtrùm peculiarièr liceret sub hoc præcelso
die in Regnis, Ecclesijsque Hyspaniarum
per-

perseuerare in vsu gestandi consimiles Machinas, & Tabernacula proptèr resistentiam solius *Cæremonialis*, ac *Ritualis*, cùm de reliquo id nequè ab OEcumenicis Concilijs, nequè per Sac. Canones vllo modo prohibitum appareret: Vndè dùm ipsum *Cære-*
9 *moniale* dumtaxàt tale ius delationis soli reseruabat Episcopo, vèl (eo non valente, aùt abstinente) Celebranti, hìnc eo ipso, quod non obstante eodem *Cæremoniali* positiuè concessa fuit perseuerantia consuetudinis, concludere etiàm oportebat, quòd fuerit in hac parte, & pro hac sola die ex causa, & motiuo potentiori, vèl suspensa, vèl derogata potestas Episcoporum ab eo-
10 dem *Cæremoniali* descendens, ex infallibili regula, siuè axiomate, quòd qui vult consequens, vult etiàm antecedens, de quo cœteris collectis *Barbos. axiom. 54. num. 1.*; & habemus robustius exemplum in quibuslibet Gratijs, concessionibus, vèl Indultis, quæ etiàm euidentèr aduersentur OEcu-
11 menicæ determinationi *Concilij Tridentini*, quoniàm, absquè explicita mentione, aùt derogatione iuris ab eadem *Conciliari* dispositione quæsiti, seù resultantis, superabundat, à S. Sede, vèl Summo Pontifice prodijsse prouisionem, aùt Gratiam repugnantem, & contrariam, teste *Garz. de Benef. par. 4. cap. 5. num. 30. & seqq.*, *Adden. ad decis. 90. ex num. 298. cum pluribus seqq. par. 9. rec.*, *Rot. coràm Caualer. decis. 181. num. 3.*, *& coràm Merlin. decis. 713. num. 9.*, *& in Hispalen. Decimarum de Olinares 18. Martij 1678. §. Ex hac inquàm*, confirmata 30. *Ianuarij 1679. §. Nèc applicantur, cor. bo. me. Bourlemont.*

Accedente in idem, quòd etsì regularitèr demandante (ex. gr.) aliquo Statuto, quod functiones Ecclesiasticæ expleantur
12 per Archipresbyterum, vèl Archidiacònum, non per hoc illud sibi vindicet locum, quotiès intendat Episcopus easdem functiones per semetipsum exercere, ex deductis per *Bero. cons. 22. num. 25. vers. Nàm ex eo, & sub num. 39. vers. Tertiò Statutum lib. 1.*, quem in simili proposito retulit, & secuta est *Rota in Viterbien. celebrationis Missarum coràm Card. Sacrato impress. apùd Barbos. de Canon., & Dignit. cap. 5. n. 54.*

Nihilominùs nequit id adaptari, quandò non agitur de interpraetatione simplicis inferioris Statuti, sed de suprema concessione Principis cadente supèr actu nedùm incompossibili, verùm in positiuo conflictu, & examine iuris Episcopo competentis, itàut quantumuis ipsa Ecclesiarum petitio (quod erat, vt diximus, incompatibile) positiuè præseruasset iura propriorum Antistitum, attamèn dùm re maturè pensata, absquè vlla restrictione, vèl reseruatione prodijt rescriptum illimitatum pro licita duratione consuetudinis in deferendo consimilia Tabernacula, inspici non debe-
13 ret, quid petitum extitisset, sed quid à Superiore elargitum; Pars namquè petit, & rescribens concludit, vt limitando regulam, de qua suprà, circà interpraetationem rescripti, vèl Decreti ad formam libelli, vèl supplicationis, inquit punctualitèr *Innoc. in cap. Supèr litteris in gloss. verb. in communi forma, de rescript.*, *Ias. cons. 173. sub num. 7. vers. Non enim lib. 4.*, *Menoch. dicto cons. 180. num. 11.*, optimè *Francisc. Rocc. respons. 1. num. 1. cum duobus seqq. lib. 1.*

Ac propterеà, si eadem explicita præseruatio in precibus facta per Ecclesias, & Capitula postulantia non offecisset, multò minùs attendi merebatur gratuita, parùmque circumspecta assertio, seù confessio
14 Causæ Patroni, quandò de reliquo, nequè hæ confessiones per Causidicos in eorum Informationibus emissæ supèr quacumque materia valent inferre præiudicium proprijs Principalibus, sicutì tradiderunt *Farinacc. cons. 129. num. 5.*, *Card. De Luca de Feud. disc. 123. sub num. 14.*, *Modern. De Angel. de Confess. lib. 3. quæst. 1. num. 4. in fine*, *Rota decis. 104. num. 44. par. 6. rec.*, *& decis. 64. num. 29. par. 17.*, *& in Romana Cambiorum 16. Ianuarij 1699. §. Demùm in fine, coràm R. P. D. meo Muto.*

Euidentiùs demùm ponderata ratione prænominati Decreti Pontificij, quæ tota stabat in manutenenda consuetudine ad Spirituale solatium illorum Populorum, qui citrà vllam interruptionem quotannis soliti erant venerari Sanctissimum Corpus suprà magnificam hanc Molem triumphalitèr quodammodò eleuatum: Cùmque relinquendo liberum Archiepiscopo arbitrium, si mallet ipse pedibus incedens gestare præ manibus idem Venerabile, nemo sit, qui non videat, quòd huiusmodi solatium in eo anno, & in illa vice absquè causa deflecteret in amaritudinem, & displicentiam; profectò ad temperandam in hoc solo casu, & die plenariam de cœtero potestatem Archiepiscopi subintrat ex identitate rationis
15 familiaris illatio de parte ad totum, & è contrà, videlicèt, quod sicutì aboleri non poterat consuetudo per totum tempus succcessiuè decurrendum, ità nequè etiàm partialitèr abolenda erat in vno, vèl altero anno, in quo proportionabilitèr eadem ratio perurget, ex not. per *Barbos. loc. argum. 82.*, *& 114.* vtrobiquè *num. 1.*, quod-
16 què idcircò, præfato Apostolico Decreto, seù lege non distinguente, nequè nos distinguere debeamus, ad *Text. in leg. Non distinguemus, ff. de recept. arbitr.*, cum concord. apùd eumdem *Barbos. axiom. 136. num. 4.*

Et

Et sanè admodùm lentè, & nonnisi instigante necessitate, & respectiuè corruptela intolerabilis abusus conuenit falcem immittere in has consuetudines longo Populorum vsu receptas, & cum ipso Nutricio lacte (vt ità dicamus) imbibitas, etiamsì non absolutè, sed quandóque dumtaxàt interruptio practicari intendatur; Nàm, vt egregiè admonuit, & definiuit *Cælestinus III.*
17 *in cap. Quod dilectio in fin. de ætat. & consangu.* = *consultiùs duximus multitudini, & obseruatæ consuetudini deferendum, quàm aliud in dissentionem, & scandalum Populi,*
18 *nouitate quadam adhibita, statuendum*; quod & comprobat exemplo subsecutarum seditionum ex hoc solo capite deturbatæ consuetudinis etiàm in ordine ad res Spirituales *Theophil. Raynaud. in Heteroclit. Spiritual. par.2. fol.352.*, & generalitèr concordant *Valenzuel. cons. 114. ex n.27.*, *& consil.146. ex num.46.*, *Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 4. à num. 73.*, *& lib. 2. cap.30. ex num.99.*, *Gonzal. Tellez in cap. Cùm consuetudinis 9. num.3. de consuet.*, *Antunez de Donat. Reg. lib.2. cap.33. num. 25. cum seqq.*, *Rota in Colonien. Præcedentiæ supèr bono Iure 4. Iunij 1696. §. finali in fine, coràm R.P.D. meo Muto.*

Vt enìm ex *Lucian. lib. 2. ver. Hystor.*, admonent *Valenzuel. cons.184. num.5.*, *Capon. discept.85. num.12.*, multotiès = *muta-*
19 *tio etiàm in melius, maiorum solet esse principium malorum*, quod etiàm in proximis terminis Sacræ Lithurgiæ adnotauit *clar. mem. Card. Bona rer. Liturg. lib.1. cap.6.*, fretus auctoritate *Diui Augustini in Epist.54. ad Inquisitiones Ianuarij cap.5.*, in hoc ipso proposito conclamantis = *ipsa quippè muta-*
20 *tio consuetudinis, etiàm quæ vtilitate adiuuat, nouitate perturbat; Quapropter quæ vtilis non est, perturbatione infructuosa, consequentèr noxia est*: Ideòque ex hac ratione concludens *dicto cap.6.* per hæc verba = *Debet ergò vnaquæque Ecclesia custodire ritus suos, sed receptos à maioribus, longoquè vsu præscriptos, & legitima auctoritate approbatos*, & priùs egregiè, ac meliùs enunciauerat *Diuus Chryso-*
21 *stomus Homil.9. ad Chorinth. cap.2.*, ibi = *Nouitas enim omnium animos effundit, ea verò acerbitatem maiorem affert, quæ priscorum Rituum fundamenta effringit*; consonat quoquè in idem *Card. De Luca in Miscell. Eccles. disc.39. num.17. in fine*, solidè idcircò infe-
22 rens, nil esse innouandum, *nisi* (vt ibidèm subdit) *constaret de talibus inconuenientibus, quæ immutationem de condigno exigerent.*

Demonstrata igitùr ex tot in vnum conspirantibus argumentis etiàm huiuscè casus irrefragabili compræhensione sub censura præfati generalis amplissimi Decreti Sacræ Congregationis Rituum, ipsiusque Sanctissimi Pontificis Innocentij X., vanus de plano detegebatur rumor, quem studiosè insinuare curabant Defensores Archiepiscopi, nimirùm, quod ità prohibendo, nè idem Archiepiscopus posset personalitèr circumferre Panem hunc Eucharisticum, & nimiùm durè remaneret sauciata, ac impedita eiusdem Archiepiscopi pietas, & deuotio, & non obstante expressa sanctione *OEcumenicæ Synodi Trident. sess.25. de Reform. cap.6.*
23 iniungentis, quod penès Ordinarium resideat omnimoda principalis auctoritas omnium rerum agendarum in Processionibus, alijsque functionibus Ecclesiasticis, nimiùm asperè priuaretur huiusmodi potestate, essetque aliquo modo Episcopum in sua Diœcesi, & Ecclesia denudare, seù non sinere Episcopum, próut in simili ratiocinabatur *Rot. dec.62. n.5. par.1. rec.*

Perpensum etenim fuit, quòd nullatenùs vllum caput præfatæ conquestionis, seù rumoris solido discursui nitebatur: Non quidèm primum interclusæ pietatis, ac deuotionis; vltrà enìm, quod restrictio reducebatur ad vnicam tantùm anniuersariam diem, totâ orbitâ ipsius Octauæ, & infrà annum (vbi vtilitas, vèl necessitas exposceret) illibata remanente: De cœterò maior vtiquè deuotio, maius charitatis, siuè pietatis studium effulgebat, quotiès Archiepiscopus, intrà sphæram præeminentioris Pastoralis sollicitudinis pietatem propriam humilitèr coercendo, publico bono, ac consolationi suorum Subditorum, pròut inclinauerat Pontifex, & Sac. Congregatio, consuluisset; omnis enim Reli-
24 gio, pietas, deuotio, & harum maior Charitas exigit, vt priuatum Superioris bonum vniuersali commodo, ac bono inferiorum, & Subditorum lubentèr cedat, ad *Text. in leg.1. ff. de vsucap.*, *Valenzuel. cons.99. num.24.*, *& 26.*, *Amaya obseru. Iur. lib.1. cap.1. num.1.*, *& seqq.*, *Antunez de Donat. Reg. lib.2. cap. 11. num. 27.*, *& lib. 3. cap. 39. num.9.*, *Rot. decis.257. num.26.*, *& 27. part.19. recent.*

Minùs etiàm subsistebat secundum; nàm moderatio Ordinariæ, seù Diœcesanæ potestatis in vno, vèl altero casu nullam progignit monstruositatem, & absurditatem, nequè efficit, quin Episcopus vniuersalitèr existat, ac remaneat Episcopus, quemadmodùm citrà hanc somniabilem monstruositatem passim Concilia Generalia, & signantèr *Tridentinum*, ipsæque quotidianæ Constitutiones Summorum Pontificum ex rationabiliori causa adimunt Ordinarijs in quibusdam casibus propriam, siuè datiuam Iurisdictionem, & potestatem, illamquè soli S. Sedi reseruant, & quemadmodùm (non abscedendo à subiecta materia functionum, & præeminentiarum Ecclesiasticarum) in longè fortioribus terminis nosci-

25 noſcimus affirmatum, quod licèt in abſtracto turpe, ac monſtruoſum reputetur, quòd inferior præcedat Superiorem, per *Text. in cap. Cùm inferior 16. de maior., & obed., Gratian. diſcept. 298. ſub num. 99. verſ. Repugnat enim, & deciſ. March. 16. num.7. in fin., Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſc. lib.3. cap.18. num.12., Rot. coram Ottbobon. deciſ. 4. num. fin.* cùm reliquis vulg.; in concreto tamèn alicuius caſus,
26 vèl actus peculiari ratione veſtiti nullum conſideratur abſurdum, ſi inferior præcedentiâ polleat, vtì diſtinguendo annotarunt *Add. ad Gregor. deciſ.124. ſub num.4. verſ. Sed hæc opinio, Tondut. reſol. Beneſ. part.1. cap.81. num.18. in fine, Card. De Luca de præemin. diſc.23. num.11., Sperell. deciſ.76. ſub num.12. verſ. Cæterùm, Rot. coràm Scraphin. deciſ.964. num.1., & 2., & coràm Pamphil. deciſ. 127. num.7., & 8., ibiquè Add. num.12., & 13., & in Aquen. Proceſſionis 26. Iunii 1680. §. Sed quandò etiàm, coràm bon. mem. Vrſino Decano.*

Et ità, omnibus paritèr *Dominis* ſuffragantibus, concluſum fuit, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

HÆc quoquè *Deciſio* extat impreſſa penès *Scarſanton. pòſt eius Animaduerſ. ad Ceccoper. lucubr. Canon. tom.1.*, vbi eſt in ordine *la* 41., ſuitque paritèr confirmata ſub die 2. *Decembris* 1701. *coràm eodem D. meo Anſaldo*.

Ad *num.* 11., vbi dicitur, quòd Papa
27 cenſetur implicitè derogaſſe *Sac. Concilio Tridentino*, quotiès aliquid decernit, aùt concedit, quod illius diſpoſitioni aduerſatur, addi poſſunt *Ricciull. de Iur. perſon. extrà grem. Eccleſ. lib.8. cap.4. num.7., Nicol. in Floſcul. verb. Concilium num.12., Paſqualig. de Sacriſ. nouæ legis quæſt. 476. num. 1., & ſeq., Piton. diſcept. Eccleſ.13. num.23., Rot. deciſ.71. num.8., & 9. part.6. rec., in Palentina Iuris viſitandi 17. Maij 1697. §. Haùd reſiſtente, coram Vrſino, & in Leodien. Exemptionis 2. Iulij 1703. §. Attamèn, coràm bon. mem. D. meo Anſaldo*.

Eaque eſt ratio huius propoſitionis, quia
28 ſicuti Patres, qui eidem *Concilio* interfuerunt, explicitè proteſtati ſunt, quod reſpectu omnium, & ſingulorum, quæ in eo ſtatuta fuerant, ſempèr cenſeretur ſalua, ac præſeruata authoritas Romanorum pro tempore Pontificum, vt videre eſt in *Seſſ.25. de Reform. cap. fin.*; Ità vbicumquè Papa
29 contrà in eo diſpoſita aliquid reſcribit, vèl indulget, videtur potiùs vti velle facultate ſibi ab ipſo *Concilio* reſeruata, quàm aduerſùs illud reſcribere, aùt diſponere, vt prætèr mòx relatos *num.*27. ſub hac præciſa ratione proſequuntur *Noal. conſ. 93. num. 9., Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſſ.6. ſub nu.120., Gratian. diſcept.940. num.15., & 16., & diſcept.990. num.12., 13., Fagnan. in cap. Ex parte num. 26. de Priuileg.*, latiſſimè *Paul. Rub. in annot. ad deciſ.90. ex num.297. ad 311. part.9. rec. P. Anaclet. Reiffenſtuel. in Decretal. lib.1. tit.2. §.20. num.529. propè fin., Rot. coràm Manzaned. deciſ.260. num.3., & in rec. deciſ.179. num.6. part.2., & deciſ.498. num.27., & 28. part.19. tom.2.* vbi concord.; Ac proptereà in ſequelam
30 huiuſcè præſeruationis *Conciliaris* mos inualuit, quod Summi Pontifices numquàm in eorum Gratijs, Indultis, Diſpenſationibus, Vnionibus, alijſque conceſſionibus expreſsè derogant præfato Concilio Tridentino, ſicuti vno ore teſtantur *Corrad. in prax. Beneſ. lib.3. cap.8. ſub num.9. verſ. Hoc etenim, & in prax. Diſpenſ. lib. 3. cap.1. num.27. propè fin. verſ. His tamèn, & num.28., & 29., Fagnan. vbì proximè dicto num.26. in fin., & in cap. Nulla num. fin. de conceſſ. Præben., Paſqualig. dicta quæſt.476. num.3.* quod & antiquitùs retulit *Rot. in Toletana nullitatis Profeſſionis 27. Aprilis 1598. ſuverſ. Cùm enim Papa* ibi = *nequè enim Concilij Tridentini diſpoſitioni expreſsè derogatur, vt notorium eſt, & obſeruatur* = *coràm Orano* intèr eius manuſcriptas, quæ apùd Me extant, *lib.*4. in ordine *la* 33., & concordant recentiùs trad. per *Eminentiſs. D. Card. Petra ad Conſtit. Apoſt. tom. 2. pag.67. ſub num.10. verſ. Nàm ex expreſſa*, necnòn per *Rot. coràm clar. mem. Card. Falconer. tom.2. tit. de Penſion. Eccleſ. deciſ.11. num.9.*, vbi quod pro derogatione *Sac. Con-*
31 *cilij Tridentini* nulla requiritur ſpecialis mentio, aùt expreſſio eiuſdem diſpoſitionis Conciliaris; quod & litteris rotundis declarauit S. Pius V. in Motu proprio per extenſum regiſtrato apùd *Corrad. in prax. Diſpenſ. dicto lib.3. cap.1. ſub num.28.*, ac penès *Nicol. in Floſcul. vbì ſuprà dicto num.12. in fin.*, & de quo meminit *Pacion. alleg.41. num.4., & alleg.42. num.1.*

Quæ tamèn omnia declarantur, vt pro-
32 cedant ſolummodò in ijs Gratijs, alijſque conceſſionibus, quæ expediuntur præuia Supplicatione, & dummodò Supplicatio ipſa ſignata ſit manu Papæ, ad hoc, vt certitudinariè conſtet de eius voluntate derogandi (quatenùs opus ſit) diſpoſitioni OEcumenicæ Synodus Tridentinæ, quemadmodùm cœteris relatis explicant *Corrad. in prax. Diſpenſ. dicto lib.3. cap.1. num.29., & lib.5. cap.14. num.17., P. Anaclet. dicto §. 20. num.531. ad med.*

A. Lupardus.

BO-

BONONIEN. LIBERATIONIS A' MOLESTIJS.

Ven. 2. Iulij 1700.

ARGVMENTVM.

De euictione præstanda ab hærede Venditoris non obstante, quod Emptor absquè vlla intimatione molestiarum transegerit cum euincente, & àn actio de euictione transeat in cessionarium, vèl alium singularem successorem Emptoris. Fideiussor præstitus in contractu an, & quandò prætendere valeat, sese extitisse liberatum, eo quià Debitor ex pòst alium dederit fideiussorem pro maiori cauthela, & securitate Creditoris. Alia facilè colliges ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Contractus venditionis, & contextualis Affictus suscepti per ipsum Venditorem, frequentèr practicatur Bononiæ, & in tota fermè Lombardia.*

2 *Emptor patiens molestias sibi illatas supèr re empta potest (præueniendo consumationem Iudicij) rem dimittere ad commodum euincentis, & nihilominùs posteà agere pro euictione aduersùs Venditorem*, & n.35.
Declara, vt n.36.
Et limita, si Emptor transegerit cum euincente, omniaque iura illi cesserit cum Clausula = Ponens &c. *quià tùnc nullus ei competit regressus contrà Venditorem*, n.3.
Potest namquè eo casu Venditor excipere aduersùs Emptorem = *Tua non interest agere pro euictione, quià eius iura in alterum transtulisti*, n.4.
Sublimita, si Emptor solummodò cesserit euincenti iura, quæ sibi competebant supèr re empta, illique dimissa, n.6.

5 *Actio euictionis est exercibilis nedùm contrà Venditorem, sed etiàm aduersùs illius hæredes.*

7 *Cessio, seù renunciatio alia est translatiua, & alia simplicitèr abdicatiua, de quibus* remissiuè ibidèm.

8 *Contractus in dubio interpretari debet iuxtà verisimilem mentem Contrahentium.*

9 *Transactio debet in dubio interpretari iuxtà verisimilem mentem Transigentium.*

10 *Discretiua locutio denotat contrariam voluntatem in casu non expresso.*

11 *Actio de euictione an transeat in cessionarium, vèl alium singularem successorem Emptoris*, & n.12. cum duob. seqq.

15 *Contractus ità interpretari debet, vt ex eo non resultet inæqualitas intèr Contrahentes.*

16 *Transactio ità est interpretanda, vt ex ea non resultet inæqualitas intèr Contransigentes.*

17 *Valor rei diminuitur ex probabili periculo, seù timore euictionis.*

18 *Fideiussor remanet liberatus statìm ac Creditor fuit satisfactus à principali Debitore.*

19 *Fideiussor allegare nequit, se fuisse liberatum per nouum contractum initum intèr Creditorem, & Debitorem, stante Clausula in eo adiecta* = citrà nouationem &c.

20 *Euicta re habita in solutum competit regressus ad primæua iura, quem sibi euictionem passus in tali casu reseruauerat.*
Tuncquè ille, cui res fuit euicta, habet regressum nedùm contrà principalem Debitorem, sed etiàm contrà fideiussorem præstitum in primo contractu, n. 28 cum duob. seqq.

21 *Præseruatio iurium facta in vna parte Instrumenti non iuuat quòad aliam, de qua est quæstio, & in qua fuit omissa.*
Limita, vbi fuisset dictum, quod talis præseruatio haberi deberet pro repetita in qualibet parte ipsius Instrumenti, n.25.

22 *Fideiussor priori loco datus an liberetur, necnè per receptionem nouæ, & independentis fideiussionis præstitæ à Debitore*, & n. 40. *vbi de materia* remissiuè.
Et in hoc regula stat contrà primum fideiussorem, vt non censeatur liberatus per accessionem, siuè dationem alterius, num. 26., & 38.
Declara, vt n.39.

23 *Dictio* = & = *tamquàm coniunctiua, & copulatiua communicat subsequenti orationi qualitates in præcedenti appositas.*
Limita, vt n.24.

27 *Datio in solutum extinguit præcedentem obligationem, seù debitum.*

29 Rocca select. disput. Iur.cap.128. num.27. & seqq. *refellitur*, & n.30.

31 *Emptor nequit agere pro euictione aduersùs Venditorem, nisi ei opportunè intimauerit molestias.*
Limita, si ex pòst appareat, quod Venditor non potuisset reparare euictionem, etiamsì Emptor illi molestias debito tempore intimasset, n.32., & 37.

33 *Transactio pro sui base, ac firmitate requirit, quod fiat supèr dubietate litis iàm promotæ.*
Sed adhùc pro ea sustinenda sufficit solus probabilis timor, quod lis moueri potuisset, n. 34.

DECISIO CLXVI.

THeresia Comitissa de Maluetijs passa præcedentèr angustias, & molestias à Hieronymo, & Michaele fratribus de Bonesijs, non solùm supèr quinquaginta Tornaturis ab initio coemptis in Prædio sito sub Contrata, seù Communi *Ozani* ab Angelo Melegotto illius Authore, sed etiàm supèr

alijs decem, quas Sebastianus Eques Gabriellius Venditor earumdem 50. Tornaturarum eidem Comitissæ extradiderat de anno 1658. prò dissolutione debiti ex causa Affictus contextualitèr suscepti de huiusmodi 50. Tornaturis per se Angelo venditis ab initio, iuxtà familiarem illum contractum, quem in illis Partibus, & in tota fermè Lombardia practicari contingit, ex ponderatis in altera *Bononien. Prædij* 23. *Ianuarij* 1699. §. *Quoniàm, coram Me* (*dec.69. n.1. tom.1.*)

1 Theresia, inquàm, sic diuexata, postquàm easdem vexationes, & molestias vsquè à principio intimauerat hæredibus Francisci Fracassati, qui primæuo contractui tàm venditionis, quàm Affictus fauore præfati Angeli fideiusserat, cautiùs existimauit maiora pericula, & damna præuenire, dimittendo per transactionem Bonefijs (vt suprà) molestantibus omnes sexaginta Tornaturas, deindèque, vt par erat, sese conuertit pro releuatione euictionis, aliorumque damnorum sibi inflictorum ergà hæredes memorati Francisci fideiussoris; obtentoque ab Auditore Generali Legationis Mandato pro subhastatione Bonorum hæreditariorum præfati Francisci, necnòn illius executione tùm à Iudice deputato in secunda Instantia per D. Cardinalem Legatum, tùm ab A.C. in vlteriori gradu appellationis in Curia, cum successiua deliberatione, liquidatione fructuum, necnòn taxatione expensarum, adhùc & hodiè coacta fuit subire nouam oppugnationem, non obstante rescripto Signaturæ Iustitiæ cum Clausulà = *sinè præiudicio rei iudicatæ*: nequè etenim in hoc statu acquiescentibus memoratis hæredibus, dubitatum in hac Audientia fuit, *vtrùm constaret de re iudicata, seù potiùs de causis restitutionis in integrum*; sed *Domini* palpantes iustitiam Comitissæ *affirmatiuè* responderunt quòad primam partem, & *negatiuè* quòad secundam.

Circà validitatem quippè eiusdem rei iudicatæ nulla promota fuit hæsitatio, Reique idcircò conuenti totam defensionem acuebant in ordine ad iustitiam, ac insimùl distinguendo importantiam partitarum, pro quibus egerat Comitissa, non denegabant abstractiuè, quòd respectu primæ partitæ, seù euictionis 50. Tornaturarum in valore ascendentium ad libras 4000. illius monetæ, eadem Comitissa valuerit, agnità iustitià, & anterioritate crediti prædictorum de Bonefijs euincere satagentium easdem Tornaturas ipsorum fauore obligatas, salubritèr

2 præuenire consumationem Iudicij intentati supèr euictione, seù auocatione possessionis, relaxando huiuscemodi possessionem, siuè Tornaturas, nè aliàs pòst inutilem fatigationem augeretur obligatio refundendi maiora damna, & expensas in præiudicium ipsorum habentium causam à Francisco fideiussore de libertate Tornaturarum, iuxtà æquitatiuam praxim in his terminis innixam *Textui in leg. Emptorem, ff. de act. empt.*, de qua *Burgund. de euict. cap.78. n.7.* plenissimè *Vrceol. de Transact. quæst.42. n.32. & seqq.*, *Rot. decis. 337. num.1. & 2.*, & *decis. 390. num.1. par.5. rec.*, *decis. 34. n.2. & 3.*, & *decis. 151. num.5. cum seq. par.7.*, *decis. 395. num.9. & 10. par.15.*, *decis. 353. num.1. & 2. par.16.*, *in Romana Saluiani* 14. *Iunij* 1697. §. *Sicuti autèm, coràm R.P.D. meo Lancetta* (nùnc intèr suas *decis.13. n.9.*) & *in Perusina Saluiani* 26. *Ianuarij* 1699. §. *absquè eo, quod*, & 6. *Aprilis eiusdem anni* §. *Indèque, coràm R.P.D. meo Muto*.

Verùm replicabant, hæc omnia rectè procedere, quotiès Theresia simplicitèr deuenisset ex causa præueniendæ euictionis ad liberam dimissionem harum Tornaturarum, reportata, ac etiàm non reportata cessione iurium contrà obligatos de prædicta euictione: Sed in præsenti facti serie res diuersimodè se habebat, quià intèr Bonesios, eamdemque Theresiam in actu huius dimissionis interuenerat quædam transactio, sub anno scilicèt 1692., in qua, summa prætensionis, & effectiuæ satisfactionis consistens in libr. 6619., nimiùm excedebat valorem præfatarum 50. Tornaturarum, conscendentem (vt præmisimus) ad libras tantummodò 4. mil.; cùmque ob id ex vna parte Bonesij transtulerint in Theresiam iura eorum crediti conscendentis ad dictam quantitatem librarum 6619., ex altera verò ipsamèt Theresia cesserit, & transfuserit in Bonesios omnia, & singula iura, quæ detinebat ex causa præfatarum Tornaturarum, quas dimittebat, de plano resultare videbatur, quod vèl Theresia neutiquàm posset insistere pro prætensa releuatione, ex quo cùm huiusmodi actio, siuè insistendi facultas solùm proueniret ex causa præuentæ euictionis supèr ijsdem 50. Tornaturis, eo ipso propterea, quod horum iurium ex

3 prædicta occasione, vèl causa competentium cessionem fecerat Bonesijs, hi, & non ampliùs Theresia, valerent ad summum exercere iura eiusdem euictionis, quemadmodùm in specialibus terminis, stante cessione, pròut hic, vestita cum Clausula = *ponens &c.*, quòd actio euictionis incontinenti transferatur in Cessionarium, nulla penitùs actione remanente penès Cedentem, *Textus* est *in leg. Si res 59. ff. de euict.*, & tradunt *Surd. cons.17. n.32.*, *Mangil. de euict. quæst.108. n.40.*, & 41., *Rot. coràm Gregor. decis.25. n.4. & 5.*, *Milliu. decis. 206. n.1. cum duob. seqq.*, & *coràm Coccin. decis.109. n. 6.* paritèr *cum duobus sequentibus*.

Aùt

Aut quatenùs Theresia, siuè ex vi primæui sui iuris agendi pro euictione ex causa spoliationis in effectu passæ earumdem 50. Tornaturarum, siuè vigore cessionis reportatæ ab ijsdem Bonesijs, legitimè promoueret instantiam, certum non minùs erat, quòd nihilominùs Bonesij prætendere semper valuissent idipsum, quoniàm positiuè consecuti fuerant cessionem eius iurium à Theresia, & de facto pro superexcedenti quantitate à libris 4.m.ad lib.6619. minimè plenam reportauerant satisfactionem, etiàm comprehensis decem alijs Tornaturis, de quibus suo loco disseremus vlteriùs; vndè semper remanebant Cessionarij, & Creditores, ideòque à primo ad vltimum, nè duplicatam solutionem in casu, quo comparuissent Bonesij, pati, & subire tenerentur Rei conuenti, iuridicè poterant excipere contrà Theresiam, vèl nobis præbe cautionem pro hoc periculo, vèl (quod rectius, & ineuitabilius erat) tua non interest agere de euictione, quià quò-
4 ad eam iura transtulisti in Bonesios, ab eis correspectiuè reportando cessionem iurium contrà obligatos ex causa eorum crediti, ex ijs, quæ non abs re, immò in hoc ipso proposito habentur apùd *Crauett. cons. 191. num.3., Bertrand. cons.116. num.12., & 14. vol.2., Guidopap. decis.530. num.2., Rot. decis.373. sub num.32. par.4. rec.*

Cœterùm *Domini* solidè reputarunt, huiusmodi discursus, & ratiocinia plus acuminis præseferre, quàm firmitatis: Quoniàm erat indubitabile, Comitissam Theresiam, præcisiuè ab intellectu memoratæ transactionis, intentionem vndiquè fundatissimam habere pro hoc restauro, & euictione reportanda, & respectiuè consequenda; dùm in substantia remanserat denudata possessione 50. Tornaturarum per ineui-
5 tabiles molestias sibi illatas à Bonesijs, ac propterea meritò sese reuoluebat ergà Reos inducentes passiuam obligationem Francisci, qui euictionem fauore Authorum Comitissæ expromiserat, per *Text. in leg. Si status, Cod. de euict., Mangil. de euict. quæst.2. n.6., Cirocc. discept. 61. num.18., Castald. consult.7. num.1., Card. De Luca de empt., & vendit. disc. 16. num.3., Rot. in Bononien. Euictionis supèr fructibus 10. Martij 1698. §. Nitebantur, & in Romana Secretariatus Apostolici 3. Februarij 1700. §. Quamobrèm, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (modò intèr suas *decis.546. num.1., & decis.657. n.2.*)

Punctus itaquè reducebatur in inquirendo, vtrùm mens, & littera transactionis præpediret eamdem Theresiam, quominùs intentare posset huiusmodi regressum, & actionem: Sed nequè mens, nequè littera valebat huiusmodi fulcire obiectionem; Non quidèm littera, quoniàm Comitissa solummodò expressit = *hà dato, ceduto, dimesso, e liberamente rilasciato &c.* Quamobrèm cùm in substantia per Bonesios vnicè, & principalitèr ageretur de euincendis quinquaginta Tornaturis ab ipsa Comitissa, eaque præveniendo, vt diximus, irreparabilem euictionem, has Tornaturas prouidè dimiserit per verba supradicta, licèt ideircò deincèps superaddiderit = *Con tutte, e qualunque Clausole di cessioni di ragioni*, neutiquàm profectò cessio hæc poterat ad aliud referri, quàm ad puram cessionem abdicatiuam, qua mediante Theresia vnicè intendebat Bona à Bonesijs diuexata illis cedere, ac absolutè dimittere, transferendo dumtaxàt in eosdem Bonesios pro maiori ipsorum tuitione, & securitate iura, quæ sibi supèr huiusmodi Bonis competebant, absque alia tamèn vlteriori transfusione iu-
6 rium euictionis aduersùs alios, & sic absquè necessitate alterandi naturam actus principalitèr tendentis ex parte illorum de Bonesijs euincentium ad auocandam solummodò possessionem, & fruitionem ipsorum Bonorum, ad tradita per *Natt. cons. 582. num.1., & seqq., & num.9., Olea de cess. iur. tit.1. quæst.3. num.14., Mantic. de tacit. lib.26. tit.6. num.12. vers. nàm Clausula, cum tribus seqq., Rot. decis.17. num.7. coràm Merlin., & decis.110. num.2. & seqq. par.2. rec.*, & iuxtà distinctionem notissi-
7 mam intèr renunciationem, siuè cessionem reuerà translatiuam, ac simplicitèr abdicatiuam, teste *Altograd. cons. 43. num. 37. tom.2., Donadeo de renunc. cap.44. num.83. & 130., Andreol. controu. 310. num.13., Card. De Luca de renunciat. disc.1. num.5. & 6., Rot. dec.387. n.4. 5. & 6. par.19. recen.*

Et sanè, nequè etiàm introspecta mente Transigentium, & exhausto spiritu rationis, poterat res diuersimodè se habere: Nonetenim somniare valebant ex vna parte Bonesij à Comitissa reportare translatiua iura euictionis ad finem pulsandi deincèps hæredes Francisci fideiussoris, quandò per supradictorùm Bonorum dimissionem, & respectiuè obtentionem remanebant satisfacti supèr Bonis etiàm ad sensum obiecti superexcedentibus longè medietatem libr.6619., prout excedebant enunciatæ supradictæ Tornaturæ, necnòn aliæ decem (vt infrà) per eos à Comitissa receptæ; nequè ex altera poterat eadem Comitissa reputari tàm fatua, vt voluerit iura euictionis ad se pertinentia pro quantitate librarum 4400. non solùm aduersùs hæreditatem, si qua aderat, Equitis Sebastiani venditoris, sed & insimùl aduersùs Francisci fideiussoris hæredes transferre, & traijcere in Bonesios pro sola correspectiua reportatione cessionis creditorum, siuè iurium ab ipsis de Bonesijs exer-

cibilium dumtaxàt contrà inexistentem, vèl nimìs intricatam hæreditatem Equitis Sebastiani, & ità respectu sui sinè causa liberando pinguiorem hæreditatem oneri releuationis obnoxiam Francisci fideiussoris:

8 Nulla autèm, ac melior desumi valet interpretatio ambiguitatis contractus, quàm ea, quæ à verisimili Contrahentium mente transpirat, & elicitur, *leg. In conuentionibus, ff. de verb. signific., & cap. Intelligentia, eodem tit., Altograd. cons.22. n.25. lib.2., Rot. decis.131. num.1. par.2. diuers., & in decis.434. num.13. & 16. par.9. recen.,*

9 & specialitèr de transactione *Vrceol. quæst.7. num.52. & seqq., Rot. decis. 761. num. 16. coràm Merlino.*

Addito in idem, quod quemadmodùm Bonesij cauti, & solliciti extiterunt in paciscendo cubitalitèr propriorum iurium regressum casu, quo Bona per Comitissam illis dimissa nouam ab ipsorum manu paterentur euictionem, *Summario* Reorum *n.2. litt.B. propè finem*, ità non extitissent adeò socordes, & supini, vt palàm, & dilucidè sibi ipsis quoquè non stipularentur iura positiua agendi loco Comitissæ pro euictione contrà quoslibet obligatos, ad notissimam

10 regulam, quod voluit expressit, de qua *Card. De Luca de Regul. disc.172. num.10., & in tract. de Commerc., & Mercat. disc.55. num.32. & 33.*, & alibì frequentèr.

Atquè his in statera rationis, & Iustitiæ solidè perpensis, Domini facilè dignouerunt, ampliùs non esse ad præsentem hy-

11 pothesim applicabiles terminos *Textus in leg. Si res, ff. de euict., & Rot. coràm Gregor., Millin., & Coccin. vbi suprà in §. Verùm*: Quoniàm huiusmodi *Authoritatum* præsuppositio hodiernæ Thesi repugnabat, cùm enim, ex proximè demonstratis, vberrimè liqueret, neque in cortice litteræ, nequè in medulla verisimilitudinis, & intentionis cessa per vmbram, & translata fuisse per Theresiam in Bonesios iura reparandæ euictionis; de plano sequebatur, ampliùs

12 abstractiuè inquiri non posse, vtrùm singularis Successor valeat exercere iura sibi cessa euictionis aduersùs de illa obligatum, vt sunt termini præfatarum *Doctrinarum*, & benè declarat etiàm *Burgund. de euict. cap.63. sub num.6. vers. Si tamèn, Guzman. eodem tract. quæst. 11. sub num. 14. vers. Ceterùm, Maugil.* paritèr *eodem tit. quæst.108. nu.40. & 41., Olea de cess. iur. tit.4 quæst.7. sub num. 4. vers. quod tamèn, Sola ad Constit. Sabaud. tit. de empt. par.2. glos.2. num.3., Hermosill. ad Lopez l.32. tit.5. par.5. glos.3. & 4. sub num.29. limit.1., Cirocc. discept. 47. num.91. & seqq., Giurb. decis.91. num.56., Larr. dec.73. n.3. & 4.*

De cætero quippè præcisiuè ab aperta, & formali cessione, & translatione iurium in Successorem singularem, siuè ab hypo-

13 thecatione eorumdem iurium spontè, & dilucidè facta in aliquo casu, seù contractu ad fauorem eiusdem Successoris singularis, vt declarando etiàm prosequitur *Adden. ad Gregor. dicta decis.25. litt.A., Hermosill. vbi suprà num.31.* (quod nequè paritèr verificabatur in præsenti) tota regula Iuris, etiàm destituta suprarecensitis ponderationibus, & circumstantijs, militat potiùs in

14 oppositum, nempè, quód actio de euictione, suaptè naturâ suboriens à contractu, existat reuerâ personalis, & consequentèr ad alterum non transitoria, sed infixa ossibus illius, qui passus est euictionem, sicuti optimè aduertit *idem Burgund. de euict. dicto cap.63. num.1. & per tot., Guzman. eodem tit. dicta quæst.11. num2. & 14., Olea de cess. iur. dicto tit.4. quæst.7. num.3. & 4., Hermosill. dicta leg.32. tit.5. par.5. gloss. 3. & 4. num. 28., Gomez var. resol. tom.2. cap.2. num.46., Cyriac. controu.181. num.3., Giurb. dicta decis.71. num.4.*

Nequè pro maiori præmissorum corroboratione parùm vrgebat altera reflexio palpabilis, ac intolerabilis inæqualitatis, quæ, supposito intellectu transactionis attributo per hæredes Fideiussoris, subsecuta fuisset intèr Transigentes: Nàm ex parte Comitissæ promissa apparebat manutentio iurium à se, vt diximus, abdicatiuè cessorum, saltèm pro dato, & facto suo, eiusque Authorum, *dicto Summario* Reorum *num. 2. litt. A.*; E' conuersò autèm Bonesij ad maiorem fortè cauthelá cedentes Comitissæ eorum iura subiunxerunt = *talia qualia, & dummodò nequè directè, vèl indirectè retorqueri possent contrà Cedentes, dicto Summario litt. B.* Vndè eò minùs opinabile remanebat, quod Comitissa, nulla correspondente promissione consimilis manutentionis reportata, cogitauerit, vltrà supradictam puram cessionem abdicatiuam, iura quoquè euictionis etiàm contrà hæreditatem fideiussoris translatiuè transfundere in Bonesios; ea etenim interpretatio sempèr su-

15 menda est, per quam non resultet manifesta iniustitia contractus, & nimiùm dura inæqualitas intèr Contrahentes, vt habetur *in Tract. de Commerc. & Mercat. disc. 97. num.27., & in decis.1331. num.50. coràm Coccin., & decis. 769. num.3. coràm Merlin.*

16 & in terminis transactionis *Menoch. cons.156. num.2., Mantic. de tacit. & ambig. lib.26. tit.6. num.21., Vrceol. de Transact. quæst.94. num.14., Card. De Luca de Benef. disc.27. num.15.*

Absquè eo, quod huiusmodi asperitas, & inæqualitas, ac respectiuè inuerisimilitudo, per speciem fatuitatis in ipsa Comitissa superiùs considerata, medelam recipere posset ab illo pluris, quod, mediante supra-

supradicta cessione per Comitissam à Bonesijs obtenta, eadem Comitissa assequi videbatur, nempè, quod cùm illa in substantia ad summum cessisset iura euictionis in totum ascendentia ad lib.4400., ex opposito autèm adipisceretur lib.*6619.*, & sic suprà propriam correspectiuam cessionem, valorem, & importantiam lib.2219., hoc idem plus compensari mereretur cum translatione iurium euictionis: Siquidèm cùm huiusmodi superexcessus non foret per Comitissam exercibilis, nisi contrà hæreditatem Equitis Sebastiani ratione fructuum, & expensarum, quas insimùl pro conflanda quantitate lib.*6619.* ergà eamdem hæreditatem prætendebant Bonesij; profectò idem excessus non erat æquè appretiabilis cum supposita cessione facta iurium euictionis per Comitissam: Illa namquè nimìs læsiuè abiecisset à se actionem eiusdem euictionis contrà hæredes fideiussoris ob eorum idoneitatem tutam, & securam, & è conuersò reportasset tantummodò inutilem in effectu cessionem pro parùm illo pluri, agendi scilicèt contrà hæreditatem Equitis Sebastiani, vèl prorsùs inexistentem, vt præmisimus, vèl nimìs intricatam, ac desperatam, & ergà quam nèc etiàm agere curauerant Bonesij, molestias idcircò dirigentes in Comitissam; quin etiàm illa maior importantia lib. 2219. valdè imminuebatur à geminis vlterioribus circumstantijs, altera, quod Comitissa manutentionem, vt suprà, promiserat cessionis suæ, & è conuersò illam exhibere respuerant Bonesij: & altera, quod ijdem Bonesij in casu euictionis Bonorum dimissorum à Comitissa sibi pepigerant regressum ad primæua iura, ex qua pactione consequentèr Comitissa remanere potuisset denudata tàm Bonis à se dimissis, quàm iuribus sibi cessis, sicquè huiuscemodi pactis, & oneribus rectè collibratis, quilibet ad euidentiam corruebat excessus, secundùm ea, quæ in proposito aduertit *Card. De Luca de empt. disc. 25. num.2. & disc.44. num.19., Modern. Palm. decis. Lucen. 143. num.49., Adden. ad Buratt. decis. 761. num. 15., & Rot. decis.1. num.36. coràm Duran., & decis.1345. n.10. & seqq. coràm Coccin.*

17 Atquè ex his transeundo ad secundum caput condemnationis passæ in præcedentibus Iudicatis ab habentibus causam à totiès memorato Francisco quòad alias lib. 400. ex causa consimilis dimissionis decem Tornaturarum, quas idem Eques Sebastianus de anno 1658. Comitissæ tradiderat in solutum ex causa debiti Affictuum, pro quibus non minùs, quàm pro primæua emptione, vt suprà, fideiusserat Franciscus; parùm visa est releuare Reorum oppositio elicita ex eo, quòd stante prædicta datione, & respectiuè receptione ipsarum decem Tornaturarum in solutum, omnis (ob hanc
18 principalis Debitoris satisfactionem) accessoria, siuè pedissequa fideiussoria obligatio Francisci expirasset, ad tradita per *Text. in leg. Vranius, & leg. Fideiussores, §.1. ff. de fideiussor., Mangil. de euict. quæst.78. n.26., & quæst. 146. num.22., Rot. coràm Caualer. decis.99. num.2., & coràm Buratt. decis.934. num.3., & coràm Coccin. decis. 1412. num. 10. & in Recen. decis. 165. num. 2. par.14.*

Præualuit etenìm huic cœteròquin forti oppositioni fortior replicatio promanans à salutaribus Clausulis in præfata receptione in solutum prouidè adiectis à Comitissa, vt ibi = *Citrà præiudicium, nouationem, aùt derogationem iurium antiquorum &c. competen. &c. & animo iura iuribus addendi, & cumulandi, & non aliàs &c.*; Quapropter cùm
19 nil ex diametro magis repugnet nouationi, & consecutiuè liberationi fideiussoris, quàm palmaris, & expressa protestatio in oppositum, teste *Caren. resol. 71. num.3., Rot. decis.8. num.3. coràm Coccin., & decis.131. num.10. & 11. coràm Alex. VIII., & decis.97. num.7. coràm Dunoz. iun. & dec.425. num.18. par. 5. rec.* cum alijs, de quibus *in Tract. de Commerc. & Mercat. disc.79. n.13.* à de plano sequebatur, quòd pariformitèr per Bonesios ex eadem radice ingentioris
20 anterioris crediti, euictis quoquè hiscè decem Tornaturis, reuiuixerint fauore Comitissæ iura sibi appositè reseruata contrà quemcumque obligatum pro originaria solutione Affictuum, qualis erat Franciscus, sicuti, cœteris adductis, responsum fuit *in Romana Pecuniaria 27. Iunij 1695. §. final., & 5. Decembris 1696. §. Nàm cùm in Apoca, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr suas *decis. 395. in fin., & dec. 471. num.3.*) *& 5. Maij 1700. §. Adhùc, cor. Me* (suprà *decis.147. n.6.*)

Non obstante multiplici, siuè duplici in substantia replicatione; non quidèm prima, quòd huiusmodi præseruatio remaneret inefficax, & inutilis, ex quo eadem nosceretur apposita in ea solùm parte Instrumenti, in qua Eques Sebastianus tàm pacto francandi, quàm locationi renuncians, Comitissæ dimiserat supradictas 50. Tornaturas,
21 non autèm in huiusmodi actu distincto, & separato dationis in solutum aliarum decem Tornaturarum pro diuerso debito Affictuum intermediè decursorum, iuxtà doctrinam *Bald. in leg. 11. Cod. de legit. hæred., Rot. decis.128. num.15. & 16. par.16. rec.*

Potissimè, quià Comitissa, vltrà purum factum receptionis harum Tornaturarum in solutum, progressa reperiebatur ad alia duo facta, siuè circumstantias patentiores, curando, & reportando nimirùm prò earumdem

rumdem Tornaturarum securitate, & eui-
22 ctione respectiuè nouum prorsùs, & independentem fideiussorem, & insimùl absquè vlla protestatione quietando Sebastianum pro antecedenti debito Affictuum, quemadmodùm ad inferendam nouandi voluntatem per receptionem noui fideiussoris, habetur ex adductis per *Carol. Anton. De Luca ad Gratian. discept.290. num.5., Rot. coràm Merlin. decis.338. num.11.*, & in proposito plenariæ absolutionis dictum extitit *in decis.85. num.1. & 24. cum duobus seqq. par.19. rec.*

Agnitum quippè fuit, collabescere suppositum huius replicationis ex simplici lectura eiusdem Instrumenti dati in ipso *Summario num.1.*, quæuè ex eius grammaticali significatione respuebat hanc prætensam disgregationem, siuè separationem vnius actus ab altero, cùm subsequens datio in solutum aliarum decem Tornaturarum copularetur ad proximam præcedentem dationem, seù dimissionem veterum 50. Tornaturarum per illam dictionem = *vlteriùsque* = idem exprimentem, ac = *& vlteriùs*;
23 & idcircò cùm de natura consimilis dictionis = *et* = prorsùs existat orationem coniungere, & copulare, siuè communicare qualitates appositas in præcedenti oratione, ex collectis latè per *Barbos. tract. var. dict.110. num.3. cum plurib. seqq., Rot. coràm Buratt. decis.161. num.11., & coràm Cerr. dec.356. num.16., & in recen. decis. 167. num. 11. par.5.* nisi fortasse aliqua expressio volunta-
24 tis in contrarium, aút ipsa materia pugnans, & incompatibilis resistat, secundùm animaduersa per *Altograd. cons. 70. num.99. lib.1., Adden. ad Buratt. dicta decis.161. litt. C., & Rot. decis.311. num.7. par.13., & decis.124. num.9. par.14. rec.*

Consequens erat, quòd appositâ per Comitissam antedictâ præseruatione veterum iurium, & actionum sub illa fulgidiori pro-
25 testatione, quòd hæc censeretur sempèr repetita in qualibet parte ipsius Instrumenti, eadem propterea præseruatio penitùs habenda foret pro imbibita, transfusa, & duplata in hac quoquè secunda parte eiusdem Instrumenti respiciente receptionem harum decem Tornaturarum, pròut perpendendo efficaciam præfatæ protestationis adnotarunt in durioribus *Io: de Agnfell. de protestat. num.8. & 9., Martin. de Vè eod. tract. num.30.* vterque *intèr Tract. Magn. tom.17.*, & cum secundo, alijsque *Io. Hyeron. de Iranc.* paritèr *de protestat. considerat.20. num.6.*, & congruunt, quæ, præcisiuè etiàm à dicta cauthela expressæ repetitionis, deducuntur per *Menoch. cons. 83. num. 38. & 42., Mascard. de probat. conclus. 1249. num. 29. & seqq.*

Et ob id nullum pondus (posita ad ocu-lum compatibilitate replicationis, seù repetitionis huius præseruatiuæ iurium antiquorum) adijciebat noui fideiussoris receptio, ac liberatio etiàm plusquàm plenaria Sebastiani: Nihil enim in Iure, & in praxi magis compatibile, & assuetum est, quàm quod pro tutiori cauthela Creditoris
26 antiquo pignori nouum pignus, antiquo fideiussori nouus fideiussor per modum licitæ superfætationis augeatur; in hoc quippè casu remanet vtrumque, vèl vterque cumulatiuè obligatus, sicuti monet *Imperator in leg. vlt. Cod. de nouat., Hering. de Fideiuss. cap.20. §.36. num. 2. 4. & seqq., Mantic. de tacit. lib.17. tit.1. num.15. & 16., Merlin. de pignor. lib.5. tit.1. quæst.30. n.7. & 8., Mart. Medic. Senen. exam.41. n.7., & decis.67. num.18., & sub num. 21., Rot. decis.183. num.10. & seqq. cor. Priolo.*

Respectu verò amplissimæ liberationis Equitis Sebastiani, tantùm aberat, quòd ea nouationem aliquam possèt ingerere, quin
27 potiùs erat de consequentia necessaria dationis in solutum, quæ regularitèr quodcumque debitum, siuè obligationem antecedentem necat, & extinguit, *Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap.2. num.370., Gratian. discept.766. num.35., Buratt. decis.89. num.2., Cerr. decis.224. num.3.*; sed vbi salubritèr in casu euictionis, pròut hic, Bo-
28 norum traditorum in solutum conuenta adest præseruatio iurium antecedentium, proculdubiò remanet, eodem casu eueniente, mancipatus vt priùs idem fideiussor, tamquàm accessorius primæ principali actioni reuiuiscenti, *Mangil. de euict. quæst.144. num.30., Castill. contron. Iur. lib.4. cap.59. num.54., Card. De Luca de Credit. disc.32. num.9., De Marin. ad Reuerter. decis. 243. num.3. & seq., Rot. in dicta Romana Pecuniaria 27. Iunij 1695. §. Quæ autèm, & 5. Decembris. 1696. §. Nàm cùm, coràm Reuerendiss. D. meo Decano* (aliàs *coràm Molines dicta decis. 395. §. fin., & dicta decis. 471. num.3.*) *& 5. Maij 1700. §. Adhùc stante, coràm Me* (suprà *dicta decis.147. n.6.*)

Adhùc de facto, quidquid ad opportunitatem Clientis scripserit *Rocca Episc. Isclan.*
29 *disput. Iur. cap. 128. nu.27. & seqq.*, nempè, quòd euicta re in solutum extradita loco crediti pecuniarij, non obstante qualibet præseruatiua, solummodò reuiuiscat actio contrà Debitorem principalem, ast
30 non ergà fideiussorem: Contrarium etenìm in illamet Causa, in qua scripserat *idem Rocca*, iteratò, ac robustè resoluit *nostrum Tribunal*, pròut videre est *in decis. 772. & decis.811. coràm. cl. me. Card. Cerr.*, & præcisiuè ab *vtrobiquè* allegatis tenuêre *Fab. De Anna cons.35. num.12., & cons.90. n.8., Posth. de subbast. inspect.75. num.9., & seqq., Romaguer. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2.*

lib.2. rubr.19. num.16., *Marotta discept.31. num.18.*, *Scopp. ad Merlin. Pignattell. consult. foren. cap.27. num.14. & seqq.*, qui in specie reijcit *eumdem Rocca*.

Minùs deniquè refragari valuit alia replicatio, siuè nouissimum Reorum præsidium supèr eo, quod priùs quodammodó Comitissa bello cesserit, quàm fuerit supèr huiusce decem Tornaturis prouocata, ac proindè dùm illa antè vllam passam molestationem spontè relaxauit Bonesijs has decem Tornaturas, eius facto, & voluntati sit imputandum, cúr ità immaturè, & vltroneè deuenerit ad hanc dimissionem, quan-
31 dò è conuersò regularitèr non valet etiàm exerceri actio pro euictione, nisì fuerint intimatæ molestiæ ipsi obligato, ad hoc, vt de per se, quotiès maluerit, possit iura propria tueri, ac propulsare euictionem, *leg. Post perfectam*, *Cod. de peric. & commod. rei vendit.*, *leg. Emptor*, *Cod. de euict.*, *Mangil. de euict. quæst.3. num.2.*, *& quæst.4. num.1.*, *Gozman. eod. tract. quæst 4. num.4.* & alibì passim.

Facilè etenim prolapsa est quoquè hæc nimiùm debilis propugnatio apùd *Dominos*; non solùm, quià ijdem Rei in magis importantibus molestijs supèr 50. Tornaturis Comitissæ illatis à Bonesijs Creditoribus anterioribus, etsì ab initio iudicialitèr laudati, nimiùm oscitantèr neglexêre vllam, vèl minimam suppeditare defensionem, quam nequè idcircò iuridicè sperare poterat Comitissa in hac magis tenui defensione: sed etiàm, quià cùm ex hucusquè demonstratis creditum anterius eorumdem de Bonesijs esset vnum, & idem, longèque absorberet plures alias (si adfuissent) Tornaturas penès Comitissam, suboriebatur de plano communitèr admissa limitatio, quòd
32 in his terminis defectus prætermissæ citationis paruipenditur, quotiescumquè ex pòst elucescit, non habere citandum quid opposuisset, si milliès fuisset monitus, interpellatus, & citatus, ex ijs, quæ vnanimitèr habentur apùd *Facchin. contr. Iur. lib.2. cap.37. per tot.*, *De Marin. var. resol. lib.1. cap. 107. num.5.*, *Card. De Luca de empt. & vendit. disc. 19. num.8.*, *Adden. ad Pamphil. decis.173. num.5. & 6.*, *Rot. pòst Merlin. de pignor. decis.118. num.4.*, *& coràm Coccin. decis. 27. num. 3.*, *& in rec. decis.162. num.5. & 6. par.8.*

Et quoniàm huiusmodi dimissio secùm etiàm ad terminos obiecti Causæ ferebat titulum, & vestimentum transactionis, vltrà iàm præmissa in siccis terminis Authoris laudati, vèl aliàs citandi de essentia Iudicij, non deerat ipsissimum exemplum transactionis per *Dominos* opportunè animaduersum: licèt enìm ad sui ipsius substentatio-
33 nem transactio exigat, quòd fiat supèr dubietate litis iàm promotæ, *leg.1. ff. de transact.*, *Bartol. in leg. Siuè apùd Acta sub n.22. vers. idem possumus*, *Cod. eodem tit.*; Nihilò
34 tamèn minùs ab hac scrupulositate receditur, quandò iustus, ac probabilis metus subeundæ litis ingrueret, ex *leg. 2. Cod. de Transact.*, & animaduersis per *Vrceol. de transact. quæst. 2. num.32. & seqq.*, *& n.53. & seqq.* cum pluribus *vtrobiquè* cumulatis, *Rot. decis.248. num.7. par.11.*, *& dec.107. num.7.*, *& dec.225. n.5. par.15. recen.*

Et ità, vtrâque &c.

ADDITIO R.P.D. AVTHORIS.

35 QVod dicitur in hac Decisione *§. Circà validitatem*, vt Emptor possit, etiàm non expectata consumatione Iudicij supèr re empta per Tertium promoti, eamdem rem dimittere ad commodum euincentis, vèl aliàs de proprio illi satisfacere, & nihilominùs posteà agere pro sui releuatione aduersùs Venditorem, fuerat quoquè præcedentèr firmatum *in meo Tract. de Commerc. & Mercat. disc.62. num.47.*, vbi alios plures retuli concord. vltrà *hic* allegatos, quibus addi possunt *Thor. vot. decis.38. num.16. par.2.*, *& Rot. in Romana Saluiani 16. Maij 1707. §. Vindicata*, *coràm D. Card. Scotto*.

Verùm id non alitèr procedit, quàm vbi adeó patens sit bonum ius euincentis, vt nulla adsit possibilitas declinandi euictio-
36 nem; secùs veró, si ex pòst appareat, quod illud reuerâ erat valde turbidum, & disputabile, vèl aliàs non leuibus difficultatibus implicitum, sicutì præmissam conclusionem limitando respondit *Rot. in Romana liberationis à molestijs 22. Martij 1715. §. Nequè releuat*, *coràm R. P. D. meo Lancetta* (nùnc intèr suas *decis. 888. ex num.4. ad 7.*)

Supèr eo paritèr, quod habetur in *§. Penult.* huius meæ *Decisionis* in ordine ad regressum Emptori competen. aduersùs Ven-
37 ditorem non obstante, quod illi numquàm intimauerit molestias, quotiès ex pòst demonstretur, quod Venditor, etiamsi extitisset opportunè monitus, ac interpellatus, adhúc nequiuisset euincentem repellere ab intentata actione, seù Immissione, concordant tradita in *d. Tract. de Commerc. disc.32. num.15.*, ac per *Rot. in Firmana Immissionis 25. Iunij 1696. §. Nequè effectum*, *& 14. Iunij 1697. §. Quantum verò*, *coràm Card. Caprara* (intèr eius impressas *decis.299. n.4.*, *& decis. 341. num.2. & 3.*) *& in Senogallien. Euictionis 4. Maij 1699. §. Prout nequè in fin. coràm D. Card. Scotto*, *in Perusina Saluiani 19. Ianuarij 1705. §. Minùs obstat*, *coram Molines* (nùnc intèr suas *decis. 946. num.5.*) *in Romana Euictionis 3. Iulij eiusdem anni §. Inanis deniquè*, *coram R. P. D. meo Lancetta* (quæ est intèr suas *la 386. num.14.*

num.14.) & in Prænestina Pecuniaria 1. Iulij 1707. §. Clarior etiàm, coràm Omanna, & alibì frequentèr.

Ad id demùm, quod innuit Decisio in §. *Et ob id*, vt scilicèt fideiussor datus in contractu nullatenùs prætendere valeat,
38 sese extitisse liberatum, ex quo Debitor ità requisitus à Creditore, vèl aliàs sponte, siuè ex præambula conuentione nouum ex pòst præstiterit fideiussorem pro maiori cauthela, & securitate ipsius Creditoris, addi similitèr possunt idipsum affirmantes *Muscatell. in prax. fideiuss. par.1. mod.8. n. 20. & 21., Gaill. pract. obser. 30. num.6. lib.2.*, vbi probè aduertit, quod passìm multi fideiussores hoc errore ducti miserè decipiuntur, *Valentin. Franc. de Fideiuss. cap.6. num.21. & 22., Io. Choppen. pract. obser.32. num. 4. lib. 2., Arias de Mesa var. resol. lib.1. cap.19. num. fin., Castill. decis. Sicil. 237. num.11. & 12., Iul. Chartar. decis. For. Archiep. Mediol. 81. num. 27., Panimoll. decis.18. annot.3. num.7., Dyn. decis. Bonon. 63. num.24. & 25.* Dummodò tamèn ex peculiaribus facti circumstantijs non appa-
39 reat, quòd secundus fideiussor datus fuerit in locum primi, & eo animo, ac intentione, vt prior prorsùs remaneret absolutus ab eius fideiussoria obligatione, iuxtà plenè disserta in vna *Interamnen. Pecuniaria coràm Nauarro decis. 10. ex num. 6. vsquè ad fin. pòst Merlin. de pignor.*

Alios casus, in quibus primus fideiussor re-
40 manet liberatus per alterius accessionem, ac receptionem, vide apùd *Augustin. Barbos. in cap. vlt. num.18. in fin. de Fideiuss., Rodoer. cons.36. num.24. cum duob. seqq., Menoc. de præsumpt. lib.3. præs. 134. num. 14. & 15, Caroc. de excuss. Bonor. par.2. quæst.54. num.32., Maur. de Fideiuss. par.2. sect.10. cap.32. per tot., Amat. Panorm. resol. 89. num.8. cum plur. seqq., Scopp. in Schol. ad Gratian. decis. Marcb. 117. num. penult., & final.*

BONONIEN. PECVNIARIA.

Ven. 2. Iulij 1700.

ARGVMENTVM.

Habes ex *Summario*, cùm breuis sit *Decisio*, & breuior *Additio*.

SVMMARIVM.

1 *Duplicatum Executorialium, quas obtinuerat defunctus, conceditur fauore illius haeredum, si proprias personas legitimauerint.*

2 *Filiatio probatur ex fide Baptismatis, si sit adminiculata ex depositionibus Testium.*

3 *Aditio hæreditatis probatur eo ipso, quòd quis iudicialitèr agit vtì hæres*, n.9.

Cum declarationibus tamèn, de quibus remissiuè n.10.

4 *Curator hæreditati iacenti deputatur statim ac legitimi hæredes citati ad declarandum, an sint, aùt velint esse hæredes, nullam in termino citationis emiserunt declarationem.*

5 *Cauthela Angeli ità nuncupatur, vtpotè adinuenta ab* Angelo de Perusio *celebri illorum temporum* Iurisconsulto.

Et qui de ea agant, remissiuè, *ibid.*

6 *Fides Baptismatis regularitèr probat dumtaxàt ætatem, non verò filiationem.*

Limita, si sit aliundè adminiculata, vt dicto num.2., & n.7.

Amplia limitationem, vt n.8.

DECISIO CLXVII.

INstantibus in hodierna nouissima Audientia Io. Baptista, & Antonio Filijs, & respectiuè Nepotibus Horatij, ac Marsilij fratrum de Lettis, pro concessione Exequatur, seù duplicati Executorialium, quas ad fauorem eorumdem Horatij, & Marsilij in sequelam rei iudicatæ ab illis extrà Tribunal reportatæ relaxauerat vsquè de anno 1685. *bo. me. Benincasa* aduersùs Carolum, & alios de Pellinis debitores in certa pecuniarum quantitate ergà præfatos Marsilium, & Horatium; agnitaque per *Dominos* rationabilitate petitionis, eidem annuendum esse non dubitarunt.

Cùm enim pòst relaxationem Executorialium, & antè illarum effectiuam executionem fato cesserit tàm Horatius, & Marsilius Creditores, quàm Carolus, & alij illorum Debitores, congruum profectò vi-
1 debatur, vt, legitimatis per Instantes eorum personis, Victorum iura reponerentur in pristinum statum, in quo erant antè obitum, & consequentèr, quòd eorum hæredum, ac descendentium fauore Iustitia semèl ministrata repartireretur per concessionem duplicati earumdem Executorialium, iuxtà praxim cæteròquin notoriam, quamuè benè in proposito reassumit *Ridolphin. in prax. par.1. cap.8. num.32.*

Huiusmodi autèm legitimatio satìs resultare visa fuit ex Testibus in Partibus examinatis, & in Actis productis supèr filiatione prædicti Io. Baptistæ, & Antonij respectu Horatij; & vlterioris gradus, seù qualitatis Nepotum in ordine ad Marsilium germanum fratrem ipsius Horatij, præcipuè
2 superadiuncta fide Baptismatis, quæ, velutì ad exuberantiam quoquè adminiculata ex prædictorum Testium depositionibus, sufficientissimè adstruit, & euincit filiationem, vt per *Rot. decis.770. num. 9. cor. Dunozett. iun., decis. 109. num. 3. coram Card.*

Card. Celso, *& decis.282. num.6. par. 17. rec.*

Firmata qualitate sanguinis, & filiationis, in planam veniebat consequentiam altera quoquè hæreditaria; Cùm enim nemo compareret, immò posset comparere, qui foret in proximiori gradu successibilita-
3 tis, sat erat, quòd ijdem Actores præsentem promouerent instantiam, vt sese facerent, & ostentarent hæredes, iuxtà communitèr receptam doctrinam *Bart. in leg. Gerit num. 14. ff. de acquir. hæred.*, *Rot. coràm Coccin. decis. 1506. num. 8.*, *& cor. Cels. dicta decis. 109. num.4.*, *& decis. 133. num.10. coràm Priol.*, *& in Romana Pecuniaria, seù locorum Montium 14. Iunij 1697. §. fin. coràm R. P. D. meo del' Olmo impress. decis. 62. num. 13. pòst Card. Albit. de inconstant. in Iudic.*

Cùmque pòst relaxationem Executorialium contigerit etiàm occubitus Caroli Debitoris, aliorumque correorum, satisfactum quoquè apparuit ex parte Actorum alteri formalitati per citationem expletam aduersùs Victorium, & Vincentium filios prædicti Caroli, ad declarandum, àn sint, vèl esse velint Patris hæredes: quapropter cùm
4 hi sic prouocati renuerint in assueto termino citationis vllam emittere declarationem, rectè remansit impletum Iudicium, illorum vice citando Curatorem, quem *Ego ipse*, nè hæreditas Debitorum indefensa remaneret, ad Actorum sollicitudinem deputaueram, secundùm practicam, de qua testatur *Ridolphin. dicta par.1. cap.5. ex num.2. cum plur. seqq.*, *Vbert. de Citat. cap.14. num. 484. & seqq.*, *Thor. decis. 36. per. tot. par.1.*

Absquè eo, quod vrgere posset vnica oppositio suscitata ex parte præfatorum Victorij, & Vincentij supèr eo, quod paterna Bona ab ipsis detinerentur vti Tertijs, non autèm veluti hæredibus: Huiusmodi namquè exceptio non videbatur præsentis esse inspectionis, in qua tantummodó peragitur de concedendo simplicissimo duplicato Executorialium ad effectum illas exequendi dumtaxàt supèr Bonis hæreditarijs Caroli, aliorumque Debitorum; quamobrèm superabundè in actu deueniendi ad actualem illarum executionem valebit esse consultum indemnitati ipsorum Victorij, & Vincentij, si huiusmodi prætensione subsistente congruè obiectabunt hancipsam exceptionem, mediante allegatione illius Cauthelæ, quam
5 *Angeli* per Antonomasiam communitèr nuncupant in Curia, vtpotè quià deriuat ab *Angelo de Perusio* famigerato illorum temporum *I. C. in leg. à Diuo Pio, §. Si super rebus num. 1. ff. de re iudic.*, & de qua agunt *Ridolphin. in prax. par. 1 cap. 9. ex num. 26.*, *Card. De Luca de Iudic. disc.40. num.19.*

Et ità, vtràque &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

De concessione duplicati Executorialium agitur *coram Beuincas. decis. 270. per tot.*, *& decis.297. num.14.*

Fides Baptismatis licèt regularitèr pro-
6 bet dumtaxàt ætatem, non verò filiationem, vt ait *Rot. decis.388. num.13., & 14. par.13.*, *& decis. 779. num. 1. & 2. par.18. tom.2. rec.*, & alibi milliès: Iunctis tamèn
7 alijs adminiculis valdè confert pro iustificatione filiationis, vt prætèr alleg. in præsenti Decisione *num.2.* habetur etiàm apùd *Caualer. decis.128. num.2.*, *Royas decis.234. num.9.*, *Cels. decis.347. num.3.*, *& in rec. decis.234. num.7. & seqq. par.10.*, *decis.14. num.10.*, *par. 17.*, *& decis. 403. num. 9, & 10. par.19.*, *& coràm Molines decis. 585. num.7.*, *& decis.605. num. 12.*, *& in Viterbien. Fideicommissi 8. Maij 1702. §. Verùm cum seq. coràm D. meo Ansaldo*; Quod &
8 procedere, quamuìs quæstio sit de succedendo in Bonis per Tertios possessis, patet ex traditis in *decis. 214. num.2. cum duob. seqq. coràm Lancetto*.

Et supèr conclusione, de qua *num. 3.*,
9 quod scilicèt aditio hæreditatis satis superque resultet eo ipso, quòd quis agit in Iudicio vtì hæres, siuè sub expresso nomine, & qualitate hæredis, addi possunt *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.12. tit. 12. num. 13.*, *Rot. coràm Baratt. decis. 279. num.5.*, *& 6. & decis. 945. num.1.*, *& coràm Bich. decis.233. num.3. & 4.*, *& in Auenionen. Saluiani 11. Aprilis 1712. §. Cæterùm, coràm Card. Scotto*: Sed in contingentia casus vi-
10 dè nonnullas declarationes huius propositionis apùd *Modern. Paulucc. dissert. 101. art.3. ex n.14. lib.3.*

A. Lupardus.

PISANA IVRISPATRONATVS

Ven. 2. Iulij 1700.

ARGVMENTVM.

Officium Abbatissatus in Monasterijs Italiæ non durat vltrà triennium, quo elapso debent Moniales deuenire ad nouam electionem, non verò permittere, vt Abbatissa continuet in eius munere, & gubernio sub palliato nomine *Superiorissæ*, vèl *Præsidentis*, aùt simili, ad finem declinandi paritionem Executorialibus Rotalibus, quas Patroni Monasterij reportauerant supèr manutentione in quasi possessione præstan-

di consensum electioni nouæ Abbatissæ mediante traditione Clauium Monasterij in signum adeptæ possessionis Officij quóad ea, quæ pertinent ad iura temporalia.

SVMMARIVM.

1 *Abbatissatus officium in Monasterijs Monialium Italiæ ex* Constit. Gregorij XIII. *non durat vltrà triennium, & n.11.*

Quo elapso deueniendum est ad electionem alterius, etiàm (quatenùs opus sit) per iterata scrutinia in casu discordiæ, n.8.

Quandò autèm dicta Constitutio Gregoriana *non procedat, & quomodò illa intelligatur,* remissiuè n.12.

2 *Finis potiùs per Iudices volitus attendendus est in Sententijs, quàm illarum materialia verba.*

3 *Declaratoria incursus Censurarum seruatis solitis terminis de plano conceditur aduersùs detrectantes obtemperare Executorialibus Rotalibus.*

4 *Dolus non debet patrocinari doloso.*

5 *Fraus, & dolus arguitur ab his, quæ sunt insolita, & inuerisimilia.*

Necnòn ex alijs coniecturis, & circumstantijs prudenti Iudicis arbitrio pensandis, num.6.

7 *Abbatissa in aliquibus Monasterijs vocatur Priorissa, Præfecta, ac Præposita.*

9 *Fraudibus, quantum fieri potest, sempèr est obuiandum.*

10 *Deuolutio collationis Beneficij de inferiori ad superiorem Collatorem sempèr fit cum qualitatibus eidem Beneficio annexis.*

Idque procedit etiàm in deuolutione, quæ fiat ad Papam ob negligentiam inferiorum Collatorum, ibid.

Exemplifica in Beneficijs ex fundatione debitis certo generi personarum, n.15.

13 *Patronus Monasterij pòst electionem Abbatissæ requirendus est, vt eidem electioni consentiat.*

Et hoc expressè cauetur in Cap. Nobis 25. de Iurepatr. *de cuius intelligentia agant DD.* remissiuè *citati* ibid. n.14.

DECISIO CLXVIII.

Consulueram *Dominos* in Audientia diei 25. mensis expirati, vtrùm relaxanda esset Declaratoria plenariæ Excommunicationis aduersùs Moniales S. Matthæi Ciuitatis Pisarum, tamquàm refractarias, seù perperàm abnuentes obtemperare Apostolicis Mandatis Sac. Tribunalis, vti deprecabantur, & sollicitè angebant D. Archipresbyter, alijque de Casapieris, ad quorum fauorem vsquè de anno 1698. fuerant expeditæ Executoriales supèr manutentione reportata in quasi possessione præstandi consensum in electionibus Abbatissarum, tradendique nouitèr electæ Claues in signum suscipiendi ab eisdem, tamquàm veris Patronis, longâque, ac præclarâ Auorum serie descendentibus à Fundatore, temporalitatem administrationis, & gubernij: Verùm quià memoratæ Moniales loco deueniendi ad Canonicam ele-
1 ctionem nouæ Abbatissæ, pròut effluxo triennio compellebantur, ad normam *Constitutionis fa. me. Gregorij XIII.*, de qua *Barbos. ad Concil. Trident. sess. 25. de Regul., & Monial. cap.7. num.10., Nicol. in Floscul. verb. Abbatissa num.9.*, non sinè studio, & artificio sub nomine, quandòque *Superiorissæ*, quandòque *Præsidentis*, regimen Monasterij relinquebant in manibus veteris Abbatissæ; aliqua difficultas apùd *Dominos* irrepsit, àn sinè maturiori examine huius circumstantiæ possèt tutò deueniri ad relaxationem Declaratoriæ: placuit idcircò (quamuìs fortè purè occasionalitèr, & ad exuberantiam) differere in hac vltima Rota Dubium = *An Monialis, quæ quolibet titulo erat loco Abbatissæ, parere teneretur Mandato de manutenendo*, siuè prædictis Executorialibus ab ipsa Signatura Iustitiæ canonizatis; fuitque citrà scrupulum *Affirmatiuè* responsum.

Vt enim egregiè consideratum apparebat in celebri *Cæsaraugustana Cathedralitatis coràm cl. me. Card. Cerro* intèr suas *dec:657. num.2. & seqq.* Iudices non debent iudaicè
2 quodammodò immorari supèr formalitate, & littera verborum expressorum in Sententijs, siuè Executorialibus, sed solidè reflectere ad finem volitum in ipsis Sententijs, & Mandatis: Quapropter vbi constat, per Executoriales expeditas, pròut hìc, intellexisse, ac præcepisse *Tribunal*, quód hi antiquissimi Patroni manutenerentur in iure honorifico, de quo suprà, Moniales verò è conuersò hac adinuentione patrata fategisse illudere Iudicata, non erat abstinendum à relaxatione Declaratoriæ, vt
3 tandèm omissis subterfugijs (vtì par erat) obtemperarent: ex hoc enim solo motiuo Superiores Ecclesiastici Anathematis mucrone percutiunt pertinaces, vt notant *Falin. in cap. Ad probandum num.6. de Sent. & re iudic., Vestr. in prax. lib.8. cap. vlt. n.19., Rot. coràm Manzanedo decis.800., & coràm Caroll. decis.113.* vtrobiquè *num.1.*, & passìm quotidiè.

Et sanè intantùm Sententiæ, siuè Mandata de manutenendo, eædemque Executoriales imponebant ceruicibus Monialium hanc obligationem expetendi consensum, recipiendique Clauium consignationem de manu Patronorum, inquantùm sibi iustè suadebant, à Personis Religiosis seruandas esse Constitutiones Apostolicas, deueniendo pòst statuta tempora triennalia ad San-

ctam

ctam Canonicam electionem; sed quandò studiosè nimis protrahitur obedientia, & vis non stat in nomine, sed in substantia, fatuum esset aures præbere quæstioni de
4 nomine, quià sic, loco nocendi, dolus adiuuaret dolosum, contrà omnia naturalia, & ciuilia principia, de quibus *in leg. Si ex dolo, ff. de rei vindic., & in cap. Audiuimus, de collus. dete g., Barbos. axiom. 102. num. 5.* plenè *Adden. ad dec. 16. nu. 182., & seq. par. 8. rec.*

Maximè, quià in præsenti These manibus palpabatur artificium, siquidèm per anteà nunquàm accidit hic casus, vt Moniales non deuenirent singulo triennio ad electionem Abbatissæ, sicutì signantèr conuincebatur ab anno 1661. vsquè ad annum 1691. neutiquàm quippè contigit, vllam subortam fuisse discordiam in decem intermedijs electionibus, quià nimirùm eo tempore inita fuerat vltima Concordia intèr Moniales, & Patronos: Sed attentantibus per motionem litis prædictis Monialibus excutere iugum Patronatus in graue præiudicium Nobilitatis huius Familiæ, statìm erupit Spiritus contradictionis, itàut in tribus subsequentibus triennijs nusquàm tanta res componi potuerit, nullaque fuerit celebrata electio, & præcipuè pòst reportatam in prima Instantia à Casapierijs ma-
5 nutentionem; Quantùm verò huiusmodi insolita, & inuerisimilia conducant ad fraudem detegendam nemo non scit, & habetur apùd *Capyc. Latr. consult. 35. num. 35., Rot. decis. 361. num. 8. coràm Buratt., & decis. 3. num. 5. par. 9., & in Romana Cambij 10. Februarij 1696. §. In eadem consonat, cor. R.P.D. meo Scotto.*

Adstipulante in idipsum alterâ perspicuâ circumstantiâ, quòd Moniales putando euitare effectuationem Executorialium, quotiès procederent per viam confirmationis veteris Abbatissæ contrà reluctantiam Iuris, & determinationis *fa. me. Gregorij XIII.*, de qua superiùs, supplicarunt Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium prò facultate confirmandi Sor. Annam Mariam, cuius Officium Abbatissatus expirabat; Cùmque eadem Sacra Congregatio annuisset, sùb ea tamèn conditione = *purchè vi concorriuo almeno due terze parti delle Monache Capitolarmente,* Moniales fortè intricatæ ob illud verbum = *Capitolarmente*, quod & erat appositum in Executorialibus, modestissimè abstinuerunt; ex quo sanè mo-
6 do operandi faciliùs Iudex animum fraudandi dignoscit, potissimè in materia latente in præcordijs, & Religioni, ac arbitrio Iudicis commissa, ex traditis per *Farinac. de falsit. & simul. quæst. 162. nu. 105., Andreol. contr. 8. num. 19., Paitell. exped. 87. num. 12., Mart. Medic. dec. Senen. exam. 20. num. 37. & 52.*

Hisque positis, & addito quoquè, quòd (vt præmisimus) vis non stabat in nomine, sed
7 in substantia regiminis, & gubernij Monasterij etiàm de mente *Sac. Concilj in cap. 7. Sess. 25. de Regular.*, quod incipit = *Abbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine Præfecta, vèl Præposita appelletur, eligatur &c.* sicutì etiàm prænotauit *Gratian. discept. 871. n. 9.* parùm adiuuare poterat Moniales, quòd idem regimen Monasterij penès prædictam Sor. Annam Mariam relictum fuerit prouisionalitèr ab Ordinario: Non erat enim perceptibile, quomodò hæc prouisio ex conniuentia eiusdem Ordinarij protrahi valeret ad decem menses, & hodiè vltrà,
8 quandò, etiàm positâ non affectatâ, sed verâ discordiâ, debuisset installari alia Abbatissa, secundùm ea, quæ in praxi pòst congruas monitiones, & iterata scrutinia faciendum esse, & fecisse testatur *cl. me. Card. De Luca lib. 14. in annot. ad Sac. Conc. Trid. disc. 37. num. 12., & 13.,* & concordant *Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 57., Tamburin. de Iur. Abbatiss. disput. 28. quæst. 6. num. 5.*

Sed & hoc forsàn non placebat Monialibus, quià si Reuerendiss. Antistes ex officio pòst frustratam spem assequ ndæ Capitularis electionis aliquam prælegisset, seù deputasset in Abbatissam, certum non minùs erat, quòd & hæc fuisset obstricta postulare consensum, & recipere Claues à Patronis, quià substantia non residet, à quibus deputetur, eligatur, siuè installetur Abbatissa, sed solummodò in eo, quod nulla Monialis regat Monasterium, antequàm per acta obsequialia, & omninò debita recognoscat veros, & legitimos Patronos Monasterij; tùm quià aliàs assiduè
9 fraudes committi possent, & quibus sempèr est obuiandum, vt monet *gloss. in leg. In fundo, verb. indulgendum, ff. de rei vindic., Censal. decis. Lucen. 22. num. 22., Rot. decis. 332. num. 11. par. 10., & decis. 373. n. 3. par. 19. rec.*

Tùm etiàm, quià de Iure est, quod in quolibet casu deuolutionis, etiàm ad Pa-
10 pam, sempèr deuolutio ascendat cum qualitatibus rei, seù Beneficio annexis, ex quo eadem deuolutio in sua quidditate aliud non est, quàm suppletio negligentiæ inferiorum, siuè pura prætermissæ, vèl non secutæ prouisionis subrogatio, quæ etiàm de per se sempèr fit cum suis qualitatibus, vt communitèr tradunt *Garz. de Benefic. par. 10. cap. 3. num. 42., Gonzal. ad Regul. Cancell. quæst. 46. num. 33., Marg. de Benefic. quæst. 3. num. 483., Rot. coràm Seraphin. decis. 1363. num. 4., & in Hydruntina Cappellaniæ 10. Maij 1697. §. His itaquè, & seq., coràm R.P.D. meo del'Olmo.*

Et ità, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO
R. P. D. AVTHORIS.

DEcisio præcedentèr edita in hac Causa sub die 24. *Ianuarij 1698. coràm b. m. Vrsino Decano* aduersùs Abbatissam,& Moniales S. Matthæi Pisarum supèr manutentione petita, & obtenta per Petrum Matthæum, aliosque de Casapieris in possessione, seù quasi præstandi consensum in electionibus Abbatissarum iàm capitularitèr factis, sub ea formalitate tradendi Abbatissis prò tempore electis Claues Monasterij in signum actualis possessionis Officij Abbatissatus quoàd regimen, & administrationem ipsius Monasterij in temporalibus tantùm, habetur apùd *Episc. Antonell. pòst eius tract. de Iur. & oner. Cleric. decis.*42.

Constitutio *Gregorij XIII.*, de qua meminit Decisio *sub princ.*, quæuè in Mona-
11 sterijs existentibus intrà Italiam (comprehensis etiàm vtriusque Siciliæ Regnis) restringit Officium Abbatissatus ad solum triennium, extat in *Bullar. nou. tom.*2., & est intèr illas eiusdem Pontificis in ordine
12 *la* 80., pluraque supèr eius intellectu videri possunt penès *Viuian. de Iurepatr. lib.*5. *cap.*7. *num.*12., & 13., *De Magistr. in Sylu. Eccles. lib.*1. *tit.*6. *cap.*9. *num.*25., & *tit.*12. *cap.*8. *num.*94., *Pellizzar. de Monial. cap.*7. *num.*46., & *cap.*10. *num.* 113., *Nouar. in summ. Bullar. par.*1., & 2. vtrobiquè *cap.*1. *per tot.*, & *in addit. pòst Indicem generalem fol.*1., *Pax Iordan. var. elucubr. tom.*1. *lib.*5. *tit.*4. *sub num.*7. *vers. Ex hoc infertur.*, *Van. Espen de Iur. Eccles. par.*1. *tit.*31. *cap.*1. *n.*17., *Ricciardell. in Licæo Eccles. par.* 1. *cap.* 2. *§.*8. *num.*1. & *seqq.*, *Card. De Luca in annot. ad Sac. Concil. Trident. disc.* 37. *num.* 19. *cum seq.*, *Monacell. in Formular. pract. For. Eccles. par.*1. *tit.*11. *form.*22. *à num.*1., & latiùs *par.*3. *tit.* 4. *§.* 2. *de Suspens. contrà Monial. suspens.*5. *per tot. pag. Mihi* 186.

Præeminentia Patronalis, quam in hac Causa totis viribus substinere curarunt illi de Casapieris quòad assensum ex pòst per
13 eos præstandum electionibus Abbatissarum, est clausa in corpore *Iuris Canonici*, videlicèt in *cap. Nobis* 25. *de Iurepatr.*, vt aduertit *dicta Decis.* præcedentis Instantiæ *la* 42. *num.* 14. *apùd Antonell. vbi suprà*:
14 Verùm supèr genuina intelligentia huius *Textus* in ordine ad hanc ipsam prærogatiuam consuli possunt in occurrentia casuum *Petr. Gregor. Tholosan. in partit. Iur. Canon. tit. de elect. cap.*19. *num.*15., *Layman. Theol. moral. lib.*4. *tract.* 2. *cap.* 13. *sub num.* 8. *§. Cæterùm cum seq.*, *Barbos. in dicto cap. Nobis sub num.*5. *verb. Patroni &c.* & *de vniu. Iur. Eccles. lib.*3. *cap.* 12. *num.* 180. *cum seq.*, *P. Engel. in Colleg. Iur. Canon. lib.*3. *tit.*38. *num.*4., *Ventrigl. in prax. rer. notab. Eccles. tom.* 2. *annot.*1. *§.* 3. *num.*7., *Lagunez de fructib. par.*1. *cap.*31. *§.*2. *n.*70., *Card. De Luca de Iurepatr. disc.*55. *sub n.*15. *vers. Itèm vt procedat*, & *disc.*73. *num.*13., *Modern. P. Anaclet.* (*Franciscanus Bauarus*) *in Decratal. lib.*3. *tit.*38. *num.*68., *Rot. coràm Caualer. decis.* 321. *num.* 5., & *decis.*445. *ex num.*1. *ad* 4., & *coràm Pœnia decis.*436. *num.*19., & *in Senogallien. Fundationis* 16. *Maij* 1710. *§. Verùm quià*, *coràm bo. me. Molines*(modò intèr suas *decis.*1259. *num.*19. & 20.)

Conclusio demùm per modum exemplificationis adducta in fine *Decisionis* (seù *num.* 10.) circà deuolutionem, quæ fieri contingat vèl ad Ordinarium, vèl etiàm ad Papam ob negligentiam Patronorum in præsentando ad Beneficium debitum certo ge-
15 neri personarum, nimirùm, vt illud conferri nequeat extraneo, sed vni ex passiuè vocatis, pròut in substantia firmant *Garz.*, & alij *ibidèm* allegati, fuit quoquè canonizata tàm respectu Ordinarij, quàm Papæ in vna *Tusculana Cappellaniæ* 15. *Martij* 1715. *§. Verùm cum seq. coràm Me* (nùnc impressà apùd *Piton. de controu. Patron. alleg.*75. *num.*71.)

EADEM SVPER DECLARATORIA.

Ven. 2. *Iulij* 1700.

ARGVMENTVM.

Omittitur, pròut & *Summarium*, tamquàm superfluum ob breuitatem *Decisionis*.

DECISIO CLXIX.

ILlatiuè ad resoluta sub hac ipsa die in proposito, quòd quælibet Monialis, quocumque titulo sufficeretur Abbatissæ, adhùc præstare teneretur obedientiam Mandato de manutenendo, nostrisque Executorialibus, statutum est, denegari non posse Declaratoriam incursus Censurarum aduersùs Moniales S. Matthæi Ciuitatis Pisarum nimiùm contumaces, & obduratas in humiliando capita ad præscripta nostri Sac. Auditorij, siuè veriùs Apostolica: Constitit quippè, fuisse intimatas prædictas Executoriales vsquè sub die 9. Iunij 1698., pluriesque memoratas Moniales extitisse specialitèr interpellatas, vt coadunarent Capitulum ad finem obsequendi præcitatis nostris Executorialibus, & nè respectiuè auderent quidquam innouare in contemptum earumdem Executorialium, prætcrito *Summario* Patronorum dato sub die 25. Iunij *Num.*2. & 3: Cùmque nihilominùs illæ restiterint in earum proteruia, seruatique de more fuerint termini ad docendum de-

legi-

legitima paritione, non potuit benignitas Tribunalis tantùm abstinere, vt Mihi non iniungeret, vt nisi infrà mensem à die intimationis faciendæ in Partibus ad sinceram, & actualem descendissent electionem, fulmine Censurarum conquaterem
1 pro nùnc ipsas Moniales, deuenturis etiàm *Dominis* in casu nouæ inobedientiæ per Papales facultates ad Aggrauatorias, & Reaggrauatorias, & vsquè ad inuocationem Brachij, vtì (inuito licèt Præcordio *Dominorum*) dictum, & practicatum fuit *in Nullius, seù Calaguritana Quarta Funeralis de Naxera 13. Iunij 1698., & in Giennen. Iuris mutandi 3. Aprilis 1699., & 17. Maij proximè præteriti coram Me (decis. 51. tom. 1*, & suprà *decis. 150.*)

Non attenta inutili, captiosa, & verbali declaratione emissa in Curia per Defensores earumdem Monialium vigore specifici Mandati per ipsas transmissi, sese esse promptas, & paratas obedire Mandato de manutenendo in omnibus, & quibuscumque casibus in posterùm eueniendis electionum Abbatissarum iàm Capitulariter factarum: Hæ etenim verbales declara-
2 tiones denigratæ, & destructæ per palmare studium, & artificium, de quo in altera prælaudata *Decisione*, remanent inanes, & per Magna Tribunalia contemnuntur, donèc effectiuè subsequatur positiua, & actualis paritio, ex constanti ponderatione *Sac. Rotæ* apùd *Merlin. decis. 458. sub num. 5. vers. & dubitari potest, & dec. 592. num. 3., & coràm Card. Cerro decis. 403. num. 2. & decis. 657. num. 4.* & alibì sæpiùs.

Præfigentes igitùr *Domini* terminum vnius mensis (vt suprà) ad resipiscendum, ità resoluerunt, vtrìque &c.

ROMANA DOTIS.

Ven. 2. Iulij 1700.

ARGVMENTVM.

De exceptione *rerum amotarum* non attendenda in Iudicio executiuo per Mulierem promoto supèr restitutione suæ Dotis, nisi de prætensa amotione incontinenti constet per claras, & limpidas probationes, videlicèt vèl mediante confessione ipsius Mulieris, vèl per publicum Instrumentum, aùt per rem iudicatam à Viro, siuè eius hæredibus obtentam in Iudicio ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio* rerum amotarum *non admittitur in Iudicio executiuo moto per Mulierem prò restitutione suæ Dotis.*

Et declarantur Iura *in contrarium adducta, per quæ videtur permissa hæredibus Viri compensatio crediti dotalis cum rebus amotis*, num. 2., 3., & 4.

5 *Compensatio numquàm admittitur, nisì creditum, quod compensari prætenditur, sit omninò clarum, & liquidum.*

6 *Exceptio* rerum amotarum *non est apta retardare restitutionem Dotis, nisi de amotione incontinenti constet per claras, & limpidas probationes.*

Videlicèt vèl per confessionem Mulieris, vèl per publicum Instrumentum, aùt per rem iudicatam à Viro, vèl eius hæredibus obtentam in Iudicio ordinario, num. 7., *iuncto* num. 15.

Secùs si amotio prætendatur iustificari ex depositionibus Testium, quià tùnc prædicta exceptio reijcienda est ad Iudicium ordinarium, n. 8.

Et maximè, si Testes fuerint solummodò ad perpetuam inducti, n. 11.

Et eò fortiùs, si prætensa rerum amotio sit inuerisimilis, n. 14.

9 *Obligatio Cameralis probata solummodò per Testes, non verò per scripturam, non tribuit viam executiuam.*

10 *Testes ad perpetuam dumtaxàt examinati parùm in Iudicio attenduntur.*

Limita, si pòst depositionem ad perpetuam obierint absquè vlla retractatione, quià tùnc probant, acsì fuissent formitèr examinati, n. 12. & 16.

Sublimita, si intèr examen ad perpetuam, illorumque obitum non leue tempus intercesserit, intrà quod commodè repeti potuissent sub alterius Partis interrogatorijs, n. 13., & 17.

DECISIO CLXX.

Celebris, & adeò fœminis, earumque iuribus dotalibus perpensa, ac fauorabilis Imperatoria Constitutio, de qua in *leg. Vnica, Cod. de rei Vxor. act.*, adiuuit hodiè (vt par erat) Angelam Victoriam, quæ cùm ex causa eorumdem iurium consistentium in ipsa Dote, Quarto, & fructibus reportasset ab A. C. aduersùs Viri hæreditatem expediri Mandatum pro summa sc. 7725., ipsaque è conuersò hæreditas ad impediendam consumationem prædicti Mandati, aliàs pro maiori parte satisfacti, solummodò obiectaret factam ab Actrice Vestium, & Iocalium amotionem, *Domini* inhærentes præcisè litterali sanctioni eiusdem *legis* in *§. Taceat* exceptionem hanc reijcientis ad separatum Iudicium ordinarium, seù, quod idem est, ad aliam penitùs discretam Rubricam *Codicis* sub titulo *rerum amotarum*, nequiuerunt abstinere à decernenda integrali huius Mandati executione. No-

Notissima quippè, & familiaria verba præ laudati §. *Taceat* pòst prohibitam ex alijs titulis retentionem Dotium muliebri nedùm sexui, sed etiàm publicæ vtilitati præiudicialem, sic in huiusmodi casu se habent: *Sed nèc retentio ob res amotas necessaria est, cùm pateat omnibus Maritis rerum amotarum Iudicium*; quapropter eo ipso, quòd hæ-
1 reditas Alphonsi retardare satagebat ex hoc solo capite rerum amotarum petitam ab Angela Victoria restitutionem suæ Dotis, eiusque appendicium, nullo modo poterat exaudiri absquè aperta violatione legis, & litteræ tàm claræ, & indubitabilis, prout aduertunt *Augustin. Barbos. in dicta l. vnic. §. Taceat num. 25. Cod. de rei Vxor. act., Card. De Luca de Dot. disc. 183. num. 4., Vrceol. consult. forens. cap. 52. num. 5.*, & milliès etiàm dictum, ac seruatum fuit in Tribunali, & signantèr *in decis. 71. num. 5. coràm sa. me. Alexandro VIII., decis. 239. num. 15., & decis. 257. num. 6. par. 10., decis. 194. num. 7., decis. 245. num. 16., dec. 378. num. 8., & decis. 727. num. 29. par. 18. rec.*

Quin idcircò aliàs, quàm in diuerso, ac separato prorsùs Iudicio posset inquiri de applicabilitate aliorum *Textuum in leg. Rei*
2 *iudicatæ, §. Hæredi, ff. solut. Matrim., & in leg. Prima sub dicto tit. rer. amotar.*, per quas videtur *à Paulo Iuris Consulto*, & ab *Alexandro Imperatore* concessa Viro, siuè eius hæreditati facultas excipiendi ob causam rerum amotarum de compensatione ergà Mulierem insistentem prò restitutione eius Dotis, sicutì non minùs illa contendente assequi fructus respondit *Papinianus in leg. Diuortio, §. Ob donationes, ff. solut. Matrim.*; Quoniàm quidquid sit de aspera
3 colluctatione *Scribentium*, vtrùm scilicèt per posteriorem Constitutionem *Iustinianeam in dicta leg. vnic. §. Taceat* mitigatæ, vèl correctæ remanserint *leges* præcedentes, vti pugnant, & succensent *Fulgos. in leg. Si Vxor in fin. ff. de donat. intèr Vir. & Vxor., Zas. in dicta leg. Diuortio, dicto §. Ob donationes, ff. solut. Matrim. num. 6., Barbos. in eodem §. num. 2. vers. quarè, Faber in Cod. lib. 5. tit. 8. definit. 4., & Rot. d. decis. 378. num. 10. in fin. par. 18. rec.*

Admissa etiàm profectò compatibilitate earumdem *legum*, quodque proindè hæreditas Alphonsi Viri Angelæ Victoriæ ab-
4 stractiuè valeret obijcere scutum compensationis, quemadmodùm differendo rationes prædictæ compatibilitatis pòst *gloss. lineal. in dicta leg. Diuortio, §. Ob donationes, ff. solut. Matrim*, communiori calculo tenent *Barbos. in eodem §. num. 2. cum seqq., Modern. Nouarien. de Compensat. cap. 2. quæst. 34. num. 4. & seqq., Trentacinq. variar. resol. lib. 3. sub tit. de Compensat. resol. 1. n. 18.*

Vtiquè nihilominùs defensio Alphonsi, eiusque hæreditatis reincidebat in idem, nimirùm, quòd ad hunc effectum instrui deberet aliud Iudicium omninò ordinarium, quod & præseruare intellexerat *Iustinianus in dicto §. Taceat*, secundùm verba superiùs transcripta; sempèr etenim hoc alterum, & separatum ordinarium Iudicium reddebatur inefficax ad præpediendum processum executiuum Mulieri in huiusmodi casu competentem, quià compen-
5 satio nunquàm admittitur, nisi palàm constet de liquiditate crediti compensandi cum credito aliundè claro, & incontrouertibili, ex congestis generalitèr per *Castagn. de benef. deduct. nè egeat quæst. 1. n. 82., Modern. Lucen. intèr eius recollect. decis. 236. n. 48., & decis. 287. num. 11., Rot. decis. 356. n. 3., & decis. 546. num. 8. coràm Cerr., & in*
6 *rec. decis. 2. num. 10. par. 16.*, & in specie *Card. Tusch. pract. conclus. lit. C. conclus. 490. num. 12. & 13., Card. De Luca de Dot. disc. 183. num. 4., Rot. d. decis. 194. num. 12. & 13., & d. dec. 245. nu. 3. par. 18. rec.*

Nunquàm verò valet de hac liquiditate apparere (præcisiuè ab aliquo publico Instrumento, vèl Partis confessione, quæ difficilè dari queunt in hac materia amotionis rerum Mariti) quotiès non interce-
7 dat res indicata iuridicè resultans à tribus conformibus Sententijs in ordinario Iudicio prolatis, ex benè animaduersis per *Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 121. num. 88., Zacch. de oblig. Camer. quæst. 17. num. 94., Rot. pòst eumdem dec. 146. num. 10., Bich. decis. 23. num. 20.* & in specialibus terminis *in rec. dicta decis. 194. num. 12. & 13., & dicta decis. 245. num. 4., & seq., ac num. 15. & seqq. par. 18.*

Addito, quòd seclusa confessione, ac publicis Instrumentis, profectò ad comprobandam huiusmodi amotionem afferri non
8 valent, nisi Testes; quandò autèm probatio à Testium depositione dependet, sempèr efficitur materia Iudicij ordinarij, itàut etiàm vbi oporteat iustificare per Testes,
9 quod obligatio Cameralis (paratissimam de cœterò habens executionem) fuerit apposita in aliqua conuentione, necesse sit infallantèr procedere per tres conformes, *Gallես. de oblig. Camer. quæst. 27. num. 4., ibiquè Zacch. num. 8., Card. De Luca de Feud. disc. 29. num. 4.* cum alijs *in Tract. de Commerc. & Mercat. disc. 53. num. 15., & disc. 98. num. 38. & 43.*

His igitùr constabilitis principijs, & ad hodiernam hypothesim applicando, hæreditas Alphonsi alia de facto documenta non exhibebat, quàm prætensam depositionem decem Testium supèr transportatione indumentorum, ac localium facta per Angelam

lam Victoriam, vndè opus erat omninò facilè adducendas oppositiones contrà personas, & dicta eorumdem Testium longiori tela, ac maturiori discussione iudiciaria perpendere, antequàm iustificata dici posset amotio, potissimè in præsenti, quià posthabitis exceptionibus ex vtroque capite datis ab Angela Victoria, suoque loco, & tempore differendis, ob oculos incontinenti versabatur exceptio ad hodiernum effectum capitalis, quòd omnes hi Testes ex-
10 titerant inducti, & examinati ad simplicem perpetuam rei memoriam sinè citatione, & interrogatorijs Angelæ Victoriæ, in quibus sanè terminis, vèl nullum, vèl satis non perfectum probationis gradum constituunt, vt est vulgatum, & ait *Cyriac. controu. 601. num. 19.*, *Episc. Rocc. disput. Iur. select. cap. 173. num. 23.*, *Rot. coràm Cerr. decis. 213. num. 5.*, *& decis. 726. num. 4.*, *& decis. 889. num. 12.*, *& in rec.*
11 *decis. 54. num. 2. par. 15.*, & in his terminis *eadem Rot. dec. 73. n. 21. par. 19.*

Parùm officiente, quòd quatuor ex his Testibus iàm obierint, ideòque cùm ampliùs non possint rigori Interrogatoriorum
12 subijci, & è contra absquè vlla retractatione decesserint, vèl pietas suadeat, vèl necessitas, aùt æquitas arctet ad habendos eosdem Testes pro ritè, & formitèr examinatis, ex collectis per *Modern. Argentan. collect. legal. 44. num. 134. & 135. tom. 2.*, *Adden. ad Gregor. decis. 434. num. 18.*, *Rot. in Soanen. Immissionis 23. Ianuarij 1697. §. In nihilo, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc intèr suas *decis. 477. n. 9. & 10.*) cum alijs *in Tudertina Pecuniaria hodiernæ Audientiæ §. Validiùs, coràm Me* (vt in *sequ. decis. 171. n. 21.*)

Quoniàm cùm tantum temporis intercesserit intèr examen ad perpetuam, illorum-
13 que mortem, intrà quod pluriès examinari formitèr valuerunt, cessant tùnc præcitata motiua siuè æquitatis, siuè pietatis, siuè necessitatis, sibique debet imputare Colligans, si pœnas luit suæ negligentiæ, quemadmodùm prænotauit *Vbert. de Citat. cap. 15. num. 168*, *Rot. coràm Vbag. decis. 78. n. 2.*, *& in rec. decis. 3. num. 4. par. 2.*, *& in Albanen. Donationis 3. Martij 1673. §. Inspecto, coràm bo. me. Vicecomite.*

Accedente vlteriùs ex abundanti, quòd prætensa amotio, etiàm ad sensum Informantium pro hæreditate Alphonsi, minimè sequuta est illo demortuo, sed eo viuo, & actu litigante cum Angela Victoria, & quandò positiuè Curiæ Ministri incubabant præsente Viro in sua Domo abductioni Angelæ Victoriæ ex causa separationis Thori iudicialitèr pendentis in Monasterium, seù penès Nobilem, & honestam Matronam: quamobrèm non erat perceptibile, (maximè ad finem retardationis processus, & Mandati executiui) quomodò Mulier as-
14 portare potuerit in hoc statu assertas Vestes, & Iocalia, id enim neque prædicti Ministri, neque Vir indignatus cœcis oculis tolerassent; ac propterea eò fortiores exigebantur iustificationes huius amotionis, pugnante in contrarium adeò nimia inuerisimilitudine, & improbabilitate, ad tradita per *Card. De Luca de Dot. disc. 183. num. 13.*, & per *Rot.* in altera *Romana Dotis 27. Aprilis 1695. §. Et sanè, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr suas *decis. 376. n. 2.*)

Et ità, Angelâ Victoriâ tantùm supèr hoc articulo informante &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

Exceptio rerum amotarum opposita à Viro in casu separationis Thori, vèl aliàs ab illius hæredibus aduersùs Mulierem
15 agentem pro restitutione suæ Dotis, reijcienda est ad Iudicium ordinarium, neque alitèr admittitur in executiuo, nisì vbi clarè, & incontinenti constet de prætensa amotione per aliquam ex tribus illis priuilegiatis probationibus, quales sunt confessio Partis, (nempè ipsius Mulieris actricis) Instrumentum publicum, vèl res iudicata præcedentèr obtenta in Iudicio ordinario, quemadmodùm, Me scribente, & obtinente, dixit *Rot. in vna Anconitana Dotis 27. Iunij 1703. §. fin. coràm Caffarello*, vbi allegatur præsens *Decisio* D. mei, quam pluriès etiàm secuta est *eadem Rot.* in alijs consimilibus Causis, & signantèr *de anno 1707. coràm Molines decis. 1078. nu. 12.*, *in Romana restitutionis Dotis, Acconcij, & Quarti dotalis 2. Iulij 1710. §. Vlteriùs, coràm Eminentiss. Aldrouando, in Ferrarien. Legatorum 19. Aprilis 1720. §. Supposita, coràm Cerro iun.*, *in Romana Dotis 25. Ianuarij 1723. §. Minùsque, coràm Rouault de Gamaches, in Capuana Dotis, & Antefati 6. Martij 1724. §. Hinc porrò, & 17. Nouembris eiusdem anni §. Iteràm namquè, coràm præfato bo. me. Cerro, & in alia Romana Dotis 27. Iunij 1729. §. Maximè quià, coràm R. P. D. Crescentio*; ad quas beneuolus Lector recurrere poterit in contingentia casuum.

Quoàd fidem præstandam Testibus ad perpetuam inductis, acsì extitissent formi-
16 tèr repetiti, quotiès antè formale examen obierunt absquè vlla retractatione, vltrà allegatos in præsenti Decisione *num. 12.* adde *Mans. consult. 83. num. 9. tom. XI.*, *Rot. decis. 119. num. 13. cum duob. seqq. par. 12. rec.*, *& coràm Arguell. decis. 8. num. 43.*, *in Caietana Matrimonij 28. Iunij 1683. §. Quarta comprobatur, coràm Card. Matthæio, in Ro-*

Romana Cappellaniarum 15. *Aprilis* 1701. *§. Coadiuuatur*, *coràm Pio*, *& in Bononien.*, *seù Cæsenaten. Pecuniaria* 22. *Iunij* 1707. *§. Verùm*, *coràm Eminentiss. Aldrouando*: Nisì tamèn intèr extraiudicialem depositionem, & obitum ipsorum Testium tan-
17 tum temporis decurrisset, intrà quod commodè potuissent subijci formali examini sub tortura Interrogatoriorum alterius Partis, quià tùnc nèc mors subsecuta, nèc omissio retractationis quidquam roboris adderet eorum dictis, iuxtà limitationem amplexam in eadem *Decisione* D. mei Ansaldi *num.*13., & priùs in *Romana Quarti dotalis, & fructuum* 27. *Iunij* 1695. *§. Substantiam*, *coràm Vrsino*, & subsequentèr in *Romana Pecuniaria*, *seù Alimentorum* 26. *Aprilis* 1706. *§. Indequè in fin. coràm Omanna*, *in Spoletana Census* 20. *Ianuarij* 1712. *§. Depositiones autèm*, *coràm prælaudato Eminentiss. D. Aldrouando*, *in Romana Donationis*, *& Vsusfructus de Gauottis supèr partitis Fratrum quoad reseruatas* 4. *Decembris* 1719. *§. Testes enim*, *coràm Foscaro*, *& in Sutrina*, *seù Viterbien. Dotis* 26. *Ianuarij* 1728. *§. De Testibus*, *coràm Ronault de Gamaches*.

A. Lupardus.

TVDERTINA PECVNIARIA.

Ven. 2. *Iulij* 1700.

ARGVMENTVM.

Simulatio de persona ad personam in contractu Census ex quibus probetur; & àn in hac specie simulationis necessarium sit exquirere causam simulandi. Cœtera possunt facilè colligi ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata oritur non minùs ex omissa appellatione aduersùs contrariam Sententiam, quàm ex neglecta illius prosecutione.*

2 *Actio* negociorum gestorum, *vèl* de in rem verso *est ordinaria*, *non verò executiua.*

3 *Via executiua regularitèr non datur contrà Tertium.*

4 *Cautio de restituendo prioribus*, *& potioribus est de natura Concursus Creditorum.* *Signantèr vbi Concursus pendet in Congregatione Baronum*, ibid.

5 *Appellatio datur etiàm in Iudicio executiuo, & summarissimo, vbi Iudex expediuit Causam mediante Cedula*, *seù Sententia.*

6 *Verba* = teneri, & obligatum esse &c. *adiecta in Sententia indicant*, *Iudicem processisse vià ordinarià*, *non verò executiuè.*

7 *Nemo obligatur ex contractu eius nomine per alium gesto*, *nisi docto de illius mandato ad contrahendum*, *aùt de subsecuta ratificatione*, & n.13.

8 *Simulatio de persona ad personam in contractibus non est à Iure probibita.* *Et passìm practicatur in contractu Census*, *Cambij*, *emptionis*, *& venditionis*, *ac similibus*, ibid., & n.32.

9 *Simulatio de persona ad personam non requirit præambulam causam simulandi*, & n.33, *Limita*, *vt* n.34. *Et declara*, *vt* n.35. cum duob. seqq. *Et ad eius probationem sufficiunt duæ coniecturæ etiàm leues*, d. n.9. *Et vna ex coniecturis est*, *quandò aliàs seclusa simulatione sequeretur*, *quod vna ex Partibus voluisset iactare suum*, n.12. *Rursùs ad probandam hanc speciem simulationis sufficiunt duo Testes*, *quamuis non sint formitèr examinati*, n.18.

10 *Simulatio sufficientèr probatur ex antecedentibus*, *& subsequentibus.*

11 *Nemo præsumitur voluisse iactare suum*, & n.17.

14 *Coniecturæ in materia simulationis non diuisìm*, *sed coniunctìm ponderari debent.*

15 *Materia simulationis tota pendet à verisimilitudine*, *& arbitrio Iudicis.*

16 *Matrimonia regularitèr non fiunt*, *neque tractari solent insciis Proximioribus vtrique Sponso coniunctis.*

19 *Accomodans proprium nomen in contractu simulato de persona ad personam nòn remanet in aliquo obligatus ergà alterum Contrahentem.*

20 *Testis deponens metu excommunicationis*, *quamuis vnicus*, *quandòque admittitur in Iudicio ad eruendam veritatem.*

21 *Testes extraiudicialitèr deponentes habentur, acsì essent formitèr examinati*, *quotiès postèa obierunt absquè vlla retractatione suarum testificationum.*

22 *Testes etiàm minùs idonei admittuntur ad probandam simulationem*, *vbi aliæ coniecturæ concurrunt.*

23 *Simulatio de persona ad personam in contractu Census arguitur ex solutione fructuum facta ab eo*, *cuius commodo*, *licet sub alieno nomine*, *fuerat impositus.*

24 *Libri priuati licèt non probent contrà Tertium*, *deseruiunt tamèn pro adminiculo aliarum probationum.*

25 *Epistola probat contrà Scribentem.*

26 *Epistolæ non indigent recognitione characteris*, *quandò ex earum facie apparent scriptæ antè* 80. *annos.*

27 *Epistolæ licèt non probent contrà Tertium*, *inseruiunt tamèn pro aliquali adminiculo aliarum probationum.*

28 *Præscriptio non est allegabilis*, *quotiès constat fuisse pluriès interruptam ex solutionibus intermediis*, *& ex alijs capitibus*, *de quibus* ibid.

29 *Bulla*

29 *Bulla Baronum redigit ad instar allodialium Bona fideicommissaria per Debitores possessa.*

30 *Fideicommissum non impedit detractionem crediti dotalis in vim* Auth. res, quæ &c.

31 *Fructus Census non ampliùs decurrunt, vbì fundus censitus deuènit ad manus Creditoris censuarij.*

DECISIO CLXXI.

QVià sub imagine, siuè mutuato nomine etiàm Francisci, vtì asserere satagebat Confraternitas Sanctiss. Annunciatæ Actrix in hac Causa, Guido frater supèr proprijs vtriusque Bonis (commodo tamèn, & contemplatione Dulcis Comitis de Corbaria) Censum in sorte scutor. 1000. passiuè imposuerat, deindèque illum pro medietate reemerat, & pro altera ipsemèt Franciscus translatiuè conquisiuerat; memorata ob id Confraternitas eorum hæres, nonminùs pro sorte, quàm pro fructibus Iudicium sub opportuna deputatione Curatoris præuiè facta hæreditati Comitis vacuæ, & desertæ instruxit coràm A. C.; Cùmque ibidèm propitiè reportato, vt inferiùs, fauorabili Iudicato, tàm prædictus Curator, quàm DD. de Iustinianis pro eorum iure, & interesse ex causa emptionis Castri de Corbaria legitimè interpellati, destitissent à cuiuslibet appellationis interpositione, seù, quod idem est, iuridica prosecutione, cœpit prætedere Confraternitas, transijsse negocium in rem iudicatam: quamobrèm Ego hodiè, obsequens Commissioni Signaturæ Iustitiæ desupèr Mihi sub congruente Clausula directæ, dubitaui, *vtrùm constaret de re iudicata, seù potiùs de causis restitutionis in integrum.*

Domini itaquè per Me humilitèr de more exorati, nullam penitùs in eodem iudicato rimantes inualiditatem, vèl iniustitiam, quæ sternere viam solent restitutioni in integrum, & transitum impedire in rem iudicatam, inconcussè responderunt, *nullum esse locum exoptatæ restitutioni*, & per necessarium antecedens indubitantèr liquere *de re iudicata*; sicutì, deficiente alterutro capite nullitatis, vèl iniustitiæ, absolutum reddebatur eo ipso, quod Partes condemnatæ derelinquunt à contrario Mandato, vèl Sententia, infrà Canonica
1 tempora necessariam emittere appellationem, vèl etiàm, illâ interpositâ, ab eius prosecutione postmodùm desiliunt, idem in proposito operante huiusmodi socordiâ, & negligentiâ, quàm numero, & conformitate trium Iudicatorum, quemadmodùm definiuit Summus Pontifex *Innocentius Tertius in cap. Quod ad consultationem, de Sent. & re iudic.*, & statuit *Imperator in Auth. hodiè, Cod. de appell.* & respectiuè *Alexander Tertius* in celebri *cap. Cùm Romana, de appell.*, & idem *Imperator in Auth. ei, qui, & in leg. final. §. illud etiàm, Cod. de temp. & reparat. &c.*

Et in rei veritate perperàm vndequaquè nullitas impingebatur sub eo colorato prætextu, quòd A.C. abusus esset sua potestate, applicando suas facultates, ac viam executiuam huic facto, in quo nequè per vmbram apparet, Comitem Dulcium vllatenùs se se ergà Guidonem, & Franciscum fratres, vèl ergà quamcumque aliam personam catenasse cum vinculo Cameralis, aut alterius executiuæ obligationis, ideòque eâdem conuentione executiua deficiente, etiàm dato, quòd ex tacita conuentione, aùt ipsorum mutua intelligentia (pròut aliàs constantissimè negabatur) huiusmodi Census eiusdem Comitis contemplatione extitisset ab hisce fratribus creatus, nihilominùs ad summum arctandus fuisset, & compel-
2 lendus simplici negociorum gestorum actione, vèl de in rem verso, aùt alio competenti remedio, sempèr tamèn ordinario; vbi etenim non legitur adiecta obligatio Cameralis, vèl alia pactio executiua, sempèr intentanda venit, & promouenda altera prolixior via ordinaria, ad *Text. in leg. 1. ibiquè Bald., Cod. de re iudic., Ridolph. in prax. par. 1. cap. 1. num. 111., Rot. coràm Duran. decis. 37. num. 6., & coràm Ninot decis. 50. num. 2. & in Bononien. fideicommissi de Maluetijs 19. Iunij 1680. §. Et primò, coram bo. me. Paulnccio.*

Eòque fortiùs perpendendo, quod cùm hæreditas præfati Comitis Dulcis non solùm esset, vt præmisimus, vacans hærede, sed etiàm vacans ære, & pecuniâ, tota actio in effectu dirigebatur contrà DD. de Iustinianis emptores prælaudati Castri de Corbaria, aliorumque effectuum Dulcis debitoris, sicquè de plano sequebatur, nequiuisse contrà eosdem DD. de Iustinianis, vtpotè Tertios singulares successores, ac
3 merè deliberatarios, instrui via executiua, quæ, præcisiuè ab ordinatione alicuius Statuti, numquàm datur contrà Tertium, iuxtà communem sententiam Practicorum, de qua *Card. De Luca de Tutor. & Curator. disc. 8. num. 3., & Rot. decis. 268. n. 1. par. 10., & decis. 387.* paritèr *num. 1. par. 12. recent.* cum alijs in *Romana Monilis 29. Nouembris 1699. §. Incassùm, coràm Me* (suprà *dec. 111. n. 1. & 3.*)

Diximus, perperàm impingi hanc nullitatem; quià, quatenùs attinet ad DD. de Iustinianis, ij non fuerunt citati exaduersò tanquàm vllo modo obligati, sed prò eorum tantummodò proximo, vèl remoto iure, & interesse, itàut solummodò tamquàm retentores pretij (si quod adest apùd eos)

Castri coempti, vrgeri valeant ad solutio-
nem, sìn minùs opus erit Confraternitati
victrici satisfactionem, pròut Iuris fuerit,
exposcere contrà posteriores Creditores
communis Debitoris, quiuè de mandato
Congregationis Baronum idem pretium,
pro eorum graduatione, obtinuerunt cum
4 cautione, vèl obligatione restituendi prio-
ribus, & potioribus, quemadmodùm de
Iure est, siuè attento concursu plurium Cre-
ditorum, siuè introspecta eadem ratione
de generali stylo supremæ huius Congrega-
tionis, vt tradunt in proposito *Card. De
Luca de Feud. disc.73. num.32., & disc. 97.
num.5., & disc.98. num.2., Carol. Ant. De
Luca de Apost., Regionè assens. quæst.75.
num.7., & Rot. in Romana Salviani 7. Iu-
nij 1694. §. Hæcquè omnia, coràm bo. mem.
Emerix Decano* (intèr suas *decis.* 1179.
*num.*10.)

De reliquo superuacanea prorsùs, tàm
contrà DD. de Iustinianis, quàm aduersùs
hæreditatem iacentem Comitis reddebatur
ista disquisitio, vtrùm agi posset, necnè
viâ executiuâ ab A. C. primario Iudice hu-
ius Causæ, dùm ipsa lectura Iudicati ma-
ctabat difficultatem: non solùm etenim (si-
cuti constabat ex *Summ.* Actricis *Num.*14.)
5 A. C. processerat per Cedulam, ac Senten-
tiam, quæ de sui natura facit actum appel-
labilem, etsi de cœtero Iudicium sit nedùm
executiuum, sed & summarijssimum, teste
*Martin. Andr. decis.60. num.4. & sequen.,
Dunoz. Sen. decis.24. num.10., & decis.441.
num.1. coràm Coccin., & decis.183. num.4.
par.2. recent.*; Verùm quoquè penitùs in
6 verbis ordinariè pronunciauerat, scilicèt =
*hæreditatem teneri, & obligatam esse ad re-
stitutionem sortis principalis &c.* In quibus
sanè terminis, siuè consimili formâ pro-
nunciandi examinatâ, fuisse processum om-
ninò viâ ordinariâ, communitèr adnotarunt
*Peregrin. in prax. Vicar. par.2. præmiss.2. sub
num.*10. ac præ cœteris eruditissimus, va-
rijsque muneribus Curiæ Romanæ laudabi-
litèr implicatus *R. P. D. Muserius in prax.
Legationis Æmiliæ lib.1. cap.28. num.4., &
Rot. coram Buratt. decis.208. num.2., &
coràm Cerr. decis.812. num.1.*

Minùs etiàm iustè arguebatur de iniusti-
tia Iudicatum eiusdem A. C., ex quo con-
demnata fuerit hæreditas totiès enunciati
Comitis, quandò in creatione Census passiuè
inita per Guidonem pró se, ac etiàm nomi-
ne Francisci fratris, nulla mentio facta le-
gebatur de eodem Comite ex ipso *Summa-
rio* Actricis *Num.3.*, & quandò omnia Iu-
ra clamant, neminem teneri posse ad ob-
7 seruationem cuiuslibet contractus, seù qua-
si, nisi, vèl ille talis explicitè de per se
eumdem contractum, seù quasi celebraue-
rit, vèl saltèm alter eum iniuerit præuio
antecedenti mandato; aùt si subsequatur
positiua ratificatio eius, sub cuius nomine,
etiàm citrà mandatum, contractus eluce-
scat exaratus, ex collectis per *Capon. de
pact. & stipulat. quæst.11. num.15., & Rot.
decis.64. num.5. coràm Duran., & decis.59.
num.1., & seq. par.14. recent., & in Tract.
de Commerc., & Mercat. disc. 30. num. 25.
& 29.*

Siquidèm, quantumuis hæc abstracta
propositio haberet de indubitabili, in con-
creto tamèn hodiernæ disceptationis, &
scenâ veritatis adapertâ, plusquàm manife-
stè dignouerunt *Domini*, nomen proprium,
ac Francisci extitisse de mandato, & con-
templatione Comitis à Guidone penitùs
confictum, palliatum, & dissimulatum,
itàut degustatâ medullâ eiusdem veritatis,
& ad Iustitiæ lancem appensis circumstan-
tijs, coniecturis, & demonstrationibus coa-
ceruatis ex parte Confraternitatis, comper-
tum fuerit euidentissimè, formalem, & ve-
8 ram substantiam huiuscè contractus censua-
lis intrinsecè pertinuisse ad Comitem, non
autèm ad Guidonem, & Franciscum impo-
sitores, & apparentes respectiuè pecunia-
rum receptores, ità sæpiùs tolerante lege
ipsa, imò & figurante, ac supponente *toto
tit. plus valere, quod agitur*, sub quo etiàm
propriè ad rem nostram rescripsêre *Diocle-
tianus, & Maximianus in leg. Si quis* ibi =
*Si quis gestum à se alium egisse scribi fecerit,
plus actum, quàm scriptum valet* = & prose-
quendo docuit *Capon. contr. forens.13. n.22.,
& Rot. decis.780. num.1. & 2. coram Cer-
ro, decis.98 num.29. 30. & 31. par.11. re-
cent., & in Perusina Pecuniaria 25. Ianua-
rij 1700. §. Quamuis, coram R.P. D. meo Ca-
prara* (nùnc intèr suas *dec.480. n.1. & seqq.*)

Quinimò, adeò Iura nostra tolerarunt,
ac approbarunt hanc simulationem, quæ
nuncupatur *de persona ad personam*, vt ad
differentiam alterius simulationis, quæ ali-
quam secùm trahit speciem fraudis, aùt de-
9 licti, nulla à parte antè exquiratur causa
simulandi, nequè fortes intercedere de-
beant coniecturæ, sed exuberent leuiores,
etiàm duæ, quæ animum Iudicantis suffi-
cientèr impellant ad opinandum, huiusmo-
di simulationem intercessisse, secundùm ea,
quæ distinguendo vnam simulationem ab al-
tera monuerunt *Gratian. discept. forens. cap.
878. num.18. cum sequen., & cap.950. num.46.
& 47., Carol. Ant. De Luca ad Gratian. ani-
madu.981. num.6. & 7., Palm. Nep. alleg.8.
num.38. & 39., Saminiat. contr.33. num.33.
& in Tract. de Commerc. & Mercat. disc.47. n.
8., Rota coràm Merlin. decis.714. num.3.4. 5.
& coràm Cerro dicta decis. 780. num. 2.
& 8. vers. Vltrà quod.*

Ad rem itaquè descendendo, quòd im-
positio Census, in quo versabamur, nequè
ad

ad Guidonem, neque ad Franciscum vllo modo intrinsecè, & realitèr attineret, potiùs visum est, quòd ex parte Confraternitatis claræ, & innegabiles adducerentur probationes, quàm simplices, ac leues coniecturæ: quoniàm triduo pòst impositum Censum à prædictis fratribus in quantitate scutorum 1000. fauore Thaddei, Guido totidèm pecunias numerauit Iuliæ sorori eiusdem Comitis, siuè Iosepho eius secundo Viro, expresse narrando, ac protestando, quòd huiusmodi Censum imposuerat rogatus à Comite pro satisfaciendo Iosepho, cui eadem adamussìm quantitas scutor. 1000. fuerat in Capitulis matrimonialibus expromissa ex causa Quarti, quod Iulia fuerat superlucrata in primo coniugio, *Summario* Confraternitatis *num. 1. 3., & 4.*; Ideòque cùm vlteriùs Guido, numerans Iosepho scut. 1000. infrà triduum impositionis Census, stipulatus quoquè fuerit à Iosepho liberationem Comitis, *dicto Summario num. 4.* quis dicat, Censum realitèr non fuisse contractum velato nomine Guidonis, & Francisci, commodo tamèn, & contemplatio-
10 ne Comitis: Si enim simulatio satis emergit ponderatis antecedentibus, & subsequentibus, *Mantic. de tacit., & ambig. lib. 13. tit. 35. num. 18., Episc. Rocca disput. Iur. select. cap. 46. sub num. 8., Rota pòst Merlin. de pignor. decis. 32. num. 3., & decis. 806. num. 4., & 5. par. 1. diuers.*, alijsque relatis *in Tract. de Commerc., & Mercat. disc. 47. num. 10.*; Vtiquè, & antecedens causa debendi in persona Comitis, & subsequuta eius nomine reportatio quictantiæ, manifestabat hanc veritatem, aliàs dicendum esset, quòd Guido scuta 1000. sub asperita-
11 te vsurarum recepta fatuè pro alieno beneficio iactasset, quod Iura etiàm in leuiori summa nunquàm credunt, *Ounciol. alleg. 29. num. 7. & alleg. 72. num. 57., Modern. Argentan. colluct. legal. 17. num. 62. vol. 2.*; *Rota decis. 213. num. 5. par. 8.*, & in
12 specie detegendæ simulationis de persona ad personam *Tranchedin. consult. 37. n. 22. lib. 1., Rot. decis. 802. num. 4. par. 4. diuers.*

Minimè ob id releuante, quòd præmissæ enunciatiuæ, & protestationes contentæ in prædicto *Summario num. 3.* emanauerint absente Comite, quodquè plus est, antecedens causa debendi ipsius Comitis, de qua in *eod. Summario num. 1.*, promanaret dumtaxàt à Valerio Comitis fratre, proindèque neuter ex actibus prædictis valeret
13 officere præfato Comiti, quidquid esset dicendum, vbì ille, vèl ijsdem actibus præsens adfuisset, vèl subscripsisset, secundùm animaduersa per *Spad. cons. 268. num. 5. lib. 2., Palm. Nep. alleg. 57. num. 25. vers. concludo, Rot. decis. 9. num. 1. par. 16. Rec.*

Quoniàm cùm hodiè quæstio foret in re suprà sæculum gesta, sempèrque resisteret violenta præsumptio exclusiua fatuitatis, & prodigalitatis in iactatione scutorum 1000., credibile neque etiàm erat, quod Valerius frater Comitis subsignando Capitula matrimonialia permisisset, se se, & fratrem declarari obligatum, & promissorem ergà futurum Sponsum Iuliæ sororis in huiusmodi scut. 1000.; In hac etenìm materia, in
14 qua demonstrationes, vèl coniecturæ non diuisìm, sed simùl coniunctæ, & analogizantium adminiculorum catenatæ accipiuntur, exuberat, quod ita suadeat ipsius rei
15 perstringens verisimilitudo, atquè ad id compellantur præcordia iudicare debentis, pròut circà primam propositionem habetur penès *Episc. Rocca disput. Iur. select. cap. 46. num. 4., Rot. decis. 943. num. 20., & 21. coràm Coccin., & in dicta Perusina Pecuniaria 25. Ianuarij 1700. §. Accedit, coràm R. P. D. meo Caprara (dicta decis. 480. n. 12.)* & quòad secundam apud *Hended. cons. 46. num. 13. lib. 1., Tranchedin. dicta consult. 37. num. 5. & 9., Carol. Anton. De Luca ad Gratian. animadu. 878. num. 7., Episc. Rocca vbi suprà num. 21., & in Tractat. de Commerc., & in Mercat. disc. 47. num. 12., Rota pòst Zacch. de obligat. Camer. decis. 208. num. 23., & in antedicta Perusina Pecuniaria §. Quod autèm res, coràm R. P. D. meo Caprara (dicta decis. 480. n. 9. & 10.)*

Potissimè reflectendo, quòd huiusmodi promissio supposita, & confessata per Valerium, non iam respiciebat aliquem contractum indifferentem, in quo fortasse ipse Valerius ad sui vtilitatem satageret, Germanum incidere in foueam, quam ipse fecisset; Ast concernebat tractatum sponsali-
16 tium, seù Matrimonialem Iuliæ communis Sororis, qui regularitèr non fiunt, minùsque concluduntur ignaris illis, ad quos spectat primaria causa coniunctionis, & sanguinis, ad notata per *Card. De Luca de Dot. disc. 150. num. 3., & 4.*; Cùmque ex opposito, siuè ex altera parte, Ioseph plusquàm probabilitèr informatus huiusmodi tractatuum, & obligationum, specificè ad fauorem Comitis sese obstrinxisset summam hanc à Guidone receptam assecurare, & restituere, pernecessè corroborat hanc facti realitatem, nè dicatur improuidè ni-
17 mis voluisse subextendere suam obligationem ad personam, quæ nullum desupèr haberet interesse, contrà regulam *Text. in leg. cùm de indebito, Cod. de probat.*, de qua *Rot. decis. 98. num. 3. coràm Vbago, & decis. 943. num. 17. coràm Coccino, decis. 741. num. 5. par. 3., & decis. 148. num. 10. par. 16. Recent.*

Atquè hæc fortasse sufficissent vèl ad arguendam prædicti nominis mutuationem, vèl

vèl ad tacitum hominis mandatum præsumendum: Sed non deerant vlteriùs alia admodùm perstringentia coniecturarum munimenta; secundo etenim loco robustissimè vrgebant dicta duorum Testium metu Censurarum deponentium de tota præordinatione, & conclusione negocij, quòd scilicèt ad effectum soluendi scuta 1000. = *a conto di pagar la Dote della Sig. Giulia Sorella del Sig. Conte &c.* iidem Testes, vnà cum Guidone Reatinam Vrbem accesserunt, hanc quantitatem ab enunciato Thaddeo Guido suscepit in hanc causam, ipsimèt Testibus fideiubentibus in eodem contractu, imò & alter de proprio facto paritèr deponens sese profitetur allocutum ipsum Comitem ad instantiam Guidonis, ad hoc, vt assuetam bonæ fidei recognitionem exararet, quodquè ab eodem Comite fauorabile responsum aeccepit affirmatiuum, *Summario* Confraternitatis *num.* 2.; ideò-
18 que adstipulantibus hisce duobus Testibus, simulationem, & maximè de persona ad personam, potentissimè, siuè admodùm coadiuuari, responderunt *Paul. de Castr. cons.* 109. *n.* 2. *lib.* 2., *Tranchedin. d. consult.* 37. *num.* 17., *Rota coràm Peutíng. decis.* 21. *num.* 12., & in præallegata *Perusina Pecuniaria §. Actus deniquè, coràm R. P. D. meo Caprara* (*d. decis.* 480. *num.* 18.)

Quin mereretur opponi, quòd ij Testes simplicitèr, & absquè alia formali repetitione deposuerint metu, vt præmisimus, Excommunicationis, & non sinè aliquo illorum interesse ob susceptam ab eis fideiussoriam obligationem in Censu, de quo agitur: Quià circà huiusmodi interesse, nullum prorsùs considerabile emergebat, cùm siuè Comes principalitèr, aùt vnicè foret obli-
19 gatus, necnè, minimè ad eorum liberationem conducebat, cùm sempèr pari modo remansissent obligati illi contractui, pro quo fideiusserant, ex ijs, quæ in hoc proposito pòst *decis. Belmontis* 95. *num.* 25. firmauit *Rota* in sæpè laudata *Perusina Pecuniaria §. Nequè quidquam, coràm R. P. D. meo Caprara* (*d. dec.* 480. *n.* 21.)

Validiùs autèm, & citrà hæsitationem; quià, vltrà quòd vnicus etiàm Testis metu
20 Excommunicationis deponens, quandòque ad sternendam veritati viam penès Iudicantes admittitur, ex latè in eo casu demonstratis *coràm Me in Romana Fornacis* 26. *Martij* 1700. *§. Eodemqoe robore* (suprà *decis.* 141.) & vltrà quòd mors superuenerat
21 eisdem Testibus, qui vbi propriam non retractauère testificationem, perindè habentur, acsì formitèr essent examinati, ex congestis per *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 207., & 208., & per *Rot. decis.* 321. *num.* 8., & *decis.* 572. *num.* 7. & 8. *coràm Merlin.*, *decis.* 8. *num.* 1. *par.* 13. *Recent.*, & *in Soanen. Immissionis* 23. *Ianuarij* 1697. *§. In nihilo, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr suas *decis.* 477. *num.* 9. & 10.)

Adhùc corruebat difficultas, dùm præfati Testes nullatenùs substentabant pondus totalis probationis, sed afferebantur in meram corroborationem antecedentium, & mòx sequentium circumstantiarum; quo
22 sanè casu Testes, etiàm aliquam in se patientes labefactationem, in adiumentum aliarum coniecturarum, & probationum dubio procùl recipiuntur, & probant, *Rot. pòst Zacch. de oblig. Camer. decis.* 208. *n.* 32., & *in dicta decis.* 321. *num.* 9. *coràm Merlin.*, & *decis.* 186. *num.* 16., & 17. *coràm Carill.*, & *in Romana Cambiorum* 10. *Martij* 1690. *§. Non obstat, coràm R. P. D. meo Caprara* (intèr eius impressas *decis.* 69. *num.* 15. & *seqq.*)

Tertiò igitùr constipabantur etiàm ex pòst hucusquè recensitæ demonstrationes à valdè fortiori interuentu solutionum fructuum eiusdem Census erogatarum ab ipsomèt Comite: nulla etenìm efficacior desi-
23 derari queit iustificatio, quòd contractus proprio nomine initus extiterit, nullaque maior respectiuè approbatio, ac ratificatio, quàm ea, quæ sequitur mediante solutione effectiua, vèl implemento promissorum, vt ait *Rot. decis.* 733. *num.* 3. & 4. *coràm Buratt.*, *dicta decis.* 321. *num.* 3. & *decis.* 423. *num.* 2. *coràm Merlin.*, *decis.* 336. *num.* 16., & *decis.* 407. *num.* 11. *par.* 13. *Recent.*

Frigida autèm, saltèm ad hodiernum effectum, apparuit replicatio Reorum, quòd de his solutionibus solummodò liqueret ex domesticis, priuatisque Codicibus Guidonis, & Francisci nequè opportunè recognitis, nequè citata Parte legitimè compulsatis per Confraternitatem: Siquidèm, neglecta etiàm ponderatione, quòd cùm Confraternitas (iuxtà inferiùs indicanda) expetat, & expeteret etiàm fructus, prò quibus in parte, seù prò medietate Mandatum quoquè in nouissimi Iudicij reassumptione reportauit ab A. C., vellet contrà se ipsam fateri solutiones factas ab eius Debitore; sempèr huiuscemodi ratiocinationes ad defensam oppositæ propulsabantur ab eodem principio, & distinctione, nimirùm, quòd obiectum vtiquè vrgeret, quandò consimiles solutiones, vèl partitæ exhiberentur ad finem fundandi supèr eis positiuam intentionem: verùm cùm tantummodò proferrentur per viam adminiculi, ac de reliquo concordarent cum tota massa huius conuentionis, & tractatus, necnòn etiàm fulcimentum reciperent ab extrinseca depositione vnius Testis, *dicto Summario num.* 1., ibi = *E di più riuelò, che il Sig. Conte &c.*
24 nemo proindè non scit, quòd hæc parti-

tæ

tæ non parùm deseruiunt pro complendo fasciculo adminiculorum probationis, ex animaduersis per *Gob. consult. 36. num. 21., & Rot. decis. 347. num. 12. & seqq. par. 19. recent.*, & alios adductos *in Tract. de Commerc., & Mercat. disc. general. n. 147.*

Quartò non minùs confluebant in idem nonnullæ Epistolæ conscriptæ per Raynutium Comitis filium Paulæ hæredi vsufructuariæ Francisci Creditoris, per quas ab eodem Raynutio postulabatur dilatio, *dicto Summario num. 11.*; licèt enim ad proster-
25 nendam efficaciam confessionis, quæ aliàs contrà Scribentem apertissimè resultasset, ex adductis *in Veneta, seù Anconitana Pecuniaria 18. Iunij 1700. §. Sententientes, cor. Me* (suprà *dec. 157. num. 4.*) pariformitèr obijceretur, hascè Epistolas in ipsa verborum littera non exprimere substantiam, seù qualitatem satisfactionis, ac correlatiuæ dila-
26 tionis, quodquè non forent in Iudicio recognitæ: attamèn, circà recognitionem, pòst defluxum annorum 80. & vltrà efflagitabatur impossibile; & quóad quidditatem probationis sat erat, easdem Epistolas af-
27 ferri paritèr in ratione adminiculi, in quibus terminis, in supradicto fasciculo connumerari, vulgati Iuris, & praxis est, ad tradita per *Rot. coràm Carill. decis. 166. n. 5., & coram Dunozett. sen. decis. 273. num. 2., & coram Dunozett. iun. decis. 459. num. 8.*, & alibì sæpissimè.

Et ex his, plusquàm fortè oportuisset, vindicata realitate crediti, *Domini* parùm immorati sunt supèr subsidiario, ac debili præsidio præscriptionis elicitæ à defluxu suprà sæculum, & ab aliquandò omissa repetitione hystoriæ quòad creationem, & deriuationem eiusdem Census: Etenìm respectu huius omissionis, signantèr de tempore acquisitionis translatiuè factæ per Franciscum quòad medietatem Census, præualebant tot aliæ instrumentales expressiones suprà ponderatæ, necnòn etiàm recurrebat ratio deducta in mòx insinuatis Epistolis mutuæ intèr vtramque Domum, illorum scilicèt de Aptis, & de Corbaria consuetudinis, & affectionis, vt ibi: *Piglio sigurtà con V. S.* (videlicèt in differendo istam solutionem) *come quella, che sà con quanto affetto il Signor Guido, e Signor Francesco di bon. mem. amauano tutti li nostri Antenati, e noi altri, e quanto medesimamente erano, e da loro, e da noi osseruati*; In ordine autèm ad præscriptionem, illa profligabatur ex ipsa serie circumstantiarum, temporum, actuum, & interpellationum, stante quòd ab anno 1580. vsquè ad 1613. præscriptionem interrumpebant solutiones intemediè factæ per Comitem, vt suprà: à præfato autèm anno 1613. vsquè ad 1654. intercesserat mors tùm Francisci, tùm Paulæ illius vsufructuariæ, necnòn parata auxilia Censurarum pro comparienda reuelatione ab ipsa Confraternitate herede proprietaria Francisci, *Summario* Confraternitatis *num. 2.*, abindè verò citrà supraccessit Iudicium instructum coràm A. C. de eodem anno 1654. ac etiàm formale Compromissum anni 1666. cum successiua restauratione præfati antecedentis Iudicij secuta de anno 1692., *dicto Summario num. 13., & 14.*; quibus profectò intersecantibus interruptio-
28 nibus, vèl contingentijs actitare præpedientibus, non esse allegabilem, vèl non obesse allegationem præscriptionis, plena sunt Volumina, vt videre est penès *Valenzuel. consil. 178. num. 52. cum 2. seqq., Modern. Palm. decis. 111. num. 27., & seqq., Rot. coram Manzaned. decis. 613. num. 8., & 9., & coram Vbald. decis. 758. num. 2. 6., & 7., decis. 258. num. 8. par. 17., & decis. 771. num. 6. par. 18. Rec., & in Fauentina Saluiani 1. Martij 1700. §. fin. coram Me* (suprà *decis. 134. n. 14.*)

Frustrà demùm tempus conteri dixerunt *Domini* in appensione obiecti, quod & sibimèt, ac contrà se panicè nimis adstruebat Confraternitas, in ordine ad DD. de Iustinianis, quasi quòd tanquàm deliberatarij, siuè adiudicatarij Castri Corbariæ valerent obiectare, quod supèr eodem Castro præcedens, & antiquum adesset fideicommissum impediens pressuram hypothecæ, cui eadem Confraternitas nitebatur: Nàm, &
29 stante notissima Bulla Baronum, Bona Comitis Baronali qualitate suffulti, censenda erant vtì allodialia, ac libera fauore Creditorum ab omni vinculo fideicommissi; &
30 introspectâ naturâ crediti promanantis à causa Dotis, de plano cessabat cuiuslibet Fideicommissi tegumentum, pròut ad terminos præfatæ Bullæ sæpè dictum fuit, & signantèr per *Rot. decis. 818. num. 1., & decis. 852. num. 2. coràm Cerro, & in Rec. decis. 96. num. 1. par. 15., & in Romana Census 2. Decembris 1682. §. Minùs verò, coram Reuerendiss. Hernault Archiepiscopo Turonen., & in Romana Pecuniaria 26. Aprilis 1690. §. Nèc similitèr, coràm bo. me. Emerix Decano* (intèr suas *decis. 964. nu. 5. 6. & 7.*) & ad terminos crediti dotalis in vim vulgatæ *Auth. res quæ, Cod. commun. de legat., Rot. in Romana Census 4. Iunij 1700. §. Tantò magis, cor. bo. me. Iacometto.*

Remansisset, ad effectum constituendæ plenariæ rei iudicatæ ad normam resolutionis in principio indigitatæ, canonizatio executionis Mandati etiàm quòad fructus controuersi Census decursos, & non solutos, ac prò quibus A. C. prò medietate, videlicèt ad ratam sc. 500. relaxauerat idem Mandatum: At quoniàm, Parte vìx id opponente, ex eorum propria sollicitudine, & of-

& officio obseruarunt *Domini*, quòd dùm fundus, supèr quo huiusmodi Census fuerat impositus, detinebatur, siuè erat proprius Guidonis, & Francisci, qui velamen præbuerant impositioni eiusdem Census, ideò dubitantes, nè transmutato Pallio, ac detecto, quòd totiès memoratus Comes verè erat illius debitor, adhùc ex quo Confraternitas ex hac scenæ immutatione, detecta in vna parte Creditrix per reemptionem translatiuè factam à Francisco eius Authore pro medietate, & altera tàm ipsa, quàm eius Authores possederant, & actu possidebant fundum censitum, maturiori trutinationi reseruarunt inspiciendum, àn
31 ijdem fructus legitimè valuerint decurrere, ob eam incompatibilitatem, quam generalitèr, creditore Census fundum censitum detinente, agnouit *Rot. coram Cerr. dec. 129. num. 9., & in Vrbinaten. Saluiani 17. Martij 1684. §. Sicuti, coram clar. mem. Card. Matthæio, & 4. Iulij 1687. §. Quò enim, cor. R. P. D. meo Caprara* (intèr suas *decis. 3. num. 5. & 6.*)

Et ità, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

IN Congregatione Rotali habita die prima Augusti eiusdem anni 1700. iniunctum Mihi fuit, vt deuenirem ad expeditionem huius Causæ mediante taxatione expensarum, pròut deuèni, neque ex pòst ampliùs de ea actum audiui.

Præsens Decisio extat quoquè impressa apùd *modern. Paulucc. pòst eius dissert. 26. sub num. 54.*

Frequentèr in *Tribunalibus* audiuntur similes controuersiæ in materia simulationis contractuum de persona ad personam,
32 quæ est â Iure permissa, quotiès non inuoluat præiudicium Tertij, passìmque in contractibus hoc fit, vt vnus habeat (ex: gr: in emptione, & venditione, in mutuo, cambio, & similibus) nudum nomen, & substantia negocij ad alium pertineat, vt prætèr alleg. in Decisione *num. 8.* passim dixit *Rot. decis. 640. num. 2. par. 1. rec., decis. 253. num. 28. par. 4. tom. 2., decis. 282. num. 36. par. 7., decis. 111. num. 23. par. 8., & decis. 198. num. 1. & seqq. par. 14., in Romana Census 9. Iunij 1702. §. Penult. coram bo. me. Kaunitz, in Romana Cambij 12. Maij 1713. §. Probata, coram R. P. D. meo Crispo* (nùnc intèr suas *decis. 201. num. 8. cum duob. seqq.*) *& in alia Romana Cambij 7. Maij 1714. §. Attamèn cum seq. & per tot. coram Me, & in Romana locorum Montium 26. Nouembris eiusdem anni 1714. §. Cùm enim*, ac paritèr *per tot. coram R. P. D. meo Cerro*, quæ loquitur in terminis emptionis locorum Montium sub simulato nomine Tertij.

Et licèt hoc peculiare habeat huiusmodi species simulationis, vt iustificari valeat ex
33 simplicibus coniecturis etiàm nullâ adductâ, aùt allegatâ causâ simulandi, vt simplicitèr vltrà cit. in Decisione *num. 9.* dictum fuit in *decis. 594. num. 6. par. 5. tom. 2. rec., & dicta decis. 198. num. 3. par. 14., in Bononien. Pecuniaria 16. Maij 1687. §. Frustrà autèm in fin. coram Rondinino, & in Romana Cambij 22. Iunij 1708. §. Cùmque agatur, coram D. Card. Scotto.*

Hanc tamèn propositionem priori loco crederem intelligendam esse iuxtà distinctionem intèr duplicem causam simulandi, quam aliàs egregiè firmauit *Rot.* in vna *Anconitana Censuum 14. Aprilis 1617. §. Et in primis, coram Card. Sacrato* nullibì impressa, & cuius idcircò particulam placuit inferiùs registrare: Et vlteriùs eadem propositio, quamuìs in abstracto vera, & recepta, nihilominùs (in contractu signantèr emptionis, & venditionis) solemnem
34 patitur limitationem, quotiès simulatio obijcitur aduersus illum, qui proprio nomine rem comparauit, vèl contrà eius hæredes, in modum, vt admissa simulatione is, cuius nomen simulatè appositum fuisse contenditur, vnico contextu remaneret priuatus re empta, & insimùl amitteret pretium prò illius acquisitione exbursatum; In his quippè terminis non sufficere solas coniecturas, & præsertim leues ad probandam simulationem de persona ad personam, sed contextualitèr necessarium esse, vt allegetur causa simulandi, quæ comitem habeat verisimilitudinem, & vrgentibus constipata coniecturis suadeat animum Iudicis ad credendum, quod alienum nomen reuerà extiterit mutuatum, ac simulatè adhibitum, non semèl declarauit *Sacrum Auditorium*, vt signantèr videre est in *decis. 54. num. 17. & 18. par. 17. rec., in Romana Census 2. Maij 1701. §. Nèc vlla ratione, coram bo. me. Molines Decano* (intèr eius modò impressas *decis. 717. n. 4. & 5.*) *in Maceraten. Cambij 12. Decembris 1704. §. Verùm, & 13. Februarij 1705. §. Nèc obstat, coram D. Card. Scotto, & in Fauentina Saluiani 21. Februarij 1718. §. Neglecta responsione, coram R. P. D. meo Herrera* (nùnc intèr suas *dec. 41. ex n. 8.*, & præcipuè *n. 12.*)

Sequitur particula præcitatæ Decisionis in *Anconitana Censuum*, quæ ità se habet.

R. P. D. Sacrato.
Anconitana Censuum.
Ven. 14. Aprilis 1617.

PErstiterunt *Domini* in decisis coram Me sub die 29. *Nouembris 1616.* (quæ est

la 344.

la 344. par.4. tom.1. rec.) quòd scilicèt Prædium, de quo agitur, fuerit commune quondàm Hieronymo, & Petro, ex rationibus adductis in prædicta *Decisione*; Quibus visum fuit non obstare nonnulla denuò deducta, seù repetita.

Et in primis, quòd quandò, vt in hoc casu, prætenditur simulatio de persona ad personam, tùnc non sit necessaria inquisitio causæ simulationis, vt patet ex *Menoch. de præsumpt. lib.3. præs. 125.*, vbi nullam facit mentionem de causa simulandi; Fuit responsum, *Menoch. loc. cit.* non agere de hac difficultate, sed tantùm recensere modos, quibus probatur simulatio de persona ad personam: Et in contrarium, quod scilicèt etiàm in hac specie simulationis sit habenda ratio causæ simulandi, præsupponit *Gloss. in leg. cùm propria, verb. accomodasse, Cod. si quis alteri, vèl sibi*, vbi allegat *Iura* concordantia. Pro cuius articuli explana-
35 tione ponderabatur, quòd causa simulandi capitur duobus modis: Primo modo, pròut significat ipsam speciem simulationis, nempè an Partes voluerint simulare vnum in verbis, & facere aliud in substantia, de quo in *tot. tit. Cod. plus valere, quod agitur &c.* vèl potiùs Partes voluerint facere contractum solis verbis, & nihil celebrare in substantia; & hæc causa simulationis est necessariò exprimenda, & probanda, aliàs Actor, tamquàm allegans incerta, est repellendus, vt benè per *Bart. in cons.65. num.4. vers. quâ causâ simulationis contractus sit simulatus, vol.1.*; Secundo modo causa simulationis capitur pro ratione, quæ mo-
36 uit contrahentes ad simulandum, hoc est ad faciendum apparere illud, quod non est; & hæc non est necessariò allegandа, siuè probanda, & propterea si quis per duos Testes, vèl legitimam scripturam probaret, quòd quandò contraxit verè actum fuit intèr Partes, quòd nullus omninò fieret contractus, vèl quod contractus non esset illius speciei, quæ celebrabatur, certè nulla esset necessaria probatio causæ simulandi: Verùm quandò (vt in proposito casu) simula-
37 tio deducitur per coniecturas, tùnc videbatur *Dominis* esse necessarium allegare, & probare causam simulandi, quià est plusquàm inuerisimile, quod Partes sinè causa moueantur ad simulandum; Ad quod restringitur ponderatio, de qua in alia *Decisione*, & fuit de mente *Bart. dicto cons.65. num.4. in fin.* ibi = *debet dicere, ad cuius casus reparationem sit facta &c.* & sicùt non est verisimile, quòd quis sinè causa fingat contrahere, & verè non contrahat, ità non est verisimile, quòd quis fingat emere pro vno, & in effectu emat pro alio, nèc est dare diuersitatem rationis; quarè quis magis fingat in vno casu, quàm in alio.

Et ità &c.

ÆSINA RETRACTVS.

Lunæ 10. Ianuarij 1701.

ARGVMENTVM.

Ius prælationis concessum à Constitutione S. Pij V. Domino census in alienatione fundi censiti àn habeat locum extrà Statum temporalem S. R. Ecclesiæ, & àn possit alteri cedi per ipsum Creditorem censuarium; cum reliquis, quæ colligi possunt ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Ius prælationis competens Creditori censuario in alienatione fundi censiti vigore Constitutionis S. Pij V., non habet locum extrà Statum Ecclesiasticum, &* n.25.
Contrarium alij tenent, vt n.26.
Et de facto eadem Bulla Piana in hac parte seruatur in nonnullis exteris Ditionibus, de quibus n.30.
Concilia tamèn, seù declara præmissam principalem conclusionem, vt num.27. cum duob. seqq.
2 *Retractus competens ratione alicuius qualitatis non intrat, nisi eadem qualitas præexistat de tempore secutæ venditionis.*
3 *Ius prælationis competens Domino census potest exerceri vsquè ad 30. annos, quotiès non fuit ei denunciata venditio fundi censiti.*
4 *Cessionarius succedit in omnibus iuribus cedenti competentibus, eiusque personam repræsentat.*
5 *Ius reale, quod scilicèt alicui competit ratione rei, potest alteri cedi, ad differentiam iuris merè personalis.*
6 *Ius Retractus, seù prælationis est reale, & potest vnà cum ipsa re alteri cedi.*
7 *Creditor censuarius censetur renunciasse iuri prælationis, si præmonitus de venditione fundi censiti permiserit illam effectuari fauore extranei Emptoris.*
Contrà, quod scilicèt ad effectum amittendi ius prælationis non sufficiat denunciatio extraiudicialis futuræ, aùt iàm secutæ venditionis, sed requiratur iudicialis, n.10.
Et declarantur Authoritates, *quæ in oppositum allegabantur ad effectum excludendi Censuarium à iure prælationis,* num. 11. & 12.
8 *Iura semèl renunciata non possunt alteri cedi.*
9 *Attestationibus extraiudicialibus parùm in Iudicio defertur.*
13 *Confessio cedentis emissa pòst factam cessionem nequit præiudicare cessionario.*
14 *Ius Retractus, seù prælationis est indiuiduum.*

Et ideò, vbì pluribus competit, potest ab vnoquoque illorum in solidùm exerceri, num.15.

16 *Mandatum speciale requiritur ad hoc, vt Procurator valeat renunciare Retractui eius Principali competen.*

17 *Confessio voluntaria Procuratoris nequit præiudicare suo Principali.*

18 *Emptor fundi censiti nequit repellere à Retractu Creditores censuarios posteriores, licèt eum pretio rei emptæ extinxerit Censum anteriorem reportata cessione iurium.*

Et de ratione, ibid., & n.20.

19 *Emptor dimittens cum pretio rei emptæ Creditores anteriores Venditoris subintrat in illorum iura ad effectum retinendi aduersùs posteriores.*

Neque ad hunc effectum indiget speciali cessione, ibid.

21 *Ius offerendi competit Creditori posteriori aduersùs anteriorem supèr re huic vendita, vèl in solutum tradita à communi Debitore.*

Neque Creditor posterior ab hoc iure excluditur sub prætextu, quod anterior rem meliorauerit, vèl illius valor extrinsecùs accreuerit, dummodò sit paratus augumentum, ac melioramenta reficere, n.23.

22 *Retrahere volens rem venditam tenetur subire omnes obligationes susceptas ab Emptore.*

24 *Emptor tenetur ergà Venditorem ad fructus recompensatiuos, quatenùs integralitèr ei pretium non soluerit.*

DECISIO CLXXII.

SAnciente notissimâ Constitutione fa.me. Beati Pij V., quòd occurrente venditione, siuè onerosa distractione fundi censiti, Creditores censuales nanciscantur aduersùs extraneum Emptorem illam prælationem, quæ sub nomine generaliori *Retractus* explicatur, euenerat, quòd Anna debitrix ex causa cuiusdam passiui Census Horatij, aliorumque fratrum de Auerardis, quamdam Domum huiusmodi Censui subiugatam distraxit in Hieronymum; verùm ex pòst obtento per Carolum Mariam à nominatis Fratribus actiuo subingressu in iura prælaudati Census, is minùs felicitèr ab initio in Partibus intentando memoratum Retractum procubuit, sed deferendo causam suæ prouocationis ad Curiam consecutus est magis iustè, ac propitiè eius petitionis implementum non minùs per Sententiam in Tribunali A.C., quàm hodiè in Sacro Auditorio, vbì pòst reiteratam propositionem emanauit rescriptum = *esse locum Retractui*.

Iàm enim abstractiuè quæstio esse non poterat supèr competentia præfatæ prælationis, seù Retractus, stante prælaudatâ litterâ, & vi Bullæ Pianæ, circà quam solummodò ambigi valet, vtrùm ea locum sibi
1 vindicet extrà Statum temporalem Apostolico gubernio, & potestati subiectum, cùm ea non videatur in hoc proposito, ac peculiari priuilegio concernere iurisdictionem Clauium per vniuersum Orbem diffusam, & vndiquè absolutam, sicùt animaduertêre *Nauarr. in comment. de Vsur. num. 106. vers. tertiò, & num.108., Moliu. de contract. tract.2. disput.390. num.8. pòst med., Salas de Censib. dub.6 num.4., Cenc. de Censib. quæst.65. num.8., Spad. cons. 159. num.1. & per tot. lib.3.*

Firmatâ substantiâ non obstitit, quòd Carolus Maria de tempore subsecutæ venditionis Domus non foret creditor Annæ venditricis, & consequentèr quòd ex iure crediti postmodùm illi superuento non valeret actum perfectum, & legitimè consumatum rescindere ob prætensam antelatio-
2 nem, quandò Bulla loquitur dumtaxàt de ijs censualibus Creditoribus, qui præexistant in actu, seù de tempore distractionis, ad tradita per *R. P. D. Corradin. de Prælat. quæst. 32. num. 18., Soccin. iun. cons. 22. num. 4. vers. aùt faciendo lib. 1., Gratian. discept. forens. cap. 433. num. 47. & 48., Saminiat. controu. 56. num. 49., Rot. decis. 52. numer. 11. coram Duran.*

Cecidit namquè prima hæc obiectio per obtentam à Carolo Maria cessionem ab Horatio, eiusque fratribus indubitatis etiàm tùnc temporis Creditoribus ipsius Annæ; quapropter, quemadmodùm eidem Horatio non solùm illâ horâ factæ venditionis competijsset Bullare exercitium huius iuris retrahendi, verùm quoquè il-
3 lud perseueraret in ipso Horatio, alijsque fratribus, vt suprà, per totum spatium annorum triginta, teste *Antonell. de temp. legal. lib.3. cap.2. num.7., D. Corradin. de prælat.d. quæst. 32. num.27. in fin. vers. & habeat &c., Gratian. discept. forens. cap. 742. num.12. cum seqq., Rot. dicta decis.52. n.2. in fin. coram Durano, decis.268. n.6. coram fa. me. Alexand. VIII., & in Romana Prælationis 19. Ianuarij 1691. §. Non sic, coram bon: mem: Vrsino, & 18. Ianuarij 1692. §. Indè oritur, coram clar. mem. Card. Cauallerino* (quæ modò extant *intèr impress. ad ornatum Card. De Luca tom. 1. lib. 5. decis. 45. num. 16., & decis.46. n.20. & 21.*)

Ità non minùs idem exercitium, siuè ius valuit per eum transfundi in Carolum Mariam cessionarium vsquè ad complementum enunciati cursus tricennarij; quià cùm non steterit penès Hieronymum coempta Domus vèl per vnicum momentum libera à ne-

à nexu passiuæ prælationis, non habebat
4 idcircò, de quo conquereretur, si huiusmodi ius exercebatur per fratres de Auerardis, vèl potiùs per Carolum Mariam, qui in eorumdem fratrum iura mediante positiuâ cessione successerat, ad *Text. in leg. Emptor, vbi glos. verb. fungitur, Cod. de hæred., vèl act. vendit., Barbos. in leg. Pòst dotem num.58. ff. solut. Matrim., Cenc. de Censib. quæst. 109. num. 21.* & habetur *in Tractat. de Commerc. & Mercat. discurs. 40. num.27., Rot. decis.187. num.10. 12. & seqq. pòst Zacch. de obligat. Camer., & decis.127. num.10. par.15. rec.*

Et certè quotiescumquè non agatur de iuribus merè personalibus, & ossibus Titij,
5 aùt Sempronij infixis, quælibet facultas, vèl creditum, vèl rem (pròut hìc) infallantèr respiciens, canonicè sempèr transferri valet in Cessionarium, ad terminos distinctionis in hac ipsa materia perhabitæ penès *Oleam de cession. iur. tit.3. quæst.2. per tot., Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. glos.1. num.39., Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.1.cap. 417. n. 375., Cenc. de Censib. quæst.66. num. 122. cum plurib. seqq., Antonell. de tempor. legal. lib.3. cap.2. num. 19., Rosental. de Feud. cap.9.membr.2.conclus.92. num.11. litt. K., Spad. cons. 213. num.6. & 7. lib.3., Ciarlin. contr.121. num. 37., Carol. Anton. De Luca ad Franch. decis.242. num.2., Rot. decis. 121. num. 2. & seqq. par.17., decis.120. num. 2., & decis. 143. num.4. par.19. recent.*; Et quòd hìc Retractus non sit merè personalis, sed potiùs ad
6 rem, siuè realis, benè prosequuntur *Cenc. de Censib. d.quæst.66. nu.122. & seq., Duard. eod. tract. §.4. quæst. 12. nu. 1., Ciarlin. d. contr.121. num.4., Pilaia decis. Pontif. lib.2. decis.10. de Cens. num.21. in fin., Rota decis.307. num.2., decis.308. num.23., & decis. 594. num. 7. pòst Cenc. de Censib.. decis.210. nu.1., & seq. coràm Merlino, d.decis.121. num.2. par.17., decis. 286. num.2. cum plurib. seqq. par.18., & decis.210. n.2. par.19. rec., & in d. Romana Prælationis 19. Ianuarij 1691. §. Cum enim, cor. bon. mem. Vrsino, & 28. Ianuarij 1692. §. Taleque priuilegium, & §. Verumtamèn, coràm cl. me. Card. Cauallerino (dicta decis.45. num.1. & 2., & dicta decis.46. num.8. & num. 28. ad ornatum Card. De Luca vbi supra.)*

Sentiens efficaciam huiuscè replicationis conuolabat Hieronymus ad alterum magis considerabile propugnaculum, videlicet, quòd cùm ijdem fratres Annæ creditores
7 habuerint scientiam venditionis alicui denunciationi admixtam, & nihilominùs destiterint à sibi præseruando, aùt aliàs quomodolibèt promouendo Retractu, hìnc vèl compatibilitèr intellexerint sub generica cessione includere tantummodò ius retrahendi pro venditionibus futuris, vèl probabiliùs per anteà eidem iuri renunciauerint, pròut in proposito consimilis scientiæ, ac denunciationis adnotarunt *Gratian. discept. forens. cap.433. num.71. & seqq., Palma sen. cons.31. num.51., Saminiat. contr.56. num.54., & num.64., & contr.57. num.23. & 24., Lepid. decis. Lucen.22. in fin., Rot. decis.95. num.6. coràm Bichio, & in Cornetana Iuris offerendi 22. Martij 1697. §.1. & seqq. coràm R.P.D. meo Laucetta* (nùnc intèr suas *decis.6. num. 1. & seqq.*) & *20. Martij 1699. §. At contrà, & 2. Iulij 1700. §. Quibus, coram R.P.D. meo de la Tremoille*; ideòque in neutro casu vnquàm
8 valuerint iura semèl renunciata ampliùs in alium transuehere, vt inquit *Text. in leg. Non quocumque, §. Qui Caium, ff. de legat. 1., leg. qui duos, ff. de legat. 2., Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.1. cap.445. num. 15. & 16., Guzman. de euict. quæst.35. num.130., Viscont. ad Franch. decis.75., Surd. cons.22. num.29. & seq., Cyriac. contr.157. num.14., Giurb. decis. Sicil.104. per tot.*

Verùm & huiusmodi oppositionem palàm ruere compertum est multiplici replicatione; Et quidèm prima; quoniàm consimilis notitia, siuè denunciatio probatur dumtaxàt ex simplici, quantumuis iterata attestatione Horatij, & Bernardini: vndè quidquid esset, vtrùm hiscè extraiudiciali-
9 bus attestationibus plena, & opportuna fides in semetipsis posset adhiberi, contrà vulgatas regulas penès *Palm. Nep. alleg.205. num.10., & alleg. 247. num.3., Conciol. alleg.43. num.17., Rot. decis.220. num.7. cor. sa. me. Innocent. X., decis.115. num. 30., & decis.391. num.1. coràm Priolo, decis. 378. num.1, & seqq., & decis.1350. num.3. coram Emerix iun.*

Adhùc, etiàm illarum veritate, ac legalitate supposita, cùm solùm exindè eliceretur quædam confessio notificationis, seù denunciationis faciendæ venditionis expletæ per Annam ergà eosdem Horatium, & Bernardinum, vtiquè cùm huiusmodi denunciationes subsecutæ dicerentur in figura
10 merè extraiudiciali, idoneæ non erant ad euellendum ius retrahendi tàm seriò sancitum, & attributum in Bulla; ad hunc etenim effectum, iudicialem prorsùs denunciationem cum insertione totius Instrumenti expostulari, communitèr vltra bene in genere deducta per *R. P. D. Corradin.* Sanctiss. D. N. Subdatarium *in Tract. de iur. prælat. quæst.4. num.39. & 45.* in terminis Pianæ Constitutionis tradiderunt *Cenc. de Censib. quæst.64. num. 19. & 20., Antonell. de temp. legal. lib.3. cap.2. num.6., Episc. Rocca disput. Iur. tom.2. cap. 164. num. 8., Rot. decis.425. num. 7. ibiquè Adden. n. 12. coram sa. me. Gregor. XV., decis. 158. n.8.* pòst

post Cenc. de Cens., *decis.*1474. *num.*1. *cor. Seraphino*, *decis.*253. *num.*3. *coram Millino*, *decis.*52. *num.*2. *coram Durano*, *decis.* 449. *num.*2., *&* *decis.*466. *num.*2. *&* 3. *coram Peutinger.*, *decis.*268. *num.*2. *&* 3. *coram sa. mem. Alexand. VIII.*, *&* *decis.*163. *n.*3. *coram Celso*.

Absquè eo, quòd ab hac sententia declinasset (vtì supponebatur ab Hieronymo) *Rota in Romana Prælationis* 24. *Ianuarij* 1698. *coram R. P. D. meo de la Tremoille*;
11 inibì quippè agebatur de venditione iudiciali componenda sub Hasta publica, & ad quam deueniri non poterat in concursu Creditorum, nisì etiàm citato ipso Creditore censuali, & in qua paritèr requirebatur pecunia numerata citrà mixturam, seú conuentionem particularium pactorum, quæ forent notificanda, vt volens retrahere, proprio commodo, & vtilitati consule-
12 ret: vlteriusuè Creditor in illo casu institerat pro subhastatione facienda, manserat præsens, pretiumque licitationis exegerat: quibus sanè concurrentibus plusquàm abundè, & plusquàm iudicialitèr facta apparebat denunciatio, necnòn implicita emergebat renunciatio cuilibet iuri prælatiuo, quemadmodùm demonstrat memorata *Decisio*, & obseruarunt quoquè *Capyc. Galeott. controu.*49. *num.*25. *&* *pluri b. seqq. lib.*1., *Card. De Luca de Seruit. disc.*71. *num.* 14. *&* 15., *Gallerat. de renunc. lib.*5. *cap.* 9. *num.*4., *Capon. discept. forens. cap.*326. *sub num.*27. *in fine tom.*5., *Manfrell. ad Capyc. Latr. decis.*57. *num.*9., *Sanfelic. decis.* 100. *num.*27., *Rot. decis.*108. *num.*6. *&* 7. *apud Postb. de subhast.*

Secundò, & benè respondebatur, quòd in omnem euentum præfatæ attestationes, de cætero non omninò à vehementi suspicione affectationis immunes, prodierunt postquàm ijdem attestantes inierant translatiuam cessionem proprij Census cum Carolo; quapropter absonum erat prætende-
13 re, quòd nedùm simplex testificatio, sed etiàm positiua, & clara confessio valeret Carolo iàm effectò per anteà Domino, & creditori præiudicare, recalcitrante propositione, de qua *Fontanell. de pact. nupt. claus.*4. *glos.*26. *num.*31. *cum seqq.*, *Modern. Angel. de Confess. libr.*2.*qu.*10. *n.*1. *&* *seq.*, *Salgad. in Labyrinth. Credit. par.*1. *cap.* 29. *num.*67., *&* *par.*3. *cap.*13. *num.*23., *Hermosill. ad Lopez tit.*1. *par.* 5. *glos.* 5. *leg.* 9. *num.*40., *Noguerol. alleg.*22. *num* 33., *Gratian. discept.*287. *num.*11., *Merlin. Pignatell. controu. cent.*2. *cap.*31. *num.*28., *Rot. decis.*104. *num.*2. *cum seqq. cor. Buratto*.

Tertiò demùm non deerat altera nonminùs præpotens replicatio, quòd vbi quoquè memorata notificatio congruissimè extitisset exercita, ijdemque fratres interpellati antè ipsam cessionem publicè, & instrumentalitèr renunciassent ipsi Bullari Retractui, nihilominùs cùm intèr prædictos fratres numeraretur etiàm Ioannes Franciscus tùnc temporis incolatum trahens in Vrbe, quinè paritèr vtì coæqualitèr creditor cessèrat Carolo iura Census, profectò cùm respectu eiusdem Ioannis Francisci nulla posset allègari interpellatio, nullauè consecutiuè implicita, vèl explicita renunciatio huic iuri retrahendi, hoc solùm exuberabat, vt ex eiusdem Ioannis Francisci persona, & iure repræsentato per Carolum mediante cessione, promoueri posset instantia gratis impugnatæ prælationis; Ius
14 namquè retrahendi nullam patitur diuisionem, & tamquàm prorsùs indiuisibile competit insolidùm, adeòut siuè per ius accrescendi, siuè per alterum non decrescendi plenariè paritèr, & in solidùm queat intentari, vt in proposito primæ propositionis ex theorica *Bart. in l. cui vsusfructus* 30. *num.*4. *ff. de vsufruct. legat.* tradunt *Niger de Landem. quæst.*28. *art.*6. *num.*11. *&* *plurib. seqq.*, *Bellon. de Iur. accrescen. par.* 1. *cap* 6. *quæst.*33. *num.*70. *&* *seq.*, *Hartman. Pistor. quæst. Iur. lib.*2. *par.*1. *quæst.*7. *n.*21. *&* *num.*30., *Mut. decis. Sicil.* 85. *per tot.*
15 & respectu secundæ probant *Surd.cons.*417. *num.*7., *Carol. Anton. De Luca ad Franch. decis.*550. *num.*4. *in fin.*, *Carpan. ad Statut. Mediol. tom.*1.*cap.*419 *num.*8. *&* *seqq.*, *Card. De Luca de Seruit. discurs.* 75. *num.*3. *vers. alterum erat motiuum*, cum alijs penès *D. Corradin. de iur. prælat. quæst.* 13. *num.* 16. *&* 17., *quæst.* 14. *num.* 23., *&* *quæst.* 30. *num.*1. *&* 2.

Haùd aduersante, quòd Horatius frater in totiès enunciatis attestationibus assèrere videretur, à se certiorem effectum fuisse Ioannem Franciscum de huiusmodi venditione, illiusque deincèps Procuratorio nomine intellexisse eidem venditioni consentire: Quoniàm in neutra suppositione vrgebat obiectum; Non in illà, quòd foret
16 sufficienti mandato Procuræ suffultus, cùm ad hunc effectum renunciandi iuri retrahendi speciale penitùs exigatur, teste *Golin. de Procurat. par.*2. *cap.*5. *num.*44., *Rot. decis.* 195. *num.* 12. *coràm Bich.*, *decis.* 9. *num.*28. *par.*19. *Rec.*, *decis.*1010. *num.*5., *&* *decis.* 1053. *num* 4. *cor. Emerix. iun.*

Minusuè in altera concernente certiorationem, ac renunciationem, seù facultatem consentiendi, dùm ad huius suppositi verificatiónem nulla dabatur iustificatio, totumque propterea residebat in ore asserti
17 Procuratoris, qui nequit etiàm in suis casibus per nudam eius assertionem obesse Constituenti, vt in puncto aduertit *Rot. decis.*163. *num.*8. *&* 9. *coram Card. Celso*, & generalitèr notant *Mancin. de Confess. cap.*9. *num.*1.

num.1. art.5., *Angel. eod. tract. lib.3. quæst.1. num.1.*, *Pacion. allegat.32. num.15. in fin.*, *Modern. Palm. Nep. decif. Lucen.89. num.21.* cum alijs in *Vrbinaten. Pecuniaria 14. Maij 1700. §.Quartus, coràm Me* (suprà *decif.149. n.36.*)

Detrusus à supradictis munimentis Hieronymus restaurare satagebat articulum aliàs in Auditorio nostro pluriès decisum, vtrùm, ex quo ipse pretium emptionis à se factæ Venditrici exbursauerat cum pacto non solùm dimittendi Creditores censuarios anteriores, verùm quoquè subintrandi in illorum iura etiàm ad hunc finem prælationis, valeret idcircò ex capite eiusdem anterioritatis propulsare prælationem intentatam à Carolo creditore censuario posteriore; sed inutilitèr: Quippè præcisum istud fundamentum nullatenùs suffragari poterat, ex quo repugnat, Emptorem satisfacientem obligationi, proprioque debito in solutione pretij, posse quodammodò illud geminare, adipiscendo actiua iura anterioritatis, & prælationis, cùm potiùs in
18 hiscè circumstantijs quælibet conuenta cessio, & subintratio intelligatur passiuè dumtaxàt, & extinctiuè, quemadmodùm videre est in *decif.758. num.1. & plurib. seqq. par.18.*, *& decif.120. per tot.*, *& dec.143. ex num.1. vsquè in fin. par.19. Rec.* & pleuè reassumpsit *D. Corradin. in tract. de iur. prælat. quæst.32. num.42.*, *& plurib. seqq.*

Et sanè, quantumuis nostræ leges impartiantur Emptori, per huiusmodi subingres-
19 sum, qui datur etiàm citrà pactum in iura dimissorum Creditorum, vt ait *Rot. decif.1962. num.1. coram Coccino*, cum alijs pluribus in *decif.973. num.1. & seqq. coram Emerix iun.*, posse rem coemptam aduersùs posteriores Creditores contutari, per *Text. in leg. Si potiores*, *Cod. de his*, *qui in prior. Creditor. loc. &c.*; eadem tamèn (sicuti
20 prælaudatæ innuunt *Auctoritates*) æquitatiua permissio non egreditur suos cancellos, videlicèt simplicis passiuæ hypothecæ, quæ compatibilis est cum extinctione debiti in se suscepti, nè aliàs re, & pretio denudaretur Emptor: sed ad finem nanciscendæ actiuæ prælationis, hæc è conuerso non rectè compatitur cum ipsa extinctione, quæ tollit quaslibet reliquias actiuas cuiuscumque crediti extincti, ideòque potiùs æquitas hæc deflecteret in iniquitatem, si excluderet posteriores absquè damno Emptoris, cui pretium restituitur, à solatio huius Bullaris prælationis, seù Retractus, quandò eadem Iura consimili solatio inten-
21 ta aduersùs ipsosmèt Creditores anteriores, cui fuissent à communi Debitore vendita, vèl tradita Bona in solutum, benignè concedunt Creditori posteriori illum alterum Retractum legalem, quem nuncupant Ius offerendi, de quo in *leg. 2. ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. solu.*, *leg. Si fundus 16. §. Si pluris*, *ff. de pignor.*, *leg. Mulier 20. ff. qui potior. in pignor. hab.*, *Cost. de ration. rat. quæst.65. num.1.*, *Negusant. de pignorib.5. part. membr.3. num.51.*, *De Pont. conf. 29. num.6. & seq. lib.1.*, *Merlin. Pignattell. controu. cent.1. cap.98. num.1.*, *Gratian. decif. Marcb. 214. num. 15.*, *ibiquè De Luca*, *Rot. in Cornetana Iuris offerendi 20. Martij 1699. §.1.*, *& 2. Iulij 1700. §. In hoc statu, coram R.P.D. meo de la Tremoille*.

Postremò tandèm in nihilo iuuit Hieronymum altera ponderatio, siuè exceptio, quòd Retractus à Carolo prætensus foret ad normam siuè Iuris, siuè epycheiæ impracticabilis, ex quo intèr cœteras pactiones ab ipso conuentas cum Venditrice adstaret illa, quod eadem Venditrix, durante vita, gratìs perfrui deberet commodo habitationis Domus distractæ, sub illa vlteriori particularitate, quòd Hieronymus, quantumuis Emptor, occupans quamdam Mansionem præfatæ Domus, teneretur correspondere Venditrici de annua mercede scutorum quatuor; subnectebatur etenim ab Hieronymo, quód dùm medio tempore Venditrix viam fuit vniuersæ carnis ingressa, non esset ampliùs res integra, & iustum non esset, quòd istud lucrum euentuale acquisitæ liberationis ab huiusmodi seruitute ipsi delatum Carolus adipisceretur, proindèque, positâ hac iniustitiâ, & simùl impracticabilitate induendi eadem pacta, corrueret etièm spes, siuè ius re-
22 trahendi, quod exigit, vt Retrahens omnia impleat, quæ in primæuo contractu venditionis extiterunt apud Partes volita, & stabilita, ex collectis per *Tiraquell. de Retract. lignag. §.1. Gloss.18. n.8.*, *Fabian. de Mont. de Empt. & Vendit. quæst.3. n.43.*, *Rot decif.186. num.1. cor. Vbaldo*, *dec. 849. num.4. coram Dunozett. iun.*, *& decif. 395. num.7. par.18. Recent.*

Prò euersione siquidèm huius obiectionis fortassè suffecisset respondere, quòd cùm ex præmissis tota difficultas reduceretur ad prædictum obstaculum habitationis, vtiquè non erat adeò impracticabile exercitium, & indumentum huius pacti mediante illius congrua æstimatione, ad limites *l. Hæreditatem, ff. ad l. Falcid.*; dùm etiàm in similitudinario iure offerendi, de quo suprà,
23 non arcetur posterior sub prætextu extrinseci valoris perauctí, vèl Melioramentorum, cum similibus, dummodò omnia hæc congruè æstimentur, & reficiantur à posteriore Retrahente, vt obseruauit *Arias de Mesa var. resolut. lib.2. cap.42. num.5. & lib.3. cap.12. num.2.*, *De Marin. quotid. resol. lib.1. cap.219. num.20.*, *Andreol. contr. 70. num.9. & 15.*, *Montan. contr. forens.55.* per

per tot., *Staiban. iun. resol. for. 5. num. 1.*, *Merlin. Pignatell. controu. cent. 1. cap. 93. num. 11.*, *Mastrill. decis. Sicil. 201. num. 17. & 18.*, *Franch. decis. 38. num. 5.*, *Rot. decis. 155. num. 16. post Merlin. de Legitim.*

Nihilominùs quæstio cessabat ex facto, quià præcisiuè à scutis biscentum, quæ Hieronymus manualitèr, & effectiuè persoluerat, reliquum pretium vèl præ manibus retinuit, vèl cum proprio debito cuiusdam Census excomputauit, quamobrèm, dùm ex parte Caroli cuncta hæc bonificabantur, seù restituebantur, & inhabitatio Mansionis permittebatur Hieronymo, nulla suberat ratio, proptèr quam ipse Carolus potiri non deberet prælatione controuersa, vt de se patebat ad sensum: Iniustitia autèm ex causa prædicti lucri ob præmorientiam Venditricis corruebat ad oculum, dùm onus, siuè seruitus habitationis Domus permissæ Venditrici fouebat suam causam correspectiuam, eademque correspectiuitas sempèr erat in vita, siuè longa, siuè correpta eiusdem Venditricis æquo modo duratura, nempè propriæ liberationis Hieronymi à quodam Censu, & tolerata retentio apùd eum præfati pretij absquè interesse,
24 contrà legalem de reliquo prouisionem fructuum recompensatiuorum iniunctam à rescripto Cæsarum in *leg. Curabit*, *Cod. de act. empt.* de quo in *Tract. de Commerc. & Mercat. disc. 58. num. 3. & seq.*, *Rot. dec. 52. num. 1. cor. fa. me. Innoc. X.*

Et ità, reliquis leuioribus neglectis, vtpotè palàm etiàm insubsistentibus, & forsàn consultò derelictis à Hieronymo, in secunda Causæ propositione *Domini* censuerunt, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

POST demandatam expeditionem huius Causæ in sequelam præinsertæ *Decisionis* Hieronymus succumbens curauit illam denuò committi *bo. me. Mato*, coràm quo in propositione habita die 12. *Iunii* 1702. prodijt vniformis resolutio fauorabilis Carolo Mariæ mediante rescripto = *Sententiam Rotalem esse confirmandam*, cui tandèm (vt audiui) Hieronymus acquieuit.

Inquit Decisio D. mei *num. 1.*, quod præ-
25 latio concessa à celebri Constitutione S. Pij V. Creditori censuario aduersùs extraneum Emptorem fundi censiti nequàquam locum sibi vindicat extrà Statum Ecclesiasticum, & idipsum, allegata eadem *Decisione*, posteà dictum fuit in *Farsen. Iuris offerendi 6. Decembris 1702. §. Et si tàm facile*, *in Romana, seù Sauonen. Successionis 13. Martij 1705. §. Non obstante*, *& in Matheraven. Prælationis 23. Iunij 1710. §. Quatenùs namquè*, *coram eodem D. meo Ansaldo*, & recentiùs in *Comen. Iuris redimendi 7. Iunij 1725. §. fin. ad med. coram R. P. D. Nunez*.

Verùm pro recta intelligentia huius pro-
26 positionis, quæ de cæterò habet suos contradictores, quos refert *Constantin. ad Statut. Vrb. tom. 1. annot. 24. num. 510.*, & quibus addi potest *Io. Bapt. Cost. in tract. Art sciebat &c. cent. 2. dist. 33. num. 1.* crede-
27 rem procedendum esse cum distinctione tradita per *Cenc. de Censib.* (in eadem nostra *Decisione* allegatum) *quæst. 65. num. 8.*, vbi ait, quòd dicta Constitutio Piana in Locis, seù Ditionibus exteris, in quibus fuit publicata, & vsu recepta, ligat in qualibet sui parte, & sic obseruari debet etiàm in eo capite respiciente dictum priuilegium prælationis; in alijs verò Locis, seù Prin-
28 cipatibus, in quibus vèl non extitit promulgata; aùt aliàs vsu recepta non fuit, ligat tantummodò quòad ea, quæ pertinent ad Spiritualia, videlicèt ad euitandam labem vsurariæ prauitatis in contractibus censualibus, & ad consulendum respectiuè saluti Animarum, secùs verò quòad alia capita indifferentia, quæ Forum internum minimè concernunt, vtpotè non respicientia iustitiam, vèl iniustitiam contractus: Et cum eadem distinctione procedit etiàm *Paitell. iun. in annot. ad exped. ciuil. 17. n. 21.* & nouissimè *Rot. in Leodien. Pecuniaria 4. Februarij 1727. §. Nequè obstare*, *coram R. P. D. Millino*.

Qua distinctione retenta debet necessariò supponi, quod quatenùs *Rota* in hac *Decisione* D. mei Ansaldi, & in alijs proximè superiùs citatis asseruit, priuilegium prælationis à Piana Constitutione elargitum Creditori censuario in alienatione rei Censui subiugatæ non habere locum extrà
29 Statum Ecclesiasticum, id affirmare intellexerit respectu dumtaxàt illarum Ditionum, vèl exterorum Principatuum, in quibus eadem Constitutio non fuit vsu recepta quòad hoc speciale priuilegium prælationis, pròut signantèr illam in hac parte non fuisse vsu receptam in Regno Lusitaniæ testatur *Pinheir. de Censib. disp. 2. sect. 4. num. 41.*; non autèm ad effectum generalitèr limitandi, seù restringendi vsum, siuè exercitium dicti Retractus, seù prælationis intrà puros limites Status temporalis S. Romanæ Ecclesiæ, dùm de facto videmus, quod apùd nonnullas exteras Di-
30 tiones tale ius prælationis promanans ex dicta Bulla Piana est in viridi obseruantia, sicutì quòad Ciuitatem, & Ducatum *Mantuæ* patet ex traditis per *Cyriac. contr. 254. sub princ.*, *& per tot.*, & signantèr *num. 62.* & respectu Reipublicæ *Lucensis* resultat ne-

dum

lùm ex *Card. De Luca de Censib. disc.* 41. pariter *per tot.*, vbi in quadam Causa *Lucana Prælationis* pro veritate consultus scripsit fauore Requirentis pro competentia cuius Retractus in vim dictæ Constitutionis Pianæ: sed etiàm ex peculiari *Decisione Almæ Rotæ Lucensis* intèr collect. per *Palm. Vep. tom.* 1. *decis.* 35., quæ prodijt fauore Creditoris censuarij prælationem petentis aduersùs extraneum Emptorem fundi censiti vigore præcitatæ Pontificiæ sanctionis, cuius verba *ibidem* ad litteram registrantur in §. *Moti ad med.*

Quæ omnia placuit annotasse ad simplicem finem indigitandi Tyronibus studio legalis facultatis addictis, quomodò, & in quo sensu accipienda sit præcitata propositio, de qua in præsenti Decisione *n.*1.

A. Lupardus.

ARETINA BENEFICIJ.

Ven. 21. *Ianuarij* 1701.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac *Decisione* de duobus ad vnum, idemque Beneficium præsentatis, quorum vterque obtinuerat Litteras Apostolicas supèr derogatione medietatis vocum; & resoluitur pro executione Gratiæ per eum reportatæ, qui fuerat præsentatus ab existentibus in quasi possessione præsentandi iuxtà vltimum statum regularitèr attendendum, vbi Patroni non sunt in Causa, & lis vertitur dumtaxàt intèr præsentatos.

SVMMARIVM.

1. *Gratia derogatoria medietatis vocum obtenta à duobus, quorum vterque fuit præsentatus à medietate Patronorum, suffragatur solum illi, qui docet, se fuisse præsentatum ab existentibus in quasi possessione præsentandi, &* n.10.
Et qua ratione Papa indulgendo similem Gratiam vtrique præsentato apponat in Litteris Clausulam = Dummodò &c. adeò æquales sint, vt per mutuum concursum se impediant &c. *num.*3.
2 *Gratificatio intèr duos præsentatos cum paritate vocum debetur digniori.*
Et dignior censetur, qui est senior ætate, vèl actu Sacerdos, vèl ab Ordinario approbatus ad Curam Animarum, n.4.
5 *Iuspatronatus æqualitèr spectat ad descendentes ex duplici Columnello prouenien. ex communi stipite.*
6 *Vnica determinatio respiciens plura determinabilia debet cuncta vniformitèr determinare.*
7 *Quasi possessio præsentandi non acquiritur per simplex factum præsentationis absquè illius effectuatione.*
8 *Gratia derogatoria medietatis vocum per vnum ex præsentatis obtenta præsupponit, quod adsit altera medietas Patronorum, quæ alium, vèl alios præsentauerit.*
9 *Gratia derogatoria medietatis vocum non infert Patronis vllum præiudicium pro futuris vacationibus, &* n.28.
11 *Patroni non tenentur præsentare digniorem, sed sufficit, quod præsentent personam habilem, & capacem ad obtinendum Beneficium.*
Ad differentiam Episcopi, qui in Concursu ad Beneficia tenetur eligere digniorem, num.12.
13 *Intèr præsentatos cum paritate vocum prælatio debetur ei, qui descendit à fundatore Beneficij.*
14 *Centenaria vltrà multos alios effectus facit præsumere, quod intèr Partes, siuè illarum Authores secuta fuerit noua conuentio.*
15 *Episcopus præsumitur benè informatus de statu Ecclesiarum, & Beneficiorum suæ Diœcesis.*
16 *Episcopi non solent esse faciles in canonizando Iurapatronatuum, velutì aduersatiua libertati Beneficiorum.*
17 *Ennunciatiuæ antiquæ plurimùm attenduntur, & maximè, si id, quod ennunciatur, appareat effectuatum.*
18 *Testes de auditu quandò sunt plures, & eorum dicta aliundè adminiculantur, non leuem faciunt probationem.*
19 *Quasì possessio præsentandi acquiritur ex præsentatione admissa in contradictorio Iudicio.*
Et maximè, si talis præsentatio effectum habuerit mediante subsecuta Institutione, num.21.
20 *Iuspatronatus, & quasi possessio præsentandi superlatiuè probantur ex confessione alterius prætensi Compatroni.*
22 *Quasi possessio præsentandi non acquiritur ex præsentatione, cuius effectuatio processit, ex quo præsentatus subrogari obtinuit in iuribus Compræsentati pendente lite defuncti.*
23 *Copia, siuè exemplum scripturæ regularitèr non probat absquè exhibitione originalis.*
24 *Confessio, vèl aliud factum voluntarium præsentati nequit præiudicare iuribus Patronorum, qui eum præsentarunt.*
25 *Vltimus status, & quasi possessio præsentandi solùm attenditur in Beneficialibus, vbi Patroni non sunt in Causa, & lis vertitur dumtaxàt intèr præsentatos.*
Nèc in his terminis aliud inquiritur, nisi vtrùm præsentatio facta in præcedenti vacatione fuerit effectum sortita, n.27.
26 *Actus subsequentes æquiuoci, & incerti declarantur ab actibus præcedentibus claris, & vniuocis.*
29 *Præseruatio iurium vbi est contraria facto parùm attenditur.*

Vlti-

30 *Vltimus status attenditur nedùm in Beneficialibus, sed etiàm in alijs materijs probanis.*

31 *Vltimus status attenditur etiàm in prouisione Commendarum Ordinum Militarium.*

32 *Vltimus status attenditur pro dignoscenda qualitate Beneficij.*
Exemplifica, *vt* ibid.

33 *Vltimus status legitimè probatus non eliditur, nisi per probationes vndiquè perfectas, & vniuocas*, & n.34.

35 *Expressio qualitatis, aut valoris Beneficij facta iuxtà vltimum statum præseruat impetrantem à vitio subreptionis.*

36 *Vltimus status nequit impugnari à Collitigante, qui Beneficium impetrauit vti vacans per obitum nouissimi præsentati, ac possessoris.*

DECISIO CLXXIII.

Concordes erant in Theorica Cœsar, & Sanctes ad inuicèm de cœterò contendentes in hac Causa supèr assecutione Beneficij S. Hilarij, neuter etenìm inficiabatur, quominùs foret anteferendus ille, qui ad memoratum Patronale Beneficium præsentatus appareret à medietate Patronorum non iàm abstractiuè, & in genere, sed eorum Patronorum, qui perspectò saltèm vltimo statu, siuè nouissima vacatione, in quasi possessione reperirentur; Cœsar quippè agnoscebat eius præsentationem à Fæderico Maria, Sanctes autèm à Petro Francisco, & Ioanne Antonio, omnibus ex vtraque parte Comitibus descendentibus à Petro Francisco Barbolano de Monte Acuto, ad quem ius præsentandI pertinuisse erat incontrouersum: Quapropter cùm tàm Cœsari, quàm Sancti S. Sedes indulsisset Gratiam, quam nuncupant *derogationis pro medietate vocum*, certum exindè efficie-
1 batur, quod Papa in concessione huiusmodi prouisionum non intellexerat violare iura Patronorum in persona vnius, vèl alterius præsentati, sed tantummodò partes gratificatorias loco Ordinarij ex sibi natiuo Dominicali iure reassumens, in tali paritate fimbrias propriæ beneficentiæ ei elargiri, qui ad normam vulgati *cap. Consultationibus, de Iurepatr.* demonstraret, Patronos illum præsentantes versari in supradicta quasi possessione ad minùs introspecta medietate vocum, & idcircò fore etiàm de mente Iuris præponendos, iuxtà planam hodiè propositionem, de qua in terminis huius Gratiæ derogatoriæ pro medietate passim liquet, signantèr penès *De Rosa de execut. Litter. Apostolic. par. 1. cap.4. numer.131.*, & *in addit. ad cap.5. par.1. n.47.*, *Rota decis.115. num.18.* & *19. coram Priolo, decis.766. num.3. coram Dunozet. iun., in Isclana Beneficij 5. Decembris 1696. §.1. coram R.P.D. meo dell'Olmo, in Lauden. Canonicatus 3. Maij 1697. §. Hæc igitùr, coram R.P.D. meo della Tremoille, & in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Quouerò*, & *15. Februarij 1700. §. Ad patefaciendum, coràm Reuerendiss. D. meo Decano* (nùnc intèr illas *Molines decis.645. num.4. & 5.*, & *decis.661. num.3.* & *4.*)

Verùm Sanctes non solùm prætendebat, quòd consimilis medietas vocum Patronalium attineret ad Petrum Franciscum, & Io: Antonium eius Anthores, sed quòd & posito hoc æquilibrio, quemadmodùm Or-
2 dinarius gratificare debuisset in simili æqualitate præsentatum præcellentem in meritis, per *Text. in Can. Decernimus, & Can. Monasterium 16. quæst. 3., cap. Bertoldus, vbi Abbas num. 12. de re iudic., cap. Si ex insinuatione, de Iurepatr., Rota decis. 680. num.3. par. 1.*, & *decis.68. num.2. par.10. rec.*, & *dec.125. n.1.* & *2. coram Emerix iun.*

Ità non minùs eo ipso, quod Papa vtrique præsentato parem Gratiam fuit imparti-
3 titus vsquè ad inserendam in Litteris Sanctis illam conditionem = *dummodò in data, & iuribus &c. adeò æquales sint, vt per mutuum concursum se impediant &c. & aliàs gratificationi locus existat &c.* dubio procùl pariformitèr intenderit locum deserere dumtaxàt prælectioni magis fundatæ, & iuridicæ; Sicquè cùm ipse Sanctes longè suprà Cœsarem innixum soli qualitati sanguinis, seù familiæ Patronalis constipare-
4 tur ætate seniori, charactere Sacerdotali, ac specifica eius approbatione ad Curam animarum, certò certiùs mereretur Cœsari anteferri, ex adductis per *Adden. ad Pamphil. decis.294. num.11., Panimoll. dec.101. annot.1. num.11., Rota decis.123. num. 10. coram fan. mem. Alexandro VIII., dec.394. num.2. coram Pentinger., decis. 171. num.5. par. 10.*, & *decis. 515. num. 7. part. 18. recen.*

Quòd autèm medietas nedùm vocis Patronalis in nuda quasi possessione, sed etiàm in ipsa plena proprietate spectaret ad Comites Petrum Franciscum, & Ioannem Antonium, edocebat Sanctes exordiendo à quadam peruetusta Concordia intèr seniores huius Familię de Monte Acuto exarata sub anno 1461.; In illa enìm, vt in *Summario* eiusdem Sanctis *num.* 2., conuincebatur, conuentum extitisse, quòd ius præsentandi ad huiusmodi Beneficium S. Hilarij, & ad alterum (de quo inferiùs) sisteret, seù radicaretur in persona Comitis Petri Francisci senioris: proindèque cùm ab eodem Petro Francisco sen. in geminos segregati Columnellos descenderent Petrus Franciscus, & Ioannes Antonius ex vnâ, & ex alterâ Fædericus Maria, non
5 poterat dubitari, quìn huiusmodi Iuspatronatus

natus æqualitèr remanserit diuisum intèr hæredes descendentes vtriusque Columnelli, secundùm firmata per *Rot. in Romana Communantiarum* 13. *Aprilis* 1700. *§. Ex triplici, coràm R. P. D. meo del'Olmo, & 24. Ianuarij* 1701. *§. Quod sanè, coram Reuerendiss. D. meo Decano*, confirmata 1. *Iulij eiusdem anni §. Verùm Domini, coràm Eodem* (aliàs *coràm Molines decis.* 703. *nu.*8., *& decis.*742. *n.*4.)

Clariùs, quià (vt præmisimus) peruento in vim memoratæ Concordiæ altero quoquè iure præsentandi ad Beneficium S. Ioannis in prælaudatum Petrum Franciscum sen. prodiit Sententia Ordinarij de anno 1667., per quam extitit declaratum, Iuspatronatus prò medietate attinuisse ad descendentes tàm vnius, quàm alterius Columnelli; vndè non videbatur ambigendum, quòd ius præsentandi ad controuersum Beneficium S. Hilarij simili forte intèr vtramque Descendentiam foret prò
6 medietate partiendum, nè vna determinatio Concordiæ plura determinabilia Beneficia respiciens, difformitèr determinaret, contrà regulam *Text. in leg. iàm hoc iure*, *ff. de vulgar.*, *& pupillar.*, de qua *Rota in Romana Dotis, & Lucri* 26. *Aprilis* 1700. *§. Quodque reuerà, coram Me* (supra *decis.* 144. *num.*21.) & in specie fuit animaduersum *in Pisana Cappellaniæ* 27. *Iunij* 1689. *§. Minùs vrget in fin. coram bo. me. Benincasa* (intèr suas *decis.*195. *num.*5.) *&* 27. *Februarij* 1690. *§. Maximè quia, cor. Reuerendiss. Manuel*.

At præscindendo etiàm ab huiusmodi tàm solido primordio, & respectiuè præsumptione Iuris, & Facti, subiungebat Sanctes, nequè paritèr in illius Auctoribus deficere (ad normam conclusionis ab initio insinuatæ) ipsam quasi possessionem præsentandi, & præcipuè in binis ijsdem nouissimis vacationibus: De anno siquidèm 1652. abeuntibus descendentibus vtriusque rami in diuersos præsentatos, vicit Franciscus, qui fuerat nactus suam præsentationem à Com. Laurentio Patre præsentan-
7 tium eumdem Sanctem, ideòque subsecuta effectuatione potiùs in ramo Petri Francisci, & Ioannis Antonij, effectuationem, & non simplicem contrariorum præsentationem attendendam esse ad effectum acquirendi quasi possessionem, in hoc ipso proposito dixerunt *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. glos.*45. *§.* 2. *num.*37., *Viuian. de iurepatr. lib.*5. *cap.*4. *num.*36., *Rota decis.* 71. *num.*18. *par.*7., *decis.* 433. *num.*3. *par.*9. *rec.*, *& decis.*830. *num.*3. *cor. Emerix iun.*

Itidèm in verè vltimo statu, ac vacatione anni 1682. innegabilis saltèm emergebat quasi possessio vtriusque descendentiæ: licèt etenim Ioannes Franciscus præsentatus ad hoc Beneficium S. Hilarij prò parte eiusdemmèt Federici assecutus fuerit possessionem digladiati Beneficij, vt in *Summario* Cœsaris *num.*7.; attamèn id euenerat, ex quo idem Ioannes Franciscus redulus extiterat in impetrando non absimilem Gratiam derogatoriam medietatis vocum, sed non exindè remanserat destructa quasi possessio actualis præsentationis expletæ per Ioannem Laurentium alterius descendentiæ in personam Ioannis Antonij, non solùm
8 quia reportans consimilem Gratiam sub hac expressione palàm fatetur, adesse alios Patronos pro medietate, sed etiàm, quià per
9 has concessiones Papa non intendit vnquàm Patronis vèl in Facto, vèl in Iure prò futuris vacationibus obesse, aut vllum, vel minimum inferre præiudicium, sicuti obseruauit *Bursat. cons.*324. *num.*3. *vers. rursùs lib.*3., *Rota decis.* 172. *num.*14. *&* 15. *coràm Buratt.*, *& in decis. penès Garziam de Benefic. par.*5. *cap.*9. *num.* 96. *cum pluribus seqq.* & magis in specie respondit, & animaduertit *eadem Rota in Bononien. Iurispatronatus coram bon. mem. Rondinino impress. par.* 19. *recent. dec.*181. *sub num.*19.

A' contrario autèm præpollentiùs Cœsar replicabat, non esse inquirendum intèr ipsos præsentatos de generica, ac personali præponderantia meritorum alterutrius; quoniàm retenta à principio concordata propositione, quòd huiusmodi Gratiæ Pon-
10 tificiæ supèr derogatione medietatis vocum suffragentur dumtaxàt præsentato ab illis Patronis, qui in vltima vacatione manerent in quasi possessione præsentandi, ad huiusmodi tantummodò articulum reducebatur inspectio, cùm satis existat, Pa-
11 tronos nominasse ad Beneficium sui Patronatus personam de Iure capacem, teste *Rota decis.*15. *num.*. *& seqq.*, *& decis.*152. paritèr *num.*1. *par.*5., *decis.*235. *num.* 7. *par.*9. *rec.*, *decis.*214. *num.*6. *coràm Card. Celso*, *& decis.*67. *num.*1. *coram Emerix iun.* & optimè *in decis.* 198. *num.*12., *& dec.*202. *num.*1. *&* 11. *coram Peutinger*; quidquid authumandum foret in collationibus Episcoporum, & maximè, quæ fiant per Con-
12 cursum, eorum quippè respectu intrat occasio examinandi, vtrùm liceat seligere dignum, omisso digniori, vt præter suprà in obiecto allegatos fusè annotarunt *Gutier. quæst. Canonic. lib.* 2. *quæst.*11. *per totam*, *& cons.*44. *& num.* 10., *Gonzal. supèr reg.* 8. *Cancell. glos.*4. *sub num.* 143., *Garz. de Benef. part.*7. *cap.* 16. *num.* 16. *cum seqq.*, *Barbos. de Iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *num.*38., *Card. De Luca de Benef. disc.* 67. *num.* 3., *Rota decis.*263. *num.*1. *&* 6. *coram Card. Celso, decis.*284. *num.*12. *coram Bich.*, *& dec.*515. *num.*3. *par.*18. *rec.*

Quin etiàm non admodùm forsàn in concursu

cursu ad simplex Beneficium censenda erat inferior qualitas eiusdem Familiæ de Monte Acuto pellucens in Cœsare, ex quo *Sacri Canones* quemadmodùm ad alliciendos Christifideles largiti sunt Laicis fundatoribus Iurepatronatuum in parte actiua ius nominandi Rectorem, per *Text. in cap. Nobis, ibiquè glos. in verb. Cappella, de Iurepatro-*
13 *nat.*; ità multùm inclinant præferentiæ sanguinis, & descendentiæ ab ijsdem Fundatoribus in altera parte passiua, *Card. De Luca de Iurepatr. disc.28. num.12., Rota decis.248. n.17. & 18. par.16. recent., & in Nullius, seù Orbitellen. Iurispatronatus 23. Ianuarij 1696. §. Adstipulantibus, coram R. P. D. meo Scotto, & 4. Aprilis eiusdem anni §.Vltrà quòd, cor. R.P.D. meo del'Olmo.*

Informantes igitùr prò Cœsare memorati articuli, seù quasi possessionis præsentandi nodum attingentes, in primis non ità pronè, & incidenter admittebant, quòd contrectando viscera proprietatis, & plenarij petitorij Iuspatronatus censeri posset promiscuum, siuè coæquale intèr vtrumque Columnellum; licèt enim sistendo in prælaudata Concordia anni 1461. non leuis emergere valuisset vt suprà præsumptio coæqualis pertinentiæ intèr descendentes vnius, & alterius propaginationis, quià tamèn duo intermediè, & vltrà desluxerant Sæcula ab anno celebratæ Concordiæ vsquè ad hodiernam colluctationem, probabilius videbatur, quod, stante citeriori obser-
14 uantia in oppositum, noua aliqua conuentio fuerit, vel cum eodem Petro Francisco seniore, vèl cum illius posteritate celebrata, pròut vrgente obseruantia in contrarium, alijsque adstipulantibus adminiculis, & documentis, benè affirmauit *Baldus in leg.1. num.6. Cod. de anual. except., Rota decis.1139. sub num.6. coram Emerix iun., & in Romana augumenti Dotis, & Legatorum 4. Martij 1695. §. Sed cùm centenaria, vers. vbi quòd, coram R.P.D. meo Priolo.*

Quòd verò obseruantia militaret in contrarium, primariò coruscabat ex tenore plurium visitationum, quas supèr hoc controuerso Beneficio expleuerant Ordinarij pro tempore; in illis namquè, vt apparebat ex *Summario* Cœsaris *num. 14.*, constans habebatur enunciatiua, & assertio, quòd ius præsentandi ad huiusmodi Beneficium spectaret ad lineam Fæderici, penitùs neglectâ, atquè prætermissâ lineâ Petri Francisci, & Ioannis Antonij: quapropter optimè inferebatur, graue ob id argumentum pertinentiæ soli lineæ Federici resultare ex huiusmodi assertionibus propriorum Episcoporum, qui & diligentèr præsu-
15 muntur informati rerum, & statuum suarum Ecclesiarum veluti appendicum dotis propriæ Cathedralis, & Sponsæ, & non
16 ità existunt inuigiles, vt velint in eorum præiudicium, & Ecclesiasticæ libertatis canonizare Iurapatronatuum, ex ponderatis per *Lambertin. de Iurepatr. lib.2. quæst.3. artic.9. num.3., Rota decis. 309. num. 11. coràm Vbald. tom.1., decis. 125. num. 4. pòst Viuian. de Iurepatronat., decis. 50. num. 7. & 8. coràm Zarat., decis.168. nu.13. par.10. recen., & in Vrbanien. Archipresbyteratus 17. Maij 1697. §. Validiùs, coram Me, & in Fauentina Iurium Parochialium 28. Iunii eiusdem anni §. Prætermisso*, paritèr *cor. Me (decis.9. n. 17., & decis. 14. n.1.tom.1.)*

Secundò paritèr eruebatur; quoniàm de facto in Institutione, seù prouisione sequuta de anno 1639. in persona Sigismundi causam habentis à linea Federici, noscebatur asserta, & enunciata quædam noua conuentio supèr alternatiua inita intèr illos de linea præcitati Fæderici, nulla paritèr facta mentione alterius lineæ, à qua Sanctes Iura suæ præsentationis metiebatur: Vndè
17 enunciatiua hæc positiuè verificata per ipsam effectuationem, & Institutionem, non parùm videbatur attendenda, ex adductis per *Rot. decis.148. num.3., & decis. 224. num.5. par.1., decis.13. num.5. par.9. recen., decis.126. num.6. coram Carill., & dec.808. num.5. coram Card. Cerro.*

Tertiò conspirabant in idem depositiones trium Testium examinatorum sub anno 1652. occasione cuiusdam litis intèr vtrinquè præsentatos; hi namquè profitebantur sempèr audiuisse, quòd ius præsentandi ad huiusmodi Beneficium S. Hilarij spectabat integralitèr ad lineam Fæderici: quamuis enim Testes de auditu solidam constituere
18 nequeant probationem, attamèn quandò sunt plures, ac pluribus etiàm adminiculis sufulti, non omninò veniunt contemnendi, vt notat *Dec. cons. 82. num.2., Ruin. cons.106. num.17. lib.5., Rota decis.69. n.6. par.16. recen., decis.248. num.6. coram san. mem. Gregor. XV.* cum alijs in *decis. 486. num.8. cor. Card. Cerro.*

Suffocata itaquè, vèl saltèm conflictata præsuppositione, seu prætensione tituli, ac proprietatis exageratæ per Sanctem, à fortiori insurgebat quasi possessio allegata per Cœsarem; rimando quippè quinque status antecedentes, liquebat, quod de anno 1599. iudicialem Institutionem reportauerat Antonius nominatus à maioribus lineæ Federici, reiecto, & exploso Bonuccio ex altera linea præsentato, *Summario* Cœsaris
19 *num.8.*; Maior etenim nequibat exoptari quasi possessio, quàm quæ fuit in formali contradictorio formitèr obtenta, vt præcisè obseruauit *Rota decis.337. per tot. lib.2. coram Verall., decis. 412. num. 4. & 5., & decis.555. sub num.4. vers. consta: autèm cum seq. coram Vbald. tom.1., & decis.357. antè num.1. coram Emerix iun.*

Rursùs

Rursùs de anno 1610. potentior actus adstipulabatur, quià vigente opinione, quòd Antonius vt suprà institutus de anno 1599. foret in priuationem delapsus, Petrus Pyri filius, & de altero existens Columnello, tanquàm Procurator Fæderici, & Leonardi mediatorumCœsaris Auctorum ad quamdam præsentationem deuenerat sub apertissima declaratione, quod ius præsentandi vigeret in linea Federici; proindèque etsi tale suppositum priuationis haud substiterit, ineluctabiliùs tamèn perdurauit agnitio, & confessio Partis Cœsaris oppositricis, qua
20 stante nequibat melior etiàm iustificatio desiderari tùm circà proprietatem, tùm circà possessionem, quàm exoriens ex confessione Aduersarij, *vulgata cap. Per tuas, de probat., leg. Cùm te, Cod. de transact., Rot. decis. 1108. num. 1. coram Emerix iun., & in Calaritana Decimarum S. Petri Manrique 14. Aprilis 1698. §. Non itèm, coram R. P. D. meo del' Olmo,*

Præclarus non minùs erat (vtì subiungebant Scribentes pro Cœsare) actus suprà enunciatus præsentationis exaratæ de anno 1639.; in eo siquidèm sub præfata assertiua alternatiuæ conuentæ intèr illos de ramo Fæderici pacificè remansit institutus Sigismundus præsentatus ab eadem linea; & sic concurrentibus ambobus extremis præ-
21 sentationis, & effectuationis, innegabilem esse quasi possessionem huius Partis palàm erat, ex collectis per *Rot. decis. 370. num. 1. in princ. coràm fa. me. Gregorio XV., decis. 346. num. 1. coram Buratt., decis. 270.* paritèr *num. 1. coràm Card. Cerro, decis. 200. num. 7. penès Posth. de manuten., & dec. 285. num. 2. par. 5. rec.*

Descendendo autèm etiàm ad vltimas vacationes in oppositum per Informantes pro Sancte magnificatas, in nihilo refragabatur, quòd præsentatus à Laurentio alterius lineæ de anno 1652. Beneficij possessionem apprehendit; Is enim, vt apparebat ex *dicto Summario* Cœsaris *num. 11.*, assecutus est hanc possessionem vigore gratiosæ subrogationis, quæ sempèr, stante lite præcedenti cum Rocco præsentato à linea Fæderici, nusquàm superstiti denegatur, sed
22 in semetipsa sempèr relinquitur locum ambigendi, vtrùm subsequens possessio veniat adscribenda propriæ præsentationi, ac iuri, vel potiùs iuri demortui Collitigantis, vt fert ipsa formula subrogationis, & perpenderunt *Lotther. de re Benefic. lib. 2. quæst. 20. num. 164., & lib. 3. quæst. 13. num. 1., Rota decis. 596. num. 2. coram Card. Seraphin., decis. 495. num. 16., & decis. 514. num. 8. 9. & 10. & seqq. coram Dunozet. iun.*, & in nostris præcisis terminis *eadem Rot. dec. 296. n. 6. cor. Card. Celso*, vbi aliæ veteres *decisiones* referuntur.

Eiusdemque inefficaciæ, siuè retorquibilitatis labe inficiebatur vltimus reuerâ status; substantialitèr namquè Beneficium obtinuit Ioannes Franciscus præsentatus à Fæderico: Quòd si intercesserat consimilis hodierno casui derogatio medietatis præsupponens ad limites obiecti, alteram medietatem vocum Patronalium residere penès alios Patronos, adhùc respondebatur, in primis non exhiberi originalitèr per Sanctem hanc derogationem, ideòque vanum, vèl saltèm omninò tutum non erat in conflictu facti, siuè effectuationis positi-
23 uę, immorari supèr simplici copia, licèt inserta in Sententia, siuè prouisione Ordinarij, ex ea sempèr debilitate probationis, quam simplices transcriptiones, seù copiæ originalitèr non exhibitæ patiuntur, ex traditis per *Rot. decis. 543. num. 1., & dec. 584. num. 4. coram Buratt., decis. 210. num. 4. & 5. par. 7., decis. 94.* paritèr *num. 4. & 5., & decis. 552. num. 4. par. 18. recent.*

Ac de reliquo cùm hæc Gratia derogatoria fuerit expedita per Ioannem Franciscum præsentatum absquè vlla, vèl minima scientia Patronorum eum præsentantium, & vlteriùs formula eiusdem derogationis præseferret etiàm alteram assertiuam, ipsum fuisse præsentatum à *maiori parte*, vèl saltèm à medietate Patronorum, obiectio superiùs excitata per Sanctem aùt penitus euadebat irreleuans, & inconcludens, aùt huiusmodi superabundans cauthela deroga-
24 tionis, & quodammodò inhiatoria confessio præsentati ad finem assequendæ institutionis emissa, non erat apta nocere illius Auctoribus, & Patronis, ex his, quæ habentur per *Calderin. cons. vltimo, vers. si ergò &c. de Iurepatr., Rot. decis. 74. num. 58. coram Duran., decis. 368., & decis. 512.* vtrobiquè *num. 10. coram Bich.*

In hac igitùr contentione ea profundiori maturitate, quâ decebat, ad stateram Veritatis, & Iustitiæ expositis motiuis, atquè rationibus vtriusque dimicantis, placuerunt (vt etiàm censuerat Ordinarius) magis, ac superlatiuè *Dominis* fundamenta Cœsaris, quàm Sanctis: Posthabito etenim
25 examine proprietatis, ac petitorij, de quibus, non existentibus in Causa Patronis, & vertente lite dumtaxàt intèr præsentatos, non inquiritur, nisi incidentèr, attenta solùm ad hunc effectum quasi possessione eorumdem Patronorum, quemadmodùm vltrà sæpiùs hucusquè præmissa, passim dictum, & obseruatum fuit per *Rotam*, & signantèr *in decis. 115. num. 19., & decis. 305. num. 6. coram Priolo, decis. 181. num. 18. part. 19. recen., & in Mediolanen. Prioratus 15. Februarij 1700. §. Idquè procedit, coram Reuerendiss. D. meo Decano* (aliàs *coram Molines decis. 661. num. 6., & 7.*)

Vtiquè hanc quasi possessionem vrgere pro Cœsare videbatur indubitatum; reassumendo namquè quinque status iàm prænotatos, primus anni 1599., & tertiùs anni 1639. fauore Cœsaris allati, nullam prorsùs inuoluebant obscuritatem, ideòque quandò etiàm reliqui status, secundùm vtrinquè disceptata, aliquam amaritudinem per hypothesim præseferrent, itàut
26 pro neutra Parte forent adscribendi, sempèr præmissa claritudo antecedens fugabat quamcumque nebulam hæsitandi supèr actibus posterioribus ad minùs æquiuocis, & incertis, sicutì ad rem egregiè considerant *Cyriac. contr. 10. num. 24.*, *Gratian. discept. 113. num. 67.*, *Posth. de manut. obseru. 49. num. 4. cum seq.*, *Rot. decis. 706. numer. 5. part. 2., & decis. 166. num. 17. par. 15. recen.*

Certiùs, quià nequè in rei veritate talis incertitudo, & ambiguitas prorsùs concurrebat in reliquis; signantèr enìm cùm vltimus status esset ille anni 1682., ex quo per tùnc præsentati, & instituti obitum contingebat hodierna vacatio, ad notum *consilium Oldradi 229.*, idem status profectò (prætèr cœteras obseruationes superiùs per Cœsarem attributas, atquè *Dominorum* intellectum plenè captiuantes) nusquàm poterat amoueri à sua firmitate facti, per quod realitèr, & effectiuè præsentatus à linea Federici reportauit institutionem, & possessionem Beneficij; vndè non docto de vllo iure, vèl de vllo statu antecedenti claro, & contrario, nequibat Cœsari denegari illa species manutentionis, quæ originatur à supracitato *cap. Consultationibus*, sicutì in omnibus alijs materijs ea sempèr conceditur ad
27 nudum factum, non enìm *Doctores*, & *Rota* aliud explorant pro indagatione manutenibilitatis vltimi status, nisi vtrùm præsentatio prætendentis hunc vltimum statum fuerit effectuata, vt patet ex *Card. De Luca de Iurepatr. disc. 9. num. 2.*, *Rota in decis. impressa penès Marchesan. tom. 1. fol. 439. num. 3.*, *decis. 222. num. 5.*, *& decis. 452. numer. 20. coram san: mem: Gregor. XV.*, *decis. 367. num. 3. coram Card. Celso*, *& decis. 270. num. 1. coram Card. Cerro*.

Quod si *in dicta decis. 181. part. 19. ex numer. 19. vers. ad quem effectum* pulchrè dignoscitur animaduersum, quòd vbi de medio
28 intercesserint consimiles Gratiæ derogatoriæ medietatis, eædem derogationes reputantur sempèr præseruatiuæ iuris aliorum Patronorum, hoc sanè verum extitisset, quandò (vt adamussìm in eo casu accidebat) habenti prò se limpidissimum vltimum statum obiectaretur status penultimus Partis contrariæ qualificatus cum præfata derogatione, is etenìm, veluti aliquo modo elidibilis per præseruatiuam in ipsa derogatione contentam, idoneus non foret ad infractionem vlterioris status nouissimi, & lucidissimi; sed quotiès, pròut hic, è conuersò status anteriores indubitabiles, ac liquidi fauebant Cœsari, intermedij verò apparebant plusquàm turbidi, & disputabiles, eidemque Cœsari vlteriùs suffragabatur etiàm effectuatio nouissimæ præsentationis, non poterat per enunciatam præseruationem in Iure auferri substantia, & consequentia ipsius facti in effectu sub-
29 sequuti, cùm consimiles præseruationes in eo, quod sunt ipsi facto contrariæ, parùm releuent circà sequelam, & importantiam eiusdem facti, per ea, quæ tradunt *Becc. cons. 101. num. 79., & seq. lib. 1.*, *Surd. cons. 440. num. 49., & 55.*, *Rota decis. 125. num. 7.*, *& sequen. coram Dunoz. iun.* cum alijs in *decis. 1291. num. 5. coram Emerix iun.*

Non intrare igitùr arbitrium prò retardatione Litterarum Cœsaris, quas iàm exequendas esse pronunciauerat Ordinarius, & ex opposito illas Sanctis nullam sibi promereri executionem, *Domini* Causâ seriò, & firmitèr discussâ responderunt, vtrâque &c.

ADDITIO R.P.D. AVTHORIS.

QVemadmodùm potissima ratio, ob quam *Rota* in hac Causa censuit, non intrare arbitrium prò retardatione Litterarum Apostolicarum Cœsaris, stetit in efficacia ultimi status, ad normam *Text.* in celebri *cap. Consultationibus, de Iurepatr.*; Ità, nè præsens *Decisio* transeat absquè vlla *Additione*, placuit nonnulla annotasse supèr eadem materia vltimi status, quæ fortè non omnibus erunt iniucunda.

Et primò prætermittere nolui, quòd vltimus status attenditur, & efficax reputa-
30 tur nedùm in Beneficialibus, sed etiàm in quacumque materia, licèt temporali, & prophana, sicutì obseruant *Augustin. Barbos. in dicto cap. Consultationibus num. 7. ad med. vers. Et generalitèr, de Iurepatr.*, *Valenzuel. cons. 190. num. 34. & 35.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 6. num. 39.*, *Grammatic. decis. 67. num. 6.*, *Card. De Luca de Feud. disc. 104. num. 4., & disc. 127. nu. 26. & 27.*, *Rot. decis. 1715. num. 104. coram Coccin.*, *& decis. 69. num. 18. & 19. par. 8. rec.*, *& in Colonien., seù Essendien. Officij Coquinæ Maioris supèr bono iure 1. Decembris 1713. §. Ex longa enim, coram Me*: Et
31 de vltimo statu attendendo in prouisione Commendarum Ordinum Militarium, dictum fuit in *Meleuitana Commendæ Viennensis 21. Februarij 1710. §. Quibus positis, coram D. Card. Scotto.*

Secundò notandum duxi, quòd in Beneficia-

ficialibus vltimus status propemodùm iuuat nedùm in suis familiaribus terminis, vbi lis vertitur intèr duos, vèl plures præsentatos inuicèm de prælatione contendentes sub fundamento, quòd Patroni, qui eos respectiuè præsentarunt, existerent in qua-
32 si possessione præsentandi; sed etiàm vbi quæstio resideat in dignoscenda qualitate Beneficij, putâ àn sit Regulare, vèl Seculare, siuè àn sit gentilitium, vèl hæreditarium, & àn requirat, necnè in præsentato qualitatem Sacerdotalem actu, vèl in potentia, in modum, vt infrà annum pòst reportatam institutionem valeat ad Sacerdotium promoueri, vt promiscuè habetur apùd *Rot. decis. 329. num. 4. par. 16., & decis. 223. num. 14. par. 19. rec., & coram Benincas. decis. 309. num. 3., in Mediolanen. Cappellaniæ 20. Februarij 1699. §. Ità etiàm, coram R. P. D. meo Lancetta* (nùnc intèr eius impress. *decis. 75. num. 12.*) & in *Hipporegien. Beneficij 11. Februarij 1704. §. Et sanè, coram bo. me. Muto, & in Melphitten. Beneficij 5. Decembris 1712. §. Minùs obstat, coram prælaudato D. meo Lancetta* (nùnc intèr suas *decis. 753. num. 22.*) *& in Casertana Beneficij 27. Martij 1715. §. Quæ quidèm, cor. D. Card. Scotto*.

Tertiò, quòd efficacia vltimi status legi-
33 timè probati non eliditur per probationes imperfectas, aùt quocumque modo turbidas, vèl æquiuocas, *Rot. coram Bich. decis. 312. num. 21. & 22., Cels. decis. 367. num. 10., Cerr. decis. 483. num. 10., & 11. & decis. 74. num. 11. par. 18 rec.*; Et quòd pro infractione vltimi status probationes
34 debeant esse claræ, & vniuocæ, itàut contrà illas nil opponi queat, prosequendo dixit *eadem Rot. coram Priol. decis. 38. num. 8. & 11., & in rec. decis. 73. num. 18. & 34. par. 11., decis. 90. num. 12. & 13. par. 12., decis. 423. num. 16. & 17 par. 14., decis. 315. num. 9. par. 18., & decis. 463. nu. 12. par. 19. tom. 2.*

Quartò, quòd expressio Beneficij, siuè
35 eius valoris, aùt qualitatis facta iuxtà vltimum statum præseruat impetrantem à vitio subreptionis, quamuis postmodùm talis expressio in progressu Causæ detegatur erronea, aùt aliàs minùs subsistens, *Rot. decis. 450. num. 8. coram Caualer., & dec. 233. num. 1. in fin. par. 1. rec., & decis. 162. n. 31. par. 12., in Cracouien. Archidiaconatus 26. Iunii 1697. coram bo. me. Molines Decano* (intèr eius modò impress. *decis. 516. num. 3. & 8.*) *& in Cremonen. Beneficij 4. Februarij 1715. §. Quandoquidèm, coram R. P. D. meo Cerro*.

Quintò demùm (aliis ad consulendum breuitati omissis) quod vltimus status nequit impugnari ab eo, qui Beneficium à Sede Apostolica sibi vèl vti qualificato, vèl tamquàm præsentato à medietate Patrono-
36 rum adiudicari obtinuit veluti vacans per obitum (ex: gr:) Titij; exindè namquè talitèr prouisus censetur agnouisse, & admisisse validitatem vltimi status, quem idcircò ampliùs controuertere non potest, ex rationibus frustrà hìc transcribendis, ac benè de cœtero, & solidè perpensis per *Rot. decis. 423. num. 11. par. 14. rec., in Mediolanen. Cappellaniæ 9. Maij 1701. §. Maximè, cor. Card. Priolo, & in Meleuitana Iurispatronatus 31. Martij 1702. §. Etenim, cor. D. Card. Scotto, & in Leodien. Vicariæ de Fleron 23. Ianuarij 1719. §. Sed omnium propè fin., coram R. P. D. meo Cerro*.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI

Ven. 28. Ianuarij 1701.

ARGVMENTVM.

Desumi potest ex præcedenti *decis. 160.*, quæ hìc confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Conditio* = Si sinè filijs = *non subintelligitur in dispositione facta per Patruum fauore Nepotum, excepto casu, quo ille in cælibatu vixisset*.
2 *Discretiua locutio ostendit diuersam voluntatem in casu non expresso*.
Limita, seù declara, vt n. 10.
3 *Appellatione* suorum Bonorum *in Testamentis veniunt solummodò Bona ipsorum Testatorum*.
Limita, vt num. 9.
4 *Verbum vno modo acceptum in vna parte Testamenti, si sit repetitum in alia parte, non debet diuersimodè intelligi*.
5 *Contemplatio agnationis resultat ex iniuncto ordine Primogenituræ cum prælatione masculorum*.
6 *Trebellianica censetur tacitè probibita, quotiès Testator iussit, vt hæres* integralitèr *hæreditatem alteri restituat*.
7 *Statutum mandans, filios in conditione positos censeri dispositiuè vocatos, regularitèr intelligitur, vt illos vocare censeatur ad solam portionem eorum Patris, non verò ad illam Patrui*.
Limita in casu, quo Patruus prædecessisset, eiusque portio, veluti occupata per Patrem superstitem, effecta fuisset vnicum patrimonium ipsius Genitoris, n. 8.
11 *Testator non præsumitur, quod voluerit, melioris esse conditionis minùs à se dilectos, quàm magìs dilectos*.
12 *Dicto* = detti = *relata ad Bona, repetit, & includit vniuersa Bona præcedentèr expressa*.

13 *Testator nequit grauare hæredem in Bonis proprijs, nisi æquiualens emolumentum ei reliquerit, computatis etiàm accessionibus medij temporis.*
Limita accedente consensu hæredis resultante ex simplici aditione hæreditatis Testatoris grauantis non obstante scientia impositi grauaminis, ibid.
Sublimita, si hæres erronee adiuerit hæreditatem fideicommittentis, iusta credulitate ductus, quod grauamen non porrigeretur ad propria Bona ipsius adeuntis, n.14.
Declara hanc sublimitationem, vt n.18.
15 *Testes lite pendente, & ad perpetuam examinati licèt plenè non probent, adhùc non leue faciunt adminiculum.*
16 *Lex, ad similitudinem Ecclesiæ, non iudicat de internis.*
17 *Facta positiua sunt potentiora, quàm verba.*
19 *Frustrà quæritur de adminiculis, vbi deficit ens, & substantia probationis, cui valeant inniti.*
20 *Testes deponentes de auditu ab ijs, qui sunt in Causa interessati, nihil probant.*
21 *Opinio* Doctorum *superueniens non tollit iura alicui ex præcedenti contraria opinione quæsita.*
22 *Facultatem testandi nemo sibi adimere potest.*
23 *Appellatione* = Bonorum = *sub quacumque, etiam generali dispositione, aùt largitione, non veniunt iura, & actiones.*
24 *Bona futura non veniunt sub qualibet generali appellatione* Bonorum, *nisi specificè exprimantur.*
25 *Appellatione* = omnium Bonorum = *in materia vltimarum voluntatum veniunt etiàm iura, & Bona futura.*
Immò quandoquè etiàm fructus, ibid.
Declara, vt n.26.
27 *Nemo potest pro parte testatus, & pro alia intestatus decedere.*
28 *Testator præsumitur, se conformare voluisse cum Iure communi ad hoc, vt eius dispositio substineretur.*
29 *Captatoria dispositio à Iure improbatur.*
Et de tribus speciebus dispositionis captatoriæ, remissiuè, n.30.
Quæ summatim explicantur, ibid. n.31., & 32.
Et remissiuè *paritèr referuntur plures* decisiones Rotales *de hac materia agentes*, num.35.
33 *Terminus* captatoriæ *non cadit, vbi Testator grauat hæredem in Bonis proprijs.*
Nèc quandò Pater seruatâ cautelâ Soccini *grauat filium, vt supponat propriam legitimam fideicommisso per ipsum ordinato*, n.34.

DECISIO CLXXIV.

VElùt à somno, quo consopiti in anteacta contumaciali propositione videbantur, alacriùs, & robustiùs insurgentes, conabantur hodiè PP. Doctrinæ Christianæ, adscitis in auxilium nouis etiàm fundamentorum copijs, præcedentèr editas in Causa *Decisiones*, & præcipuè nouissimam *diei* 25. *Iunij* Sæculi expirati *coram Me*, penitùs abscindere, atquè concutere: Sed soliditas earumdem *Decisionum*, & Iustitiæ propugnantis iura Laurentij, non tolerauit, quominùs *Domini* iterùm quoquè, vbi fuit necesse, primordialia motiua allibrantes, citrà aliquam hæsitationem permanserint in *Decisis*.

Perperàm namquè illos aggredi rursùs compertum est primum extremum voluntatis Alexandri senioris fideicommittentis circà compræhensionem Bonorum aliàs, quàm ex Testamentaria eius largitate, & prouidentia pertinentium siuè ad Franciscum filium, sinè ad alterum Alexandrum iuniorem nepotem; Huiusmodi quippè voluntas, stante litterali Testatoris ordinatione, minimè poterat in genere offuscari, sed ad effectum, ac in indiuiduo, de quo sermo, & lis erat in præsenti, litteram hanc Testamentariam (obiecti cœteròquin occisiuam) iidem Patres arctare angebant soli beneficio lineæ descensiuæ ipsorum Francisci, & Alexandri iun., inculcando, quòd dùm fideicommittens nimiùm discretiuè loquutus appareret quòad vocationem lineæ propriæ effectiuæ, & quóad vocationem alterius sibi per transuersum copulatæ, & sub qua Laurentius continebatur, nulla Iuris ratio patiebatur, quòd in hac materia dupliciter odiosa, nimirùm, & proptèr generale grauamen, quod secùm fert omne fideicommissum, & proptèr alterum asperius includendi sub eodem ligamine etiàm Bona propria adeuntium, fieri quoquo modo deberet extensio vinculi à linea effectiua ad aliam contentiuam; faciliùs etenim fons paternæ charitatis descendit, quàm declinet à dextris, vèl sinistris, exemplo *leg. Cùm Auus, ff. de condit.*, & *demonstr.*, & *leg. Cùm acutissimi, Cod. de fideic.*
1 quarum præsidio (vix in suis casibus excepto Patruo cœlibe) nusquàm potiuntur transuersales, vndè multò proniùs concomitante, vt diximus, vi discretiuæ locutionis, discretum paritèr, ac diuersum voluntatis argumentum eliciendum erat contrà Laurentium collateralem, iuxtà perpensa quòad primam propositionem per *Card. De Luca de fideic. disc.* 115. *num.* 3. 7. & 8., & *disc.* 146. *num.* 11., *Rot. penès Actolin. resol.* 120. *num.* 48., & *decis.* 80. *num.* 4. *par.* 19. *recen.* & circà secundam plenæ sunt
2 paginæ, ex congestis à *Modern. Mantuan. consult.* 55. *num.* 16., *Modern. Palm. intèr eius recollect. decis.* 274. *num.* 58., *Rot. decis.* 638. *num.* 8. *par.* 18., *decis.* 80. *num.* 16., & *decis.* 304. *num.* 12. *par.* 19. *recentior.*

Quòd autèm reuerâ talis intercederet discre-

discretiua (subijciebant Patres), vltrà memoratum rationis discrimen respectu vnius, alteriusuè dispositionis, satis perspicuum reddebatur, ex quo, donèc de fideicommisso ad descendentes limitato peragebatur idem Testator conditionem, & onus iniunxit Francisco filio restituendi = *tutti li detti beni, & eredità di detto Signor Testatore, insieme tutti gl'altri beni proprij di detto Signor Francesco &c.* Quinimmò manifestè paritèr supèr hac ipsa compræhensione Bonorum etiàm hæredis, sese in calce sui Testamenti dilucidè explicauit occasione prosequendi pinguiori emolumento eius Nurum, demandans casu, quo Francisco filio suo, & respectiuè Marito superesset, illam gaudere = *delli frutti, vsufrutti, godimenti, & vtilità, e commodità di tutti li detti beni, & eredità, & altri sopra menzionati*; A' contrario autèm progrediens Testator ad substitutionem transuersalium, vt ibi = *e venendo tutta la detta Famiglia, e descendenti di detto Signor Testatore à finire* = subiunxit *in detto caso hà sostituito à tutti li suoi detti beni, & eredità li figli del Signor Nicolò Serre fratello di detto Signor Testatore* = absquè eo, quòd vèl expressè (vt in primis substitutionibus commodo descendentium iniunctis) subiugasset Bona propria adeuntium suam hæreditatem, vèl æqu pollentèr per verba satis ampla id ipsum repetijsset, vtì fecit in legato vsusfructus Nurui relicto; Quandò tamèn, etiàm à qualibet discretiuæ
3 efficacia præscindendo, in nuncupatione suorum Bonorum, & hæreditatis regularitèr non veniunt, nisi Bona, & hæreditas solius Testatoris, sicuti ad celebrem doctrinam *Baldi in leg. Cum alienum num. 9. vers. dubitatur, Cod. de legat.* prosequitur *Cephal. cons. 516. num. 24. lib. 4.*, *Peregrin. de fideic. art. 6. num. 12.*, *Rot. coram Duran. decis. 93. num. 12., & decis. 119. num. 3., in rec. decis. 189. num. 6. par. 4. tom. 2., decis. 127. num. 13. par. 15* & in eius confirmatoria *coram Priol. decis. 378 num. 5. & seqq.*

At contrà hæc facilè animaduersum fuit, quod iàm substantialitèr huiusmodi iterata hodiè ratiocinia superabundè extiterant conuulsa in præcedentibus *Decisionibus*, & signantèr in illa *diei 19. Ianuarij 1699.* & in altera *diei 20. Ianuarij 1700. coram R. P. D. meo Muto*; Licèt enìm identificam in vtroque casu rationem conseruandi Familiam, & agnationem seriè pro compræhendenda in vtraque specie Bonorum ponderatam in præcitatis *Decisionibus* nimiùm subtilitèr informantes pro reis restringere satagerent ob enunciatam affectionis differentiam ad Familiam solummodò effectiuam, adhùc laudari poterat ingenium, sed non stabilitas motiui; tùm quià Testator etiàm deflectendo ad Collaterales processit sub eadem methodo, ordinis scilicèt primogenituræ, ac prælationis masculorum, quam adamussìm adhibuerat in priori parte vocationis suæ descendentiæ, ideòque diuer-
4 simodè capi non poterat ea dispositio, quæ penitùs identificè, nedùm similitudinariè legebatur exarata, argumento *Text. in leg. Iàm hoc iure, de vulgar. & pupillar.* & notat *Bartol. in leg. Centurio num. 27. ff. eodem*, *Rota decis. 475. num. 10. par. 14. rec. & in Romana Saluiani 13. Iunij 1698. §. Lex deniquè, coram Me (tom. 1. decis. 50. n. 21.)*

Tùm & fortissimè, quià iàm vsquè ab initio Testator antè vllam designationem graduationis in succedendo præceperat, fieri ab hærede suppositionem propriorum Bonorum oneri restitutionis, ac propterea, aliis non accedentibus validissimis circumstantijs, nequibat fieri illa separatio Bonorum in secundo progressu ad transuersales, quæ fieri nequaquàm valebat in primo intrà descendentes; Maximè dùm (quidquid in oppositum contenderetur, ex quo Fideicommittens inferiùs non replicauerat verbum *Familia*) profectò eadem indicia exoptatæ conseruationis agnationis non desierat exprimere in huiusmodi nouissimo pro-
5 gressu, scilicèt demandationem ordinis Primogenialis, ac masculorum prælationem, ex quibus contemplatam fuisse agnationem communitèr arguunt *Fusar. de subst. quæst. 499. num. 12.*, *Altograd. iun. contr. 36. num. 51. & seqq.*, *Modern. Palm. intèr eius recollect. decis. 275. num. 19. 20. & 31.*, *Rot. coram Coccin. decis. 267. nu. 12. & 13.*

Addito, quod eò minùs fieri poterat præfata separatio Bonorum propriorum adeuntium à Bonis Testatoris in hac progressione ad Collaterales, dùm oppositum palpabatur volitum à Testatore; is quippè statim pòst factam, siuè ordinatam commixtionem Bonorum vtriusque originis, in hac ipsa vocatione ex latere iussit, quòd maior æuo gauderet = *intieramente di detti suoi beni, & eredità*; nil verò magis diametralitèr resistit separationi, quàm præcep-
6 tum seruandi integralitatem, vt in durioribus, videlicèt ad finem impediendi deductionem Trebellianicæ (quæ de mente, & censura Iuris separari solet, ac debet) stante verbo *intieramente*, vno ore tradiderunt *Menoch. consil. 374. num. 11.*, *Ruin. cons. 159. num. 6. lib. 3.*, *Peregrin. de fideic. art. 3. num. 90.*, *Rota decis. 509. numer. 3. coram Dunoz. Iun.*, *decis. 14. numer. 3. par. 15.*, *& decis. 578. num. 12. par. 18. recen.*, *& in Romana Trebellianicæ 16. Ianuarij 1690. §. Minùs releuat, coram bon. mem. Emerix* (intèr suas *decis. 940. nu. 8.*) *& 19. Ianuarij 1693. §. Et fanè, coram bo. me. Benincasa* (intèr eius modò impress. *decis. 326. num. 3.*)

Et

Et ob id superfluum dicebatur immorari supèr enunciata differentia propensionis, & charitatis in ordine ad descendentes, & transuersales: ista etenim aliquam valuissent abstractiuè causare impressionem, quotiès Testator eumdem amorem opportunè non ostendisset potiùs ergà agnationem, quàm ergà qualitatem descendentiæ, eadem, vt præmisimus, argumenta patefaciendo, eumdemque succedendi modum ad vnguem præfiniendo in vtraque substitutione; quamuis de reliquo tanta vis est commixtionis Bonorum, quæ postmodùm efficiuntur vnum patrimonium, vt in simi-
7 li quotidiè videamus, quòd quantumuis filij in conditione positi per Statutariam declarationem, siuè æquitatem censeantur regularitèr tantummodò vocati ad portionem eorum Patris, non autèm Patrui, ni-
8 hilominùs si Patruus, cui Pater fuerat substitutus, prædecedat, & Genitor illius portionem iàm occupauerit, Filij per Statutum inuitati perfruuntur subextensione Municipij etiàm ad Bona Patrui, velutì constantia vnicum effectum patrimonium proprij Parentis, sicùt aduertit *Gratian. discept. forens. cap.* 371. *num.* 12. *cum seqq.*, *Carol. Anton. De Luca ad eumdem animaduers.* paritèr 371. *num.* 5., *Card. De Luca de Fideic. disc.* 78. *num.* 6., *& disc.* 79. *num.* 3., *Rot. coràm Gregor. decis.* 337. *num.* 3., *cor. Royas decis.* 481. *num.* 11., *& in rec. dec.* 474. *la* 1. *num.* 1. *&* 2. *par.* 13., *ac dec.* 68. *num.* 1. *par.* 14.

Neque idcircò tàm eleuari merebatur potentia supradictæ discretiuæ loquutionis, dùm maturè perpensâ formulâ loquendi, illa non aderat, nisì inquantùm magis asiaticè, vèl laconicè loquutus erat Testator, cui sufficiebat dixisse = *tutti li detti suoi Beni*; vniuersalitas enim = *tutti*, ac repetitio = *li detti* = satìs, superquè continebat compræhensionem Bonorum quoquè propriorum adeuntium: quemadmodùm quippè Flumina Oceanum intrantia nomen, quin & dulcedinem deperdunt, ità vbì quis propria Bona etiàm relatiuè ad alterius Testa-
9 mentum submittit, Bona hæc per eum submissa prorsùs assumunt naturam Bonorum primi Testatoris, vt pulchrè inquit *Rota in Romana, seù Reatina fideicommissi* 2. *Decembris* 1697. *§. Placuit cum seqq. coram R.P.D. de la Tremoille, & in alia Romana, seù Reatina fideicommissi de Vincentinis* 14. *Iunij* 1697. *§. Quo verò ad alterum, &* 28. *Aprilis* 1698. *§. Superiùs, coràm R. P. D. meo Muto, &* 12. *Iunij* 1699. *§. Quibus tamèn, coràm R. P. D. meo Scotto.*

Quòd si legando Nurui vsumfructum Fideicommittens adiunxit = *& altri sopranominati*, hoc fortè (citrà vllam illationem, quæ fieri posset ex vi discretiuæ) præscripsit, quià diuersificabatur forma disponendi, cùm eadem Nurus non esset substituta, sed simplex legataria temporalis vsusfructus, sicque minimè valebat vigore eiusdem peculiaris legati, quotiès Testator aliud non expressisset, quàm = *detti suoi beni*, *& Eredità* = capessere vsumfructum eorumdem aliorum Bonorum, sicutì è conuerso vigore solius substitutionis consequuntur generalitèr, & sinè vlla restrictione substituti omnia ea Bona, quæ per voluntariam submissionem adeuntis iàm constituebant vnicum Assem indiuisibilem, secundùm *Authoritates*, & exempla mòx recensita; quapropter, acce-
10 dente ponderatione differentiæ, eneruem remanere discretiuam nemo est, qui nesciat, ex adductis per *Rot. decis.* 406. *nu.* 8. *&* 9. *coram Priolo*, *& in rec. decis.* 174. *num.* 21. *par.* 4. *tom.* 1., *decis.* 274. *num.* 15., *& decis.* 478. *num.* 10. *par.* 18.

Quin etiàm retorqueri poterat iste discursus; quoniàm si Testans voluit, eius Nurum minùs profectò dilectam, vtpotè relictam tantummodò vsufructuariam, consequi debere (ad hypothesim obiecti) vsumfructum quoquè Bonorum ad adeuntes iure proprio spectantium, multò faciliùs id erat affirmandum respectu Nepotum, & descendentium transuersalium, quos indefi-
11 nitè in vsufructu, & proprietate substituerat, nè aliàs vberiorem nancisceretur sortem, & conditionem minùs dilectus, quàm magis, contrà regulam, de qua *Altograd. cons.* 45. *num.* 28. *&* 29. *lib.* 1., *Fusar. de substit. quæst.* 460. *num.* 16., *Castald. consult.* 147. *num.* 5., *Modern. Luceu. consult.* 321. *num.* 10., *Rot. decis.* 46. *num.* 21. *coram Dunoz. iun.*

Eâdemque securitate corruebat generalior illa propositio, quòd Testator testans de Bonis suis, nullatenùs credatur includere voluisse Bona propria grauati; hoc namquè rectiùs aptari potuisset, quotiès ità appareret loquutus, simplici (exempli gratiâ) onere restitutionis grauando Franciscum filium, vèl Alexandrum nepotem, vt sunt termini aduersantium *doctrinarum*: sed cùm de tempore aperiendæ substitutionis fauore transuersorum Bona primorum hæredum per voluntariam subiugationem eorumdem hæredum effecta fuissent sua, siuè vnica ipsius hæreditas hoc spontaneo quodammodò incremento, siuè alluuione
12 perauċta, satìs erat dixisse = *detti suoi beni*, cùm dictio = *detti* = repetat, & includat vniuersa Bona, de quibus mentio superiùs facta comparet, *Capon. discept.* 237. *num.* 14., *Add. ad Buratt. decis.* 742. *num.* 12., *Rot. coram Vbald. decis.* 518. *num.* 6., *Zarat. decis.* 114. *num.* 3., *Priol. decis.* 113. *num.* 11., *Ottbobon. decis.* 1. *num.* 35., *& in rec. decis.* 431. *num.* 14. *part.* 9.

Denuò igitùr ex præmissis constabilitâ voluntate Fideicommittentis, in nihilo adiuuit Patres restauratio impugnationis quòad alterum extremum potestatis; inquantùm etenim eadem retexebantur obiecta, quæ in anteactis Causæ discussionibus maturè fuerant examinata, ac propulsata, videlicèt quòad necessitatem expectandi relationem Peritorum pro commensuratione æquiualentiæ, seù tantumdèm, *Domini* iuremeritò renuerunt tempus inutilitèr conterere, dùm, quidquid dixisset Peritia nullibì in hoc articulo necessaria, ideòque nèc etiàm expectanda, plenissimè, & ad satietatem satisfactum reperiebatur oppositioni, quandò constabat de scientia Testamentariæ ordinationis in hærede, isque magis sibi proficuum reputans acceptare legem subiugationis propriorum Bonorum, simplicitèr, & absquè vllo separatiuo beneficio Inuentarij, ipsi hæreditati se immi-
13 scuit, in his etenim terminis potestas Testatoris,(cœteròquin sinè relictione æquiualentiæ computatis medij temporis accessionibus inefficax,) animam, & vigorem recipit à voluntate sic adeuntis, & aliàs ab hæreditate fideicommittentis exclusi, exemplo legitimæ, quæ scientèr, & voluntariè (seruatâ *Soccini* cauthelâ) supponatur paternæ iussioni, tàm ex rationibus, quàm *Authoritatibus* fusè perpensis in præcedenti *Decisione dici 20. Ianuarij 1700. §. Voluntas, cum seqq. coram R. P. D. meo Muto*, & in altera *diei 25. Iunij eiusdem anni ex §. Est etiàm, vsquè ad finem, coram Me* (suprà *decis. 160. ex num. 6.*)

Ad infringendam verò supradictam scientiam paterni oneris, conditionis, & præcepti, reliquis oppositionibus ibidèm reiectis, & consequentèr etiàm hodiè posthabitis, nullum robur superaddere valuit quoddam *Consilium* ad instantiam, (vt supponebatur) eorum, à quibus causam Patres desumebant, editum à *bon. mem. de Philippo*, per quod ipse putare videbatur, grauamen propriorum Bonorum nullatenùs amplecti Bona propria adeuntium in casu transitus substitutionis ad consanguineos extinctâ iàm Familiâ effectiuâ, quasi quòd sub hac bonâ fide non retorquibili promanauerit aditio hæreditatis facta simplicitèr, vn-
14 dè detecto hactenùs, si qui erat error, collabescat consensus erroneè præstitus acceptationi per hæredem fideicommittentis, ad tradita per *Text. in leg. Non idcircò, C. de Iur., & fact. ignor., clar. mem. Card. Albic. de inconstant. in Iudic. quæst. 24. num. 86., Card. De Luca de Dot. disc. 156. num. 29., Modern. Argentan. collust. 5. num. 85. vol. 2., Modern. Palm. intèr eius recollect. decis. 89. num. 19., Rota coram Pamphil. decis. 454. num. 13., & coram Dunoz. iun. decis. 985. num. 2.*

Eòque validiùs (sicuti PP. prosequebantur) conspirantibus in idem quatuor Testibus deponere satagentibus, quòd in rei veritate sùb hoc præsupposito, & non aliàs adita fuerit hæreditas ex parte præfatorum Francisci, & Alexandri; etsi namquè iidem Testes legerentur ad perpetuam, & iurgio pendente dumtaxàt examinati, adhùc demonstrato primordio eiusdem veritatis per exhibitam *Consultationem* prædicti *bon: mem: de Philippo*, negari non poterat, quod huiuscemodi Testes magnum fomen-
15 tum præberent ipsi erroneæ præsumptioni, cùm sempèr tales etiàm informes depositiones non leue inferant adminiculum, vt monet *Angel. de Confess. lib. 1. quæst. 8. numer. 22., Gob. consult. 36. num. 29., Modern. Argentan. collust. 44. num. 132. lib. 2., Rot. in Anagnina Iuris pascendi 24. Martij 1692. §. Tandèm, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr eius nùnc impress. *decis. 206. num. 8.*), *& in Romana Pecuniaria supèr exhibitione 21. Iunii 1694. §. Descendit, coram R. P. D. meo Muto.*

Illicò namquè remansit profligata defensio, circumspecto claro, & ineuitabili dilemmate, quòd vèl memoratum *Responsum* eximij cœteròquin tùnc temporis Aduocati (cùm de illius editionis tempore præcisè non constaret) prodierat antè aditionē, siuè actus illam consecutiuè trahentes, aùt pòst: si etenìm antè, omnis ratio, Iurisque necessitas expostulabat, quòd iidem Authores Reuerendorum Patrum, loco sese intrudendi simplicitèr in hæreditate fideicommittentis, solemnitèr de hoc animo, & intentione testarentur; faciendo quippè contrarium, inutilitèr restabat hæc intentio in Insula mentis relegata, eique potiùs
16 videbatur renunciatum; Potissimè, quià lex ad similitudinem Militantis Ecclesiæ, excepto casu interpretandi scriptam voluntatem per extrinsecas, aùt intrinsecas con-
17 iecturas, non iudicat de internis, sibique (cùm potentiora sint facta positiua, quàm verba, & actus præparatorij, & præambuli) debebant imputare Franciscus, & Alexander, quarè legem non dixère lucidiùs, & apertiùs, quemadmodùm in similibus respondit *Papinian. in leg. Veteribus, ff. de pact., Rocca disput. Iur. select. cap. 67. numer. 33., Modern. Palm. alleg. 400. num. 43., Rot. coram Buratt. decis. 334. num. 3., in recen. decis. 317. num. 42. part. 18., & decis. 163. num. 8. part. 19.*

Immò si fas erat de internis quærere iudicium, non àbs re locum sibi vindicare poterat suspicio, quòd & alij *Iurisperiti* desupèr fuerint consulti, & fortè senserint oppositum, vndè prænominati hæredes verentes, nè in hoc sententiarum conflictu, conditionalitèr acceptando hæreditatem, ab

ab ea deciderent ob præfatam speciem *cautbelæ Soccini* egregiè adhibitam in Testa-
18 mento Fideicommittentis, satiùs idcircò duxerint non priuare se, suosque descendentes probabilitèr in longum duraturos illo emolumento, quod vnà cum fructibus intermedijs adhùc ignoratur (cessante hodiè necessitate Peritiæ) àn æquet grauaminis importantiam, iuxtà deducta per *Gratian. discept. forens. cap.224. num.88.*, *Fontanell. decis.87. num.14.*, *& 15.*, *Modern. Palm. intèr eius recollect. decis.143. num.25.* cum alijs in *Vrbinaten. Pecuniaria* 14. *Maij* 1700. *§. Tertiò in fin. coram Me* (suprà *decis.149. num.10.*)

Lapso fundamento prælaudatæ *Consultationis*, retentâque primâ parte dilemmatis, nesciebatur, quæ fides posset mutuari Testibus supradictis eamdem *Consultationem* communiri videntibus, dùm nèc ipsi præcisè tempus eorum auditus, & scientiæ percutiebant, & consequentèr inuoluebantur
19 sub eodem dilemmate: Verùm frustrà agebatur de adminiculis, vbì desiderabatur ens, & substantia, cui possent inniti, ad *Text. in leg.2. ff. de vsufruct.*, *& in leg. Eius, qui, in Prouincia, vers. quarè, ff. de reb. credit.*; & de cætero vltrà informitatem depositionis iàm adnotatam, & prætèr notam domesticitatis, & tenuis conditionis,
20 in omnem casum obstabat, quòd eorum assertio regebatur à simplici auditu ab ijs, qui formale detinebant interesse, quo casu sufficientis probationis gradum minimè constituere, tritum est, ex collectis per *Capyc. Latr. consult.83. num.29.*, *& seqq.*, *Fax Iordan. vol.3. tit.18. num.540.*, *Modern. Argentan. collect.3. num.65. lib.1.*, *Rot. coram Ottbubon. decis.10. num. 56.*, *Buratt. decis.237. num.11.*, *& in Anagnina, seù Sublacen. Confinium supèr bona iure 23. Februarij 1693. §. Nihil, coram bon. mem. Emerix*, quæ est *decis. 28. num. 8.*, *& 9. pòst Card. Albic. de Inconst. in Iudic.*.

Aùt verò totiès nuncupata *Consultatio* pòst iàm aditam hæreditatem prodierat, & in his terminis de ea dici poterat *sero ve-*
21 *nisti*, cùm non liceret per opinionem superuentam *Doctoris* singularis anelli ius iàm quæsitum substitutis, ad notissima Iura, de quibus etiàm in fortioribus *Card. De Luca de alienat.*, *& contract. prohib. disc. 56. numer.7.*, *& 8.*, *& in Miscell. Eccles. disc.5. num. 28.*, *Rot. decis. 25. num. 12. coram san. mem. Alex.VIII.*, *& decis.5. num.21. part.14. rec.*

Dignoscentes, vt par erat, Informantes prò Patribus duritiem prouinciæ quòad impugnandam in concreto potestatem Testantis, recursum habuêre ad subalterna legis auxilia, de nouo obijcientes, quod admissa hac generali potestate, quià nihilominùs idem Testator præceperat subiugari fideicommisso vniuersa Bona propria non solùm à certis personis promanantia, sed etiàm *d'altri qualunque*, hìnc vèl ipsum præceptum in se non teneret, vèl etiàm volentes non potuerint ipsimèt hæredes instituti illud implere, siquidèm ità submittentes alie-
22 næ dispositioni Assem proprium vniuersum, auferebant à se illam testandi facultatem, quàm Iura nostra, saltèm in summa idonea ad alliciendum hæredem, præscripsêre illibatam, nè aliàs homines ingenui asperitatem, immò & maculam paterentur intestabilitatis, aduersùs sancita *in leg. Stipulatio hoc modo concepta*, *vbì gloss.*, *Bart.*, *& alij*, *ff. de verbor. obligat.*, cum quibus *Castald. consult. 138. num. 1.*, *& consult. 260. num. 13.*, *Torr. de pact. futur. succefs. lib. 1. cap. 2. num. 9.*, *Card. De Luca de Testam. disc. 42. num. 11.*, *& de Donat. disc. 23. numer. 3.*, *Rot. coram Royas decis. 282. numer. 13.* cum alijs in *Romana, seù Veneta Immissionis* 12. *Maij* 1698. *in principio, coram Me* (*tom. 1. decis. 44. num. 1.*)

Verùm non minùs huiusmodi auxilium claudicabat; quoniàm cùm nullibì sub præcepto, & grauamine fideicommittentis starent iura, credita, & actiones (res propriæ hæredum institutorum), neque paritèr facta foret mentio de Bonis futuris, tùnc ad præseruandum actum voluntariè gestum, vtraque species tàm iurium, quàm Bono-
23 rum, reputatur non venire in quauis de cætero prægnantissima dispositione, aùt largitione, pròut respectu iurium habetur apùd *Card. De Luca de Testam. dicto disc.42. num.11.*, *& de Donat. dicto disc.23. num.3.*, *Antunez de Donat. Reg. lib. 2. cap. 1. numer.4.*, *Cutell.* paritèr *de Donat. disc. 1. spec.1. num.21.*, *& seqq.*, *Rot. coram Dunozet. iun. decis.958. num.10.*, *& in recen. decis.211. num.1.*, *& seqq.*, *ac decis.273. nu-*
24 *mer.14.*, *& 17. part.11.*, & quòad Bona futura non includenda in quacumque generalitate, prosequuntur *Hodiern. in leg. Hac edictali quæst.11. num.75.*, *Torr. de pact. futur. success. lib.3. cap.5. num. 62.*, *Episc. Rocca cap.55. num.17.*, *& seqq.*, *Modern. Foroliuien. ad Ramon. obser. 27. num. 42.*, *& seqq.*, *Rot. in Ariminen. fideicommissi Bandi*, *& Æneæ de Bandis 5. Martij 1698. §. Nullatenùs, coram Reuerendiss. D. meo Molines* (nùnc intèr suas *decis. 544. num.3.*, *& 4.*), *& in eadem 11. Martij 1699. §. Quoniàm*, *& 5. Iunij eiusdem anni §. Neque, coram R.P.D. meo Scotto*, *& 2. Decembris prædicti anni §. Idipsum, coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Nilquè refragabatur, quòd hæc responsio congrueret donationibus, alijsque contractibus, ac gestis intèr viuos, secùs antèm

in

25 in subiecta materia vltimarum voluntatum, in quibus appellatione *omnium Bonorum* compræhenduntur etiàm iura, ac Bona futura, & demùm in suis casibus etiàm fructus, ex doctrina *Bartol. in leg. si ità, vers. dic, ff. de aur., & argent. legat., Peregrin. cons. 63. num. 9. lib. 4., Eugen. cons. 15. numer. 37., & seqq. lib. 2., Rot. coram Royas decis. 182. num. 2., & decis. 317. num. 3., & coram Priolo decis. 113. num. 9. cum duob. seqq.*

Siquidèm crassa nimis latebat in hoc æquiuocatio: quia *Bartol., & alij* oblo-
26 quuntur vèl de legato particulari ad rem non conferente, cùm vis stet in asserta totius Assis compræhensione; vèl etiàm peragunt de institutione generali secumferente
27 non solùm iura, sed Bona quoquè futura pro effugienda illa monstruositate, quòd quis decedat in parte testatus, in altera intestatus, quam lex abhorret, iuxtà *Text. in leg. Ius nostrum, ff. de regul. Iur.*, & aduertit *Peregr. de fideicom. art. 11. num. 65., Modern. Palm. alleg. 331. num. 13., & alleg. 200. num. 2., Cirocch. discept. 44. num. 12., Modern. Buxetan. de confus., & distinct. hæred. cap. 21. num. 25., Sperell. decis. 145. num. 5., & decis. 146. num. 8., Rot. coram Cerro decis. 98. num. 19., & in rec. decis. 382. num. 12. part. 16., & decis. 368. num. 4., & seqq. part. 18.*

Cœterùm non sic est, quandò Testator vltrà vniuersum, proprium que Patrimonium, de quo disposuit, iniungit supponi ab hærede omnia eius Bona, quià tùnc non intrat prædicta monstruositas, ac repugnantia, nequè de per se solummodò operatur iussio Testatoris, sed totum facit consensus hæredis intèr viuos verbo, vèl facto per quasi contractum aditionis voluntariè præstandus, ac propterea in hoc casu inspici debet factus intèr viuos ipsius hæredis, qui vult sùb ea lege quasi contrahere; cùmque idem quasi contractus non trahatur de sui natura ad iura præsentia, multòque minùs ad Bona futura, termini præfatarum *Autoritatum*, & ipsius obiectionis nimìs impares deteguntur, & tamèn, seclusa applicabilitate prædictæ monstruositatis, etiàm vbi luberet penetrare mentem Testatoris præcipientis omnium Bonorum suppositionem, non alia capienda foret interpretatio, quàm consona legibus, videlicèt, vt pro faciendo actu ab hærede intèr viuos, ad illius præseruationem intellexerit minimè contineri credita, iura, & actiones, necnon Bona futura, ex ea nimirùm
28 æquitatiua, & recepta propositione, quòd Testator censeatur velle suam dispositionem substentari, sempèrquè suam intentionem prout de Iure legibus accommodasse, *Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 6. num. 1. Card. De Luca de Testam. disc. 42. num. 11., Gobb. consult. 150. num. 3., Ios. De Rosa consult. 34. num. 13., Rodulphin. alleg. 67. num. 6., Modern. Lucen. consult. 86. num. 13., Saminiat. controu. 28. num. 15., Rot. coram Priol. decis. 355. num. 4., & coram Vbald. decis. 511. num. 5.*

Non maioris ponderis compertum est postremum refugium, quod pariformitèr intrà lineam defectus potestatis versabatur, videlicèt, quòd ad omne peius generica hæc ordinatio subiugationis Bonorum propriorum hæredibus infixa per Testatorem, nulla redderetur, tamquàm sauciata vulnere, seù vitio horribilis in Iure dispositionis
29 captatoriæ, per quod istæ formulæ expiscandi alienam hæreditatem seriò plectuntur, & improbantur, ex traditis *in leg. Captatorias, C. de Testam. Milit., & in leg. Captatoriæ, ff. de legat. 1.*, & per *Gratian. discept. 908. num. 1., Carol. Ant. De Luca ad eumdem* paritèr *animaduers. 908. num. 5., Peregrin. de fideic. art. 33. num. 60., Rodulphin. alleg. 19. num. 4., Rot. coram Cerr. decis. 321. num. 12. cum seqq., Dunoz. iun. decis. 925. num. 1., & coram Coccin. dec. 2025. num. 3.*

Nimiùm quippè ab hac, immò hiscè thesibus aberrare exemplum, siuè discursus captatoriæ dispositionis *Domini* dixerunt,
30 cùm nulla ex triplici specie eiusdem captatoriæ, de quibus *Carol. Ant. De Luca de considerat. hæred. cap. 91. num. 14., Rot. decis. 350. num. 4., & seqq. part. 6., decis. 23. num. 12., & seq. part. 11. rec., & in Aretina, seù Ciuitatis Castelli Manutentionis 10. Iunij 1695. coram R. P. D. meo Scotto, & 9. Aprilis 1696. coram R. P. D. meo de'Olmo,*
31 congrueret in præsenti; nàm nèc voluntas Alexandri senioris in alterum conferebatur directè, aùt indirectè, siuè remissiuè, aùt plenariè, nèc intantùm fiebat institutio, aùt substitutio, inquantùm persona instituta, vèl substituta viceuersâ institueret, vèl substitueret ipsum Testantem, vèl aliam personam ei benè visam, sicutì quippè in primis duobus casibus Iura nolunt, Testamenti factionem ab alieno arbitrio pendere, ità in vltimo abnuerunt auferri liberam illi decepto, seù allecto facultatem testandi, quam vnicuique tribuerant, pròut optimè perpendit *Carol. Ant. De Luca dicta animaduers. ad Gratian. 908. num. 4. vers. recedendum, Duran. de condit., & mod. impossib. part. 3. cap. 5. num. 12., Surd. decis. 681. numer. 6., Rot. coram Seraphin. decis. 363. numer. 6., & coram Coccin. decis. 2000. num. 5.,*
32 *& dicta decis. 23. num. 13. part. 11. rec.*; & prædictum vltimum casum restitutionis faciendæ à substitutis de propria hæreditate, percutiebat magnificata *decis. 925. coram Dunoz. iun.*

Tractabatur etenim hodiè de nudo grauamine in Bonis proprijs adeuntis, quod
33 à contrario Iura collaudant, & admittunt, *Peregrin. conf.63. num.1. vol.4.*, *Carol. Anton. De Luca de confident. hæred. cap. 114. num.3.*, *Card. De Luca de Testam. disc.42. num.9.*, *& de fideic. disc.134. num. 14.* Atque de reliquo, si subsistisset assumptum,
34 nèc etiàm mediante approbata *Soccini* cauthela valeret (prout hic) conditionalitèr iniungi, quòd filius legitimam propriam, quæ fingitur à die obitus paterni per Ensem legis ab alio Asse amputata, spontaneè supponi fideicommisso paterno, vt benè demonstrat Præceptor meus *Card. De Luca de Testam. dicto disc.42. num.9. vers. aliàs etenim.*

Et ità &c. vtrâque &c.

ANNOTATIO D. ADVOC. LVPARDI.

Decisio hæc (quæ nùnc extat quoquè impressa apùd *Balducc. rer. iudic. tit.3. decis. 32.*) est confirmatoria alterius, de qua suprà in ordine *la 160.*, solùmque in ea euacuantur noua obiecta adducta per PP. Doctrinæ Christianæ Auenionis iteratò succumbentes, ac postmodùm per eos repetita in vlteriori Instantia *coràm Card. Scotto*, ut patet ex illius *Decisione* edita sub die *19. Ianuarij 1703.*, ac registrata penès *Torr. var. quæst. Iur. tom. 2. in Miscellan. part.1, tit.12. decis.14.*, quæ huic liti finem imposuit.

De materia dispositionis captatoriæ, quam tangit Decisio *num.29.*, *& seqq.*, plu-
35 riès actum fuit in Rota, vt prætèr resolutiones *ibidèm* citatas liquet ex *Seraphin. decis.359.*, vbi de donatione captatoria, veluti facta intuitu Testamenti per Donatarium exarati fauore Donantis, *Martin. Andr. decis.73. ex num.11.*, *Dunozet. sen. decis. 218, num.25. cum duobus seqq.*, *& decis.296. per tot.*, *Dunozett. iun. decis.756.*, *Cels. decis.10.*, *Benincas. decis. 140. ex numer.8.*, *& decis.188. num.6.*, *& intèr impress. ad ornatum Card. De Luca tom.1. lib.9. decis.15.*, *& coram Lancetta decis. 375. numer.14. cum duob. seqq.*, *in Romana Primogenituræ de Offolis 21. Ianuarij 1725. coram Cerro iun.*, *& in Pisauren. Hæreditatis 14. Iunij 1726. coram eod. Cerro*, *& 14. Februarij 1727. coram Eminentissimo D. Card. Aldrouando.*

FAVENTINA SALVIANI.

Veneris 28. Ianuarij 1701.

ARGVMENTVM.

Sumi potest ex præcedenti *Decis. 134.*, quæ hic confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit Creditori posteriori Venditoris pro indiuiso aduersùs Emptorem etiàm possidentem iure hypothecæ anterioris, si hæc non absorbeat integrum valorem rei emptæ.*
2 *Facto variato necesse etiàm est, vt varietur Ius.*
3 *Petit frustrà vnusquisque quod intùs habet.*
4 *Obligatus ad faciendum inuestimentum eo omisso tenetur ad fructus, quos illud reddidisset, quatenùs effectiuè factum fuisset.*
5 *Venditor, si post rem Emptori traditam promissa non adimpleuerit, potest repelli ope exceptionis à consecutione tàm pretij, quàm fructuum recompensatiuorum.*
Sed non exindè Emptor euadit immunis à præstatione dictorum fructuum etiàm pro toto tempore præterito, in quo Venditor defecit in adimplendo promissas cauthelas, num.6., & 8.
Amplia, *vt* n.9.
7 *Quem de euictione tenet actio, eumdem agere volentem repellit exceptio.*
10 *Fideiubens fauore Venditoris pro solutione pretii facien. per Emptorem, non tenetur pro fructibus recompensatiuis.*
11 *Fideiussor pro sorte, an, & quandò teneatur ad Vsuras, remissiuè.*

DECISIO CLXXV.

Noua iura producendo Carolus, contrà quem resolutum fuerat sub die *prima Martij* Sæculi transacti, *dandam esse Immissionem* fauore Castellini, nouam etiàm à benignitate Tribunalis impetrauerat audientiam, sèd prorsùs inutilitèr; quià postea ad vlteriorem trutinationem, alterumuè certamen, etsi ab eo prouocatum, comparere detrectans, coêgit *Dominos*, & iure meritò, vt vrgente Castellino, hodiè responsum fuerit pro persistentia *in decisis*.

Siquidèm ad terminos quoquè Rubricæ = *vt quæ desunt Aduocatis Iudex suppleat* = expensis tùm veteribus, tùm nouis iuribus, vt suprà productis à Carolo, agnitum incontinenti fuit, quod totus huiusmodi apparatus plus rumoris, quàm ponderis præseferret, itàut nèc in minimo deturbaret cardinem præcedentis resolutionis; Cum enim, sicùt uberrimè habetur in *Decisione* ædita sub prædicta die *prima Martij* (*suprà decis. 134.*) processum extiterit cum supposito, quod allegata per Carolum retentio Prædij *del Gabadino*, ei nequaquàm suffragari valeret, quià credita anteriora, quorum ratione obiectabatur retentio, non conscendebant, nisi ad *scut. 500.*, ideòque apta non erant retardare immissionem Ca-
1 stellino habenti pro suo credito hypotheca-

tum

tum idem Prædium *del Gabadino*, ex quo illius valor pertingebat vsquè ad *scuta 3160.*, in quibus terminis innegabilis efficitur immissio Concreditori, saltèm pro indiuiso, ex *Merlin. de pignor. lib.4.quæst.44. num.19. & seqq.*, *Rot. decis. 151. num 24. par. 19. rec.* cum alijs in antecedenti *Decisione prima Martij §. Omissis (dicta decis.134. num.11.)* & quibus ad ornatum addi etiàm posset *Rota decis.520. num.4. par.18., & in Foroliuien. Saluiani 11. Ianuarij 1677. §. Tantò magìs, coràm bon. mem. Bourlemont, & in Romana Fideicommissi de Matthiettis 7. Decembris 1699. §. At quià, coram Me* (suprà *decis.117. num.38.*)

Vtiquè in præsenti multiplicabatur adeò exigua summa eorum creditorum, quæ mediante enunciata nouorum iurium exhibitione pandebat Carolus, vt penitùs nequiret magnificari lætitia exclusionis vrgentis sui Aduersarij: Ex calculo namquè *Dominorum* oculis subiecto liquidò comparuit, quod solummodò alia miserabilis importantia scut.262. præcedenti quantitati sc. 500. superadiungi merebatur; sicquè habito respectu ad valorem Prædij longè excedentem per suprà duo milliaria tota iura, totumque creditum eiusdem Caroli in vniuersum conflans summam scut. 762., immuta-
2 batur quidèm in hac leui circumstantia factum, sed non poterat immutari Ius immissionis concedendæ Castellino, non obstante in contrarium regula *Text. in leg. nonnunquàm, ff. de collat. Bonorum, & in cap. Fraternitatis, de frigid. & malefic.* & de qua in *Cracouien. Scholasteria 9. Februarij 1699. §. Verùm, coram Me (decis. 70. num. 2. tom.1.)*

Manente igitùr in sua soliditate, base præteritæ *Decisionis*, superfluum omninò reddebatur alia degustare fundamenta, quæ in quamdam exuberantiam promouebantur à Castellino, vsquè ad suffocandum radicitùs ipsummet creditum, seù credita à Carolo minùs sufficientèr, vt suprà, deducta. Cœterùm non leuis considerationis ad hunc effectum existebat demonstratio allata per eumdem Castellinum, videlicèt, quod Caroli Auctor in acquisitione controuersi Prædij *del Gabadino* titulo emptionis, nullatenùs integrum pretium exbursauerat, sed præ manibus detinuerat scut. 447. 76. sub obligatione etiàm illa inuestiendi: quapropter cùm per spatium annorum 38 & vltrà, neglecta fuerit tàm solutio, quàm inuestimentum, iuxtà calculum in totum præseferentem *scuta 1286.*, citrà dubium intrabat aduersùs Carolum inferiora credita prætendentem acquisiuisse contrà communem Debitorem, & venditorem Prædij
3 respectiuè, notissima replicatio = *frustrà petis, quod intùs habes*, ad *Text. in leg. Bona fides, ff. reg. Iur.*, & *Rot. decis.329. nu.9. par.17., decis. 47. num. 20., & decis. 620. num.3. par.18. recent.*

Absquè eo, quòd ambigi valeret, quòd præfato capitali scut. 447 76. ad implendum numerum dictorum *scut. 1286.* computandi forent etiàm fructus debiti à Carolo, eiusque Auctore: Duplex enim inerat titulus illos debendi, alter scilicèt vigore celebris *leg. curabit, C. de act. empt.*; & alter in vim posthabiti inuestimenti: obligatus etenim inuestire tenetur ad quanti con-
4 scenderet inuestimentum, si factum fuisset, quemadmodùm per *Text. in leg. Si Procuratorem 8., §. Mandati, & in leg. Si mandatucro 22. §. Sicùt, ff. mandati*, vnanimitèr tradunt *Leotard. de Vsur. quæst.20. num.10., Gratian. discept.240. num. 34., Rot. coram Peutinger decis.369. num.2., in rec. dec.224. num.24., decis.391. num.1. par.17., dec.168. num.24., decis.337. num.2., decis.614. n.20., & 789. num.6. par.18., & decis.207. nu.1. & seqq. par. 19., in Romana Pecuniaria 5. Iunij 1699. §. Sed ad præsens, & in Romana Fideicommissi de Matthiettis 7. Decembris eiusdem Anni §. Interuersis, coram Me (dec.93. num.41. tom.1., & supra decis 117. n.16.)*

Atquè huic discursui obsistere non poterat obiectum, quod sibimèt Informans pro Castellino figurabat, nempè quod in Instrumento venditionis conuentum ab Auctore Caroli fuerit cum Bartholomæo, & Petro Maria venditoribus, vt hi deberent reportare à Cornelia Matre, & Vxore respectiuè renunciationem ex causa suæ Dotalis hypothecę diuexare valente idem Prędium: Quià non ob id non subsistebat vterque titulus fructuum, vt suprà, productiuus, ad summum quippè antè procuratam, & exhibitam renunciationem à promissoribus, qui-
5 bant ij repelli ope cuiusdam dilatoriæ exceptionis à satisfactione tàm capitalis, quàm fructuum, donèc de effectiuo, conuentoque implemento docuissent, secundùm ea, quæ in his terminis notauit *Cephal. cons.609. num.8., Honded. cons.30. sub num.34. lib.1., Vrceol. de transact. quæst. 41. sub num. 14. vers. Nonnisi tamen, Andreol. controu. 21. num.3. cum seqq., Carol. Anton. De Luca ad Gratian. obser. 588. num. 3., Decis. Ferrarien. post Ramon. la 95 nu.62., Rot. dec.476. num.9 par.1. diuersor.*; de reliquo autèm, & obligatus inuestire tenetur interim im-
6 plere ex parte sua, & nè consurgat iniquitas, vt Emptor sub hoc prætextu rem fructiferam, & pretium detineat, etiàm in hoc casu locum sibi vindicat censura *dictæ leg. Curabit*, ex traditis per *Sabell. var. resol. cap.84. num.18., Pamphil. decis. 52. n.1. cum sequen., & decis. 720. num.1., ibiquè Adden. num.12., coram Ludouis. decis. 297. num.2., ibiquè Adden. num. 12., & in rec. de-*

decis.370. num.1. & 2., & decis. 424. num. 7. par.3.

Verùm, nequè etiàm euiscerando supradictam exceptionem dilatoriam, ea poterat congruere in hodierna Thesi, quià cùm, vt diximus, intèr promissores extaret Petrus Maria, hic Matri paulò pòst, siuè interim defunctæ superuixit, & vtì filius successit in omnibus iuribus Dotalibus; vndè absolutum erat, quod instante eodem Petro Maria, vèl altero habente eum obligatum, non poterat eidem opponi memorata exceptio, quià ipsa mors Corneliæ, & successio filij in illius hæreditate, necessitatem renunciationis ocularitèr excluserant, cessante penitùs timore quarumlibet molestiarum supèr
7 Prædio, dùm eidem Petro Mariæ palàm obstabat *Text. in leg. Vindicantem, ff. de euiction.*, proùt passìm respondit *Rota*, & præsertim *coram Cerr. decis.886. num.1., & in rec. decis.124. num.3. par.17., & dec.393. num.8. par.19.*

Et ità, neglecta replicatione quòad in præcedenti propositione prætensam præscriptionem crediti, prò quo agebat Castellinus, tamquàm occasione nouæ Audientiæ non repetita hac obiectione per Carolum, & funditùs interuersa in præallegata *Decisione coram Me ex §. Corruere cum quatuor seqq. (dicta decis.134. ex num.2. ad 9.) Domini* resoluerunt.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

AD *num.6.*, in quo habetur, quòd Emptor retinens rem, & pretium non eximitur ab onere præstationis fructuum re-
8 compensatiuorum fauore Venditoris etiàm pro toto tempore, in quo hic defecerit in datione cauthelarum, & securitatum promissarum ad beneficium ipsius Emptoris in actu stipulatæ venditionis, addi possunt vltrà *ibidèm* allegatos *Gasp. Manz. in æquilibr. Debit. tract.2. quæst.7. num.46. cum duob. seqq., Zipæ, consult. Canon. lib. 3. tit. de empt., & vendit. consult.1. col.5. vers. Quintò, Gail. de fructib. disp.23. art.3. num. 12, & 14., Leotard. de Vsur. quæst.27. num.29. Io. à Sandè decis. Fris. lib.3. tit.14. defin. 8., Rot. decis.370. num.2. & 3. par.3. rec., & coràm Coccin. decis.320. num.3., & coram Duran. decis.9. num.6. & 13., & dec.34. n.26. & 27.*; Quod & procedere, licèt Venditor
9 expressè cum Emptore pepigisset, vt non teneretur soluere pretium conuentum, donèc, & quousquè ipsemèt Venditor idoneè caueret de euictione, vèl rem venditam ab imminentibus molestijs liberaret, aùt alia promissa cum effectu adimpleret, ampliatiuè comprobant *Leotard. dicta quæst.27. num.30., Staiban. de Interess. lib.2. tit.9. quæst.1. num. 17. & 18., Merlin. Pignatell. contr. for. cent.2. cap.50. num.31., & 32., Card. De Luca de Vsur. disc.22. num.6., Vespignan. de empt., & vendit. consult.14. num. fin., Tull. Bertus Vice-Præses Senatus Mantuan.* apùd *Palm. Nep. alleg.328. num. 2. & seqq.*, & præsertim *num.5., D. meus Ansald. de Commerc., & Mercat. disc.58. n.6.*, *Rot. dicta decis. 370.* paritèr *num. 6. par.3. rec., & in Romana, seù Sabinen. Bonorum 3. Iulij 1702. §. Iustum paritèr, cor. Muto.*

In hac materia fructuum recompensatiuorum, quæ est amplissima, vt omnes sciunt, nota vnum singulare, quod fortè alibì non facilè reperies, illudquè est, quòd
10 si Emptor remanserit debitor pretij in totum, vèl pro aliqua illius parte, & pro eius solutione dederit fideiussorem, hic tenetur tantummodò ergà Venditorem ad pretium, non verò ad fructus recompensatiuos, quemadmodùm per clarum *Text. in leg. Fideiussores Magistratuum 69. §. Prò Aurelio, ff. de fideiuss.* respondit *Rot. coràm Coccin. dicta decis. 320. num.5.*; In quo
11 proposito, àn scilicèt, & quandò fideiussor pro sorte teneatur, necnè ad Vsuras, remitto Lectorem ad latè tradita per *Ronit. cons.84. lib.2. cum ibi not. per Altimar. in addit., Maur. de fideiuss. par.2. sect.5. cap.1. per tot., Hering. eod. tract. cap.24. ex num.216., Gratian discept.117. nu.6. & 7.*, ibiquè *Carol. Anton. De Luca in animaduers. num.12., & discept.130. ex num. 28. ad 31., Gall. de fructib. disp.20. art.6. n.89. Surd. decis 212. per tot., Barz. decis. Bonon. 108. sub num.1. vers. & quod fideiussor, Rot. coram Bich. decis.303. ex n.10. ad 13.*

A. Lupardus.

NVLLIVS, SEV TERRÆ PONTIANI SVCCESSIONIS,

Ven. 18. Februarij 1701.

ARGVMENTVM.

Agitur de transactione facta per Mulierem cum interuentu eius Patris, Mariti, ac filij vnà cum decreto Iudicis, & resoluitur prò illius validitate non obstantibus aliquibus exceptionibus adductis ex parte ipsius Mulieris, cui etiàm denegatur manutentio per eam expetita sub præsupposito prætensæ nullitatis, ac læsionis eiusdem transactionis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio denegatur ei, qui spontè, & voluntariè cecidit à sua possessione.*
2 *Transactiones veluti eradicatiuæ litium, sempèr substentandæ sunt, nisi demonstrentur nullæ, læsiuæ, aùt erroneæ.*

3 *Ad effectum metiendi læsionem in transactione inspiciendum est, quid hinc indè datum, & remissum fuerit.*
Et præsertim ad calculum ponendæ sunt, ac valutandæ liberationes, quas quis obtinuit ab eo, quod alteri Parti debebat, n.4., & 5.
Necnòn notitiæ, quas vna ex Partibus ab alia acquisiuit pro recuperandis Bonis à Tertio possessis, n.10.
6 *Pars proæmialis contractus declarat intentionem Contrahentium.*
7 *Incompatibilia sunt ea, quorum vnum tendit ad destructionem alterius.*
8 *Claudicatio tolerari nequit in contractu mutuo, ac reciproco, & vltrò citròque obligatorio.*
9 *Exceptio vnius casus, vèl rei firmat regulam in contrarium quòad omnia alia non cadentia sub tali exceptione.*
11 *Restitutio fructuum de sui natura venit in Iudicio immissionis promoto vigore* leg. fin. Cod. de Edict. D. Hadrian. tollen.
12 *Legitimatus non venit sub nomine* filiorum legitimorum, & naturalium, *vbi agitur de excludendis verè legitimis.*
13 *Exclusus semèl à testata, vèl intestata successione, remanet perpetuò exclusus, deficiente clara legis, vèl hominis reintegratione, &* n.14, & 15.
16 *Hæredum mentio facta quòad vnum ex paciscentibus, & quòad alium omissa, arguit, pactum esse personale.*
17 *Argumentum* à fortiori *est in Iure validissimum.*
18 *Proximiorum interuentus requisitus à* Statuto Vrbis *in contractu Mulieris remanet suppletus à præsentia illius Patris, filij, ac Mariti, iuncto decreto Iudicis.*
Præsertim, quotiès contractus detegitur potiùs vtilis, quàm damnosus Mulieri, n.19.
20 *Solemnitates Statutariæ non requiruntur in contractu vtilitèr gesto per Mulierem.*
Et idipsum procedit in contractu Minoris, num.21.

DECISIO CLXXVI.

EBullìente contentione intèr has Partes supèr Attentatis, *Domini* suspendendam eo tempore censuerant contrà fratres de Santolinis illam purgationem, seù declarationem Attentatorum, quæ concernebat Bona cum fructibus consecutiuis mediante transactione illorum fauore dimissa per Margharitam, vtpotè contenti, quòd fructus intermedij, seù litigiosi intereà deponerentur prò quodam coronamento, seù sequela futuræ victoriæ supèr meritis, vt in breui *Decisione diei* 3. *Februarij* sæculi proximè demortui *coram Me* (suprà *decis.* 128.) Sed hodiè pro totali diremptione dissidij necesse fuit assumere fundamentalitèr indaginem validitatis prælaudatæ dimissionis, siuè transactionis, vnâ cum consequenti, & præsentanea pertinentia manutentionis ad alterum; quâ tandèm attentè ventilatâ præponderauit, & effulxit resolutio = *Non constare de nullitate transactionis, neque dandam esse Marghàritæ manutentionem.*

Respectu siquidèm manutentionis, illa ad oculum pendebat vti riuulus à fonte boni iuris; quotiès etenìm vndequaquè valida apparuisset transactio, atquè dimissio liberè facta per Margharitam, nefas erat prætendere vllam manutentionem ex per-
1 sona ipsius Margharitæ: Vbi enìm quis spontè, clarè, & legitimè cecidit à sua possessione, profectò non valet habere regressum ad eamdem possessionem, desupèr insistendo prò manutentione, vt ait *Abb. in cap. sollicitè in fin. de restit. spoliat.*, *Posth. de manut. obseru.* 57. *num.* 8., *Rot. decis.* 158. *num.*3. & 4. *cum seqq. coràm Durano*, & *decis.* 580. *num.*8. & 9. *coram Emerix iun.*

Quòd autèm validissima, & ab omni neuo nullitatis immunis dici mereretur transactio, palàm suadebat ipsa fauorabilis na-
2 tura transactionum, quæ sempèr pro bono Priuatorum, ipsiusque Reipublicæ, veluti iurgiorum, & expensarum eradicatiuæ, substentandæ sunt, nisi aliqua circumuentio, nullitas, læsio, vèl error deducatur, ex congestis per *Contr. discept.* 23. *sub numer.*136., *Hæping. cons.*15. *per tot.*, *Vrceol. de transact. quæst.*2 *ex num.*39. *vsquè ad* 43., *Larr. decis.*68. *num.*22., *Rot. in Viterbien. Fideicommissi* 16. *Iunij* 1684. *§. Sed tota exceptio, coram bon. mem. Albergato*, & *in Romana, seù Firmana Successionis* 10. *Decembris* 1698. *§. Eòque vlteriùs circà fin. coram Me* (*dec.*67. *n.*4. *tom.*1.)

Huiusmodi verò læsio, vèl error minimè occurrebant in præsenti; Margharita etenìm vigore eiusdem transactionis consequi debebat medietatem Bonorum controuersorum existentium penes fratres de Santolinis, vbicunquè solùm ex vi suorum iurium, ac prætensionum reportaret contrà Dominicum paritèr de Santolinis simplicissimam manutentionem absquè vlla vlteriori obligatione superandi Causam in petitorio, & absquè vlla explicatione, quid de Bonis à Dominico vindicatis agendum esset;
3 vndè prò rectè metienda læsione, vèl errore librandum erat, quid correspectiuè ad huiusmodi acquisitionem dimiserit, ad hoc, vt Iudex, facta æstimatione acceptorum hinc indè, ac remissorum, prudentèr arbitrari valeret, àn error, vèl læsio aliqua intercesserit, vt ex doctrina *Bart. in leg. si quis cum alitèr num* 5. *ff. de verb. oblig.* admonet *Soccin. iun. cons.*98. *num.*15. *lib.*2., *Facchin. cons.*76. *num.*9. *lib.*1., *Modern. Foro-*

volinien. in addit. ad Ramon. obseru.7.nu.17., Rot. decis. 391. num.6. coram Card. Celso, cum alijs pluribus *in dicta Romana, seù Firmana Successionis* 10.*Decembris* 1698. *§.Omnes ferè, coram Me* (*d. dec.67. n.23.*)

Præclariùs verò, quià supradictæ acquisitioni medietatis Bonorum duplex accedebat liberatio Margharitæ, altera ab inuestimentis, & respectiuè restitutione Censuum, & creditorum, quæ eadem Margharita aliàs vtì hæres Caroli sui Mariti debuisset explere, ac refundere; & altera quòad fructus, pòst litem contestatam à Fabio, & Santolinis, respectiuè perceptos à
4 Carolo, & ab ipsa Margharita: vndè, & hæ liberationes erant proculdubiò ad æstimandam læsionem, vèl vtilitatem calculandæ, ex deductis in hoc ipso proposito per *Alex. cons. 22. num. 9. & 10. lib.2., Crauett. cons. 583. num. 10., & cons. 598. num.1. cum seq., Menoch. cons.193. nu.1., Mantic. de tacit. & ambig. lib.26. tit.9. ex num.41. cum seqq., Vrceol. consult.3. ex numer.15 cum plurib. seqq., & de transact. quæst.94. num.30., Rot. decis. 322. num. 2. coram Vbaldo*.

Quin etiàm superaddebatur, quòd cùm ope prælaudatæ transactionis recessum legeretur indefinitiuè à lite, vt diximus, contrà Carolum eius Authorem promotam sinè alia præseruatione, vèl regressu, casu quo Margharita succumberet in Iudicio contrà Dominicum, hinc ipsa, ex beneficio eiusdem transactionis, etiàm in casu succumbentiæ nanciscebatur hanc sempiternam, & liberam exemptionem à restitutione præfatorum fructuum; vndè non
5 erat dubitandum, quòd hæc quoquè sempèr verificabilis, & exstitura liberatio non foret peculiaritèr admodùm æstimanda, vt pratèr mòx allegatos pariformitèr ad rem aduerterunt *Crot. cons.161. num.10. lib.3., Surd. cons.217. num.13. & seqq., Cyriac. contr.87. num.5., & seq., & contr.453. n.5.*, optimè *Hoaiern. contr. forens. cap. 37. ex num.34., Surd. decis. 155. num. 7.*, cum alijs per *Rot. in Bononien. Fideicommissi de Bone* 10. *Iunij* 1697. *ex §. Prætereà, vsquè ad §. fin., coram R. P. D. meo Caprara* (intèr eius posteà impress. *decis.340.*)

Non subsistente replicatione, quòd omnia huiusmodi lucra essent merè temporalia, ex quo non fuerit reuerâ perpetuò recessum à lite intentata per Fabium aduersùs Carolum *coram bo. me. Ninot.*; Lectura siquidèm transactionis manifestabat, quòd recessus à lite prædicta erat vndiquè absolutus, & acquisitio Margharitæ non minùs erat plena, & absoluta; nàm vltrà mentionem eiusdem litis vnà cum *decis.5., 13., 30., & 40. coram eodem Ninot.* ab initio factam in Concordia præcisè sùb *§. Espone anche, che il sudetto Signor Fabio &c.* quæ
6 sanè pars prohæmialis admodùm declarat Partium intentionem, *Bart. in leg. cùm hi in princ. ff. de transact., Modern. Palma Nep. alleg.183. num.13., Rot. decis. 260. num.9. & 10. coram Card. Celso, & in Romana Legitimæ* 15. *Maij* 1699 *§. Quouerò in fin. coram Me* (*decis.90. num.17. tom.1.*)

Profectò in subsequenti *§. Terzo la detta Signora Margarita* adeò palàm locutæ sunt eædem Partes de omnimoda reciprocata transfusione Bonorum etiàm in proprietate ad fauorem vtriusque Transigentis prò medietate, vt nihil apertiùs explicari posse desideraretur; ideòque cùm esset penitùs incompatibilis mutua translatio, & acquisitio in proprietate cum vlla imaginabili perseuerantia prædictæ litis præexistentis, iàm non poterat dici transactio temporalis, & non fuisse superlatiuè recessum à lite ex
7 eademmèt natura incompatibilium, per quam vnus actus omninò volitus, & conuentus tendit in destructionem alterius, ad tradita per *Simon. de Prat. de interpr. vltim. volunt. lib.4. dub.3. num.32. & seqq., & numer.37., Roxas de incompatibilit. Regn. par.5. cap.2. num.15. & 16. & pluribus seqq., Rot. decis.416. num.5. par.12., decis. 169. num.10. par.13., & decis.712. num.9. par. 19. rec. tom.2.*

Quòd verò mutuò, & vicissitudinariè hìnc indè transfusa fuerit plena proprietas, & dominium ex verbis recensitis in præfato *§. Terzo la detta Signora &c.* liquebat, quià licèt circà retrocessionem medietatis spectare debentis ad Margharitam non ità ad litteram sonet textura verborum, certè dùm respectu alterius medietatis restantis ex pacto penès Santolinos apertissimè exprimitur = *e per l' altra metà de Beni &c. la Signora Margarita retrocede, e renunzia il possesso, e pieno dominio*, consequens erat, quòd in hoc tractatu mutuo, & reciproco
8 nequiret claudicare vna, eademque correlatiua, & concatenata conuentio, sed vna pars clara, alteram etsì non tàm litteralitèr loquentem, pandebat, & explanabat, ex collectis in proposito apùd *Iosepb. de Rosa consult.7. num.20., Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 2. num. 25. & 26., Rot. in Maioricen. Beneficij* 4. *Iulij* 1696. *§. Aliena, coràm R. P. D. meo de la Tremoille, & in Romana Pecuniaria* 5. *Iunij* 1699. *§. Quartam deniquè, coram Me* (*decis.93. num.27. tom.1.*)

Euidentiùs, quià in proximè *seq. §. E per detto effetto*, conuenientes Partes prò effectuatione Concordiæ ad diuisionem deuenire, stabilitur perpetua, & sempiterna obseruantia absquè retractatione = *per qualsiuoglia capo, e ragione acquistata, e da acquistarsi*, sub sola exceptuatione dumtaxàt

xat substitutionis vltimo loco ordinatæ per Carolum Maritum Margharitæ; Quamobrèm cùm quæstio pendens *coram Ninot* vt suprà, feriret antiquiorem substitutionem iniunctam à Roberto, necesse erat concludere, quòd ab hac singularitate exceptio-
9 nis firma remaneret in contrarium regula dimissionis, & recessus quòad fideicommissum Roberti, aliasque subalternantes prætensiones, ad *Text. in leg. Quæsitum, §. Denique, ff. de fund. instruct., Surd. consil.230. num.18., Cirocc. discept.69. num.20. Rot. decis.9. n.16. par.19. recen., dec.1192. num.8., & decis.1342. num.5. coram Emerix iun.*

Ex præmissis igitùr acquirebat Margharita vigore Concordiæ medietatem possessionis, & proprietatis Bonorum tùnc retentorum à fratribus de Santolinis non obstante fideicommisso Roberti, & donèc, & quousquè pòst ipsius obitum purificaretur alterum fideicommissum à Carolo Viro demandatum, acquirebat liberationem à duplici inuestimento prætenso per Santolinos, acquirebat immunitatem refundendi fructus à Carolo, & ab ipsa, vt suprà perceptos, prætèr expensas necessariò refundendas, ac prætèr portionem à Dominico recuperandam, prout de facto in possessorio recuperauit *coram bo. me. Vrsino*: ac demùm ad hunc postremum effectum adipi-
10 scebatur notitias prò promouenda lite contrà Dominicum pollicitas à Santolinis, quæ etiàm aliqualem merebantur valutationem, ex disputatis in *Romana Pecuniaria 2. Maij 1701. coram R. P. D. meo Priolo*, & faciunt tradita per *Hodiern. contr. forens. cap.37. sub n.34., Rocc. de mandat. not.57. & in meo tract. de Commerc., & Mercatur. disc.80.num.22.*

A' contrario autèm quid nàm dimittebat Margharita? Vtiquè nihil aliud, quàm Bona Roberti pro medietate relicta ex causa transactionis in dominio illorum de Santolinis; sed in primis hæc eadem medietas in sua parua sphera reducebatur ad vitalitiam tantummodò fruitionem Margharitæ, ex quo Carolus eius Author, & Maritus pòst illius obitum Bona nedùm Roberti, sed etiàm propria restitui ordinauerat ad commodum eorumdem de Santolinis: Cùmque correspectiuè Margharita remanserit tot beneficijs mediante transactione referta, clarum erat, quòd hæc acquisita commoda, & emolumenta vberrimè coæquabant, imò etiàm longè superabant importantiam præfatæ vitalitiæ fruitionis; Ista etenim attenta celebri determinatione *leg. Hæreditatum, ff. ad leg. falcid.* præseferebat perceptionem fructuum simplicitèr pro rata existente apùd fratres de Santolinis, exclusa portione Dominici per spatium dumtaxàt nouem annorum, quandò soli fructus condonati in casu iacturæ litis ascendebant ad annos vltrà triginta supèr vniuersis Bonis Roberti, ipsaque etiàm portione retenta per Dominicum, vt est de consequentia
11 Iudicij immissiui ex capite *leg. final. Cod. de Edict. Diu. Hadrian. tollen.* contrà ipsum Carolum, eandemque Margharitam intentati per Santolinos, iuxtà *Text.*, & notata per *Doctores in leg. 3. ff. de Interdict., Honded. cons. 25. num. 5. lib. 2., Alex. cons.189. n.9. lib. 5., Rot. dec.330. num.1. coram Merlin., & in Romana Hæreditatis de Lannuijs 6. Iunij 1695. §. Cùm enim, coram R. P. D. meo Scotto, & 28. Iunij 1697. §. Confirmatione, coram Me (decis. 15. n.3. tom.1.) in Ferrarien. Bonorum supèr fructibus 8. Februarij 1700. §. Nulla quippè, & 21. Iunij eiusdem anni §. Non enim* paritèr *coram Me* (suprà *decis.* 132, *& decis.*159. vtrobiquè *num.*1.)

Verùm neque hæc gauisio fructuum nouennalis per possibile competitura Margharitæ ad tanti merebatur æstimari: quià introspiciendo à verisimili hanc possibilitatem pendentem à victoria litis supèr fideicommisso Roberti, iàm quatenùs attinebat ad personam Caroli eius Viri, is fuerat reiectus per solidam *Decisionem* editam contrà eum tùnc Curialem, & viuentem, *coràm Ninot. la 40.*, per quam apertè demonstrabatur, quòd idem Carolus, tanquàm Angeli filius naturalis legitimatus, non poterat euitare reciprocam à Testatore iniunctam fauore Fabij eius Patrui superstitis; filius namquè legitimatus venire nequit, & de Iure contineri sub conditione
12 *si sinè filijs legitimis & naturalibus*, quando tractatur de arcendo Patruo, & respectiuè filio Testatoris verè legitimo, & naturali, vt pratèr in eadem *Decisione* cumulatos constantèr asseruerunt *Bardellon. consil.68. num.45., Cammarat. respons.50. n.7. & seq., Rodulphin. allegat.103. num.26. & 27., Fusar. de substitut. quæst.408 num.69., Card. De Luca de fideic. disc. 222. sub n.13. vers. ac etiàm, quòd non agebatur &c.*

Nilquè suffragari valebat, quòd Fabius in Causa victor successiuè prædecesserit ipsi Carolo, quasi quod cessante causa concursus, sinè exclusionis filij legitimi Testatoris, cessauerit etiàm consecutiuus effectus, & correlatiuè rueret fundamentum aduersatiuæ Decisionis *coram Ninot.* Nàm posita
13 ab initio per superexistentiam Fabij exclusione, & profligatione Caroli, non poterat ampliùs ille, vèl eius hæres inhiare ad illam successionem, à qua iuridicè semèl fuerat reiectus, & exclusus; deficiente siquidèm clara reintegratione legis, aùt hominis, vulgare intrat adagium = *semel exclusus &c.*, sitque in ordine ad iàm legi-

gitimè exclusum, patrimonium excludentis transmissibile ad suos hæredes quicquid semèl excludens purificato, completoque effectu exclusionis adeptus est, vt in termi-
14 nis intestatæ successionis habetur apùd *Ias. cons.68. in fin. vers. respondetur lib.3.*, *Menoch. cons.206. num.42*, *Bellon. iun. cons.74. num.25.*, *Card. De Luca de success. ab intestat. disc.22. sub num.9.*, *Rot. decis. 527. numer. 10. par.14. rec.*, & in specie fideicom-
15 missariæ tradunt *Paris. cons. 72. num. 79. lib.4.*, *Menoch. cons.220. num.174.*, *Bero. cons. 170. num. 41. lib. 2.*, *Vrceol. consult. forens. cap.60. num. 21.*, *Mieres de Maiorat. par.2. quæst.4. illat.3. num. 13.*, *Molin. de Hyspan. Primog. lib.1. cap.6. num.42.*, *Mart. de success. legal. par.1. quæst.1. art.4. num.9. vers. & quamuis*, *Carol. Anton. De Luca de lin. legal. art.16. num.36.*

Minùs prodesse poterat Margharitæ ad eneruandam supradictam liberationem restitutionis fructuum nimiùm transcendentem fructus à se per transactionem renunciatos oppositio, quòd Fabius præceperit Santolinis, nè Carolum ex hoc, & alio quocumque capite molestarent. Quià verba Testamenti eiusdem Fabij visa sunt *Dominis* valdè arcta, & personalia, vt ibi = *e per causa del fideicommisso lasciato dalla bon. mem. di Roberto Liberati mio Padre non ardischino litigare, molestare, ò inquietare detto Signor Carlo Liberati sopra tutti li Beni, che lui possiede, e gode*; ex quibus sanè nihil solidè deduci valebat quòad fructus suo loco, & tempore perperàm perceptos, & ab eius hæreditate restituendos: tantummodò quippè in littera continebant prohibitionem nè ipsummèt Carolum turbarent in fruitione Bonorum, in qua repieriebatur, vndè
16 huiusmodi prohibitio non poterat ad illius quoquè hæredes subextendi, præsertim cùm ex opposito Fabius mentionem fecisset de suis hæredibus, & successoribus; quia sanè discretiua concurrente eò magis beneficium huius præcepti non poterat excedere personam Caroli, vt respondit *Florentin. in leg. Qui in futurum 57. §.1.*, *ibiquè gloss. in verb. si ex altera, ff. de pact.*, & punctualitèr firmauit *Rot. decis. 15. ex num. 1. vsquè ad* 8. & signantèr *sub num.7. post Torr. de pact. futur. success.*, *& decis. 302. ferè per tot.*, & præcisiùs *sub num.6. & seqq. par.16. rec.*

Eòque violentiùs, quià si à contrario vellemus, huiusmodi præceptum respicere etiàm hæredes, & hæreditatem Caroli, nequè etiàm Santolini in perpetuum potuissent petere fideicommissum Roberti præclsinè à Testamento eiusdem Caroli, idem namquè præceptum loquitur de Bonis, non de fructibus, & tamen cùm respectu Bonorum explicitè expressorum vanum esset hoc excogitare pòst Caroli decessum, ità à fortiori concludendum erat de fructibus
17 ad summum relictis in suspenso viuente Carolo, vtpotè nusquàm nominatis, atquè expressis, argumento *Text. in cap. Licèt, de Testib.*, *& in leg. In suis, ff. de liber.*, *& posthum.*, *Marcabrun. cons.37. num.46.*, *Modern. Argentan. collust. legal. tom.1. collust. 16. num.48.*, *& collust.20. num.31.*, *Actolin. resol.91. num.15.*

Demonstrato itaquè, quod transactio foret euidentissimè vtilis Margharitæ tamquàm longè plus reportanti à sola liberatione restituendi fructus, & à pinguiori fruitione perpetua medietatis Bonorum in ordine ad fideicommissum iniunctum à Roberto, *Domini* non censuerunt aures esse præbendas illi nullitati, quam promouere satagebant Informantes prò Margharita propter defectum duorum proximiorum ex latere illius, aliàs internenire debentium in celebratione huius transactionis ad formam dispositionis Statutariæ Vrbis *cap. 151. lib.1.* Vltrà enim, quòd non immeri-
18 tò forsàn poterat reputari suppletum ex interuentu eius Patris, filij, ac Mariti, vnâ cum decreto Iudicis: fregit omnem duritiem consideratio palmaris vtilitatis per hanc Mulierem subindè reportatæ, itàut irritando huiusmodi Concordiam potiùs fuisset vndiquè damnosa Margaritæ ipsa irritatio contrà mentem, omnemque verisimilem intentionem Statuentium, & hoc pro leui, & sola substentatione attentatorum, quæ ansam præbuère huic controuersiæ; licèt etenim forma Municipalis regularitèr debeat impleri penitùs specificè, & non sufficiat per æquipollens, quotiès tamèn eadem forma inducta fauore Mulieris, aliarumnè imbecillium personarum sub protectione Iuris, & Statuti existentium, in illorum odium deflecteret, prouidè Suprema Tri-
19 bunalia induentia spiritum Sancientium, ac (vt ità dicamus) integrantia quodammodò per semetipsos immediatè hascè personas debiles, & imbecilles, definiuère, quod coruscante palpabili vtilitate, recipiatur quælibet æquipollentia solemnitatum, iuxtà fusè perpensa apùd *Brun. de form. & solemnit. in princ. Rubric. ex quibus consist formæ solemnitas*, *Antunez de donat. Reg. lib.3. cap.16. num.54. & seqq.*, *Rot. in Romana Fideicommissi de Quadris* edita pendente extensione huius *Decisionis*, videlicèt *die 7. Martij 1701. §. Respectu autèm, coram Me* (infrà *la 181.*) & anteà obseruatum fuerat *in Bononien., seù Imolen. Bonorum supèr portione Sor. Mariæ Cælestis 27. Ianuarij 1689. ex §. Potissimùm cum seq.*, *& 28. Aprilis eiusdem anni coram R.P.D. meo del' Olmo, in Sabinen. Donationis 2. Iunij 1692. §. fin. coram bo. me. Benincasa* (núnc intèr suas *decis.293.*

cif.293. num.13.) in Albanen. Donationis 15. Ianuarij 1700. coram R.P. D. meo Scotto, & in Romana prætensæ nullitatis Contractus 18. Iunij eiusdem anni vtrobique *§. fin. coram Eodem*.

Et ità, neglecta vlteriori prætensione resolutionis huiuscemèt transactionis simultaneè deducta pro Margharita, vtpotè extrà lineam propositæ dubitationis arctatæ ad simplicem validitatem, ac de reliquo fatìs ad oculum conflictata per litteram ipsius Concordiæ, rescriptum fuit, vtrâque &c.

ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

Rectè concluditur in hac *Decisione* prò validitate transactionis initæ per Margharitam cum fratribus de Santolinis non obstante defectu interuentus eius Proximiorum de cœtero plusquàm æquipollentèr suppleto ex præsentia eius Patris, Mariti, ac filij, iuncto decreto Iudicis, & hoc ratione vtilitatis, quam eadem Mulier ex dicta
20 transactione perceperat; Notorium quippè est, quòd vbi contractus posteà detegitur vtilis Mulieri, nequit ab ea impugnari etiàm ex aliquo maiori defectu in ordine ad solemnitates, quarum omissio, vèl minùs integra obseruatio, concurrente vtilitate Mulieris contrahentis, nullatenùs apta est vitiare contractum, sicutì multifariam exemplificando obseruant pòst antiquiores *Cenc. de censib. quæst.15. num. 45., Francisc. Palm. consult. 67. num. 61., modern. Ansulan. ad Statut. Vrb. tom.2. annot.44. n.680., Rot. decis.173. num.12. par.11., decis.446. num.14. par.13., decis. 337. num.19. par.19. rec., coram Vbag. decis 39. num.15., & coram Emerix iun. decis.529. num.3., & intèr impress. ad ornatum Card. De Luca tom. 1. lib.6. tit. de Dot. decis.9. num.6., in Reatina Saluiani 10. Iunij 1705. § Clarius verò, coram bon. mem. Omanna*, & idipsum in ter-
21 minis Minoris dictum fuit in *Pisauren., seù Fanen. Census 17. Iunij 1712. §. Absquè eo, quòd, coram Me*.

ROMANA FIDEICOMMISSI LVCIÆ DE MORONIS.

Lunæ 21. Februarij 1701.

ARGVMENTVM.

Sub nomine *descendentium masculorum* quandò veniant masculi descendentes per duplex medium fœmininum. Appellatione *filiorum* veniunt Nepotes concurrentibus coniecturis, pròut etiàm his cessantibus veniunt sub ampliori vocabulo *liberorum*. Plura de filijs in conditione positis, eorumquè vocatione tàm ex dispositione *Statuti Vrbis*, quàm ex coniecturata mente Testatoris. Aditio hæreditatis an, & quandò probetur ex solutione legatorum, expensarum funeris, Medelarum, & salarij Medicorum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio datur etiàm supèr Censibus, alijsque iuribus incorporalibus.*
Exemplifica, vt ibid.
2 *Substitutus dicitur etiàm hæres Testatoris, seù fideicommittentis.*
3 *Aditio hæreditatis inducitur ex solutione legatorum à defuncto relictorum*, & numer.22.
Amplia, vt num.23.
Sed limita, vt num.24., & 25.
4 *Appellatione* descendentium masculorum *veniunt etiàm masculi descendentes per duplex medium fœmininum.*
Præsertìm, quandò Testator in parte tàm dispositiua, quàm conditionali indifferentèr mentionem fecit de masculis, ac de fœminis, num.5.
6 *Extensio de casu ad casum, aùt de persona ad personam non admittitur in materia fideicommissorum.*
Et de ratione, ibid.
7 *Appellatione* filiorum *regularitèr non veniunt nepotes.*
Veniunt tamèn sub nomine liberorum, *quod latiùs patet, quàm verbum* filij, n.9.
Ac etiàm veniunt sub simplici nomine filiorum *concurrentibus coniecturis*, n.21.
8 *Testator præsumitur plus voluisse honorare descendentes à personis prædilectis, quàm alios descendentes à minùs dilectis.*
10 *Successio* in stirpes *præsupponit diuersitatem gradus, & deriuationem à duplici, diuersoque Ascendente.*
11 *Grauamen inducit vocationem ex regula* = quem non honoro, non grauo.
Exemplifica, vt num.14.
12 *Dictio* = & = *est augmentatiua.*
13 *Verbum* = Proles, *& verbum* = descendentia = *inuicèm fraternizant.*
15 *Filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati ex Statuto Vrbis* lib.1. cap.141.
Et licèt dictum Statutum loquatur solùm de filijs, attamèn aquè procedit vbì posita est in conditione tota linea, seù descendentia, num 16.
17 *Fideicommissum graduale, descensiuum, & perpetuum resultat ex pluribus coniecturis insimùl sumptis, licèt singulæ de per se non prodessent.*
18 *Prohibitio alienationis facta filijs, & descendentibus in conditione positis arguit, eos fuisse dispositiuè vocatos.*
19 *Filij in conditione positi, concurrente digressu ad plures gradus substitutionum, alijsque*

quę efficacibus coniecturis, censentur dispositiuè vocati.

20 *Filij in conditione positi censentur nedùm actiuè vocati, sed etiàm passiuè grauati concurrentibus coniecturis.*

26 *Aditio hæreditatis non probatur ex simplici solutione expensarum funeris personæ defunctæ, & de ratione.*

Exemplifica in solutione aliarum expensarum, de quibus n.27., & 28.

Intellige, seù distingue, vt n.29., & 30.

DECISIO CLXXVII.

NON excedente de facto Patrimonio Luciæ Testatricis famigeratam ex honestate præsumptionem *Textus in leg. Quintus Mutius, ff. de iur. Dot.*, relaxauit A. C. Mandatum aduersùs Bona hæreditaria Antonij, velutì hæredis prænominatæ Luciæ prò summa scutorum 2250., ad quanti adamussìm deductâ, vt par erat, inspecto numero liberorum legitimâ, residuum Dotis ascendere reputauerat, fauore Francisci prætendentis, substitutionem ab ipsa dispositrice iniunctam, in propriam sui personam euasisse purificatam; Cùmque interpellatis, ac renuentibus informare Creditoribus prælaudati Antonij in hodierna Rota de huiuscè Mandati validitate, & iustitia sedulò etiàm ex officio fuerit conquisitum, nequiuère *Domini* vllo modo ab illius executione abstinere.

Etsi etenìm cœterarum ordo substitutionum, seù fideicommissorum expostulasset, quòd ei, cuius commodo adaperta foret purificatio, concederetur remedium magis familiare immissionis vigore notissimæ *leg. fin.*, quià tamèn totus, vt præmisimus, assis Testatricis consistebat in eius credito dotali quantitatiuo, non aderat idcircò obiectum certorum Bonorum, aùt speciei restitutioni suppositæ, ergà quod vtilitèr valeret Immissio tribui cum consecutiua appræhensione alicuius possessionis, seù quasi, sicutì notorium est practicari etiàm quòad

1 iura simplicitèr, in semetipsis tàmen vigentia, vèl ad speciem in substantia reducibilia, vt sunt iura censuum, legitimæ, cùm similibus, & ad ipsa quoquè iura merè incorporalia personalium seruitutum, aùt præeminentiarum, iuxtà sæpiùs firmata per *Rot. post Cenc. de Cens., decis. 470. num. 3., decis. 471. num. 1., & decis. 496. num. 3. vers. quòad immissionem, in rec. decis. 301. num. 3., & decis. 427. num. 2., & 3. part. 13.*

Ac propterèa cùm obtinere immissionem ad iura abstractiuè dotalia, remansisset quid sterile, & omninò vacuum effectu absquè nouo Iudicio, idcircò agnitum fuit, optimè sese A. C. gessisse, decernendo, & relaxando loco Mandati de immittendo alterum executiuum contrà Bona hæreditaria obligati pró Dotis restitutione, quemadmodùm efficere potuisset quilibet alius hæ-

2 res Mulieris creditricis; etiàm namquè substitutus reputatur, & est hæres Testatoris, ad notata per *Alex. cons. 64. in princip. lib. 5., Decian. cons. 21. num. 35. lib. 2., Spad. cons. 42. num. 5. lib. 1., Boer. decis. 156. num. 10., Rota coram Coccin. decis. 2141. numer. 22., & in recen. decis. 205. num. 2. part. 9.*

Quòd autèm Antonius indubitantèr esset obligatus ad præmissam crediti dotalis restitutionem liquidò constitit ex titulo superiùs enunciato hæredis Luciæ, quem ipse Antonius induebat, huiusmodi quippè qualitas hæreditaria reddebatur innegabilis stante solutione legati per Testatricem relicti, & ab eodem in vim cuiusdam ordinis

3 persoluti: nemo etenìm non scit, quòd per legati satisfactionem infigatur titulus, & obligatio hæreditaria, ex litterali definitione *Imperatoris sub tit. Instit. de legat. §. Legatum itaquè*, & aduertit *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 12. num. 13., Card. Tusch. pract. conclus. litt. A. conclus. 190. num. 61., 122., & 130., Rota coram Buratt. decis. 937. num. 3., in rec. decis. 399. num. 34. part. 9., decis. 251. num. 4. part. 13., & decis. 619. num. 12. part. 18.*

Comperta itaquè validitate Mandati, seù processus iudicialis, iustitia non minùs visa est enitère; quià cùm Franciscus Actor in Causa duplicitèr (vt non erat controuersum) per medium fœmininum descenderet

4 à Lucia fideicommittente, perspicuum erat, ad ipsum quoquè porrigi vocationem factam fauore liberorum, & descendentium, per *Text. in leg. Liberorum, ff. de verbor. signific., Barbos. appellat. 130. num. 4., Rodulphin. alleg. 7. num. 91., & allegat. 11. num. 2., Rot. decis. 885. num. 1. coram Cerro, decis. 258. num. 6. coram Peutinger., decis. 283. num. 1. coram Priol., & in Romana Fideicommissi de Martellis 21. Februarij 1698. § De existentia enim, ac 23. Iunij dicti anni §. Cùm enim, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc intèr suas *decis. 537. num. 2., & decis. 564. num. 1.*)

Nullibì cadente in præsenti Testamentaria dispositione seueriori articulo aliàs examinato, & aduersùs eumdem Actorem definito in altera *Romana fideicommissi de Moronis coram RR. PP. DD. meis Pio, & Priolo*, vtrùm scilicèt appellatione *descendentium masculorum* continerentur illi masculi, qui per quodcumque medium, siuè masculinum, siuè fœmininum à fideicommittente descenderent, vèl potiùs ex inibì dispunctis verbis, & coniecturis soli masculi ex masculo includerentur, ad castigationem

nem celebris *Consil. Fulgosij* 85.; Quoniàm Testatrix in subiecta thesi mentionem sempèr indifferentèr fecit tàm in parte conditionali, quàm dispositiua de masculis, ac de fœ-
5 minis, quo casu ob literã expressam versabamur in terminis *l. Ille, aùt ille, ff. de legat.* 3. vti dicebat *Card. De Luca de fideicommiss. disc.* 134. *num.* 4., *Rota decis.* 44. *num.* 14. *part.* 11. *rec.*

Occasio igitùr, si qua aderat ambigendi, residebat in discussione vnicæ obiectionis, quam sibimèt Franciscus præfigurabat, nimirùm, an vocatio *liberorum*, ac nuncupatio *descendentium* appareret, seù intelligenda essèt arctata sinè vlteriori progressu ad filios, siuè masculos, siuè fœminas filiorum dumtaxàt primi gradus, ex quo
6 odiositas materiæ grauaminis, & priuationis commercij inductiuæ, nullam patitur largitatem interprætationis, & extensionem de casu ad casum, ac de persona ad personam, quemadmodùm robustè aduerterunt *Peregrin. de fideic. art.* 1. *num.* 27., *Castald. consult. foren.* 66. *num.* 21., & *consult.* 262. *num.* 5., *Cirocch. discept.* 5. *num.* 29., *Modern. Palm. intèr eius recoll. decis.* 212. *num.* 18., *Rota coram Merlin. decis.* 263. *numer.* 2., *in rec. decis.* 72. *num.* 18. *part.* 10., *decis.* 279. *num.* 17. *part.* 13., & *decis.* 349. *num.* 19. *part.* 19.

Verùm, siuè vnâ, siuè alterâ origine descendentiæ ipsius Francisci maturè consideratâ, sempèr effulsit, vocationem non sistere in primo, vèl secundo gradu, sed profluere ad vniuersam descendentiam; licèt enìm respectu illius originis, quam per organum Cæciliæ sororis Antonij, & filiæ Policarpi deducebat Franciscus, à principio satis videretur angusta, dùm Testatrix instituto Bartholomæo, & Policarpo filijs, alterutro sinè filijs vtriusque sexus morienti substituerat simplicitèr *filios ali-*
7 *cuius superuiuentis*, quapropter, primo intuitu, non poterat hæc forma loquendi Franciscum per organum, vt diximus, Cæciliæ Policarpi abnepotem compræhendere, ex fusè congestis per *Montic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 2., & *seqq.*, *Molin. de Primog. Hyspan. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 27. *vers. decimò id etiàm*, *Cirocch. dicta discept.* 5. *num.* 19., *Rota coram Merlin. decis.* 206. *num.* 8., & *seqq.*, *coram Cels. decis.* 34. *num.* 4., & *in rec. decis.* 6. *num.* 9., & 10. *part.* 5., *decis.* 279. *num.* 1., & 2. *part.* 6., & *decis.* 489. *num.* 1. *part.* 14.

Attamèn plura erant, quæ euidentèr suadebant oppositum: omisso namquè, quòd in altera substitutione facta cœteris suis filijs, vt infrà, minùs dilectis, vtpotè posthabitis in prima institutione, & vocatione, Testatrix se extenderat vberiùs ergà
8 descendentiam ab eis, vndè credendum non erat, ipsam voluisse minùs honorare descendentiam antelatam, & prædilectam, vt benè arguunt *Altogr. cons.* 45. *num.* 41. *lib.* 1., *Ramon. cons.* 15. *num.* 51., *Menoch. præsumpt.* 16. *num.* 4. *vers. tertia est coniectura lib.* 4., *Fusar. de substit. quæst.* 460. *num.* 16., *Mart. de success. leg. par.* 4. *quæst.* 34. *art.* 6. *num.* 17., & *seqq.*, *Modern. Lucen. consult.* 321. *num.* 10., & 11., *Modern. Argentan. collect.* 12. *n.* 7. *tom.* 2., & *Rot. in Auenionen. fideicommissi* 28. *Ianuarij* 1701. §. *Quin etiàm*, *cor. Me* (suprà *decis.* 174. *numer.* 11.)

Vrgens, & non modicè concludens intercedebat reflexio, quòd pòst enunciata verba substitutionis circà filios filiorum, Lucia subiunxit = *ità quòd omnes, & cuiuscumque defuncti liberi vna portione, videlicèt loco sui Parentis fruantur*: Quamobrèm,
9 vltrà quòd in hac expansione suæ mentis videbatur, Luciam aliquid plus sentijsse, vsurpando vocabulum *liberi* latiùs patens, quàm *filij*, vt ait *Vrceol. consult. forens.* 47. *num.* 16., *Episc. Rocca disput. Iur. select. cap.* 107. *num.* 17., *Rot. coram Mantic. decis.* 375. *num.* 4., *coram Cels. decis.* 229. *numer.* 5., *in rec. decis.* 4. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 2., & *decis.* 304. *num.* 2 *part.* 19.

Profectò dùm omnes descendentes contenti esse debebant portione proprij Parentis, sinè, quod idem est, succedere in stirpes, & non in capita, necessariò inferebatur, quòd vocatio progrederetur etiàm actiuè ad omnes descendentes à Bartholomæo, & Policarpo; tùm quià non erat hæc demandata in stirpes successio verificabilis in primis filijs eiusdem Bartholomæi, & Policarpi, stante quòd substitutio antecedens supponebat defectum filiorum in aliquo ex eisdem, alij veró filij ex alterutro superuiuentes, & vocati, tanquàm soli substituti nequibàt assequi tantummodò portionem Parentis, sed etiàm ex vi literalis substitutionis obtenturi erant portionem Patrui defungentis absquè filijs, & sic oportebat omninò protrahere substitutionem ad vlteriores descendentes, vt illis aptari possèt regula volita per Testatricem
10 per illam Clausulam *successionis in stirpem*, quæ disparitatem gradus, & concursum à duplici, diuersoque ascendente præsupponit, ex ijs, quæ habentur apùd *Surd. cons.* 362. *num.* 3., & *cons.* 434. *num.* 8., *Menoch. cons.* 327. *num.* 31., & *seqq.*, *Fusar. de subst. quæst.* 320. *num.* 39., & *seqq.*, *Barbos. tract. var. appellat.* 250. *num.* 4., *Rota coram Coccin. decis.* 1294. *num.* 7., & *seqq.*

Tùm, & fortiùs combinando præfatam ampliorem effandi formam verbi = *Liberi* = loco verbi = *Filij*: si etenim omnes de-
11 scendentes obligabantur seruare regulam suc-

succedendi in portione proprij Parentis, ergó, & omnes indefinitè descendentes erant vocati, & honorati, proùt ad rem ratiocinatur *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 1. num. 32. in fine*, *Bellon. iun. cons. 50. num. 27.*, *Thob. Nonius cons. 31. num. 19.*, *Castald. consult. 147. num. 9.*, *& consult. 249. num. 11.*, *& consult. 260. num. 19.*, *Rot. post discept. Contrij decis. 29. num. 13.*, *in rec. decis. 494. num. 8. part. 14.*, *decis. 104. num. 19.*, *ac decis. 226. num. 9. part. 16.*, *& in Romana Cambij 15. Maij 1699. §. Irrelevans*, *coram Me* (*decis. 89. num. 1. in fin. tom. 1.*)

In omnem verò casum fugari visa est quæcumque nebula dubitandi procedendo ad rimationem verborum indè sequentium, ac protendentium ad substitutionem aliorum filiorum ab initio prætermissorum: subdidit quippè Testatrix = *Si verò contingat deficere DD. Bartholomæum, & Policarpum, ac illorum filios, & prolem, vt suprà, tunc volo, quod primò succedat &c.*; vndè quemadmodùm Lucia egrediens cancellos vocabuli = *Filiorum* = adiunxit = *& prolem*, ob id certò certiùs non minùs in-
12 specta illa dictione = *&* = procùl dubiò augumentatiua, quàm verbo *prolem*, complexa est omnes descendentes, ex quo ver-
13 bum *proles*, & verbum *descendentia* inuicèm fraternizant, teste *Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 22.*, *& 23.*, *Rota coram Caualer. decis. 125. num. 2.*, *& 3.*, & in altera *Romana Fideicommissi de Moronis 10. Maij 1697. §. E' contrà*, *& 4. Maij 1699. §. Cui intelligentiæ*, *coram R. P. D. meo Pio*.

Consequebatur ad oculum, quòd tota descendentia Policarpi, sub qua, mediante Cæcilia, includebatur Franciscus, existe-
14 ret inuitata ad successionem, dùm non poterat locum habere vlterior substitutio, nisi defecto, & grauato vltimo de prole, & descendentia Policarpi, ex adnotatis per *Rot. coram Arguel. decis. 79. num. 11.*, *& 16.*, *& decis. 95. num. 8.*, *& seqq.*, *& coram Dunoz. iun. decis. 186. num. 13.*, *& in Interamnen. Fideicommissi 26. Ianuarij 1682. §. Accedit*, *coram bon: mem: Albergato*.

Fundata paritèr etiàm seorsìm apparuit vocatio Francisci habita relatione ad illius descendentiam per medium Lauræ Abauiæ; quinimmò clariùs in hoc posteriori progressu sese Testatrix declarauit, nàm obeunte Abb. Antonio (vt par erat) sinè filijs, vocauit ab initio filios tàm masculos, quàm fœminas Hieronymi, sed non restitit in huiuscemodi vocatione, quoniàm si huiusmodi filij rursùs decederent = *non superstitibus eis alijs filijs, aùt alijs descendentibus*, substitutionem direxit ad ipsum Hieronymum, necnòn Ioannem alterum filium ipsius Testatricis: quamobrèm si in hac parte cubitalitèr nedùm nepotes Hieronymi, verùm quoquè alij omnes descendentes à filijs filiorum Hieronymi positi legebantur in expressa conditione, vtiquè, etiàm vbì aliæ defuissent demonstrationes, ac coniecturæ, innegabilis efficiebatur il-
15 lorum actiua non minùs, ac dispositiua vocatio ex benigna interpretatione, aùt sanctione *Statuti Vrbis in cap. 141.*, quod quamuis in litera sermonem faciat tantummodò de filijs in conditione positis, vt hi censeantur dispositiuè vocati, nihilominùs quotiès noscantur sub latiori complexiuo vocabulo adiecti in conditione descendentes, aùt, quod idem est, *linea*, *aùt descendentia*,
16 receptissimum est, quòd per necessarium antecedens, ex quo vltimus de eadem linea, & descendentia grauatus est restituere, ipsa quoquè tota linea, vèl descendentia censeatur vocata dispositiuè, pròut præcisè liquet ex *decis. 105. sub num. 1.*, *& 2. coram Vbald.*, *decis. 231. num. 7. coram Cerr.*, *decis. 984. num. 3.*, *& seqq. coram Dunoz. iun.*, *decis. 424. num. 1. part. 2.*, *decis. 479. num. 2. part. 5.*, *decis. 307. num. 3. part. 16.*, *& decis. 433. num. 8. part. 18. recen.*

Faciliùs autèm (quantumuìs penitùs ex abundanti) superaccedentibus alijs verbis, & circumstantijs, quòd fideicommittens explicitè vetuit in sempiternum quamcumque alienationem nedùm primis filijs, sed descendentibus prædictis; quòd sedulò ordinauit alterum pœnale, seù conseruatorium fideicommissum in casu delicti suorum substitutorum; quòd exclusit à successione Monasteria etiàm quoàd vsumfructum ad vitam Monaci, vèl Monialis aliàs substitutæ; quòd ad huiusmodi prohibitiones, & dispositiones vestiendas adiecit rationem asseruandi Bona = *in sua integritate*, & alibì = *in Familia*, *& substitutis prædictis*; quodquè demùm adeò Testatricis animus abfuit à breui duratione, vèl expiratione fideicommissariæ substitutionis, vt non contenta, aùt ignara illius subingressus, seù vulgaris *Anomalæ* nuncupatæ, de qua *Bartol. in leg. quamdiù num. 10. ff. de acquir. hæredit.* per viam regulæ præcauerit, = *quod sempèr, & in infinitum, si tempore purificati fideicommissi non extabit, seù si extabit, aùt succedere nollet, aùt non posset substitutus immediatè, quod propterea fideicommissum non efficiatur caducum, sed succedat substitutus mediatus, modo tantùm, de quo suprà &c.* seriem postremò suarum substitutionum claudendo cum ordinatione Primogenituræ progressiuę per transuersum in linea fratris:
17 hiscè namquè, præsertìm insimùl concurrentibus, resultare fideicommissum graduale, descensiuum, & perpetuum plena sunt

sunt volumina, saltèm ex ea propositione = *singula, quæ non prosunt, vnita iuuant*, de qua frequentèr *Card. DeLuca de fideicom. disc. 124. num. 9., & disc. 143. sub num. 2., Rodulphin. allegat. 33. nu. 9., & allegat. 52. num. 2., Modern. Argentan. collect. 33. numer. 25., & 26. lib. 2., Rota coram Vbald. decis. 8. num. 5. cum duobus seqq., & decis. 313. num. 2. cum seq., coram Bich. dec. 287. num. 32., coram Cerro decis. 5 ... num. 19., & coram Pamphil. decis. 492. num. 4. cum tribus seqq.*

Et sanè (sempèr tamèn in hodierno casu
18 ex abundanti) si descendentes omnes erant prohibiti alienare, profectò & erant vocati, inquit *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 14., Card. De Luca de fideicom. disc. 101. num. 3., & 5., Rota coram Pamphil. dicta decis. 492. num. 10., coram Arguell. decis. 54. num. 24., decis. 62. num. 20., & seqq., ac decis. 79. num. 7., & in rec. decis. 399. num. 17. part. 9., & decis. 313. num. 11. part. 10.*, & si concomitabatur tàm longa catena, siuè progressus substitutionum, ac respectu personarum minùs dilectarum, si habita fuit præ oculis intentio conseruandi integrè Bona in prædicta longissimma serie substitutionum, necesse, quatenùs opus fuisset, omninò reddebatur recedere ab omni Iuris regula generali, sicuti stante tàm enixa, ac sempi-
19 terna prohibitione alienationis, & tàm longo digressu ad plures, & plures substitutiones, alijsque similibus, & æquè efficacibus demonstrationibus, agendo signantèr de descendentibus à fideicommittente, receditur *à gloss. in leg. Lucius, ff. de hæred. instit.* opinante, de Iure filios in conditione positos non præsumi, seù esse dispositiuè vocatos, vt obseruant *Clar. in §. Testamentum quæst. 77. vers., & ità dicunt propè fin., Peregrin. de fideicom. artic. 28. num. 3., & 13., & cons. 91. num. 30. cum duobus seqq. lib. 1., Mart. Medic. decis. Senen. 8. sub num. 33. vers. contrà hoc tertium, Rota coram san: me: Alex. VIII. decis. 1. num. 19., & 20., coram Pamphil. decis. 380. num. 1., & dicta decis. 492. num. 3., coram Bich. decis. 424. num. 1., coram Cels. decis. 181. numer. 10., & in recent. decis. 617. num. 5., & 6. part. 18.*

Receditur à celebri *consilio Oldradi il 21.* à vocatione actiua filiorum vetante illa-
20 tionem ad passiuam, siuè onus restituendi per fideicommissum Bona subsequentibus substitutis, *Card. De Luca de fideicom. disc. 84. num. 6., Rodulphin. alleg. 51. num. 20., Rota coram Pamphil. dicta decis. 492. dicto numer. 3., & per tot., & in Asculana Fideicommissi 29. Maij 1693. §. Primæ partis, coram R. P. D. meo Caprara* (nùnc intèr suas *decis. 169. num. 1., & 2.*)

Receditur deniquè à stricta significatione
21 verbi, & appellatiui *filiorum*, licèt de cætero non extendibili ad nepotes, vt ait *Episc. Rocca disput. Iur. select. cap. 128. n. 7., Modern. Palm. alleg. 93. num. 23., & inter eius recollect. decis. 262. num. 5. cum seqq., & decis. 263. num. 13. cum seqq., Rot. post Contrium decis. 29. num. 13., coram Merlin. decis. 206. num. 12., & 23. in Vrbeuetana Censuum 26. Martij 1696. §. Validitas, vers. secùs tamèn, coram R. P. D. meo Caprara (decis. 283. num. 1., & 2.), & in Reatina Fideicommissi 22. Martij 1700. §. Verùm, coram Me (suprà decis. 139. num. 15.)*

Et ità, Francisco tantùm iura sua promouente, resolutum fuit &c.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

AD *num. 3.*, vbi habetur, quod aditio hæreditatis superlatiuè resultet ex so-
22 lutione legatorum facta per hæredem scriptum in Testamento legantis, addi potest *Rot. in Reatina Fideicommissi de Seueris 11. Aprilis 1707. §. Fuisse verò, & 13. Februarij 1708. §. Simplex autèm ad med. coram Omanna, & in Forosempronien. Legatorum supèr pecunijs 16. Martij 1714. §. Pro coronide in fin. coram D. meo Ansaldo*, vbi in *seq. §. Perperàm verò* subditur, id lo-
23 cum sibi vindicare, qvamuis hæres soluisset legata metu mandatorum expeditorum ad instantiam ipsorummèt Legatariorum, ex rationibus *ibidem* viden.

Quod tamèn non procederet in duobus
24 casibus, altero nempè, si hæres in actu solutionis legatorum reportasset à Legatarijs cessionem iurium aduersùs hæreditatem defuncti, cùm huiusmodi iurium cessio minimè competat hæredi soluenti debitum sui Authoris, qui illum sibi hæredem inscripserat, vt cæteris relatis in simili proposito hæredis dimittentis Creditores hæreditarios reportata ab eis cessione iurium aduersùs hæreditatem defuncti dixit *Rot. coram Molines decis. 980. sub num. 10. §. Minùsque in fin.*

Et altero, si hæres tantummodò adim-
25 pleuisset legatum Missarum, quià cùm huiusmodi implementum, seù solutio referri valeat ad titulum pietatis, non idcircò exindè trahi posset consequentia absolutæ aditionis hæreditatis, ut respondit *eadem Rot. in Veliterna Reintegrationis 16. Aprilis 1731. §. Penult. coram Eminentissimo D. Card. Cincio.*

Ex eodem præsumpto motiuo pietatis infertur, quod aditio hæreditatis nequaquàm
26 induci valet ex sola expensarum funeralium solutione facta per hæredem siuè succedentem ab intestato, siuè in Testamento institutum, vt sunt præclari *Textus in leg. Scriptus*

ptus hæres 4. in princ., & in leg. Et si quis 14., §. Plerique, ff. de relig., & sumpt. funer., & tradunt *Mascard. de probat. concl.* 804. *num.* 25., & *seq., Mant. de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 10. *num.* 9., vbi exempli-
27 ficat in filio, qui proprio ære dedit sepulturam Patri, & soluit expensas Medicinalium, *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 44. *num.* 38.,
28 & *seq.*, vbi etiàm de hærede, qui satisfecit Medico, & Pharmacopolæ, *Pacific. de Saluian. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 86., *Cyriac. contr.* 618. *num.* 24. *Iranc. de protest. consid.* 83. *num.* 1., & 2., & *ex num.* 11. *vsquè ad fin.*, *Paulucc. dissert.* 101. *art.* 2. *num.* 83., & *seqq.*, *Rot. coram Emerix iun. decis.* 771. *sub num.* 1. *vers. Non obstat.*

Quod Ego intelligerem, vt procedat,
29 quotiès aditio hæreditatis allegatur per Tertium ad effectum agendi contrà hæredem scriptum, vèl etiàm ab inteſtato successurum, eaque desumi prætenditur ex solutione expensarum funeris, Medicinalium, & similium facta per ipsum hæredem, vt sunt termini, in quibus loquuntur mòx re-
30 latæ *Authoritates*: Secùs verò in casu, in quo Tertius pro repellendo hærede à vindicatione alicuius iuris, aùt crediti hæreditarij contrà eum opponat, quod non doceat, se adiuisse hæreditatem sui Authoris, ex cuius persona promouet actionem, quià tùnc solutio Medelarum, & expensarum funeris iuuat hæredi in Iudicio agenti ad finem iustificandi aditionem, & insimùl qualitatem hæreditariam ab illo Tertio oppugnatam, seù negatam; vt censuit *Rot. in Romana restitutionis in integrum* 5. *Iunij* 1699. §. *fin. coram Muto.*

A. Lupardus.

ROMANA PECVNIARIA SVPER NEGOCIO PRINCIPALI

Ven. 25. *Februarij* 1701.

ARGVMENTVM.

Contrapositio partitarum facta in calculo à Partibus, vèl per Arbitros exarato licèt regularitèr cedere debeat in excomputationem debiti durioris, id tamèn non procedit, quandò in oppositum constat de voluntate ipsarum Partium, seù Arbitrorum; & ex quibus huiusmodi voluntas depræhendatur. Solutio facta absquè vlla expressione specialis causæ à persona Magnatitiæ, vèl aliàs eximiæ qualitatis, referri potiùs debet in satisfactionem debiti gratuitò, & sinè fænore contracti, quàm in diminutionem alterius debiti fructiferi, & consequentèr durioris.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in Causa ardua, ac dubia potest demandare Partibus, vt deueniant ad concordiam.*
Pròut pluriès practicauit, & in dies practicat Sacrum Rotæ Auditorium, ibid.
2 *Iudices sempèr præsumuntur processisse pròut de Iure.*
Eademque præsumptio militat etiàm in Arbitratoribus, ibid.
3 *Solutio facta ad computum à Debitore ex pluribus causis cedere debet in causam potiùs debiti sub hypotheca contracti, quàm alterius merè chyrographarij*, & num. 12., & 14., *vbi de ratione.*
Præsertìm, si debita hypothecaria erant fructifera, num. 5
Declara, vt num. 15.
Et limita in solutionibus ad computum eius, quod debet, factis à Persona eximia, & Magnatitiæ qualitatis, quià hæc potiùs referri debent in causam crediti merè chyrographarij, & infructiferi, num. 18., 20., 23., & 35.
Et de ratione, num. 36.
4 *Ad finem impediendi cursum vsurarum fit ipso Iure compensatio, vbi Debitor efficitur, etiàm ex disparata causa, creditor sui Creditoris.*
6 *Sententia in ea parte, quæ sit dubia, & obscura, recipit interpretationem ab Actis.*
Idemque procedit in Laudis, alijsque Sententijs arbitramentalibus, ibid.
7 *Casus omissus à lege, Statuto, vèl à Sententia Iudicis, remanet sub dispositione Iuris communis.*
8 *Stante contrapositione partitarum debiti, & crediti hìnc indè facta per Creditorem, potest Debitor declarare, in quam causam solutiones per ipsum factæ cedere debeant.*
Declara, & intellige, vt num. 31. cum duob. seqq.
9 *De natura, & quidditate transactionis est, vt aliquid hìnc indè detur, & remittatur*, & num. 30.
Pro sustinenda autèm transactione sufficit, quod aliquid etiàm modicum fuerit hìnc indè datum, aùt remissum, num. 34.
10 *Summa semèl imputata, seù bonificata in vnam causam, nequit ampliùs calculari ad onus Debitoris, & ad aliam diuersam causam referri.*
11 *Lex sempèr loquitur.*
13 *Lex proniùs tendit ad liberandum, quàm ad obligandum.*
16 *Proxenetæ aliquid attestanti quandoquè plurimùm defertur.*
17 *Attestationi classici, & insignis Doctoris plena fides est adhibenda.*
19 *Testes deponentes de affirmatiua prævalent alijs incertè, vèl de absoluta negatiua testificantibus.*

21 Te-

21 *Testes, qui reddunt causam, & rationem eorum dicti, praeualent contrarijs Testibus nullam causam, vèl rationem assignantibus.*

22 *Argumentum* à superfluitate vitanda *de sui naturâ admodùm leue reputatur.*

24 *Solutio simplicitèr facta à Debitore ex pluribus causis nequit referri in causam debiti ab ipso denegati, vèl aliàs controuersi, ac litigiosi.*

25 *Interpraetatio illa sempèr sumenda venit, per quàm euitetur contradictio, seù correctio in vno, eodemque Instrumento.*

26 *Fructus Cambij nequeunt redigi in nouum capitale absquè labe Anatbocismi de Iure damnati, ac probibiti.*

Limita, si id fiat de consensu, & voluntate Debitoris, num. 29.

27 *Anterioritas hypothecae competens pro primo contractu suffragatur etiàm pro secundo, in quem primus fuit transfusus cum praeseruatione primaeuorum iurium.*

Et talis anterioritas intrat nedùm prò sorte, sed etiàm prò fructibus, ibid.

28 *Nouatio excluditur ex praeseruatione primaeuorum iurium.*

DECISIO CLXXVIII.

PLurimarum litium anfractum, praecipuè in Auditorio nostro pendentium, ac diuersis hinc indè praetensionibus asperè intricatum, & quodammodò imperuium occasione Appaltus Venae Ferri Status Plumbini intèr Principem Nicolaum eiusdem Status altioris ordinis Feudatarium, & respectiuè Locatorem ipsius Venae, ac Marchiones Carolum, & Ioannem Conductores, quemadmodùm (praetermissis *Decisionibus* multifariàm desupèr editis) praecisè etiàm liquet *in Theatr. Verit., & Iustit. Card. De Luca*, videlicèt *sub disc.* 117. *& 165. de Regal., & disc. 4. de Vsur.* necnón etiàm *disc. 24. de Camb.* aequitas quidèm, & prudentia Maiorum nostrorum de anno 1666. in Tribunali nostro confidentium sternere, & penitùs extirpare procurauerat mediante Concordia per tres tùnc temporis Auditores amicabilitèr pertractanda,
1 posteàque laudabilitèr etiàm conclusa, iuxtà illam rationabilem Epycheiam, quam in similibus casibus passìm practicare *Sac. Rota* consueuit, saepiùsque salubritèr per Iudices exoptari, ac demandari posse testatur póst *Text. in cap. placuit 90. distinct., & Bald. in cap. Ecclesia Volaterrana in fin. de elect.* alijs coaceruatis *Vrceol. de Transact. quaest. 64. num. 9., & seqq., Card. De Luca de fideicom. disc. 25. n. 6. per tot.* vbi relatis pluribus *decisionibus*, siuè exemplis refert etiàm casum huiuscè controuersiae; & habetur quoquè *in Foroliuien. Muri* 10. *Maij* 1680. §. *Domini, coram clar. mem. Card. Taya.*

Verùm nequè huiusmodi salubris conclusio, nequè arbitramentalis interpositionis, ac Voti emologatio, per quam ad normam calculi in ipsa emologatione, siuè Instrumento Transactionis per Partes desupèr celebrato praeinserti declarabantur Marchiones clari, & liquidi creditores praefati Principis in summa sc. 31150. 06. potuit, vt spes erat, radicitùs mortificare, & euellere totum semen dissidij, quin & posteà repullularet, exoriente difficultate, vtrùm quantitas solutionum factarum à Principe, & è conspectu eiusdem Calculi praenotata cedere iuxtà antiquiores disputationes deberet (ad finem retinendae anterioritatis, & potioritatis, & accessoriae assecutionis fructuum) in causam creditorum hypothecâ stipatorum, & ab altera parte praenominati calculi expressorum, vèl potiùs in illam purè Chyrographariorum sub eadem opposita parte mixtìm descriptorum; Quapropter priùs in Congregatione Baronum restauratâ pugnâ intèr Marchionem Fulcum praedictorum Caroli, & Ioannis haeredem, & Creditores memorati Principis Nicolai praedefuncti cum succumbentia eiusdem Marchionis Fulci, feliciùs is assurrexit in *Rota*, vbi *coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* praeuio Dubio opportuno reportauit decidi, & definiri, non solùm, pròut in prima parte erat incontrouertibile, de illius credito constare in originaria summa sc. 31150., sed & ratione illius creditorum hypothecariorum adhùc vigentium relaxationem Mandati in quantitate sc. 26143. 38., quod & rursùs meritò obtinuit hodiè coràm Me, respondentibus *Dominis* dubitationi à Me propositae = *An Mandatum de Voto Rotae relaxatum esset exequendum* = prorsùs *affirmatiuè*.

Et quidèm parui ponderis rursùs apparuêre eaedem in substantia obiectiones excitatae pro parte praefatorum Creditorum Principis Nicolai, quasuè solidè, & robustè iàm confutauerat tùm prima *Decisio* diei 11. *Ianuarij*, & secunda 17. *Maij anni proximè praeteriti coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano*; non etenìm captiuare valebat intellectum *Dominorum* illa, quòd enunciati tres Arbitratores per nudam, siuè materialem tantummodò insertionem calculi in eorum Laudo vsquàm cogitauerint determinare praefatam imputationem, siuè cessionem solutionum in hanc, vèl illam causam, ex quo de huiusmodi imputatione, seù cessione nullum verbum in tota
2 massa Laudi expressêre, vndè cùm sempèr capienda veniat interpretatio, quòd Iudices, & Arbitratores processerint pròut de Iure, per *Text. in leg. Miles, §. Decem, ff. de*

de re indic., *Rota decis.* 2142. *num.* 6., & 7. *coram Coccino*, & *decis.* 69. *num.* 9. *part.* 18. *recent.* de Iure indubitatum erat, nulla accedente opportuna declaratione Debitoris soluentis, vèl Creditoris recipientis, quòd omnis solutio indifferens, nullamquè in se causam continens, referenda veniat, & cadat in debitum grauius, magisquè af-
3 flictiuum, & durius, sicuti sunt credita hypothecaria personam insimùl, & Bona Debitoris subiugantia, ac comburentia, quàm existant comparatiuè credita Chyrographaria solam Debitoris personam insequentia, quantumuis etiàm in sequelam, & in effectu successiuo, siuè executionis quandoquè ferientia eadem Bona, secundùm ea, quæ rectè ponderauit, ac respondit *Vlpian. in lib.* 13. *ad Sabin.*, aliàs *in leg. prima*, & *in leg. In ijs*, *ff. de solut.* plenè *Altimar. ad cons. Rouit.* 65. *num.* 7. *lib.* 2., *Thor. in compend. decis. part.* 3. *verb. pecunia deposita*, *Mart. Medic. decis. Senen. exam.* 15. *num.* 16. *cum seqq.*, & signantèr *num.* 24., & *decis.* 26. *num.* 15., & 16., & vltrà hos alij allegati *in decis.* 341. *num.* 9. *part.* 13. *recent.*, & fatetur *Card. De Luca de Credit. disc.* 45. *num.* 7. necnòn *prima Decis.* 11. *Ianuarij* 1700. *ff. Cæterùm*, *coram prædicto Reuerendiss. Decano* (aliàs *coram Molines decis.* 649. *num.* 1.)

Addito, quod non solùm intèr præfata credita hypothecaria dinumerabantur nonnulla cœteròquin sterilia, vt erat illud, de quo infrà, æquationis Venæ, necnòn solutionum factarum Ministris excauationum Venæ; ast quoquè legebatur in calculo residuum crediti cambialis in summa sc. 6000. ex conuentione, suaque natura productiuum fœnoris, & vsurarum: Nemini autèm dubium esse poterat, quòd retenta dispositione Iuris si ad finem ampu-
4 tandi cursum vsurarum lex dissimulando, seù transcendendo proprium rigorem, creditum ex alia causa Debitoris per semetipsam absquè alio ministerio hominis compensat cum debito fructifero, seù vsurario, licèt ex disparata causa prouoniente, ad *Text. in leg. Si constat*, *ibiquè Bald. num.* 1., & *sequen.*, *Cod. de compensat.* Certiùs profectò, ac citrà hæsitationem solutiones ex lectura eiusdem Calculi indifferentèr adnotatæ, ac factæ, veniebant censendæ in
5 credita hypothecaria, intèr quæ aderant etiàm continuè mordacia, ac fructifera, ex ijs, quæ vno ore affirmarunt *Imol. in leg. prima sub num.* 5. *ff. de solut.*, *Mascard. de probat. conclus.* 1326. *sub num.* 4., *Rota coram Ludouis. decis.* 521. *num.* 8., & *seqq.*, *ibiquè Adden. num.* 12.

Quid vltrà? (subijciebant Creditores) dùm & hunc ipsum iuridicum intellectum patefaciebant Acta arbitramentis cùm enim
6 quælibet Sententia, Laudum, vèl Iudicatū quomodòlibet ambiguū, & subobscurum, passiuam recipiat intelligentiam ab Actis eiusdem Causæ, ex prænotatis *in leg. penult. Cod. de Sentent.*, *quæ sinè cert. quantit. profer.*, & *Rota decis.* 262. *num.* 1. *part.* 16. cum alijs adductis *in Melphicten. Cappellaniæ* 7. *Iunii* 1700. *§. Verùm*, *coram Me* (suprà *decis.* 151. *num.* 6.)

Profectò res videbatur manibus palpari, dùm Creditores Principis Nicolai sub oculis *Dominorum* ostendebant in hodierna audientia ipsamèt folia præparatoria Laudi, & arbitramenti *coràm bon. mem. Verospio* vno ex præfatis tribus *Auditoribus* de prædicto anno 1666. per *Tribunal* adscito: Cùm enim ab eisdem folijs elucescerct, quòd in pluribus præcedentibus tentis congressibus, & sessionibus discussæ solùm fuerint plures hinc indè prætensiones Principis, & Marchionum absquè vllo, vèl minimo verbo circà præsentem inquisitionem, in quam nàm causam forent imputandæ solutiones Principis, quinimò coruscaret, quòd in nouissimo congressu habito sub die vltima Martij 1665. secundùm Acta, & folia coràm prælaudato *bon. mem. Verospio*, postrema, & finalis resolutio capta per Arbitros demandauerat, quòd ipsæ Partes intèr se ad limites præcedentium determinationum calculum efformarent, *hodierno Summario Creditorum num.* 2., 3., & 4. vtiquè remanebat explanatum, quòd ijdem Arbitratores positiuè renuerunt falcem apponere in præsentem messem, & amaritu-
7 dinem sed illam censuræ Iuris communis dereliquêre, vti sempèr præsumendum est in qualibet re non declarata, non decisa, aùt per Statutum, aliamuè legem demortuam, aùt per Iudicem eiusdem legis interpretem, *leg. Commodissimè*, *ff. de liber.*, & *posthum.*, *Mar. Antonin. var. resol. lib.* 2. *resol.* 11. *num.* 16., *Modernus Argentan. collect.* 50. *num.* 13. *lib.* 1., *Rot. decis.* 515. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 3., & *decis.* 152. *num.* 17. *part.* 8. *rec.*

De cœterò autèm, quandò excogitari valeret, quòd præcitati Arbitratores ad hanc imputationem solutionum in vnam, vèl alteram causam nullum respectum habuissent, secundó, & fortitèr obijciebant Informantes prò Creditoribus, quòd in omnem casum innegabilis existeret proportionabilis imputatio ancipitum solutionum in vtramque causam, scilicèt hypothecariam, & Chyrographariam iuxtà prospectum, & configurationem ipsius Calculi in eodem arbitramento subinclusi: Prædictus enìm Calculus continebat in vertice illam formam contrapositionis partitarum, quæ apud Mercatores practicatur, atquè adhiberi consueuit = *dare*, & *auere*; sicquè

cùm

cùm in correspondente parte laterali admixtæ, intersecatæ, atque inuicèm conglutinatæ eniterent partitæ creditorum hypothecariorum, ac chyrographariorum, necessariò sequebatur, quòd retenta præfa-
8 ta formalitate contrapositionis = *di dare, & auere*, ad minùs tam Arbitri, quàm ipsæ Partes, vèl reliquerint electioni Debitoris libertatem, seù facultatem declarandi, in quam ex causis prædictis mallet fieri imputationem solutionum alterius partis *dell'auere*, ex pleno, & magistrali *consilio Alexan.85. num.2., & per tot. lib. 3.* cum quo processit *Altimar. ad Rouit. dicto cons.65. num.12. lib.2., Magon. decis. Florent. 39. num. 9., Rot. coram san. mem. Alexan. VIII. decis.85. num.1., & 2., & decis.272. num.27. par.17. rec.* latè *Modern. Nouarien. de Compens. cap. 3. quæst. 12. num.7.*

Vèl saltèm, vt præmisimus, incontrouertibilitèr intraret proportionabilis imputatio circà vtramque speciem debitorum, quæ fieri solet per illam regulam, quam Ratiocinatores, & Algebræ nuncupant *del trè*, ex insinuatis in proposito similis repartitionis per huiusmodi regulam *in Romana Graui 17. Iunij 1697. §. Hæc autèm, coràm Me impressa intèr decis. recollect. per Modern. Palm. decis.197.* ità quippè efficacitèr exigebat quidditas, ac subiecta materia Arbitramenti mixti cum Transactione subsequuta intèr Partes, nàm cùm præcedens altercatio Partium palàm versaretur in hoc articulo, in quam causam solutiones factæ per Principem, longèque absorbentes importantiam debiti Cambialis, ac etiàm peræquationis Venæ forent supputandæ, vtì apparebat *ex decis.341. part.13. recent.* quantumuis successiuè reformata *in decis.199. part.14. recent. coràm præfato bon. mem. Verospio*; vtiquè in nihilo deseruijsset adeò solemnis Arbitrorum interpositio, ac successiua Collitigantium emologatio, siuè Transactio, quotiès, penitùs denegata imputatione præfatarum solutionum in causam hypothecariam, totæ cessissent in alteram chyrographariam, quandò, & inspecto modo adhibito in ipso Calculo per viam, vt dicitur = *di resto* = ibi = *resta sc. 31150.06.*, & essentiâ Transa-
9 ctionis, non fuisset aliquid hìnc indè ad minùs proportionabilitèr ad limites præcedentis dubietatis de mente Arbitrorum, & Partium datum, & remissum, ex littera *Text. in leg.1., ff. de transact., Vrceol. de transact. quæst.2. num.8., Rot. pòst eumdem decis.52. num.9., & coram Bich. decis. 192. num. 12., & 13., & decis. 271. num.21. part.6. rec.*

Quin huic, vèl integrali imputationi solutionum in causam grauiorem, & duriorem, aùt ad minùs proportionabili, vlatenùs obsisteret, quòd in totiès laudato Calculo præ cœteris effulgeret verticalis partita ratæ Cambij in sorte sc. 6000. vnâ cum illius accessionibus, seù fructibus in scutis 7600., quasi quòd frustratoria fuisset prænotatio huiuscè partitæ cum fructibus calculatis vsquè ad vltimum momentum subsequuti Laudi, & Transactionis, quotiescumquè Arbitratores intellexissent, faciendam fuisse hanc imputationem in grauiorem causam Cambiariam, data siqui-
10 dèm hac imputatione, etiàm hæc rata Cambij, & fructuum remansisset perempta, ampliùsque nullo modo adnotabilis in Calculo, *leg. prima ff. de hæred., vèl action. vendit., & leg. si Seruum 4. §. Si modus, ff. de action. empt.*

Strenuè quippè (huiusmodi obiectum præueniendo) prosequebantur Informantes prò Creditoribus, quòd iste discursus optimè congrueret, vbicumquè ijdem Creditores prætendissent, ac prætenderent, quod, ad sensum Arbitrorum, & Partium, Cambium, & alia credita hypothecaria habenda forent in vim factarum solutionum prò iàm compensatis, & extinctis antequàm Laudum ederetur, & à Partibus firmaretur Transactio: sed (vt ipsi subnectebant) intantùm Arbitri descripsère partitam ratæ Cambij, eiusque fructuum, aliorumque creditorum hypothecariorum in ipso Calculo præinserto, inquantùm, posthabita à parte antè definitione huius puncti, satiùs Arbitratores, & Partes existimarunt, aùt extinctionem posse resultare ex pòst per præfatam contrapositionem partitarum *del*
11 *dare, & auere*, aùt in omnem casum illam emergere ex censura legis, quæ sempèr loquitur, vt inquit *Bartol. in leg. Omnes Populi num.64. ff. de Iust., & Iur., Castren. consil. 235. sub num.1. vers. restat respondere vol.1. Rot. decis.223. num.7. coram Bich., & dec. 198. n.3. coram Dunozet. iun., & in recent. decis.81. num.23. part.5.*

Reassumentes etenim *Domini*, siuè appendentes vim vtriusque alacriùs hodiè restauratæ obiectionis, vltrò respectu primæ
12 admittebant, quòd, iuxtà stabilimenta Iuris, solutiones indifferentes factæ per Debitorem pluribus debendi causis mancipatum veniant regularitèr adscribendæ in causam magis ipsi Debitori grauem, & molestam, quemadmodùm sunt causæ hy-
13 pothecariæ, & fructiferæ; benignitas etenim eiusdem Iuris magìs protendentis ad liberandum, quàm ad obligandum, *leg. Arrianus ait 46. ff. de action., & oblig.* cum alijs *in Tract. de Commerc., & Mercat. disc.25. num.3., & in Romana Fornacis 26. Martij 1700. §. Addebatur, coram Me* (suprà *decis.141. num.44.*) nulla expres-

sione

sione facta in actu solutionis quòad vnam, vel alteram causam per ipsum soluentem,
14 aût recipientem, commiserans idcircò, & induens pannos Debitoris, illiusque verisimilem intentionem interprætando, abstractiuè præsumit, initam esse solutionem in causam, vt diximus, eidem Debitori duriorem, magisquè damnosam, quià sic & ipsemet Debitor verisimilitèr exoptasset, sicutì substantialitèr resultabat ex *Auctoritatibus* suprà in primaria obiectione deductis: Verùm quià non sempèr rerum circumstantiæ sunt similes, neque sempèr eadem est probabilis intentio, ac conditio
15 illius, vèl alterius personæ Debitoris, solidiùs proindè in hac coniecturali, ac in animo latente hæsitatione idem *Ius*, & *Doctores* alio non apparente decisionem hanc remiserunt saniori Iudicis arbitrio, & incorruptæ religioni, próut in hac eadem subiecta materia similitèr concludit *Menoch. de arbitrar. cas.* 493. *num.* 17. ibi = *qui quidèm Iudex arbitrari interdùm poterit causam illam, quæ est sub pignore, duriorem esse &c.* quem sequitur *Gratian. disc. ept.* 224. *num.* 59., *Mart. Medic. exam. Senen.* 15. *num.* 46.

Introspecta itaquè in præsenti casu tàm Arbitrorum, quàm vtriusque contendentis intentione, non potuerunt *Domini* recedere ab æstimabili testimonio *Cardinalis De Luca* de eo tempore patrocinantis iura Principis Ioannis Baptistæ, illiusque in origine Subditi, qui palàm *in discurs.* 45. *numer.* 7. *de Cred.*, *& debit.* profitetur, & laudat, quod Arbitri per nostrum Tribunal ad componendas hasce multiplices controuersias prælecti iudicauerint, partitas solutionum neque vnam, neque alteram causam exprimentium fore imputandas in chyrographarias potiùs, quàm hypothecarias:
16 si etenim quandoquè vili, & miserabili Proxenetæ deferunt subsellia Iudicantium, vt in *Romana fructuum Dotis* 1. *Decembris* 1698. *§. Verùm, cor. Ale* (*dec.* 65. *n.* 21. *tom.* 1.), & alibi passim, multò fortiùs, re
17 versante in ambiguo, credendum erat tàm classico Magistro, & Doctori omni prorsùs affectione experti, ex ijs, quæ in durioribus monuerunt etiàm *Catan. cons.* 44. *num.* 66., *De Philipp. differt. Fiscal.* 25. *numer.* 97. *cum seqq. Modern. Argentan. collect.* 32. *num.* 101. *lib.* 2., *Rot. coram Pamphil. decis.* 342. *num.* 7., *& decis.* 393. *num.* 4. *part.* 16. *rec.*

Abundantiùs autèm, quia prætermissis accuratis ponderationibus allatis in vtraque *Decisione* præcedentis Instantiæ *coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* circà efficaciam coniecturarum hanc ipsam veritatem imputationis solutionum in causas merè personales, & chyrographarias plenè suadentium, vt in *prima Decisione diei* 11. *Ianuarij §. Quoniàm cum seqq.*, *&* 17. *Maij sæculi expirati §. Quod autèm cum seqq.* (nùnc intèr suas *decis.* 649., *&* 680.) potissimè vrgebat ponderatio qualitatis harum causarum personalium, & creditorum chyrographariorum; siquidem, vt apparebat ex eodem Calculo, huiusmodi credita chyrographaria consistebant vèl in mutuis gratuitis extrà sphæram, & occasionem Appaltus Venæ ferri traditis per Marchiones Principi Nicolao, vèl in solutione propriorum debitorum eiusdem Principis, vèl demùm ex gratuita paritèr accomodatione plurium partitarum Venæ ferri pro seruitio Furnorum ipsius Principis: Vndè prætèr indicia voluntatis extinguendi priùs hæc credita ex quadam liberalitate Creditoris contracta, & satis apparentia ab Epistolis præfati Principis, *præterito Summ. Marchionis Fulci num.* 11., *&* 15., *& hodierno num.* 2., admodùm ipsamèt congruentia, &
18 honestas (quidquid dicendum esset in cæteris personis notæ inferioris) tàm illustris Debitoris stringebat ad effectum, vt Arbitri, quemadmodùm testificatur *Cardinalis De Luca vbi suprà*, Partibus auditis, totâque negotij massâ examinatâ rectiùs censerent, quòd contrapositæ solutiones tenderent potiùs in extinctionem similium creditorum sinè fænore, & à maiori, vt diximus, vrbanitate, & liberalitate Creditoris, & fide per eum habita ergà Principem prouenientium, iuxtà illam quamdam antidoralem conuenientiæ legem, de qua in indiuiduo nostræ quæstionis pòst *Bartol. in leg. prima sub num.* 4. *de solut.* ibi = *si est homo ità Curialis, & Nobilis, quià ipse citiùs solueret Creditori sinè vsuris, quàm ei Creditori, qui est cum vsuris*, cum alijs monet *Gratian. dicta discept.* 224. *num.* 16., & priùs *discept.* 105. *sub num.* 15., *Mart. Medic. exam. Senen.* 15. *num.* 12., *&* 13., *& decis.* 27. *num.* 18.

Absquè eo, quòd proindè vlla videretur in oppositum tribui posse efficacia assertis folijs *bon. mem. Verospij* vnius, vt enunciauimus, de tribus Arbitratoribus, & supèr quibus in præsenti retrutinatione maximus (quemadmodùm dici solet) fiebat rumor ex parte Creditorum Principis Nicolai: Quoniàm in primis, nèc vnum verbum in præfatis folijs, seù memorijs habetur de hac præcisa disquisitione, cùm eadem folia ex eorum lectura nihil aliud præseferant, quàm adnotationem quamdam prætensionum ipsarum Partium, cum nonnullis suppositis resolutionibus Arbitrorum, & nuda ordinatione Calculi per Partes conficiendi; quapropter posito etiàm milliès, quòd folia reputanda essent Canonica, & non simplices notæ pro sua forsàn satisfactione sub-

exten-

extensæ ab vno dumtaxàt Laudatore citrà apparentem conspirationem, siuè consensum aliorum duorum: Adhùc malè etiàm in abstracto inferebatur, quòd ob hanc ipsam conticentiam, ac silentium, & Calculum Partibus demandatum, Arbitri desererere intellexerint hanc imputationem sanctioni, & determinationi Iuris, id enim etiàm ex indifferentibus visceribus ipsiusmèt obiecti prò neutra Parte effectiuè concluderet; ideòque quis dicat, quòd posita hac incertitudine conclusionis ex vno latere, & ab alio obstante irrefragabili testimonio *Card. De Luca*, non debeat illud in statera Iustitiæ præualere, sicút dicimus de
19 Testibus, quòd ij, qui deponunt de affirmatiua, præponderant Testibus vèl incertè, vèl etiàm negatiuè testificantibus, ad tradita per *gloss. in leg. diem proferre, §. Si plures, verb. consenserunt, ff. de recept. Arbitr., Rot. decis. 242. num. 4., & decis. 383. numer. 11. part. 16., & decis. 819. nu. 8. par. 18. rec., & in Fauentina Iurium Parochialium 23. Iunij 1698. §. Semperque in fin. coràm Me (dec. 55. n. 7. tom. 1.)*

Eòque validiùs, quià hoc idem obiectum feriebat principium, nàm quis vmquàm reuelauit, quòd prædicta quoquè censura Iuris communis non assisteret imputationi in causas magìs chyrographarias, quàm hypothecarias, dùm, vt superiùs satis
20 ostendimus ex doctrina *Bartol.*, *aliorumque* de Iure esse, quòd Iudice induere debente pannos Debitoris, is existimetur (quandó sit congruentiæ, & illustrium natalium legibus obligatus) verisimilitèr potiùs electurus causam de rigore forensi leuiorem, sed prò Equestri, & Magnatitia qualitate grauiorem, vt sunt debita sinè pignore, & vsuris vrbanè contracta: Quamobrèm eò magis inconcludenti huic discursui à suppositione obiectionis descendenti sempèr merebatur anteferri limpida, & tàm sublimis attestatio *Cardinalis De Luca*, ille namquè in *dicto disc. 45. num. 7. de Credit.* non immoratur simplicitèr in mera assertione facti, sed adducit rationes, & *Authoritates*, ex quibus Arbitri ad opinandam imputationem in causas magìs chyrographarias, quàm hypothecarias commoti sunt, sicuti non discedendo à
21 paritate Testium, ij præcedunt, qui causam, & rationem assignant, quàm qui nullam rationem, seù causam exprimunt, & effantur, vt pluribus cumulatis *Prosper Farinac. de Testib. quæst. 70. num. 19. & 20.*, & in fortioribus *Rota decis. 224. num. 15. coram Pamphil., & decis. 206. num. 8. coram Priol., & decis. 354. num. 11. par. 13., & decis. 297. num. 20. par. 19. rec.*

Potissimè prò maiori euersione horum foliorum, & Calculi demandati superacedentibus reflexionibus solidè factis supèr figuratione, ac expressione eiusdem Calculi *in secunda Decisione diei 17. Maij ex §. Perspicua cum seqq. coram Reuerendiss. D. Molines Decano (dicta decis. 680. sub numer. 8.)* Insigniores quippè partitæ solutionum, vt prætendebatur, contrapositæ creditis variæ qualitatis, & naturæ, palàm, & cubitalitèr dicunt, quòd residuum earumdem solutionum extiterat per eosdem Arbitros in causam cambialem excomputatum, quod vtiquè superfluè diceretur, si & hoc residuum de probabili Arbitrorum intentione esset in ipsum Cambium, quod remanserat in rata scut. 6. mil., referendum: Replicare autèm, quòd & eadem superfluitas recrudescat, dùm si è conuersò Arbitri cogitassent, totas solutiones cedere debere in causas chyrographarias, illas à Calculo resecassent proportionabilitèr ad solutionem scut. 21. mil., non verò eas mixtìm interposuissent cum verè hypothecarijs, ad summum efficere valet,
22 quód hinc indè dempto hoc argumento elicito à superfluitate vitanda, quod etiàm suaptè naturâ leue est, vt ait *Peregrin. de Fideicom. art. 14. num. 21., Card. De Luca de Credit. disc. 73. sub num. 11., Modern. Lucen. consult. 280. num. 70., Rot. coram Buratt. decis. 237. num. 9., & coram Merlin. decis. 22. num. 13.* crescat occasio prò, vèl contrà ex simplici lectura Calculi ratiocinandi, sed hoc non tollit, quòd in hac eadem ambiguitate rursùs non exsurgat totiès memorata testificatio *Card. De Luca*, & Iuris quoquè communis assistentia (absquè alio etiàm fulcimento litterarum, vt
23 suprà) præsumentis, & resoluentis, quòd in Viro Nobili nulla concurrente declaratione abscondatur animus magnificentior, & voluntas soluendi potiùs in causam mutui generosi, ac sinè fœnore, quàm fœneratitij, ad ea, quæ pratèr suprà laudatos in §. *Abundantiùs* ponderauit *Angel. in leg. 1. sub num. 4. versic. vèl pone, ff. de solut., Bald. in leg. 1. sub num. 2. Cod. eodem tit., Salicet. in eadem leg. num. 2., & seqq., Menoch. consil. 121. num. 47.*, & pleniùs *Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap. 105. nu. 5.*, vbi paritèr collaudat in hoc præciso puncto, & casu Arbitramentum præfatorum trium nostri Ordinis Auditorum.

Addebatur etiàm (licèt quodammodò ex abundanti) per aliquos ex *Dominis*, quòd nequè in semetipsis ponderatæ partitæ creditorum hypothecariorum correspectiuè ad partitas solutionum pati videbantur hanc imputationem, quià eædem (omissa leuiori scutorum 157.) consistebant in Cambio residuali sc. 6000., eiusque fructibus in summa sc. 7600., ac etiàm in peræquatione Venæ in maiori quantitate scut. 12585., vndè

vndè seorsim eas degustando nequibant illis applicari regulæ imputationis: Etenim quòad magis insignem partitam sc. 12585. fieri non valebat imputatio illarum solutionum, quæ per Principem factæ fuerunt Marchionibus sub anuis 1638. & 1640., quandò idem Princeps istudmèt creditum peræquationis Venę longè pòst impugnauit, vt in *decis.199.par.14.rec.*, & quandò regula est in contrarium, nempè quòd imputatio
24 pendens à verisimili intentione soluentis nusquàm coincidere valeat in creditum litigiosum, controuersum, & denegatum ab eodem soluente, *Text.* est expressus *in dicta leg. prima, ff. de solut., ibiquè Gloss. litt. F.* ibi = *Non autèm id, quod dubium est per controuersiam &c., Altimar. ad Rouit. cons. 65. num. 18. lib. 2., Posth. resol. 76. num.8., Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt. 136. num. 12., Merlin. Pignattell. contr. foren. cap.77. num.7. cent.1., Gratian. discept. 505. num. 33., Mart. Medic. dicto exam. 15. num.34., & dicta decis.27. n 14. cum duobus seqq., Rot. decis. 741., & decis.773.* vtrobiquè *num.3. coram Merlin.*

Quouerò ad creditum sortis Cambij, eiusque fructuum, non erant paritèr aptabiles termini imputationis, stante quòd in ipsa transactione, in qua Calculus intercludebatur, aderat explicita, & litteralis præseruatio Partium per illa verba = *Non sit, nèc censeatur facta aliqua innouatio prioris obligationis, & hypotheca ex dicto Instrumento Appaltus, alijsque prædictis competen., sed quòd eadem obligationes, & hypotheca, ac omnia, & singula iura, actiones, & priuilegia, & præsertìm anterioritatis, & potioritatis vigore dicti Instrumenti, & aliorum quorumcumque intèr prædictas Partes gestorum, & celebratorum, vigeant, & persistans in eorum robore, & efficacia, remaneantque illæsa, & præseruata &c.* Quomodò namquè (subiungebatur) compatibilis erat imputatio in has causas, dùm, sequuta imputatione, nedùm necessariò intrabat nouatio, sed etiàm totalis extinctio; sicquè ad euitandam tàm apertam
25 contradictionem, & absurditatem in vno, eodemquè Instrumento, magìs sempèr, atquè magis concludere oportebat, quòd nèc vlla intercessisset iu Arbitris voluntas imputandi solutiones in credita capacia huius præseruationis, qualia erant credita hypothecaria, vtpotè desumentia firmitatem, & originem ab enunciato Instrumento Appaltus, non autèm chyrographaria nullam habentia connexionem, & dependentiam à prædicto Instrumento, ad *Text. in leg. Non ad ea, ibiquè glos. verbo præsens in fin. ff. de condit. & demonstrat., Episc. Rocca disput. Iur. cap. 94. num. 17., Rota decis. 2338. num.5. coram Coccin. & decis.793. num.6. coram Cerr., & dec.305. num.11. par. 14., & decis. 747. numer. 9. par.18. rec., & in Romana Cambij 26. Iunij 1697. §. Nec refragari, coram Me (decis.13. n.5. tom.3.)*

Perperàm autèm ad infringendum robur huiuscè præseruationis conabantur Informantes pro Creditoribus, vèl illam tamquam facto contrariam elidere, vèl, quod idem erat, indirectè eneruare sub ea specie dilemmatis, quòd aùt per ipsam Transactionem, & Instrumentum noui Cambij totius summæ sc.31150. in sequelam Arbitramenti celebratùm de anno 1666. inducta fuerat nouatio; & corruebat amaritudo Creditorum, qui contraxerant medio tempore intèr annum 1635. initi Appaltus ad prædictum annum 1666. exaratæ Concordiæ, ac nouæ respectiuè creationis Cambij: Aùt verò prætendebatur nouatio non inducta, eoquę casu insurgebat nouissimus error peior priore, quoniàm præ
26 cæteris ratione fructuum antecedentis Cambij suborta fuisset vsuraria superfætatio, seù (quod erat alienum à mente tantorum Patrum Arbitrorum) damnatus, & intolerabilis Anathocismus, ex congestis per *Andreol. contr. 210. per tot., Rot. decis.409. coràm Merlin., & coram Ninot. decis.55. num.5.* quamuis ab ea ex mutatione facti fuerit recessum in *Auellina, seù Nullius præstationum 29. Aprilis 1697. §. Ratio, coram R.P.D. meo dell' Olmo*, cum alijs concordantibus.

In neutra etenìm sui parte gradiebatur dilemma; non quidèm in prima, quià palmaris erat exclusio nouationis, nullaque in se aderat incompatibilitas, dùm in nouo Cambio adijciebantur credita chyrographaria, aliaque infructifera loco sortis cambiatæ, seù cambiandæ, & radix hypo-
27 thecaria veteris Cambij stante eadem præseruatione durabat in nouo, nouos conuentos fructus legitimè productura, vt in durioribus dictum fuit per *Episc. Isclan. disput. Iur. select. cap. 137. à num. 11., & per tot.*, & in eadem Causa *Rot. coràm Priol. decis. 350. à num.7. 8., & seqq., & in Romana Cambij 12. Iunij 1699. §. Regularitèr, coram R. P. D. meo Lancetta (modò intèr suas decis. 94. num. 18.)* ac genera-
28 litèr de efficacia præfatæ præseruationis nupèr *in Bononien. liberationis à molestijs 2. Iulij 1700. §. Præualuit, & §. Consequens cum seq. coram Me* (suprà *decis.166. n.19., & 25.*

Superfætatio demùm, siuè Anatocismus gratis impingebatur, quià nullibi re-
29 pugnat, quòd fructus Cambij præcedentis de voluntate Partium redacti in sortem, loco nouæ sortis deseruiant pro fundo, & base noui Cambij, quemadmodùm pluriès, articulo formitèr, & ad satietatem disput-

cto

cto, firmauit *Rota*, vt in *Romana Cambiorum* 21. *Iunij* 1697. *§. Quoniàm*, *& seqq.* *&* 13. *Ianuarij* 1698. *§. Omissa enim*, *coràm R. P. D. meo Caprara* (intèr eius nùnc impressas *decis.* 346. *num.* 3. *& seq.*, *& decis.* 368. *num.* 2. *&* 3.) & in earum confirmatoria 16. *Ianuarij* 1699. *§. Pro tali*, *& seqq. coràm R. P. D. meo Muto*, in quibus contrariæ quælibet *Authoritates* dissoluuntur.

Respectu autèm secundæ subalternantis oppositionis neque visum est, quòd ob præmissam, & in eadem oppositione inculcatam contrapositionem partitarum *di dare*, *& auere*, aùt Arbitri deseruerint Debitoris electioni facultatem eligendi causam, in qua solutiones factæ per ipsum cedere deberent, aùt quòd in omnem casum stante hoc (vt aiunt) *sbattimento di partite*, & naturâ intrinsecâ concordiæ, subingrederetur aurea proportionabilis supputatio in singulas tàm chyrographarias, quàm hypothecarias causas, siuè partitas in prima columna calculationis designatas, nèc aliàs
30 quidquam minimè appareret remissum pro parte Marchionum Creditorum fauore Principis, contrà litteram *Text. in leg.* 1. *Cod. de Transact.*, *Rota decis.* 268. *num.* 4. *par.* 11., *& decis.* 75. *n.* 14. *par.* 16. *rec.* cum alijs suprà allegatis in *§. Vèl saltèm*, aliàs *num.* 9. cum suis concordan.

Circà namquè vim contrapositionis *di dare*, *& auere*, vltrà quamplures responsiones latè cumulatas in vtraque *Decis. Reuerendiss. D. mei Decani*, & signantèr *in secunda* 17. *Maij §. His sic constitutis*, *cum seqq.* (*dicta decis.* 680. *num.* 14. *& seqq. coram Molines*) vera quidèm apparebat Theorica, quòd vbi non per modum solutionis in ipsa contrapositione adnotatæ *hà pagato*, sed per viam simplicis crediti, & debiti *di dare*, *& auere* ex vna parte inscri-
31 bitur debitum, & ex altera solutio, tùnc resideat in posse, siuè electione soluentis, seù Debitoris eligere, ac declarare (ex rationibus superiùs animaduersis) in quam causam malit cadere solutiones in proprium creditum transcriptas, ad terminos distinctionis, de qua *Alex. consil.* 85. *nu.* 3. *vers. & hoc expressiùs lib.* 3., *Bersan. de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 12. *n.* 7., *Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap.* 224. *n.* 10., *Surd. decis.* 186. *sub n.* 7., *Magon. decis. Florent.* 39. *num.* 9.

Ast non erat hic casus; quoniam contrapositio partitarum per modum *di dare*, *& auere* concepta, & exarata non fuerat in libro Creditoris recipientis, quiuè sic scripturando præsumitur egisse ad normam consuetudinis Mercatoriæ, supèr qua pedes præcisè figunt *Authoritates* mòx adnotatæ, sed legebatur adiecta in calculatione approbata per Iudices, siuè Arbitratores superioris ordinis, & penitùs extrà sphæram Campsoriam: cùmque hucusquè vberrimè demonstratum fuerit, eosdem Arbitratores sensum consouisse diuersum, ex semetipsis corruebant eædem *Authoritates*; & nihi ominùs, retento etiàm con-
32 trario Nummulario intellectu, ille locum sibi vindicasset, quotiès idemmèt Princeps Ioannes Baptista debitor, & soluens opportuno, & non suspecto tempore, ac saltèm paulò pòst finitam concordiam, ijsdemque Arbitris non contradicentibus ità elegisset, siuè declarasset, quòd intendebat excomputare solutiones in causas hypothecarias; At quoniàm ille tùnc versabatur in statu florido, suâque non intererat ad hanc declarationem deuenire, ex quo vniuersa massa crediti à prædicto anno 1666. euaserat de illius consensu, & de iudicio Arbitrorum fructifera, & in posterùm æquè afficiens Personam, & Bona: profectò huius-
33 cemodi declaratio vìquedùm, seù viuente Principe non facta, & hactenùs effulgens opposita menti, & intentioni Arbitrorum, non poterat in præsenti, & pòst litem nuperrimè motam à posterioribus Creditoribus Principis emitti in graue, & sensibile præiudicium anteriorum, pròut erat Marchio Fulcus, ad ea, quæ punctualitèr cum *Iason. in §. Bonæ fidei num.* 77. *Instit. sub tit. de action.*, dixit *eadem Rota pòst Cenc. de censib. decis.* 160. *ex num.* 8. *cum seqq.*, & præcisiùs *sub num.* 10. *&* 12., vbi vlteriùs positiuè considerat consimilem casum, quandò declaratio fieri prætenderetur pòst decoctionem communis Debitoris, sequitur *dictus Modern. Nouarien. de Compens. cap.* 3. *quæst.* 12. *num.* 12. & facit *Posth. resol.* 121. *num.* 15. quidquid inuolutè postmodùm in se dicat, & cum eo *Beltramin. ad decis. Ludouis.* 336. *num.* 8. in proposito styli Mercatorum Vrbis.

Deniquè quòad ponderationem intrinsecæ naturæ Transactionis, *Domini* fortassè magis desupèr fuissent immorati, nisi præcisiuè à nimiùm vrgentibus, siuè resistentibus argumentis vt suprà, eiusdem transactionis, & concordiæ lectura statim patefecisset, quòd remissio iurium Transigentium hinc indè à legibus pro substentanda concordia desiderata, exuberantèr noscceretur impleta in præsenti thesi ab vberiori prætensione Marchionum Creditorum: non etenim solùm iidem Marchiones consenserant pòst simplex quadriennium infractioni contractus conductionis Venæ, per aliud sexennium ad formam Instrumenti Appaltus 1635. duraturi, verùm etiàm cùm Princeps contenderet, ipsum exbursasse plusquàm importaret debitum, & è conuersò Marchiones acritèr insisterent, quòd loco sc. 31150. in calculo admissorum, illo-
rum

rum creditum ascenderet ad alia sc. 4390. *Summario* eorumdem Creditorum *num. 5.*; Hinc proindè, citrà necessitatem validandi Transactionem mediante ope, ac prætensione proportionabilis imputationis, eminentèr coruscabat remissio hinc indè ex capite aliarum vtriusque Partis prætensionum, vtì quoquè legebatur in dicta Transa-
34 ctione, *Summario* Marchionis *num. 6.* quod sanè superabundat ad præmissum effectum substinendi Transactionem, ex firmatis per *Vrceol. de Transact. quæst. 100. n. 5., & seqq., Rot. pòst eumdem dec. 42. numer. 17. & 18., & decis. 163. num. 13. & 14. coram Merlin., decis. 127. nu. 15. & 16. & decis. 161. num. 12., & 13. coram Priolo, & decis. 29. num. 16. coràm Vbag., & decis. 107. num. 30. par. 15. rec.*

Atquè ità, omissis reliquis antiquioribus obiectis quoàd viam executiuam, & quoàd assertam incapacitatem Marchionis Fulci ratione forensitatis, vtpotè vèl egregiè dissolutis in *Decisionibus* præcedentibus *coràm Reuerendiss. D. meo Decano*, vèl hodiè dissimulatis, seù saltèm posthabitis ab ipsis succumbentibus, *Domini* resoluerunt, vtrâque &c.

ANNOTATIO ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

PRæsens Decisio, quæ vnâ cum alijs tribus proximè sequentibus prodijt in eadem Causa intèr Marchionem Fulcum de Rinuccinis, & Creditores Principis Nicolai Ludouisij, extat quoquè impressa póst *Salgad. in Labyr. Credit. decis. 203.* iuxtà Venetam editionem anni 1701.

Quòd solutiones nullâ expressâ causâ factæ per Magnates, aliasque personas generosa Nobilitate præditas, quæ sint ex pluribus causis debitrices ergà vnum, eumdemque Creditorem, hoc habeant specia-
35 litatis, vt ex verisimili mente soluentis, ac ratione cuiusdam vrbanitatis, & conuenientiæ præsumantur expletæ in diminutionem Debiti potiùs gratuiti, pròut est simplex mutuum, quàm alterius fructiferi, aùt aliàs sub legitimis interusurijs contracti, allegata hac Decisione D. mei Ansaldi in §. *Abundantiùs* (seù *num. 18.*) alijsque concordan. recentissimè firmauit *Rot. in Romana Cambij 19. Iunij 1733. §. Penult. coram Reuerendiss. D. Calcagnino* dùm hæc imprimuntur effecto *Sacræ Rotæ Decano* ob assumptionem *Reuerendiss. D. Corij* ad munus Gubernatoris Almæ Vrbis; vbì hanc
36 præcisam assignat rationem, quià Viri Nobiles, cœterique, quibus cordi ciuilia officia sunt, longè plus angustiantur, quotiès nequeunt gratuitis Creditoribus satisfacere, quàm vbì fœnorum dispendia subeunt.

ROMANA PECVNIARIA SVPER FRVCTIBVS.

Ven. 25. Februarij 1701.

ARGVMENTVM.

Breuis est *Decisio*, ideoquè non indiget Argumento, cùm facilè colligi possit ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior potest auocare pecunias solutas posteriori Creditori sub cautione de restituendo prioribus, & potioribus.*
2 *Debitum simplex vbi per nouum contractum efficiatur fructiferum, fructus non habent anterioritatem, nisi à die secundi contractus.*
3 *In mixtis, & confusis attenditur id, quod præualet, & præponderat.*
4 *Nouatio nunquàm censetur inducta, nisi expressè dicatur, vèl intercedat incompatibilitas intèr primum, & secundum contractum.*
Præsertìm quandò non mutatur nomen primi contractus, & concurrit protestatio exclusiua nouationis, num. 5.
6 *Plures contractus licèt in vnum transfundantur, potest tamèn vnusquisque retinere suam primæuam qualitatem, & anterioritatem.*
7 *Argumentum, quod militat de toto ad totum, procedit etiàm de parte ad partem.*
8 *Anatocismus verè, & propriè in quo cadat* remissiuè, & num. 11.
9 *Anatocismus, siuè eius termini non intrant vbì sermo est de fructibus ab initio licitè conuentis.*
Possunt namquè huiusmodi fructus decursi, & non soluti in nouam sortem fructiferam transfundi citrà labem vsuræ, ibid.
10 *Onus cambiandi à Debitore susceptum in Cambio ad certum tempus contracto, putà ad tres annos, seù Nundinas, an, & quandò expiret, necnè eodem tempore elapso*, remissiuè.

DECISIO CLXXIX.

VErtente suprà negocium, siuè creditum principale prætensum à Marchione Fulco cum Creditoribus Principis Nicolai communis debitoris, etiàm dissidio quoàd fructus, *Rota* libratis hinc indè rationibus sub die 17. *Maij* sæculi defluxi *coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* non solùm respondit, in se irrefragabilitèr deberi prænominato Marchioni integra interusuria ab anno 1666. ratione Cambij tùnc in summa sc. 31150. plusquàm legitimè

mè sub eodem anno (authorizzante nostro Tribunali) contracti per Principem fauore Marchionis, sed & vlteriùs censuit, relaxandum esse mandatum ad validiorem effectum auocationis pecuniæ retractæ à præfatis Creditoribus Collitigantibus pro rata veteris Cambij residualis sc. 6000.; Quamobrèm, hodiè nouum expetentibus examen præcedentis Iudicati iisdem Creditoribus, iterùm illius iustitiâ funditùs degustatâ ad normam propositæ per Me dubitationis consistans prodijt resolutio = *Mandatum à Reuerendiss. Molines, siuè de voto Rotæ relaxatum, esse exequendum*.

Neque etenim tuta apùd *Dominos* apparuit Asylus, sub qua positiuè prænominati Creditores pecuniam ab ipsis iudicialitèr obtentam (sub assueta tamèn obligatione restituendi prioribus, & potioribus) obtegere satagebant, videlicèt, quòd etsi prædicta rata veteris Cambij non adhùc iuxtà Arbitratorum sententiam dissoluta, & extincta, radicem attraheret vsquè ab anno 1635., & sic ex causa huius incontro-
1 uertibilis anterioritatis respectiuè eorumdem aliorum intermediè Creditorum collitigantium, seù contendentium rectè in abstracto, ac ineuitabilitèr intrare potuisset expetita à Marchione Fulco auocatio aduersùs eosdem Creditores indubiè posteriores, ad tradita per *Castreu. in leg. 1. vers. si plures num. 6. & 7. ff. de tribut. action., & in consf. 289. visis, & promulgatis num. 1. lib. 1.* quem sequitur *Salgad. in Labyrint. Credit. par. 2. cap. 6. à num. 1. ad 24.*, & cum eo *Rot. decis. 276. num. 1. par. 17., & decis. 255. num. 1. par. 18. rec.*, & passìm alibì.

Nihilominùs huiusccmodi anterioritas citrà scrupulum, vt ipsi prosequebantur, penitùs remanserat conuulsa, & extirpata per innegabilem nouationem ex nudo, & incompatibili facto resultantem de anno 1666. vigore eiusdemmèt Laudi, & Concordiæ solemnitèr initæ per Authores hodierni Marchionis cum Principe Ioanne Baptista eiusdem Nicolai filio, ac successore: Cùm enim in inserto Calculo restantis crediti præfatorum Authorum ergà Principem pertingente ad enunciatam quantitatem scutorum 31150. deuentum fuerit intèr Partes ad creationem noui Cambij pro eadem integra summa conflata ex pluribus causis, quarum aliquæ simplicitèr erant chyrographariæ, aliæ verò hypothecariæ, sed non fructiferæ, vtì signantèr conuincebant (exceptâ primâ partitâ præfati calculi) sex omnes aliæ subsequentes; profectò, quemadmodùm quòad has longè excedentes partitas, seù credita, vèl nulla aderat hypotheca assumibilis ab anno 1635., vèl si extabat aliquis circà nonnullas hypothecarius nexus, non tamèn vllo modo habebat ex tùnc causam productiuam fructuum, pariformitèr, & quodammodò necessariò dicendum erat, quòd minor, seù mediocris illa partita ratæ veteris Cambij commixti indifferentèr pro complemento nouissimi Cambij, nullatenùs diuersam sorti-
2 ri posset naturam à reliquis causis, seù creditis in ordine ad fructus hactenùs efflagitatos procùl dubio posterioribus, vt prætèr ea, quæ videntur innuere *Cardinal. de Iudic. tom. 2. tit. 3. disput. 35. num. 50., De Marin. quotid. resol. lib. 2. cap. 166. num. 29., Episc. Rocca disput. Iur. cap. 137. in fin.* suppeditare videbatur etiàm ipsa ratio, quòd
3 stante plurium rerum confusione præualeat in operatione Iuris illa pars, prò qua præcellit præponderantia, ad *Text. in l. quæritur 10., ibique Gloss. & Bartol., ff. de stat. hom., & in leg. sed. & quæsitum, ff. de liber. & posthum., Rot. decis. 273. num. 20. & seq. par. 12. rec.*

Ad euersionem siquidèm huiuscè refugij, seù Asyli, *Domini* citrà inutilem transcriptionem habuerunt se remissiuè ad ea, quæ vberiùs supèr remotione talis obiectionis sub hac eadem Audientia responderunt occasione negocij principalis, in quo defensores Creditorum hoc idem substantialitèr, & introspecto spiritu difficultatis decantabant, vt latè in hodierna altera *Decisione* supèr negocio principali in §. *Quoverò cum plur. seqq.*, solùm superaddentes, non esse hìc opportunos terminos mòx in obiecto consideratos ratione confusionis, & mixturæ; Ad præsens etenim non agebatur de simplici denominatione desumenda, sicuti supponunt, & loquuntur *Iura allegata*, sed tota moles versabatur in excludenda, vèl includenda nouatione, quæ in primis habet regulam contrà se, scilicèt; vt nus-
4 quàm præsumatur intercessisse, nisì vèl littera occidat, vèl aperta contradictio, & incompatibilitas mediante secundo contractu iugulet primum, iuxtà rescriptum *Imperatoris in leg. fin. Cod. de nouat., Vrceol. de Transact. quæst. 73. num. 19., Mart. Medic. exam. Senen. 41. num. 51., Rot. dec. 122. num. 1. par. 12., & decis. 38. num. 13. par. 13. & decis. 663. num. 10. par. 18. rec.*

Verùm etiàm, quià nèc aderat vlla mutatio nominis contractus respectu huius ratæ Cambij præcedentis in nouum, ac simi-
5 le Cambium sub expressa præseruatione nouationis transfusæ, quaproptèr apertissimè vrgebant contraria in his terminis Iura cuiuslibet nouationis exclusiua, iuxtà distinctionem, quàm in durioribus tenuit *Rota in Romana Saluiani 16. Februarij 1699. §. Nèc ad conuincendam, coràm R. P. D. meo Muto*: Ac demùm eo ipso, quòd pertractatur de materia suaptè naturâ diuiduissima, stat simùl

6 simùl, quòd eadem nouitèr apparens translata planta constet ex pluribus fruticibus, siuè insitis, sed vnusquisque frutex suam omnimodam asseruet naturam, & qualitatem, (quòdque importantiùs est,) etiàm originem, sicuti perbellè vltrà *Castren. in consil. 164. num. 3. lib. 2.*, *Ruin. cons. 115. num. 16. lib. 3.* quos sequuta est, & laudauit *Rot. in decis. 350. num. 16. coram Priolo*, confirmauit *Bald. cons. 389. num. 1. vers. primò sic lib. 2.* & ratiociuatur idem *Episc. Rocca*, qui minùs proficuè in obiecto adducebatur, *disput. Iur. cap. 137. num. 7. & seqq.*

Quin etiàm, vbi nulla assignabilis effulgeret ratio disparitatis, præsertìm, vt diximus, in materia dimidua, illud, quod nupèr allatæ *Authoritates* de plano admittunt ratione totius, locum sibi vindicare
7 non minùs debet quòad partem correlatiuè, seù correspectiuè ad alias partes, *vulgat. Iur. in leg. quæ de tota 75. in princ.*, *ibiquè Glosf. verb. dicta sunt*, *ff. de rei vindic.*, *& in leg. qui scit 25. sub princ. vers. & quemadmodùm*, *ibiquè paritèr glos. verb. quemadmodùm*, *ff. de vsur.*, & in hoc ipso proposito arguit idemmèt *Carleual. de Iudic. dicta disput. 35. n. 50.*

Nullumque adipem sumere pro Creditoribus vtilitèr valebat obiectum, ex quo aliàs non inducendo nouationem subintrasset coinquinatio Anatocismi, dùm in nouo Cambio anni 1666. fructus etiàm prætatæ ratæ veteris Cambij in sortem noui adijciebantur: Quoniàm in præsenti oppugnatione controuersia non erat, vtrùm noui fructus ex causa noui Cambij ad hunc præcisum effectum auocationis Marchioni deberentur, etiàm ex subiecto fructuum antecedentium in calculo numeratorum, & respectiuè translatorum in sortem Cambij nouissimi; quamobrèm supernacanea prorsùs efficiebatur huiusmodi trutinatio: De cœtero autèm longè aberat hic casus à prætenso Anatocismo, vbicumquè etenim minimè pertractatur de propria, & vera superfætatione, siuè, quod idem est, de usuris vsurarum, de quibus *Rot. coràm Merlin. decis. 409. num. 19. & 20.*, prout
8 nequè etiàm lis est de illicito interesse primordiali, quòd, volente forsàn suffocato Debitore, redigatur in nouam sortem fructiferam, pròut expendit *Roderic. de annuis reddit. lib. 3. quæst. 4. num. 12. & seqq.*, *Leotard. de vsur. quæst. 87. ferè per tot.*, qui examinat Edictum Ducis Sabaudiæ vetans, nè interesse alterius interesse petere liceret, *Andreol. contr. 210. per tot.*, *Ios. De Rosa consult. 50. num. 1. ad 6.*, *Rouit. decis. 9.*, *Rot. dicta decis. 409. num. 9. & seqq. coràm Merlin.*

Profectò quandò præcedens contractus erat plusquàm legitimè productiuus fructuum, proùt hìc, adeòut absquè vlla difficultate fructus non ex mera tolerantia, sed ex tota iustitia deberentur, vtiquè tùnc nusquàm remanet interdictum, quominùs citrà vllam vsurariam infectionem fructus
9 decursi liquidentur, posteàque tamquàm sors cum ipsomèt capitali, aliouè credito, aùt pecunia in eumdem contractum, vèl in alium paritèr legitimum de nouo transfundantur, ex firmatis per *Cyriac. controu. 526. num. 45. & seqq.*, *Scacc. de Commerc. §. 6. gloss. 1. sub n. 82. vers. ratio, & seqq. Card. De Luca de Camb. disc. 3. n. 8. & seqq.* cum alijs, de quibus in altera hodierna *Decisione* super negocio principali *§. Superfætatio.*

Interuerso itaquè nouationis obice per simplicem quoquè lecturam Instrumenti totiès prænominatæ Transactionis, fugatus cecidit etiàm alter, qui promouebatur ab eisdem Defensoribus circà restrictionem fructuum ad tres tantummodò annos, siuè Nundinas subsequentes: præfatum enim Instrumentum pro parte Marchionis in responsione Facti distributum, siuè pleniùs oculis *Dominorum* expositum, explicitè aiebat: *Per quasuis Nundinas, Ferias, Plateas, & Mundi partes, eamque supèr Cambijs, & recambijs retinere, continuare, seù continuare facere vsquè ad integram solutionem, & satisfactionem tàm summæ prædictæ, quàm Cambiorum, & recambiorum, & tàm durante dicto termino, quàm etiàm elapso &c.*
10 Proindèque non ampliùs applicabatur sæpiùs in nostro Auditorio habita colluctatio, ac diuersimodè iuxtà varias casuum circumstantias resoluta adamussìm supèr huiusmodi prætensa expiratione facultatis cambiandi, de qua amplissimè de reliquo videre est *in decis. 563. num. 2. & seqq.*, *& decis. 583. num. 1. & seqq.*, *& decis. 706. à num. 2.*, *& decis. 737. coràm Cerr.*, *& decis. 72. per tot. coràm Ninot*, *& decis. 385. num. 3. & seqq. par. 17. rec.*, *& in Romana Cambij 8. Februarij 1697. coram bon. mem. Vrsino Decano, & 26. Iunij, ac 11. Decembris eiusdem anni coram Me (decis. 13., & 23. intèr meas Romæ impressas tom. 1.)*

Et ità, vtrâque &c.

ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

Ad materiam Anatocismi, cuius obiectum propriè est superfætatio vsura-
11 rum, & quandò liceat, necnè exigere interesse alterius interesse, vltrà citatos in *meo Tract. de Commerc., & Mercat. disc. 67. num. 30.* videri possunt *Ludou. Morot. cons. 65. num. 3.*, *Leotard. de Vsur. quæst. 5.*, *& quæst. 86. cum seq.*, *Andreol. contr. 210.*, *Noguerol. alleg. 11. à num. 189.*, *Scip. Theodor. alleg. 40.*, *Francisc. Rocc. respons. 44. lib. 2.*, *Capyc. Latr. consult. 59.*, *Ios. De Rosa* con-

consult. 50., *Gall. de fructib. disput. 4. art. 1. num. 83. cum duob seqq.*, *& disput. 25. art. 2. num. 68.*, *modern. Casareg. de Commerc. disc. 49.*, *Minado: dec. 17.*, *ibiquè Flamin. Monac. in addit.*, *Griuel. decis. Dolan. 103.*, *Larr. decis. Granat. 84.*, *Berlich. decis. Saxon. 268.*, *Rouit. decis. Neap. 9.*, *Armenzan. decis. Iannen. 15.*, *Rot. in Poliniauen. Pecuniaria 13. Martij 1673. §. Altera portio*, *coram Bourlemont m. s.*, *& in Romana*, *seù Tusculana Immissionis supèr reseruatis quòad fructus 10. Februarij 1713. §. Idque clariùs*, *cor. Card. Scotto*.

ROMANA PECVNIARIA SVPER PRETIO VENÆ.

Lunæ 28. Februarij 1701.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis licèt extendatur ad dependentia, vèl tacitè venientia ex contractu, immò etiàm ad simplicitèr in eo enunciata, non tamèn trahi potest ad penitùs extranea, & non expressa: Emptio, & venditio nequit subsistere absquè certitudine pretij, quantumuis illud valeat ex pòst certificari ex solito, & consueto, aùt ex subsecuta Partium conuentione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis adiecta in contractu extenditur ad omnia etiàm tacitè ex illo venientia.*
Amplia, vt extendatur quoquè ad simplicitèr in eo enunciata, num. 2.
3 *Locator tenetur ergà Conductorem ad damna, & interesse, si ei promissa non adimpleuerit.*
4 *Obligatio Cameralis non extenditur ad casus nullatenùs expressos.*
5 Decisiones *Sac. Rotæ in eadem Causa emanatæ semper veniunt supponendæ.*
Nec impugnari possunt, nisi eadem Rota *impartiatur facultatem eas reuidendi*, ibid.
6 *Venditor si fuerit condemnatus ad restituendum Emptori pretium, censetur etiàm Emptor condemnatus ad restitutionem rei emptæ.*
7 *Confitens, se recepisse Dotem potest compelli ad illam restituendam, etiamsi ad huiusmodi restitutionem minimè se obligauerit.*
Idemque procedit in eo, qui fassus fuerit, se Mutuum recepisse, num. 8.
9 *Illatio fieri nequit à diuersis, ac dissimilibus.*
10 *Emptio, & venditio requirit intèr cætera certitudinem pretij.*
Aliàs dicitur imperfecta, num. 15.
Non tamèn repugnat, quòd eodem pretij certitudo ex pòst desumi valeat vèl ex solito, & consueto, num. 11.
Vel ex subsecuta Partium conuentione, seù concordatione, num. 12.
Prout etiàm non repugnat, quod taxatio pretij de consensu Partium remittatur iudicio Peritorum, vèl communium Amicorum, num. 16.
Quorum subsecutæ æstimationi standum est, nisi per illam impugnantem probetur error, vèl excessus suprà, vèl infrà iustum rei valorem, num. 17.
13 *Conclusiones Iuris nihil prosunt, nisi factum assistat, ad quod aptè applicari valeant.*
14 *Promissio emendi, aùt vendendi àn possit esse obligatoria quòad promittentem, absquè eo, quod tamèn alter emere, aùt vendere cogatur*, remissiuè.

DECISIO CLXXX.

Diminutâ, vt sæpè sæpiùs in Agonali Iudiciorum Palestra contingit (Teste, pòst *Hieronym. Card. Alban. in suis Lucubrat. ad Bart.*, *Vin. decis. 427. num. 6. lib. 3.*) victoriâ Marchionis Fulci prætendentis *coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* integralem summam eius crediti scut. 31150. 6. ab alijs Creditoribus intermedijs Principis Nicolai communis Debitoris auocare, ex quo solummodò prò quantitate sc. 26143. voti compos remanserat, resecato residuo scut. 4606. 68., vt in *Decisione diei 11. Ianuarij 1700. §. Prò alijs*, *coram eodem Reuerendiss. Decano* (nùnc intèr suas *decis. 649. in fin.*) rursùs in hodierno certamine attentauit, ratam saltèm illius residui appræhendere, videlicèt scuta 2589. 18. veluti prouenientia in sequelam quodammodò necessariam ipsiusmet Instrumenti Appaltus Venæ, cuius vigore in præfata longè superiori summa scut. 26143. triumphauerat; Sed prorsùs inutilitèr, cùm *Domini* etiàm coràm Me iterùm appendentes motiua præteriti Iudicati, siuè resolutionis, steterint *in decisis*.

Inuanùm etenìm dicebat ad ostendendum, quòd etiàm huiusmodi creditum scut. 2589. 18. perfrui deberet prærogatiuâ hypothecç emergentis ab enunciato Appaltus Instrumento anni 1635., itàut solutiones in calculo Arbitratorum contrapositæ, sicuti latiùs relatum extitit *in Decisione diei 25. supèr negocio principali coràm Me* (suprà *decis. 178.*) cedere ad summum valerent in reliqua parte totius crediti concernentis pretium Venæ Ferri extraditi eidem Principi Nicolao, remanente sempèr memorata summa integrante originalem partitam sc. 23688. dissoluenda per Creditores intermedios, siuè posteriores, sub eo fundamento, quòd in ipso Instrumento Appaltus expli-

explicitè cautum fuerit = *Che nel medemo Stato di Piombino i Forni, che si sono fuori, non si possa consumare altro Ferro, nè Vena, ò Minuti, che de i compresi nel presente Appalto, e questo si debba inuiolabilmente osseruare, e fare osseruare dal Signor Precipe &c.* Hinc statim ac per Authores Marchionis Fulci pro seruitio Furnorum, seù laboreriorum eiusdem Principis consignatum elucesceret rusticum illud Ferrum, quod nuncupatur *Vena*, conscendens in pretio ad memoratam quantitatem scut. 23688., in planam succederet consequentiam, quòd hypotheca proculdubiò contenta sub obligatione Camerali posita pro totius Instrumenti obseruantia, hunc quoquè casum, siuè factum amplecteretur, & vestiret, dùm de natura
1 eiusdem obligationis Cameralis est, quòd ad omnia, & quæcumque etiàm tacitè in, vèl ex contractu venientia extendatur, quinimò ad simplicitèr quoquè enunciata, vt in terminis primæ propositionis *Zacch. de obligat. Camer. quæst. 31. num. 44., Rot. pòst eumdem decis. 232. num. 19., & coràm Cerro decis. 197. num. 6., & 20., & de-*
2 *cis. 260. num. 3. & 6.*, & respectu secundæ *idem Zacch. dicta quæst. 31. num. 47. & seqq., Rota pòst Merlin. de pignor. decis. 50. nu. 18., & coràm Cerro dicta decis. 197. num. 5., & decis. 369. n. 50. par. 19. recent.*

Ratio siquidèm euersiua huiuscè argumentationis, & discursus incontinenti apùd *Dominos* suborta est retentâ ipsamèt intelligentiâ verborum Instrumenti fidelitèr, vt suprà, transcriptorum; in illis namquè nèc vna syllaba comperiri potuit, quæ probaret assumptum: prædicta quippè conuentio infigebat vtiquè hypothecam supèr Bonis Principis, quotiescumquè idem Princeps per viam Appaltus conueniens cum Conductore de priuatiua erogatione, & consumptione Venæ in Statu Plumbini, vèl per se, vèl per alios huiusmodi pacto, & sti-
3 pulationi contraueniſſet, quo casu meritò illius subintrasset obligatio sub hypotheca ad refectionem damnorum, & interesse proptèr ipsam priuatiuam cum Conductore contrahente ex causa onerosa, & correspectiua violatam, siuè inobseruatam, ex deductis per *Text. in leg. Si fundus, ibiquè Bart. ff. locat. & conduct.* & in specie per *Card. De Luca de Regal. disc. 86. n. 2., & disc. 107. sub num. 6., & disc. 159. num. 2., & sequen., Rot. decis. 285. num. 4. 5. & 6. pòst Pacific. de Saluian., & in Romana Appaltus 9. Aprilis 1696. §. Fundata, vers. ex ea potissimùm, & 27. Iunij eiusdem anni coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr suas *decis. 425. & 455.*) & in durioribus terminis *Soccin. sen. consil. 156. à num. 4. & sequen. lib. 2., Card. De Luca d. tract. de Regal. disc. 112. num. 7.* & habetur etiàm *in Tract. de Commerc., & Mercat. disc. 96. num. 19. & 31.*

Verùm hæc non erat hypothesis disceptata, dùm Princeps Nicolaus nullo modo contraierat prælaudatæ pactioni, quià nullam externam, siuè indigenam Venam introduci, laborari, siuè consumi permisit in eius Statu contrà formam conuentionis, ast solùm à contrario penitùs voluntariè pro seruitio proprio desumens, & emens Venam ab Authoribus Marchionis, nouum prorsùs contractum, ad quem nèc ipse, nèc præfati Conductores tenebantur ex vi initi Appaltus, celebrauit: Vndè nèc ampliùs aptabantur propositiones de hypotheca in suis casibus subextendenda ad tacita venientia in, vèl ex contractu, aùt etiàm ad enunciata simplicitèr, quemadmodùm seriè reflectendo ocularitèr de per se patebat ad sensum; præsertìm quià de reliquo ne-
4 xus hypothecarius, veluti præseferens durum ligamen, & catenationem, de Iure non extenditur ad casus nedùm, pròut hìc, contrarios, sed nullatenùs expressos, *Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 6. num. 243., Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 4. tit. 5. quæst. 147. per tot., Massin. de Confisc. quæst. 39. num. 79., Modern. Lucen. consult. 57. num. 45., Ludouic. Posth. decis. Bonon. 39. num. 60. & 61.* & in durioribus tactum fuit *de Commerc. & Mercat. disc. 55. n. 28.*

Certiùs verò, quià iàm quòad huiusmodi pretium, Nostrum antè ipsam Transactionem intèr Partes sequutam tenuerat Auditorium, quòd Princeps Nicolaus non emerit Venam ab Authoribus Marchionis vigore præcedentis Appaltus, sed vtì quilibet Tertius illam liberè comparasse potuerit, sub illa vlteriori efficacissima ponderatione, quòd idem Princeps de tempore Affictus exarati, & consequentèr verborum emissorum, vt suprà, in ipso Authographo Appaltus, nullam prorsùs Officinam, siuè Furnum pro modienda, laborandaque Vena detinebat, sicutì præcisè legebatur in *Decisione* desupèr edita *de anno 1661. coràm bo. me. Verospio*, ac regiſtrata *par. 13. decis. 141. num. 14.*; Quodque plus erat, ipsemèt *bon. mem. Verospius* (si fides dari poterat hiscè folijs præambulis ad Laudum) profitebatur hoc idem, *Summario* Creditorum *num. 3. §. 2. & num. 4.* ac propterea irritus efficiebatur conatus Informantium pro Marchione supèr prætensa attractione hypothecæ à præfato Instrumento Appaltus anni 1637., quandò *Rota* maturè definierat, controuersam emptionem nullam habere dependentiam à Locatione, siuè Appaltu prædicto, quodquè simplicitèr Princeps Nicolaus ex eius libera superuenienti voluntate Furnos aperuit ex pòst, ac prò illorum vsu, seruitioque Venam hanc, vti qui-

quilibet de Populo, per emptionem acquisiuit: Nemo etenim non callet, quòd (obsi-
5 stente stylo nedùm, sed etiàm præscripto *Tribunalis*) Rotales determinationes nequeunt, nisi specialis sit ab eodem Tribunali tributa facultas reuidendi *Decisiones* antiquas, vt *in Aretina Beneficij 9. Iunij 1700. coram Me* (suprà *decis.153. sub princ.*) ampliùs refricari, & sempèr veniunt supponendæ, vt in *Romana locorum Montium 3. Februarij 1700 §. cùm enim, & in Auximana Immissionis 15. Martij 1700. §. Firmata, coràm Me* (paritèr suprà *decis.129. nu.1., & decis.137. n.20.*)

Extraneæ itaquè, & ingeniosæ potiùs, quàm congruentes præsenti Thesi reddebantur propositiones, & exempla vberrimè adducta, & exornata per Defensores Marchionis, videlicèt, quòd ad inferendam comprætensionem alicuius casus, siuè in contractibus, siuè in cœteris pactionibus, vèl etiàm rebus iudicatis, ac Sententijs, necesse non existat, quòd casus controuersus cubitalitèr, & ad litteram splendeat expressus, sed superabundet, illum venire ex vi correlationis, aùt à consequenti necessitate casus in pacto, contractu, vèl
6 Sententia explicati, dùm (ex: gr:) iubente Iudice, quempiam teneri ad restitutionem pretij, intelligitur in sequelam ineluctabilem à contrario emptor condemnatus rem restituere, iuxtà *Crauet. cons.89. n.4., Ossusch. decis. Pedemont. 84. per tot.* quos in specie consimilis affictus Status Plumbini laudat, & sequitur *Caball. cons. 86. num.6. tom.2.*; pròut paritèr si quis fassus appareat
7 Dotem aliquam, vèl Mutuum recepisse, quantumuis neque vnam, neque alterum retrodare, seù restituere declarauerit, sesequè obligauerit, adhùc eminentèr ab efficacia consequentiæ necessariæ compelli potest ad restitutionem siuè Dotis, siuè Mutui, teste quòad Dotem *Bald. in leg. ad probationem num. 3. Cod. de probat., Cancer. var. resolut. part.3. cap.17. num.416., Carpan. ad Statut. Mediolanen. tom. 1. cap. 42. num.43., Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. par.1. §. 11. Ampliat.4. num.20, Carol. Anton. De Luca ad Franch. obseru. 325. n.4.*
8 & quòad Mutuum probat *Textus in leg. Si duo Patroni, §. Marcellus, ff. de iureiur., Bartol. ibid. §. Si quis iurauerit num. 1., idem Carol. Ant. De Luca vbi suprà numer. 6.*

Quoniàm sempèr huiusmodi ratiocinationes claudicabant in illo dialectico vitio *de subiecto non supponente*, quià superiùs registrata verba locationis neque per vmbram præseferebant aliquid, quod valeret inducere sermonem, aùt sensum correlatiuum, aùt aliàs quomodolibèt consequutiuum necessarium; non enim ex pacto, quòd Princeps Nicolaus sese manciparet, non fore permissurum, quòd in Statu Plumbini allud Ferrum, seù Vena locata laboraretur, ac consumeretur, intrabat consequentia, ergò Authores Marchionis constringebantur vendere Venam, & Ferrum Principi, siuè, ergò Princeps, qui nequè tùnc Furnos habebat, spopondit à Conductoribus idem Ferrum, & Venam coemere, vt de per se satis elucescit, & est in hac di-
9 uersitate conuentionis vulgatum, ac familiare axioma *in leg. Papinianus exuli, ff. de Minor., Rot. in Cæsenaten. prætensæ successionis 3. Martij 1698. §. Absquè eo quod in fine, & in Fauentina iurium Parochialium 23. Iunij eiusdem anni §. Addito, coràm Me (decis. 34. num. 7., & decis. 55. num. 11. tom.1.)*

Atquè idcircò inutile omninò remanebat inquirere, vtrùm appretiatio nullatenùs stabilita in originaria locatione circà huiusmodi Ferrum, ac Venam efficeret, quòd reputari non posset in eadem locatione reuerà suscepta, siuè contracta obligatio vendendi, & respectiuè emendi, & vtrùm pretium in eadem locatione firmatum prò quolibet centeno pondere in scutis 38. occasione eiusdem Ferri, ac Venæ consignandæ per Principem Conductoribus, progigneret alterationem contractus locationis, ex quo Princeps Nicolaus successiuè tale Ferrum, ac Venam conquisiuit mediante pretio superaucto scutorum 10., nempè scut. 48. pro quolibet enunciato pondere, secundùm animaduersa in *dicta decis. 141. num.14. par.13. recent.* & supposita in assertis folijs *bo. me. Verospij*, dicto *Summario* Creditorum *num.4. §. Quòad*, iuncto *§. Quòad secundam*.

Placebat etenim *Dominis* in abstracto responsio data ex parte eiusdem Marchionis,
10 nimirùm, quòd licèt intèr cœtera requisita contractus emptionis, & venditionis exigatur illud certitudinis pretij, ad *Text. in leg. hæc venditio, §.1. ff. de contrah. empt., §. Pretium, Instit. de empt. & vendit., Rot. decis.567. num.48. coràm Merlin.*; Nihilo-
11 minùs hæc certitudo valeret posteà constitui, & explanari á quanti solitum erat, rem illam esse in commercio, vèl ab eo, quod Partes intèr se deincèps existimassent, ac conuenissent, ad ea, quæ respectu primæ propositionis adnotantur apùd *Gomez var. resol. tom.2. cap.2. antè num.10., Valasc. de iur. emphyt. quæst.11. è num.10. vers. cui licet non repugnent &c.* & in ordine ad secun-
12 dam depromebatur ex *Textu in leg. final. Cod. de contrahen. empt., Episc. Rocca select. Iur. disput. cap.161. num.18. & 19. tom.2., & Adden. ad Buratt. decis. 898. num. 10. & seqq.*

At displicebat in concreto applicatio, de qua

qua plerumquè laborare consueuerunt prò
13 iusta definitione Causæ consarcinationes conclusionum Iuris (vt fermè in omni pagina sui *Theatri* protestabatur Magister meus *Card. De Luca*); sempèr quippe in hac Causa redeundum erat ad idem principium, àn scilicèt vllum vestigium indigitaretúr, per quod Locator, & Conductores vnquàm intellexerint stipulari, & pacisci, quòd idem Locator obligaretur emere, & correlatiuè Conductores vendere: Hæc etenim erat vera, & vnica basis prò desupèr erigendis iisdem discursibus, & propositionibus; dumquè ad normam hucusquè deductorum plusquàm apertè illa apparebat inanis, & vacua, inane paritèr etiàm detegebatur vlteriùs
14 perscrutari ob carentiam suppositi, àn quis emere cogatur, absquè eo, quod alter distrahere, & vendere constringatur, ex disceptatis per *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 3. num. 4. & 6.*, *Cald. de empt. & vendit. cap. 8. num. 23.*, *Pacion. de locat. & conduct. cap. 22. num. 117.*

Et ità, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

PRÆsens quoquè *Decisio* reperitur impressa pòst *Saigad. in labyr. Credit.* iuxtà vltimam Venetam editionem, vbi est in ordine *la* 206.

Famulatiuè ad ea, quæ in obiecto innuit eadem *Decisio* D. mei *num.* 10. supèr certitudine pretij, quæ de substantia requiritur in contractu emptionis, & venditionis, addi potest *Rot. in Bononien. Immissionis 13. Februarij 1729. §. Quòd autèm in fin. coram R. P. D. Crescentio*, vbi quòd emptio, &
15 venditio, stante incertitudine pretij, censetur imperfecta, donèc illud fuerit intèr Partes stabilitum.

Nisi tamèn essemus in casu, quo Emptor,
16 & Venditor concorditèr remisissent determinationem pretij iudicio Peritorum, vèl communium Amicorum, quià tùnc emptio, & venditio satis diceretur perfecta, in modum, vt defectus certitudinis pretij non impediret legitimam translationem dominij in Emptorem, vt per *Text. in leg. fin. Cod. de contrab. empt.* cum concord. firmat *Rot. coràm eodem D. meo Ansaldo decis. 80. num. 4. tom. 1.*, *& in Bononien. Prædij 12. Ianuarij 1725. §. Potissimùm, coràm Emo Aldrouando*, *& in Romana Immissionis 2. Decembris 1726. §. Præcipua, cor. Rmo D. Calcagnino Decano.*

Quod si Periti, aùt Amici de communi consensu ad id prælecti conuenissent in quantitate pretij rei venditæ, eis dubio
17 procùl standum esset, nisi per alterutram ex Partibus, quæ impugnaret illorum iudicium, plenè, & concludentèr probaretur, quod illi errauerint, aùt aliàs excesserint longè infrà, vèl vltrà iustum ipsius rei valorem, iuxtà plenè decisa in vna *Eugubina Bonorum super secundo Dubio 14. Iunij 1709. per tot. coràm Eminentiss. D. Card. de Polignac.*

A. Lupardus.

ROMANA PECVNIARIA SVPER FRVCTIBVS PERÆQVATIONIS VENÆ

Lunæ 28. Februarij 1701.

ARGVMENTVM.

Fructus debiti ex primo contractu, qui in nouum, seù secundum fuerit transfusus, àn, & quandò sumere valeant, necnè anterioritatem ab eodem primo contractu. Substantia Cambiorum, & recambiorum in quo consistat; & quid facere debeat Creditor prò legitimando cursu eorumdem Cambiorum, quotiès Debitor de tempore Nundinarum non satisfacit suæ obligationi in soluendo summam debitam.

SVMMARIVM.

1 *Cambia, & recambia debentur Creditori docenti de reali, & effectiua transmissione spacciorum ad Ferias, seù Nundinas.*
Non soluente autèm Debitore durante tempore Nundinarum quid agendum sit à Creditore prò legitimando cursu Cambiorum, & recambiorum, num. 10.
An verò Creditor postquàm ab alio, vèl etiàm a semètipso summam æquiualentem ad Cambium susceperit, teneatur id notificare Debitori, n. 13., & 20.
Et an huiusmodi notificatio semèl facta afficiat Debitorem etiàm prò subsequentibus Ferijs, seù Nundinis, num. 21.

2 *Declaratio nihil de nouo disponit, sed solùm aperit, & pandit id, quod intùs præcedentem dispositionem latebat.*

3 *Nouatio excluditur ex Clausulis praeseruatiuis in secundo contractu appositis*, numer. 18.

4 *Fructus debiti ex nouo contractu, in quem primus fuit transfusus, desumunt anterioritatem ab eodem veteri contractu.*
Intellige, vt num. 12.

5 *Anterioritas competens prò sorte competit etiàm prò fructibus conuentis.*

6 *Datio in solutum non perimit obligationem Debitoris, nisi res in solutum tradita permaneat irreuocabilitèr, & cum effectu apùd Creditorem.*

7 *Emptor recusans sinè vlla legitima causa recipere rem emptam tenetur soluere Venditori pretium prò ea concordatum.*

Idem

7 *Idem dic in Conductore, qui recusat sinè causa vti re conducta, quià nihilominùs tenetur ad soluendam Locatori pensionem*, ibid.
8 *Contradictio in vno, eodemque Instrumento contractus est euitanda.*
9 *Exceptio rei non traditæ competit Emptori, seù Conductori ad euitandam solutionem pretij, seù pensionis rei emptæ, aùt conductæ.*
11 *Illiquiditas crediti impedit cursum Cambiorum, & recambiorum.*
Et generale est, quòd Interesse nullatenùs debetur pro credito incerto, & illiquido, ibid.
14 *Retrotractio hypothecæ non admittitur in præiudicium Creditorum intermediorum communis Debitoris*, & n.19.
15 *Pars vna Instrumenti recipit interpratationem ab altera.*
16 *Omissum scientèr in contractu censetur consultò omissum.*
17 *Transactio, tamquàm stricti Iuris, est strictè interpretanda.*

DECISIO CLXXXI.

CONuentio fortasfè singularis, & rarò contingibilis celebrata intèr Authores Marchionis Fulci, & Nicolaum Plumbini Principem, quantumuis, vt ostendimus *in prima Decisione supèr negocio principali dies 25. currentis in principio* (vt in præcedenti *decis.178.*) solemnissimo Laudo, & Transactione consopita, noua adhùc, vtpotè non omninò idoneè forsàn suffocata, excitauit incendia iurgiorum; Prætèr namquè alias tres controuersias à cineribus eiusdem Laudi, siuè Transactionis exortas, ac reuiuiscentes, vt in *binis Decisionibus Reuerendiss. D. mei Decani, alijsque geminis coram Me sub prædicta die 25. proximè delapsa*, palàm facit altera resolutio, quam in præsenti Audientia à *Dominis* recepit supèr pretio Venæ, & hæc ipsa, in qua aduersùs intermediantes Creditores Domus Ludouisiæ satagente vlteriùs, siuè denuó prouocante Marchione pró reportanda a præfatis Creditoribus auocatione quoquè pecuniarum ab eis receptarum respectu fructuum Cambialium prouenientium ab importantia alterius crediti nuncupati *peræquationis Venæ Ferri*, nimirùm ex capite totius Venæ non extraditæ ad normam capitulationum à memorato Principe prædictis Authoribus Marchionis, & in calculo Arbitramentali iàm liquidata in summa scut.12385. 88.; Agnitum nihilominùs fuit, prætensionem Instantis nullibi subsistere, & ideò adhæsiuè ad decisa coràm *Reuerendiss. D. meo Decano*, dictum fuit = *Standum esse in decisis*.

Diximus, enunciatam conuentionem forsàn apparere singularem, & ob id ex causa ipsius singularitatis tot germinasse altercationes; Nàm ex ijs, quæ etiàm habentur in *Decisionibus* antecedentibus ipsum Laudum, & Transactionem initam per Marchiones Carolum, & Ioannem, extiterat cum Principe creatum Cambium actiuum in eximia quantitate scut.175. mil. sub ea lege, quod ijdem Marchiones per spatium integri decennij potiri deberent Affictu, siuè Appaltu priuatiuo totius Venæ Ferri Status Plumbini, non alijs scilicèt, quàm ipsis Affictuarijs, seù Cambiatoribus singulis annis consignandæ, certo desupèr intèr Partes constabilito pretio, & sub ea subsecutiua pactione, quòd loco eiusdem pretij Marchiones quolibet anno tenerentur, ratione eiusdem Venæ probabilitèr ascendere debentis ad annua scut. 22500., excomputare in sortem prædicti Cambij annua scuta 10500.; casu autèm, quo ad enunciatam quantitatem scut. 22500. Vena à Principe, vt prætendebatur, porrigenda non attingeret, expectandus esset decursus pleni triennij, & deficiente in promissa summa consignatione, Affictuarij valerent ad ratam deficientiæ = *Tenere, ò far tenere detto Signor Principe sopra i Cambj, & interessi &c. Summar.* Marchionis *num.1. cap.14.*; Quaproptèr (nulla hactenùs coincidente quæstione supèr validitate, & iustitia huius conuentionis) instabat Marchio, quod dùm ex eius parte docebatur de effectiua realita-
1 te spacciorum transmissorum ad Nundinas Mercantiles, quemadmodùm requiritur ad præscriptum notissimæ Constitutionis B. Pij V., ex abundè cumulatis ab *Adden. ad Buratt. decis.532. num.8., & in Tractat. de Commerc., & Mercat. discurs.65. num.5., & 6., Rot. decis.775. num.9. part.18. tom.2. recent.*, & in *Romana Cambij 26. Iunij 1697. §. ꝫ{amuis, coram Me* (*decis. 13. num. 1. tom.1.*)

Fatale in consequentiam locum sibi præoccupabat dilemma, quod aùt intrinsecè degustatâ medullâ pacti originale Cambium scut. 175. mil. decurrebat, tanquàm non alio modo proportionabilitèr extinguibile, quàm mediante adimplemento traditionis, siuè receptionis Venæ in antedicta quantitate, seù pretio annuorum scutorum 22500., & in his terminis superuenta Arbitramentali declaratione, quòd defectus eiusdem consignationis, seù receptionis Venæ conscenderet ad scut.12381. 88., ecce quòd vigebat indubitantèr etiàm ex causa Cambij rectè cambiati creditum anterius, ab anno scilicèt 1635. quóad hoscè fructus, siuè legitima interusuria conuenta priùs ad rationem septem prò quolibet centenario, deindèque ad rationem quinque redacta; de-
2 claratio etenim facta per Arbitros ex pòst de sui regulari natura nihil de nouo constituit, sed quod intùs præcedentèr latebat simpli-

simplicitèr expandit, ad *Text. in leg. Adeò, vers. cùm enim grana, ff. de acquiren. rer. domin.*, *Card. De Luc. de empt.*, *& vendit. disc.34. sub num.14.*, cum plenè cumulatis *in Melphicten. Cappellaniæ 7. Iunij 1700. §. Plures quippè, coram Me* (suprà *decis.151. num.16.*), & obiectum cuiuslibet excogi-
3 tabilis nouationis satis superque remanebat interuersum ex Clausulis præseruatiuis prouidè interpositis intrà viscera eiusdem Transactionis, ex abundè dispunctis in hac eadem Causa *in altera Decisione supèr negocio principali diei 25. currentis §. In neutra, & supèr fructibus §. Verùm etiam, coram Me* (suprà dicta *decis.178. num.28.*, *& decis.179. num.5.*)

Aùt è conuersò valebat per hypothesim figurari, quòd magis specifica Cambiatio huiuscè crediti peræquationis in vim Arbitramentalis liquidationis insertæ, ordinatæ, & stipulatæ etiàm prò hoc indiuiduo credito de anno 1666., vllos vlteriores iuridicos fructus ex noua, seù repetita, ac penitus immaculata, & fideli transmissione spacciorum produxisset; Attamèn fructus quidem à nouis superuenientibus Ferijs, siuè Nundinis maturati censeri poterant in semetipsis noui, sed radix eorum productiua erat peruetusta, vtpotè deriuans à prædicto anno 1635., in quo prò hac eadem importantia peræquationis attributa fuerat Affictuarijs (*vt in dicta Capitulatione 14.*) facultas cambiandi, & recambiandi, & respectiuè passiua obligatio Principis subeundi eadem
4 Cambia, & recambia; Vnde si simplex insitatio facit, quòd fructus à nouo insito, seù contractu scatentes efficaciam attractiuam circà anterioritatem desumant à veteri radice primæui contractus, ex *decis. 350. coram Priolo*, cum alijs *in eadem Decisione supèr negocio principali diei 25. huius Mensis dicto §. Neutra, & in altera supèr fructibus dicto §. Verùm*, (*dicta decis.178. num.27.*, *& dicta decis.179. num.6.*) citrà scrupulum à fortiori concludendum erat ad præsens, ex quo non agebatur de insito, seù re ficta, aùt artificiali, sèd de proprio, vero, & natura-
5 li, obligationis scilicèt passiuæ susceptæ prò iuribus futuris, ad instàr eorum, quæ passim habemus de hypotheca fructuum conuentorum, iuxtà *Text. in leg. Lucius 19. ff. qui potior. in pignor. habeaut.*, *Rot. decis.616. num.4. coràm Merlin.*, *& decis.518. num.13. coram Cerro*, *& decis.328. num.29. part.9. recent.*

Cœterùm subiungebatur, quòd in rei veritate versabamur euidentèr in prima parte dilemmatis; quoniàm absolutè liquebat de Cambio ab initio purè contracto in quantitate scut.175. mil., & consequentèr, licèt ex pòst foret in gratiam Debitoris proportionabilitèr extinguibile in annuis scutis 10500., hoc tàmen nequibat aliàs interpretari, quàm si ex parte Principis locatoris, vèl ex ipsa natura actus completa remansissent promissa, nempè, quòd vèl Princeps locator extraderet, vèl Marchiones Affictuarij, & Cambiatores reciperent correspondentem,
6 & conuentam mensuram Venæ, dum, vt inquit *Paulus in lib. 15. Quæstion.*, siuè *in leg. Qui res, ff. de solution.* nullatenùs abstractiuè etiàm in fortioribus satis est rem prò perimenda obligatione consignare, aùt tradere in solutum, nisi cum effectu duret, cùm in hoc attendatur euentus, ibi = *Harum enim rerum solutio non potest, nisi euentu liberare, scilicèt quo casu certum erit, remanere eas* = pròut etiàm alijs concordantibus adductis *Surd. cons.145. nu.12., 34., 35.*, *Card. De Luc. de Feud. disc.81. num.13. vers. Primus enim*, & consonat *Rot. pòst Contrium, discept. forens. decis.61. num.2.*

Absquè eo, quòd ad sensum Informantium prò Marchione vllatenùs aduersaretur, quòd culpæ Marchionum esset imputandum, cùr ipsi Venam non curauerint excauare, ac recipere, stantibus illis verbis conuentionis = *Non ostante, che detti Signori non haueffero in quell'anno leuata tanta quantità di Vena, che bastasse per l'effetto sudetto*, quemadmodùm etiàm existimasse videbatur Tribunal in *præcedenti Decisione supèr fructibus Reuerendiss. D. mei Molines Decani die 17. Maij 1700. ex §. Vice autem versa, vsquè ad finem* (quæ est intèr suas nùnc impressas *la 681.*)

Quoniàm obiecto huic resistebat ipsa conuentio in *secunda Capitulatione*, sub qua Princeps locator, seù venditor huiuscè Venæ pepigerat expressè = *Di far conseguare &c. tutta quella quantità di Centi della Vena &c. ancorchè fosse quantità grande, & eccessiua, e maggior della solita conseguarsi à gl'Appaltatori ne' tempi passati* = excepto solùm casu Bellorum, ac Pestis, quibus occurrentibus decurrere deberet Cambium originale, & è conuersò Princeps minimè arctaretur ad vllam vèl minimam consignationem; ac propterèa verba superiùs in oppositione considerata = *Non ostante, che forse detti Signori non haueffero in quell'anno leuato &c.* necessarió erant intelligenda, vbicumquè Princeps ex parte sua implesset contractum mediante consignatione à se facienda, ipsique posteà Conductores, siuè Affictuarij renuissent quantitatē Venæ illis
7 in effectu consignatam leuare, vt est etiàm de Iure, quotiescumquè Venditor, seù Locator paratus est tradere, & Conductor, siuè Emptor absquè vlla causa recusat accipere, quià tùnc nihilominùs ob sui culpam, vèl negligentiam arctatur Conductor, aùt Emptor mercedem, aùt pretium exbursare, per *Text. in leg.3. §. Vlt. ff. de action. empt.*

empt., Modern. Lucen. consult.5. num.2., Rot. coràm Celso decis.146. num.19., & coràm Du oz. iun. decis.211. num.1., & 2. ità etiàm exigente ratione contradictionis eui-
8 tandæ in vno eodemque contractu, juxtà familiaria principia allegata etiàm intèr has Partes *in dicta mea Decisione supèr negocio principali §. Quò verò ad creditum* (suprà *dicta decis.178. num.25.*)

Superadijciebant vlteriùs pro maiori corroboratione, & ornatu Informantes prò Marchione, quòd & litteram conuentionis confouebat ipsamèt subiecta materia, de qua peragebatur, cùm neutiquàm tractaretur de aliquo Affictu alicuius Prædij, Tenutæ, aùt etiam Fodinæ simplicitèr, vndè Conductor valeret susceptâ ab initio quasi possessione, siuè vsu Tenimenti locati appræhendere à semetipso fructus conuentos, versabatur etenim in substantia potiùs extrahenda, siuè saltèm in fructibus improprijs, ac de Fodinis sitis in dominio etiàm Iurisdictionali Locatoris, ideòque cùm in toto Instrumento Appaltus nulla emicaret tradita possessio, siuè facta consignatio Fodinarum, nequibant Conductores à semetipsis in aliena ditione Montes abscindere, penetrare, & subindè Venam excauare: sicquè nullatenùs poterat fieri, aùt prætendi aliqua implicita solutio, vèl respectiuè obligatio imputationis pretij Venæ in ipsum Cambium, non sequuta priùs actuali traditione eiusdem Venæ, vt de per se liquebat ad sensum, & est non minùs frequens, quàm cer-
9 tum, quòd sempèr cuilibet Conductori, seù Emptori ad euitandam solutionẽ pretij concordati intèr reliquas contingibiles competat indubitantèr exceptio illa potentissima rei non traditæ, vt inquit *Text. in leg. Iulianus, §. Offerri, ff. de action. empt., Surd. consil.19. num.3. lib.1., Capon. de pact., & stipulat., quæst. vlt. dub.4. num.9., & seqq., Card. De Luca de Feud. disc.32. num.5., & de Regal. disc.118. num.2., Rot. decis.375. num.1., & 3. coram Merlin., & decis.79. num.1. coram Celso.*

Ad hæc, etsì abstractiuè considerabilia fundamenta, *Domini* tamèn responderunt, quòd etiàm posthabita hac vltima trutinatione, nimirùm cuius oneri incumberet Venam leuare, vèl consignare, & idcircò etiàm præcisinè ad responsionem tributam *in Decisione Reuerendiss. D. mei Decani supèr fructibus vbi suprà*, magìs fatalis, & peremptoria intrabat euersio superiùs adducti præliminarij dilemmatis, in quo tota in effectu substantiabatur Causa, siuè nodus difficultatis: nullibi siquidèm constabat, quòd decursus Cambij originalis in præfata, ac tàm insigni quantitate scutor. 175. mil. decurrere in semetipso deberet, donèc proportionabilitèr tanta per Principem consignaretur Vena, quæ in determinato pretio conflaret summam annuorum scut. 22500., nàm, vt totiès diximus, in hoc fermè singulari contractu conuentum quidèm sub præsupposito consignationis Venæ apùd Contrahentes remanserat de suppuratione summæ prædictæ quantitatis, siuè in causam fructuum eiusdem Cambij, siuè in ipsam sortem quotannis Affictu durante facienda, & signantèr in *dicta Capitulatione 14.* cautum apparebat, quod absolutè = *Si dia ogn' Anno credito al Signor Principe &c. per sodisfazione, & estinzione di ducati 10500. del Capitale di ducati 175. mil.*; Verùm in casu contrario, nempè non sequutę annualis consignationis tantæ Venæ, quæ pertingeret supradictam summam scutor. 22500., & solùm pòst tres annos expleta peræquatione ad illud minus, quod Vena à Principe consignata conscendisset, stabilitum legebatur dumtaxàt, quod = *Passati detti trè anni, e non si essendo in quelli detti Signori Conduttori potuti ragguagliare, all'ora possino tenere, ò far tenere detto Signor Principe sopra li Cambi &c. per detti ducati 10500., che non si saranno estinti del Capitale, e degl'Interessi di tutta la somma decorsa*: Proindèque dùm peræquatio hæc non fuit vnquàm in esse deducta, siuè liquidata, nisi à prædicto anno 1666., nullatenùs potuit locum sibi vindicare obligatio Principis de subeundo huiusmodi Cambia, & interesse, velutì effecta dependentia à liquidatione futura, aliàs namquè fuisset corrumpere quidditatem, & legitimitatem veri contractus Cambij à san.mem. B. Pio V. in suis circumstantijs approbati, quotiès prò mera formalitate transmissa fuissent ad Nundinas spaccia crediti prorsùs incerti, & illiquidi; in hoc
10 etenìm præcipuè versatur anima huius contractus, quód Creditor, habens de cœterò sufficiens mandatum à suo Debitore, valeat mediante Procuratore, aùt semetipso ad Nundinas accedente interpellare personalitèr, vèl (vt Campsorij moris est) per solita proclamata, vèl Edicta Debitorem suum, vt sibi soluat illam talem certam summam, eodemque Debitore remanente contumace in facienda solutione, tùnc queat idem Creditor ab alio, vèl semèt pecuniam correspondentem illi proprio, & certo credito desumere ad Cambium in damnum, & præiudicium eiusdem Debitoris defectuosi, vt tradunt *Scacc. de Commerc., & Camb. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat.8. num.467. cum tribus seqq., Rot. decis.583. num.11. coram Cerr., & decis.52. num.1., & 4. part.1., & decis.229. num.2., & 3. part. 9., & decis. 346. num. 6. part. 10. recent.*

Dùm igitùr certitudinaria ab initio erat conuentio extinguendi Capitale in annua quan-

quantitate scutor. 10500., & ex opposito euentualis prorsùs effectus, seù declaratio ineundæ peræquationis tantummodò pòst triennium, nullum profectò singulis annis valebat certò sciri creditum, quod Marchiones ritè possent expetere in Nundinis à Principe, tanquàm detecto debitore; vndè etiàm in planam emicabat consequentiam, quòd nèc vllum potuerit legitimum Cambium, aùt Recambium, siuè Interesse creari, ac prætendi, sicùt vltrà animam, vt suprà, huius contractus, quòd prò credito
11 incerto, & illiquido, & à futura declaratione pendente, nullum possit substantiari Interesse, adnotarunt *Leotard. de Vsur. quæst.84. num.3*, *Modern. Lucen. consult.58. num.55.*, *& seqq.* cum alijs in *Romana Cambiorum 26. Martij 1700. §.Quotiès*, *coram R. P. D. meo Muto*, & magìs in specie *Modern. Palm. alleg.267. num.3.*, ac habetur *de Commerc.*, *&* *Mercat. disc. 66. num.23.*

Nilquè releuabat, quòd saltèm facta deincèps de prædicto anno *1666.* per Arbitros liquidatione importantiæ mòx enunciatæ peræquationis, & ab indè subsecuta iuridica transmissione spacciorum ad Nundinas etiàm prò credito in Transactione compræhenso, radix, & anterioritas hypothecæ, de qua erat quæstio, spiritum, & efficaciam desumere valuerit ab originali Instrumento Affictus, in quo talis concedebatur potestas Conductoribus, ex rationibus, & *Authoritatibus* superiùs allatis *in §. Aùt*
12 *è conuerso*: Eædem quippè *Authoritates*, & rationes percutiunt terminos omninò diuersos, cùm vèl loquantur de simplici hypotheca non expectante aliud ad sui impressionem, quàm materialem purificationem facti successiui in conuentione deducti, vèl vbì prima radix contractus antecedentis adhùc existat viridis, & in esse, quandò desupèr nouus eiusdem, vèl parùm difformis naturæ inseritur contractus, vt etiàm videre est respectu primæ propositionis *in decis. 679. n.9. par.1. diuers.*, & de secunda penès *Episc. Rocca disputat. Iur. select. cap. 137. num.2.*, *& seqq.*, *& in Tract. de Commerc.*, *& Mercat. disc.69. num.13.*, *& seqq.*

Ast in præsenti (ex iàm præmissis) arbor, siuè radix antiqua primi Cambij quotannis durante triennio non factæ peræquationis partialitèr remanebat exsiccata prò supradicta annuali summa scut. 10500., solùmque ad limites primæ conditionis, & pacti anni *1635.* resurgere poterat, quandò, confecto calculo peræquationis, Creditor vtendo potestate sibi concessa, quantitatem vtrinquè approbatam, ac solidatam supèr nouis aduenientibus Nundinis girare va-
13 luisset; ideóque, prætermissa etiàm discussione, vtrùm in his terminis noua, ac specialis exigeretur interpellatio Debitoris supèr eo, quod Affictuarij detecti vigore peræquationis creditores in hac, vèl illa summa, totidèm scuta nedùm desumere intendebant, sèd etiàm effectiuè desumpserant ad Cambium, secundùm ea, quæ in proposito similis interpellationis faciendæ, seù reiterandæ affirmarunt adducti per *Rot. coràm Dunozett. iun. decis.962. num.10. & 11. & coràm Cerro decis. 563.* paritèr *num. 10. & 11.*, *& dicta decis.583. num. 12. & 13.*, & dictum est *in tract. de Commerc. & Merc. disc.100. n.21.*

Vtiquè, quandò etiàm loco huius interpellationis exuberasset ipsummèt Laudum, siuè Transactio anni *1666.*, quià tamèn tùnc temporis opus erat, seù fuit ipsa Transactione, quià alià̀s erat in potestate Creditorum, velle totum creditum liquidatum in summa sc.31150. recipere incontinenti, non autèm idem Creditum per Nundinas, & Plateas girare, seù cambiare; hinc nèc etiàm ad finem anterioritatis fructuum ce pòst decurrendorum pòst legitimam transmissionem spacciorum ad Nundinas valebat capi principium hypothecæ ab Instru-
14 mento ipsius Affictus anni *1635.* in præiudicium Creditorum intermediorum, sèd de tempore dumtaxàt potestatis ad vsum ex noua voluntate Marchionum redactæ, ad mentem *Textus in leg. Titius*, *ff. quæ res pignor. oblig.*, *& in leg. Potior*, *ff. qui potior. in pignor. hab.*, *Rot. coràm Peutinger. decis. 211. num. 10. & seq.*, & alijs cumulatis *in eodem Tract. de Commerc. & Mercat. d. disc.69. n.18.*

Et sanè, quòd medio tempore intèr annum *1635.*, & *1666.* ad terminos primæ responsionis, maioremque corroborationem secundæ, efflagitaretur aliqua notificatio, ac correlatiuè noua protestatiua conuentio, & declaratio cambiandi, satis elici etiàm videbatur introspectis, & simùl iunctis alijs Capitulationibus eiusdem Instrumenti Affictus: cùm enim in *dicta Capitulatione 14.* potestas cambiandi non esset limitata ad totam summam scut. 10500., quæ iàm ex Capitali defalcata supponebatur, sèd *per l' interessi di tutta la somma decorsa*, seù proportionabilitèr: *per li ducati* 10500., *che non saranno estinti di Capitale*; clarè idcircò sequebatur, quòd primum Cambium, illiusque anterioritas ampliùs de sui natura nequè vigeret, nequè decurreret, & ab aliadùm *in Capitulatione 15.* casu quo proptèr infortunia Bellorum, aùt crassationem Pestis nulla Vena valuisset leuari, & asportari, & sic indubia remansisset effecta cessatio pacti imputandi prædicta annua scut. 10500. in sortem Cambij, adhùc conuenêre Partes, quòd Conductores tenerentur antè continuationem supèr Cambijs Principi Locatori notificare

ficare tale impedimentum, vt ibi = *douendo solamente in questi casi li detti Signori Conduttori fare ad abbondante cautela l' entrata di questo impedimento della Peste, ò Guerra al Signor Prencipe, & appresso continuare il Cambio*: concludendum à pari videbatur, quòd donèc, & quousquè non fuisset sequuta consimilis notificatio pòst factam peræquationem in subsequenti potestatiua declaratione voluntatis cambiandi, nequè Cambium vetus, nequè originalis hypotheca, vtpotè conuulsa (quoad præiudicium Creditorum intermediantium) ab efficacia conditionis, seù pacti potestatiui, nequiuerit vsquè de anno *1666.* retrotrahi, ex notissimo axiomate, quod ab vna parte ipsius

15 Instrumenti, altera recipere solet, ac debet interpretationem, *leg. 1. ff. de rebus dub., Menoch. cons. 128. n. 5., Modern. Lucen. consult. 50. num. 10., Rot. coràm Card. Cerr. decis. 582. num. 7.* & alibì frequentèr.

Cœterùm vltrà hęc *Domini* solidè ponderarunt, quòd forsàn ista omnia pati possent suam conflictationem, quoties tantummodò per Arbitros, vèl ipsas Partes actum fuisset de ineunda, seù dignoscenda huiusmodi peræquatione; Verùm quià Arbitri prædicti totam controuersiarum Hydram à pluribus capitibus prætensionum hinc indè insurgentem sanxêre amputandam, erat proindè accipienda Transactio pròut iacebat, itàut quælibet hodiernæ argumentationes vèl faciendæ forent cum Arbitris, vèl ab ijsdem iuremeritò extiterint reiectæ, absquè eo, quòd in præsenti vllo modo valeret ratio de eis prorsùs haberi, nàm quemadmodùm Arbitratores in prima partita crediti Marchionum apposuerant ratam Cambij scut.*6000.*, & in secunda fructus eiusdem Cambij prò scut.*7600.*, deindèque ambas partitas cum reliquijs crediti à solutionibus non diminuti in nouam Cambij creationem ingesserunt, ità paritèr pòst dinumerationem partitæ huius peræquationis in summa sc.12385. 88. accessoriè, siuè per subsequentem partitam connumerassent importantiam Cambiorum correspondentem huic quantitati peræquationis, ac paritèr vtramque in nouum Cambium inseruissent, maximè dùm præ oculis habuerant Libros *del dare, & Hauere*, qui complectebantur, vèl poterant amplexari hanc prætensionem fructuum partitæ peræqua-

16 tionis: Ac propterea quidquid scientes omiserunt, consultò præsumendum erat omisisse, argumento *leg. quidquid adstringendæ, ff. de verb. obligat., Cyriac. controu. for. 478. num. 15., Vrceol. de Transact. quæst. 7. num. 7. & 8., Rot. pòst eumdem dec. 24. n. 4., & decis. 233. num. 4. coram Pamphil.*; potissimè, quià Transactio, veluti stricti Iuris,

17 strictè quoquè venit accipienda, *Vrceol. vbì suprà dicta quæst. 7. num. 34. & seqq., Episc. Rocca disp. Iur. select. cap. 185. num. 19., Rot. dicta decis. 323. num. 4. coràm Pamphil, & in rec. decis. 7. num. 14. par. 11., & decis. 418. num. 4. par. 19. tom. 2.*

In nihilo obsistente replicatione, quòd ad summum iste discursus prosternere possit prætensionem (si à Marchionibus habita fuisset) circà fructus Cambiorum ex causa huius peræquationis reuiuiscentium ab anno *1635.* At cùm ijdem Marchiones restringerent eorum instantiam ad fructus eorumdem Cambiorum legitimè coaceruatos à præfato anno *1666.*, reassumpta dumtaxàt anterioritate ab alio enunciato anno *1635.*, hæc sanè anterioritas indubitantèr remansit subintellecta, tùm negatiuè, quià ne-

18 què vnum verbum contrà eam in Laudo, & transactione emicabat expressum, tùm etiàm positiuè, quià prætèr Iuris operationem aderat cubitalis protestatio præseruatiua à qualibet nouatione præcedentis obligationis Marchionibus competentis, sicuti perpendendo robur eiusdem protestationis in Laudo, & Transactione emissæ *Tribunal* iàm approbauerat *in Decisionibus huius Causæ 11. Ianuarii 1700. §. Nèc obstat, cor. Reuerendiss. D. meo Molines* (intèr suas *decis. 649. n. 26.*) *& supèr negocio principali 25. currentis d. §. Innextra, cor. Me* (suprà *d. dec. 178. n. 28.*)

Domini etenim occurrentes huic obiectioni subnectebant, quòd siuè negatiua, siuè affirmatiua exclusio nouationis nullatenùs feriebat hunc articulum, sed restringebatur ad puram hypothecam respectu sortis, quià noua fructuum Cambiorum appetitio non promanabat à sola canonizatione crediti hypothecarij, sed ab intellectu Iuris exigente nouum potestatiuum vsum, ac declarationem Creditoris cambiandi, vèl continuandi Cambia, qui quidèm vsus nusquàm

19 Tertio intermedio Creditori præiudicat, pròut prætèr superiùs allegatos *in §. Vtiquè*, prosequuntur *Mangil. de euict. quæst. 36. ex num. 7. & 8., Caren. resol. 39. n. 10. & 11., Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 1. quæst. 22. n. 3.*

Et ità &c. vtràque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

PAriformitèr hæc quarta *Decisio* edita vnà cum alijs tribus immediatè præcedentibus in acerrimis contradictorijs eorumdemmèt Collitigantium, habetur intèr illas nouitèr (vt aliàs innuimus) superadditas ad *Salgad. in labyr. Credit.* iuxtà Venetam impressionem anni 1701., ibiquè est in ordinè *la 207.*

Loco autèm aliqualis *Additionis*, neuè hoc secundum Volumen maiori (vt ità dicamus) hydrope laboret, quàm primum,

subnectere libet, verissimam esse propositionem illam, obitèr de cęterò insinuatam in præsenti Decisione *num.13.*, quòd nempè
20 Creditor, postquàm à Tertio, vel etiàm à semetipso æquiualentem summam sibi debitam suscepit ad Cambium in Nundinis, seù Ferijs in vim facultatis ei attributæ à Debitore etiàm absquè aliqua intimatione, cui Debitor ipse specificè renunciasset, tenetur nihilominùs de hoc nouo Cambio certiorare eumdem Debitorem ad hoc, ut illi innotescat, suum debitum sub vlterioribus interusurijs torqueri, & idcircò propriæ indemnitati consulere valeat aliundè comparando pecunias, quibus mediantibus possit se liberare ab huiusmodi grauiorum vsurarum corrosione, pròut etiàm Ego firmaueram *in alio disc.66. num.28. de Commerc., & Mercat.*, cum quo approbatiuè ex pòst processit *Rot. in Romana OEconomiæ, seù redditionis rationis* 10. *Maij* 1694. *§. Minùsque in fin. coràm bo. me. Pio, & in Romana Pecuniaria* 11. *Februarij* 1718. *§. Quod est adeò verum ad med. coràm Me*, ac intermedio tempore admiserat *eadem Rot. in Romana Cambij* 28. *Aprilis* 1698. *coràm bo. me. Vrsino Decano impress. apud Saminiat. contr.* 184. *sub num* 23. *§. Haùd vrgente cum seq.*;
21 hancque interpellationem, seù monitionem Debitoris fieri debere in qualibet Feria, itaut semèl factam non afficere Debitorem pro subsequentibus Nundinis, sed qualibet vice esse reiterandam, pòst *Gratian.*, *& alios* dictum fuit in præcitata *Romana Pecuniaria coràm Me dicto §. Quod est adeò verum in fin.*

ROMANA FIDEICOMMISSI DE QVADRIS.

Lunæ 7. Martij 1701.

ARGVMENTVM.

Resoluitur pro validitate cuiusdam concordiæ initæ per Matrem Tutricem eius filiorum cum illorum Patruis supèr stabilimento fideicommissi conditionalis, ac reciproci intèr eosdem filios, & respectiuè Nepotes, & Patruos, non obstantibus tribus nullitatibus, quæ aduersùs eamdem concordiam opponebantur ab hæredibus dictæ Mulieris, quæ, turbato ordine naturæ, proprijs filijs superuixerat.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in Vrbe nequit contrahere, aùt alio modo se obligare absquè interuentu duorum eius proximiorum.*
Aliàs contractus est nullus, ibid.
Dummodò probetur illorum existentia de tempore contractus, quodque ei potuissent commodè interuenire, n.4.
2 *Pupillus pubertatem ingressus debet interuenire contractui eius nomine gesto per illius Tutorem, aliàs contractus est nullus.*
Nisì tamèn ex pòst contractus detegeretur vtilis Pupillo, tùnc etenim sustineretur, licèt illi personalitèr non interuenerit, n.6., & 29.
3 *Proximiores non sunt vocandi, nequè adhibendi in contractu Mulieris, in quo ipsi aliquod habeant interesse.*
5 *Statuta præscribentia certas solemnitates in contractibus Minorum ad hunc finem prodierunt, vt euitentur fraudes, ac deceptiones.*
7 *Tutor antè confectum Inuentarium, & præstitam fideiussionem nequit vllum contractum facere supèr rebus Pupilli.*
Limita vbì contractus fuisset proficuus Pupillo, n.8., & n.30.
9 *Fideicommissum reciprocum, tamquàm se æquè habens ad commodum, & incommodum, censetur potiùs fauorabile, quàm odiosum.*
10 *Voluntas Testatoris declaratur etiàm ex Testamento imperfectè condito.*
11 *Euentus non consideratur, sed id, quod euenire poterat, quandò sumus in his, quæ æqualitèr se habere poterant ad lucrum, & damnum, &* n.14.
12 *Læsio quæcumque sufficit pro irritando contractu gesto à Pupillis, aùt Minoribus.*
13 *Contractus initus per Ecclesiam est nullus eo ipso, quod deficit vtilitas.*
15 *Euictio proueniens ex natura rei non debetur, nisì fuerit specificè promissa.*
16 *Verba negatiua detorqueri non possunt in sensum affirmatiuum.*
17 *Donatio inofficiosa facta vni ex filijs non præiudicat legitimæ cæterorum filiorum.*
18 *Hæres Pupilli, aùt Minoris nequit impugnare contractum, quem eius Auctor factus maior numquàm impugnauit.*
Præsertìm, si talis contractus fuit aliquo modo vtilis ipsi Pupillo, aùt Minori, ibid.
19 *Ratificatio contractus per alium gesti absquè mandato speciali resultat ex solutione, aùt receptione pretij in eodem contractu conuenti.*
20 *Contractus nominatus, cessante pacto resolutiuo, non corruit ex defectu implementi pro parte vnius ex contrahentibus.*
21 *Bona fideicommissaria non ampliùs dicuntur, sed libera, postquàm distracta fuerunt prò soluendis debitis Fideicommittentis.*
22 *Præiudicium remotum, & accidentale in nulla habetur consideratione.*
23 *Pater non minùs, quàm Mater præsumuntur capere bonum consilium pro filijs.*
24 *Discretiua locutio denotat diuersam voluntatem in casu non expresso.*
25 *Fideicommissum purificatum fauore substituti, licèt ab eo non agnitum, transmittitur*

ad

ad illius hæredes quamuis extraneos.

26 *Immissio passim datur Fideicommissario nedùm ad Bona fideicommissaria, quorum probat identitatem, sed etiam in genere ad quæcumque alia, quorum identitatem postmodùm erit iustificaturus.*

27 *Exceptio retentionis turbida, & illiquida non est apta ad retardandam Immissionem Fideicommissario.*

28 *Laudatur b. m. R.P.D.* Amatus Iacomettus *S. R. Auditor.*

DECISIO CLXXXII.

OBitus Bartholomæi inexpectatè præpediens, nè Testamentaria illius dispositio salubritèr de cæterò præordinata, imperfectaque remansa fauore Pompæi, Ioannis Antonij, & Gregorij liberorum, totiusque effectiuæ Familiæ, iuridicum, & opportunum sibi posset effectum vsurpare, nècnon triduò pòst superuenta acerbior mors eiusdem Pompæi, ansam præbuère, vt Agatha illius Vxor, & Tutrix respectiuè eius filiorum, vnâ cum ipso Io: Antonio, & Gregorio, ad valdè laudabilem prudentialem conuentionem, & concordiam deuenerint, per quam, hæreditario statu Bartholomæi communis Aui, seù Proaui efformato, præ reliquis statutum fuit, quòd vniuersa Bona tàm Patruorum, quàm Nepotum pupillorum, ære priùs alieno subducto, reciproco subiacerent fideicommisso: Quo tandèm per inopinum, & immaturum prædecessum eorumdem Pupillorum purificato in personam Gregorij, incaluit subindè intèr hæredes hinc indè extraneos memorati Gregorij, & Agathæ dura altercatio restricta ad validitatem prælaudatæ concordiæ, seù fideicommissi conuentionalis; Sed non minùs *coràm bo.me. Iacometto sub die 26. Aprilis* 1700., quàm hodiè *coràm Me* præcelluit sententia propitia supèr Immissione hæredibus Gregorij, mediante solidâ persistentiâ *in decisis.*

Reseruatis etenim ocularibus euersionibus illarum exceptionum sempèr, vèl saltèm frequentissimè cadentium in hac materiâ ad finem præsentis discussionis; *Domini* nodum substantialiorem Causæ quòad subsistentiam prædicti fideicommissi conuentionalis æquè contrectantes, statim agnouerunt, minimè releuare gemina obiecta aliàs diuulsa *in præcedenti Decisione bo. me. Iacometti*: Frustrà quippè retexebatur primum motiuum nullitatis eiusdem concordiæ, ex quo illius celebrationi non interfuerit Pater Agathæ, aliusuè proximior, iuxtà stabilimenta *Statuti Vrbis in cap.*151., quoduè pariformitèr posthabita remanserit physica præsentia ipsorum Pupillorum, qui cùm versarentur in æuo suprà septennium, adstare debuissent eidem contractui, vtpotè aliquo modo capaces, vèl memores futuræ conuentionis illorum nomine, ac interesse tractatæ, & expletæ; licèt namquè vterque defectus esset in abstracto essentialissimus, cùm Aga-
1 tha, veluti Mulier, se se obligans in proprio ad obseruationem huiuscè contractus, aliàs procùl dubio indigeret ad sui imbecillitatem afferendam fulcimento proximiorum, ad tradita per *Fenzon. ad idem Statut. cap.*151. *num.*13., *Modern. Iou. de contract. Minor. glos.* 22. *§.*1. *num.*1. *& seqq.*, *Adden. ad Pamphil. decis.*219. *num.*11., *Rot. decis.*60. *num.* 1. *vsquè ad* 4. *pòst Torr. de pact. futur. success.*, *in Romana Census* 23. *Februarij* 1655. *§. Alterum, coràm bo. me. Vrsino, & in Romana prætensæ nullitatis Contractus* 20 *Iunij* 1698. *§. Concomitantibus, cor. Me (decis.*54. *num.*14. *tom.*1.)

Præsentia veró Pupillorum non minùs desiderari videretur ad mentem *Text. in leg. final. §. Vbi autèm, Cod de Bon., quæ liber.*, quicquid circà interpretationem illorum verborum = *nisi adhùc in prima ætate sint constituti* = variauerint *Scribentes, & Tribu-*
2 *nalia*, nàm sempèr, cùm vnus ex iisdem Pupillis appareret ingressus annû duodecimum magis communitèr erat illius præsentia adhibenda, sicuti liquet ex *Socciu. sen. consil.*24. *num.* 45. *lib.*1. aliisque deductis *in decis.* 572. *num.*11., *&* 12. *coràm bon. memor. Emerix.iun., & decis.*179. *num.*11. *part.*10., *decis.*322. *num.*13. 14. 15., *&* 16. *part.*14., *decis.*470. *num.*11. *part.*19. *rec.*, *& dec.*228. *n.*22. *cor. Priolo.*

Adhùc de facili replicatum, & animaduersum fuit, quòd respectu primæ nullitatis ob defectum Proximiorum ad limites *Statuti*, eò ipso, quòd cœteræ solemnitates Municipales plusquàm abundè noscebantur obseruatæ vnâ cum deputatione, ac subrogatione Curatoris in locum eorumdem Proximiorum, illorum proindè interuentum dereliquisse, vèl aptè fuerat præordinatum stante interesse, quod ipsi confouissent in abnuendo concordationi ineundi fideicommissum conuentionale supèr Bonis Pupillorum, quorum successio valuisset ad eos mediante persona Agathæ Matris, eorumdemque Proximiorum consanguineæ obuenire, ideòque nil magis familiare erat, quàm quòd
3 citandi, adhibendiquè non forent illi Proximiores, qui proptèr ipsorum interesse reddebantur suspecti de verisimiliùs procurando proprium commodum, quàm Mulieris integrandæ indemnitatem, pròut annotarunt *Gratian. discept. forens. cap.*647. *nu.* 20. *Tort. ad Statut. Papien. rubric.*98. *num.*81., *Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr.*90. *num.*98., *Conciol. ad Statut. Eugub. rubric.*56. *nu.* 36. *&* 37. *lib.*2., *Rot. decis.* 473. *num.*10., *vbi Adden. num.* 23. *coràm Gregor.*, *decis.* 182. *num.*5.

num.5., *& seq. coràm fa. me. Alex. VIII.*, *decis.58. num.2. par.14.*, *& decis.57. nu.12. par.15. recent.*

Vel in omnem casum hodierna hæc oppositio efficiebatur inanis, cùm minimè doceretur, quód siuè Pater Agathæ, siuè alij Proximi adhibendi reperirentur in circumstantijs capacibus interessendi; non enim sat
4 est ad infractionem contractus de reliquò solemnis, & non læsiui iustificare, quòd huiusmodi Proximiores essent in rerum natura, nisi simùl demonstretur, quòd nullo absentiæ, vèl alterius impedimenti obice detenti, commodè valuissent adhibere præsentiam illi præciso contractui, de quo agatur, quemadmodùm benè iàm occursum fuerat *in præcedenti Decisione bo. me. Lucometti in §. Neque sola probatio*, quibus addi possunt innumeri allegati per *Modern. Asculan. ad Statut. Vrb. tom.2. annot.44. art. 2. num.9. cum plurib. seqq.*, *& Rota in dict. Romana Census 23. Febr. 1685. §. Nec præsumpta*, *coràm bo. me. Vrsino*, *& in Romana prætensæ nullitatis Contractus 18. Iunij 1700. §. Tùm etiàm quià*, *cum seq.*, *coràm R.P.D. meo Scotto*.

Respectu autèm actualis præsentiæ Pupillorum, obiectum quidèm sustinebatur in Iure, saltèm respectu illius, qui erat magis proximus pubertati: Verùm, quià ipsum Ius commune, & vniuersa subalternantia, &
5 suppletiua Iura Municipalia sempèr in hiscè determinationibus, & præscriptis solemnitatum protendunt ad propulsandam deceptionem, & fraudem personæ aliàs ob sexû, vèl ætatem inhabilis, ex his, quæ latiùs ponderauit *eadem Rota in præcitata Romana prætensæ nullitatis Contractus 20. Iunij 1698. d. §. Concomitantibus coràm Me* (*dicta dec. 54. num.14. tom.1.*) idcircò quotiès textura, & euidentia facti manifestat, abfuisse deceptio-
6 nem, & fraudem consistentem in damno, seù præiudicio huiusmodi personarum inhabilium, palparunt *Domini*, cunctis visceribus concordiæ benè rimatis, vtile extitisse Pupillis eò temporis iniuisse præsentem concordiam, ac conuentionem quoquè supèr fideicommisso reciproco: sicquè in his terminis cessare quæstionem, & necessitatem personalis huius interessentiæ Pupillorum, ex prædictâ absorbente ratione intentionis Statutorum, & legum, passim responderunt *Mans. consult.441. num.5.*, *Modern. De Angel. de Confess. lib.2. quæst. 14. nu. 19.*, *Iou. de contract. Minor. gloss.15. §.9. nu.10.*, *Rot. decis.361. num.2. coràm Manzaned.*, *decis.821. num.3. coràm Dunoz. iun.*, *dec.39. num.8. par.11.*, *decis.446. num.14. part.15.*, *decis.300. num.3. par. 16. recent.*, *& in Camerinen. Manutentionis*, *seù Censuum 10. Martij 1698. §. Certum tamèn est*, *coràm Reuerendiss. D. meo Decano*, *& 23. Iunij eiusdem anni §. Verum*, *coràm Eodem* (*nùnc intèr impressas coràm Molines decis.545. n.10. & seqq.*, *& decis.562. num.17.*) quæ fuerunt confirmatæ sub diebus 20. *Martij 1699. §. Verùm*, *cor. R.P.D. meo Pio*, *& 2. Decembris subsequentis*, *coràm Eodem*.

Atquè ob hanc ipsam rationem (vt præmisimus) absorbentem, de plano corruebat altera quædam superfætatio nullitatis deprompta, ex quo Agatha tanquàm Mater, & Tutrix non impleuisset solemnia mediante legitimâ confectione Inuentarij, idque non obstante, quòd iàm Tutelam Pupillorum solemnitèr recepisset, & acceptasset, vt in *Summario* hæredis Gregorij *num. 20.*, ex quo reuerâ veriùs est, vt antè eamdem
7 confectionem Inuentarij, ac expletam satisdationem, nemo Tutorio, vèl Curatorio nomine valeat administrare, atquè contrahere supèr rebus eius Tutelæ, vèl Curæ suppositis, ità præfiniente *Imperatore in leg. fin.*, *§. Illo procul dubio*, *Cod. arbitr. Tutel.*, & tradunt *Audreol. contr.384. num.4.*, *Thomass. de Tutor. tit. 17. cap.1. num. 2.*, *Mangil. de euict. quæst.288. num. 16.*, *Rot. decis.40. num. 31. coràm fa. me. Alex. VIII.*, *decis.143. num. 19. par. 10. rec.*, *& in Romana rescissionis Contractus 5. Aprilis 1677. §. Minus obstat*, *cor. b.m. Bourlemont*.

Siquidèm & hoc paritèr obiectum, quod in abstracto, ac de stricta Iuris censurâ vigere potuisset, labebatur in concreto: vltrà etenim, quòd in supradicta datione, ac susceptione tutelæ præstitus apparebat fideiussor, vndè remanebat consultum Pupillis prò qualibet restauratione præiudicij ab ineundo contractu peruenturi; nihilominùs immutabilitèr res redibat ad idem principium vtilitatis, vèl læsionis, nàm quandò Pupilli ex memoratâ concordiâ aliquod sensissent detrimentum, & incommodum, poterant fortafsè aures adhiberi consimilibus, àc in suis casibus, verissimis rigiditatibus: cessante autèm substantialitèr in hac hypothesi quolibet præiudicio, & detrimento, quin-
8 imò emergente potiùs vtilitate Pupillorum, Tutrix, quæ in effectu erat talis, secundùm in hac parte sanam *Bart.* Doctrinam, seù animaduersionem *in leg. Tutor*, *qui repertorium num.7. vers. contrarium*, *ff. de administrat. Tutor.* minimè repellebatur à contrahendo, gerendoque actum proficuum, & laudabilem prò Pupillis, ex his, quæ prò tertia limitatione, seù declaratione regulæ *Text.*, de quo suprà, optimè firmantur per *Ganauerr. cons.6. num. 4. post decis. Neapol.*, *Gratian. discept. forens.360. num.35.*, *& discept. 542. num.8. vers. maximè*, plenissimè *Pacion. de locat.*, *& conduct. cap.8. num.25.* *Rot. decis.574. n.5. cor. fa. me. Gregor. XV.*, *& decis.617. n. 3. cor. Card. Cerro*.

Re-

Recompilando igitùr totam Caufam ad examen vtilitatis, vèl læfionis controuerfæ concordiæ, primario loco vifum eft, etiàm præcifiuè à reliquis pactis, & conuentionibus huiufcè concordiæ, ac de quibus inferiùs, quód ipfum quoquè fubftantiale ftabilimentum reciproci fideicommiffi vehementem in illis circumftantijs præfeferret vtilitatem: Habito etenìm præ oculis cafu, quód pòft mortem Bartholomæi Soceri Agathæ, & Aui Pupillorum, incontinenti, ac intrà triduum fato cefferat Pompæius Maritus eiufdem Agathæ, ac Pater refpectiuè Pupillorum, reperiebatur Agatha Vidua, ac defolata cum filijs infantibus abfquè alio adiutorio, quàm Cognatorum, ac correlatiuè Patruorum, videlicèt Gregorij, & Ioannis Antonij Sacrofanctæ Bafilicæ Liberianæ Canonici; quamobrèm prudentia proculdubiò, ac neceffitas exigebat, quòd vnâ cum ijfdem Cognatis, fiuè Patruis, tanquàm cor vnum, & anima vna, confpirarent in bonum Familiæ, hocquè laudabiliori modo reportari non poterat, quàm commifcendo peculia Patruorum, ac Nepotum, ac reciprocam fucceffionem inter

9 eos determinando: fuaptè etenim naturâ ipfa ordinatio, & conuentio fideicommiffi reciproci fecùm fert actum æquè fe habentem ad commodum, & incommodum, adeoùt ex hoc capite fideicommiffa, aliàs odiofa, reputentur potiùs fauorabilia, tefte *Iaf. in leg. fi Pater Puellæ, Cod. de inoff. Teftam.*, *Ruftic. in leg. Cùm Auus lib.6. cap.12. num.67. ff. de condit., & demonftrat.*, *Curt. iun. conf.23. num.14.*, *Parif. conf.33. num.66. lib.3.*, *Gabr. conf.123. num.25. lib.2.*, *Bellon. fen. conf.5. fub num.14.*, *Petra de fideicomm. quæft.9. fub num.12. in fin.*, *Intriglbol. de fubftit. cent.3. quæft.75. num.12.*, latè *Fufar. eod. tract. quæft.290. num.8.*, *Barz. decif.5. num.35.*, *& decif.6. num.56.*, optimè *Sperell. decif.152. num.66.*

Fortiùs autèm (vltrà genericas has reflexiones) ponderando, quòd idem Bartholomæus Auus, à quo totus Pupillorum affis

10 profluebat, iàm in eius, licèt imperfecta difpofitione, fignificauerat hanc voluntatem firmandi fideicommiffum, pròut non minùs anxiè indicauerat in Capitulis Matrimonialibus, à quibus præfatus affis Pupillorum defumebat fundamentum, & originem; vndè par erat, & rationabile exequi paternam, fiuè auitam voluntatem, votum, & intentionem, iuxtà animaduerfionem, & regulam, de qua penès *Laderch. conf.178. num.1.*, *Valenzuel. conf.123. numer.134.*, *& 140.*, *Iof. De Rofa confult.69. num.110. cum feqq.*, *Caucer. var. refol. part.1. cap.7. num.76.*, *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.20. num.3.*, *Torr. de pact. futur. fucceff. lib.1. cap.8. num.19.*, *& feqq.*, *Boer. decif.172. num.22.*, *Grammatic. decif.65. num.46.*

Addito in idem, quòd in hac fpecie focietatis, & communicationis peculiorum fub reciprocatione fideicommiffi maius profectò lucrum, & fpem adipifcebantur Nepotes, & Pupilli; ij fiquidèm erant plures, & in oriente infantili, ac pupillari æuo conftituti, quapropter cùm alter ex Patruis, nempè Ioannes Antonius, foret incapax obtinendæ prolis, alter verò Gregorius reperiretur mancipatus Vxorio thalamo finè fructu, àc filijs, omnis ratio, ac naturalis difcurfus oftendebat, quòd longè melior, & moralitèr certa foret fpes eorumdem Pupillorum gaudendi hac ftabilita reciprocatione, per quam ipfi, nimiùm probabilitèr fuperuiuere debentes, acquirebant Bona Patruorum fterilium, & ingrauefcentium ætate, quicquid deincèps in contrarium turba-

11 to ordine naturæ contigerit, cùm ad metiendam vtilitatem actus, non quid euenerit, fed quid euenire moralitèr debuiffet, attendatur, vt notant *Saminiat. contr.24. num.50.*, *& feqq.*, *Cyriac. contr.1. num.33. cum feqq.*, *Gratian. difcept. forenf. cap.756. num.8.*, *& 9.*, *Torr. de pact. futur. fucceff. lib.3. cap.9. num.34.*, *& feqq.*, *Rot. decif.408. num.9. cum pluribus feqq. part.16. recent.*, *& decif.601. fub num.7. coram Emerix iun.*

Agnofcentes informantes prò hæredibus Agathæ firmitatem huiufcè difcurfus, per quem non merebatur irrumpi concordia aliàs plufquàm folemnitèr celebrata, conabantur ex facto diluere difficultatem, fupponentes idcircò, quód extaret inæqualitas peculiorum hincindè commixtorum ad finem reciprocatæ fucceffionis, ex quo nimirùm peculium, fiuè patrimonium Pupillorum importaret redditum fcut.372., quandò è conuersò peculium vtriufque Patrui non excedebat redditum annuorum fc.200., ficquè inferebatur, quòd data tàm euidenti inæqualitate contractus, fideicommiffum conuentionale efficiebatur dubio procùl læ-

12 fiuum fermè vfquè, fiuè fuprà dimidiam, & tamèn in negocijs, & rebus pupillaribus exuberat, contractum quomodolibèt apparere læfiuum, & non vtilem, pròut diftinguendo intèr contractus initos à maioribus, vèl à minoribus, Pupillis, & infantibus egregiè habetur apùd *Fabr. de error. pragmat. decad.16. error.6. num.5.*, *& feqq.*, *Torr. de pact. futur. fucceff. lib.2. cap.26. num.82.*, *Rot. decif.193. num.11. part.14. recent.*, *& in Romana, feù Vrbeuetana Cenfuum 28. Iunij 1696. ferè per tot. coram R. P. D. meo Pio*, *& in Romana Cambij 14. Martij 1698. §. Haùd refiftente, coram bon. mem. Vrfino*,

13 & in propofito Ecclefiæ, quç æquiparatur Minoribus, & Pupillis, profequuntur *Dec. conf.12.*

cons.12.num.3., & 4., Altograd. sen.cons.26. num.31. lib.2. Rot. Lucen. intèr decis.collect. per Palm. Nep. tom.1. decis.2. num.10. 11., & 12., Rot. decis.65. num.19., & decis.105. num.2. part.2. diuers., decis. 544. num. 1. part.1., decis.730. num.3. part.3., & latè *dicta decis.193. num.11. part.14. recent.*

Verùm neutiquàm in eodemmèt facto subsistebat exagerata inæqualitas, quia prænominatus redditus pupillaris scut. 372. promanabat à quadam assignatione (onerabili tamèn fideicommisso expressè reseruato) per Bartholomæum exaratâ in Capitulis Matrimonialibus occasione nuptiarum Pompæij Patris Pupillorum confectis; in eisdem autèm Capitulis, & assignatione respectiuè, numerabatur redditus scutorum centum fundatus super Officio vacabili, quòd nuncupant *delle Contradette*, aliauè scuta 72. paritèr profluebant ratione cuiusdam Pensionis cantantis in personam eiusdem Pompæij: ideóque cùm de tempore initæ concordiæ, ac stabiliti fideicommissi iàm per obitum ipsius Bartholomæi, ac etiàm Pompæij vacasset vterque redditus merè vitalitius scut.172., eccè, quòd reducebatur idem redditus nomine Pupillorum subiugatus ab Agatha fideicommisso reciproco ad scuta 212., & consequentèr non poterat prò tàm exigua superexcedente quantitate scut.12. reputari læsiua illa con-
14 uentio, quæ famulabatur intentioni paternæ, vt suprà, ac secùm trahebat beneficium assecurandæ successionis in Bonis Patruorum fauore Pupillorum nimiùm verisimilitèr extiturorum superstitum, ex his, quæ ad rem prò commensuranda vtilitate, vel læsione, rectè in his terminis obseruauit *Card. De Luca* in celebri *Romana Primogenituræ de Aldobrandinis sub tit. de fideicomm. in supplem. disc.205. sub num.13. versic. Istam verò spem*, & consonant tradita per *Rot. decis.192. num.15. part.10. recen., & dicta decis.601. sub num.6. vers. Stante enìm graui ætate, coram Emerix iun., & in Callien. Bonorum 26. Aprilis 1697. §. Præsertìm quià, coram R. P. D. meo dell'Olmo*.

Absquè eo, quòd fomentum aliquod haberet replicatio, quòd Bartholomæus in præcitatis Capitulis Matrimonialibus se se obligasset ad perpetuam manutentionem assignati redditus scutorum 372.; Quoniàm huiuscemodi promissio nullibì apparebat apposita in ipsis Capitulis, cùm solummodò Bartholomæus se se generalitèr obstrinxerit ad obseruantiam eiusdem assignatio-
15 nis: sed cùm in illa continerentur expressi redditus vacationi subiecti, profectò sinè indiuiduali expressione, ac promissione perpetuæ manutentionis cessatio, vèl euictio proueniens ex naturâ rei nusquàm obligat dantem, vèl concedentem ad vllum restaurum, siuè euictionem, ex plenè deductis penes *Surd. cons.70. num.17., Ciruce. discept. 60. num. 74., Amat. var. resol. cap 73. num.32., Michalor. de fratrib. part.3. cap. 39. num 13., Rota decis. 48. num. 11. part.17., decis.135. num.10 part.18. recent., & in Sauonen. Fideicommissi 23. Febrarij 1682. §. Nàm cùm euictionis promissio, coram bon. mem. Vrsino*, & in eius confirmatoria *1. Iulij eiusdem anni §. Quarè cùm promissa, coram Eodem*.

Sentientes idcircò pariformitèr prædicti Informantes prò hæredibus Agathæ vim huiuscè calculationis, conuolabant ad arguendam alio modo hanc inæqualitatem, defalcando redditum, quem diximus fuisse scut. 200. in Patruis, sùb eo prætextu, quód cùm iisdem Pupillis saltem præcipuè deberentur vigore matrimonialis assignationis annua scuta 212. non obstantibus quibuscumque debitis per Bartholomæum contractis, hinc eùm persoluto ære alieno præfati Bartholomæi vix remaneret sufficientia huiuscè annui redditus scut.212., eccè, quòd portio Patruorum desumenda ab hæreditate eiusdem Bartholomæi restabat vacua, & inanis: Ast nequè talis figuratio veritate facti fulciebatur, quoniàm in præcitata concordia *Dominorum* oculis subiecta palàm coruscabat, quòd facto bilancio exituum, & introituum ipsius Bartholomæi, adhùc debitis dissolutis supereminebat introitus scut. 200., vt in *Summario* præfatorum hæredum Agathæ *num.2. litt. Z.*; huiusmodi verò redditus, & introitus priuatiuè attinebat ad Patruos, cùm assignatio facta Pompæio per eumdem Bartholomæum nil aliud in substantia præseferret, quàm quamdam propriæ virilis anticipationem, & assecurationem, absquè eo, quód tamèn eadem anticipatio deberet esse præcipua Pompæij per speciem antipartis, de qua nullum verbum in ipsis Capitulis, in quibus solummodò concluditur, quòd ex quocumque capite non possèt: *scemare cosa alcuna della porzione, che venisse al Signor Pompeo, di-*
16 *cto Summario num.1. litt.H.*, à verbis quippè negatiuis nullibì fieri valet transitus ad sensum affirmatiuum, *leg. Titia §.3. ff. de manum. Testam., Riminald. iun. consil.413. num. 14., Surd. consil. 487. num. 37., & seqq., Mans. consult. 288. num.71., Rota decis.150. num.58. part.9. recent.*

Cœterùm, quandòetiàm supèr memoratis exitum excedentibus introitibus sc. 200. demenda fuisset tertia pars ex causa consuccessionis Pompæi, adhùc inspecto tenore concordiæ, iustarumque prætensionum eorumdem Patruorum, Pupilli sempèr remanebant in lucro, quià Patruis, vltrà binas quotas eiusdem consuccessionis, omninò debebantur duæ tertiæ partes Dotis mater-
næ

næ importan. scut.1324., vlteriusuè debebantur in contrario casu status hæreditarij ab alieno ære suffocati duæ paritèr ratæ partes legitimæ extrahendæ ab ipsamèt assignatione facta Pompæio, ex quo eadem assigna-
17 tio, ad sensum Reorum in hoc casu effecta inofficiosa, pati de necessè debebat defalcationem eiusdem legitimæ, sempèr à quibuslibet voluntarijs alienationibus communis Patris detrahendæ, ad normam *Text. in leg. Titia, §. Imperator, vbi Bartol. numer.1. vers. secundo casu, ff. de legat. 2., Pic. in leg. post contractam num.6. ff. de donat., Surd. cons.332. num.14., Gratian. discept.751. num. 15. 16., & 17., Mans. consult.7. num.2., & 35., Rot. decis. 359. num.2., & 3., ibiquè Adden., coram san: mem: Gregorio XV.*

Quibus omnibus si adiungantur effectiua scuta mille exbursata per Patruos in manibus Agathæ ad hoc, vt illa vèl inuestirentur, vèl implicarentur in extinctionem debitorum Pompæij Patris Pupillorum, non est dubium, quòd plus Patrui contribuerunt huic fideicommisso, quàm importaret quęcumque prætensio Pupillorum, ac simplex redditus, de quo suprà, annuorum sc. 212.; Quamobrèm, etiàm præcisiuè à qualibet ponderatione fideicommissi fauorabilioris (vt præmisimus) Pupillis, ipsa massa, & substantia concordiæ detegebatur vtilis, &
18 non læsiua, vndè nefas erat succurrere hæredibus extraneis ex persona Pupillorum, irritando illum contractum, & conuentionem, quam ijdem Pupilli effecti maiores nusquàm impugnarunt, aùt impugnassent, nequè, tamquàm potiùs vtilem, impugnare valuissent, vt inquit *Larr. decis. Granat. 70. num.13., & Rota decis.74. n. 23. par. 5. Recent., decis.182. num.23., & 24. coràm sa. me. Alex.VIII., decis.321. num.30. cor. Card. Cerro, & decis. 942. num.3. coràm Emerix iun.*

Comperta igitùr vtilitate, & rationabilitate concordiæ, ipsiusque fideicommissi conuentionalis, qua stante Agatha Mater, & Tutrix etiàm antè confectionem Inuentarij potuerat, vt suprà, contrahere, & conuenire prò Pupillis, superuacaneum efficiebatur obtruncare postremum refugium Informantium prò Reis supèr asserta ineffectuatione prælaudatæ concordiæ, tùm ex eo, quòd Patrui defecerint in promissa de proprio extinctione debitorum Bartholomæi, necnòn in solutione sc.400. prò dotali subsidio filiarum Pompæi, tùm & denìquè, quià Gregorius alter ex Patruis deueniens ad alienationem quorumdam Bonorum pro dissoluendis in parte ijsdem debitis Bartholomæi, enunciauerit, Bona esse libera, quandò debuissent obnoxia declarari fideicommisso desupèr conuento: Quoniàm nullo modo dubitari poterat de effectuatione, quandò Patrui effectiuè exsoluerunt scuta mille per actum omninò successiuum, & separatum, & quandò eadem Tutrix professa est, eadem scuta mille recipere in executionem eiusdem concordiæ, *Summario* Actoris *Num.17.*; maior namquè exoptari nequit effectuatio, quàm ea, quæ prouenit à posterioribus verbis, & factis positiuis, & maximè tantæ importantię, vt est exbursatio scutorum mille, quemad-
19 modùm in durioribus, videlicèt ad effectum quoquè præseferendæ ratificationis contractus non à Principalibus, pròut hic, sed à quocumque alio etiàm sinè mandato celebrati, vno ore tradiderunt *Natt. cons.341. num.4. lib.2., Bero. cons.187. num.3. vol.1., Modern. Argentan. collucl. legal.29. num.29. & pluribus sequen. lib.1., Surd. decis.229. sub num.4., Rota decis.131. num.2. par.3., & decis.139. num.7. par.4. tom.2. Recent., & in Tudertina Pecuniaria 2. Iulij 1700. §. Minùs etiàm Iustè, coràm Me* (suprà *dec.171. n.7.*)

Quòd si Patrui defecerunt per possibile in præcitata extinctione debitorum, vèl solutione sc.400. pro filiabus Pompæi, hoc (vt infrà) præbere ad summum valuisset in abstracto motiuum retinendi, non verò euer-
20 tendi robur, & quidditatem concordiæ, in qua nullum apparebat interiectum pactum resolutiuum, vulgatis Iuribus, de quibus *Rot. decis.617. n.3. coràm Buratto, dec.321. num.5. & 6. coràm Card. Celso, decis. 416. num.17. par.13., & decis.56. num. 6. & 7. par.17. Recent., & in Romana, seù Tyburtina Donationis 25. Ianuarij 1700. §. Attamèn, coràm Me* (suprà *dec.127. num.26.*)

Asserta autèm declaratio Gregorij in distractione Bonorum, quòd Bona forent libera, non solùm euertere nequibat stabilitatem fideicommissi conuentionalis certissimè præexistentis, potiusuè referenda ad phrasem Notarij, vèl etiàm ad alliciendos emptores, sed quod magis erat, huiusmodi Bona dici reuerà merebantur libera in præcisis circumstantijs, in quibus præfata fiebat declaratio, cùm enim huiuscemodi Bona alienarentur ad finem dissoluendi debita Bartholomæi, eademque Bona ab ipsomèt Bartholomæo prouenirent, non poterant in pręiudicium æris alieni, ac illius Creditorum cense-
21 ri fideicommissaria, pròut numquàm reputantur Bona Fideicommittentis, quæ pro extinguendo eius debito distrahuntur, ex adnotatis per *Surd. cons.30. n.2., Peregr. de Fideicom. art.39. n.1., Rot. decis.206. n.13. & per tot. coràm sa. me. Alexan. VIII., decis.157. n.3. cor. Bichio, dec.284. n.4. par.16., dec.385. n.13. par.18. & dec.305. nu.27. par.19. Recent.*

Sublata ex præmissis quacumque ineffectuatione, vèl nullitate concordiæ respectu Pupillorum, ad oculum quoquè decidebat nul-

nullitas tacta superiùs respectu præiudicij, & læsionis Agathæ; nám ea de proprio nihil spopondit, & si Agatha in contumaciam Patruorum propriam contulit substantiam in dotatione filiarum, nequaquàm id deriuabat ab efficacia, seù vinculo concordiæ illam in proposito non ligantis, sed ab eius prona expòst liberalitate, & voluntate, officioue materno: assertum verò præiudicium deriuans à pollicita obseruatione contractus præpeditiua successionis in casu præmorientiæ Pupillorum, profectò allegari non merebatur, quià talis successio erat nimiùm remota, & improbabilis, velùt exigens, quòd turbaretur ordo naturæ,
22 & consequentèr idem præiudicium, vtpotè remotum, & accidentale, in nulla habendum erat consideratione, vt ait *Rota decis.110. num.10. in fin. pòst Torr. de pact. fut. success.*, & meliùs *decis.* 182. *num.* 25. *coràm sa. me. Alexandro VIII.*; maximè,
23 quià potiùs decebat, maternam charitatem bonum & vtile (vt fuit hucusquè manifestatum) consilium capere prò filijs, *Lel. Altograd. cons.5. num.85. lib.1., Rot. decis.120. num.12. & seq. coràm sa. me. Gregor. XV., dicta decis.110. num.11. pòst Torr. de pact. futur. success., dicta dec.182.n.24.,25.,& 26. cor. sa. me. Alex. VIII., decis.1213. num.42. cor. Emerix iun., & decis.74.n.23. par.5. Recent.*

Eiusdemque frigiditatis subindè detegebatur illa alia obiectio, quòd dum Agatha in eius Testamento legauerat Gregorio menstrua scuta tria sub conditione nihil prætendendi ex illius Bonis, cum subsecuta acceptatione Gregorij, videretur propterea credidisse, concordiam sibi fuisse læsiuam, vèl inhiasse illius resolutioni: Probabilius quippè erat contrarium, nempè, vt illa huius Cognati beneficijs, & assistentiâ non parùm obligata, maluerit rependere consimilem retributionem, nisi fortè in vnum conuiuens rectè sciret, & vereretur, Gregorium ex domesticis subuentionibus, alijsque titulis posse eius diuexare hæreditatem; in omnem veró casum eodem modo, quo adiecit conditionem, nè quidquam Gregorius prætendere posset ab eius Bonis, dicere debuisset, atquè prohibere, nè aliquid tentaret quòad petitionem fideicommissi conuentionalis, non enim Bona Pupillorum subiugata fideicommisso conuentionali dici poterant Bona sua, nisi mediante non tantùm aditione hæreditatis eorumdem Pupillorum, sed & præuia infractione concordiæ, aùt saltèm declaratione emissa in eodem Testamento supèr nullitate ipsius concordiæ, sicquè sempèr vèl tale legatum efficiebatur æquiuocum, & inconcludens, vèl potiús retorquebatur ob solitam vim di-
24 scretiuæ locutionis, & expressionis factæ in vno casu, & non in altero importantiori, ad *Text. in leg. vnica, §. sin autèm ad deficientis, Cod. de caduc. tollend.* cum pluribus per *Rot. in Cæsenaten. prætensæ successionis 21. Iunij 1697. §. Nil refragante in fine, coràm Me, & in Bonon. Fideicommissi de Manzolis 22. Iunij 1699. §. Postremò*, paritèr *coràm Me (tom.1. decis.12. num.4., & decis.100.n.51.)*

Combinatio autèm, quòd Gregorius superuiuens Laurentio vltimo Nepoti per duos annos, & vltrà, ipsique Agathæ ferè per alterum annum, abstinuerit à petitione fideicommissi, parùm poterat releuare, stante tàm parua in substantia intercapedine, continuatis luctibus vnici Nepotis, & Cognatæ occupata; quapropter cùm hæc simplex abstinentia, ac taciturnitas aliundè non adminiculata, imò & elisa ex præfata replicatione funerum in homine decrepito, ac sobole viduato, redderetur pariformitèr æquiuoca, & inconcludens, nequiuerunt *Domini* resilire à regulis ordinarijs, per quas huiusmodi fideicommissa per longè
25 diuturnius tempus purificata, ac effecta pura, ad differentiam conditionalium, ad quoslibet etiàm extraneos hæredes transmittuntur, ad tradita per *Soccin. iun. consil.129. num.15. in princ., Natt. cons.471. num.14., Corn. cons.149. num.4. lib.3., Castren. cons.77. num.6. lib.2., Surd. cons.232. num.35., Gabr. cons.121. num.21. lib.1., Peregr. cons.66. num.3., & de fideic. art. 22. num.5., & art. 31. num. 3. & 4., Cancer. var. resol. par. 3. cap. 21. num. 81. & seq., Rot. dec.890. num.13. coràm Merlino.*

Hæc erant, quæ (vt ab initio enunciauimus) concernebant nodum controuersiæ, quià quòad profligationem cœterarum exceptionum assuetarum adduci in his Iudicijs immissiuis, quasuè libuit reseruare ad finem huiuscè discussionis, facilis fuit transitus, & interuersio: negabatur etenim identitas quòad Vineam quamdam vernaculo sermone vocatam *Foga l'Asino*, necnòn quòad Domunculam sitam *nel vicolo dell'Agnello*. Verùm cùm identitas signantèr foret innegabilis quòad Bona in sæpè citatis Capitulis Matrimonialibus assignata Pompæio, æquum visum est, citrà hanc inopportunam modò peculiarem trutinationem, resoluere, seù decernere Immissionem nedùm ad hæc Bona ineluctabilia, sed & in genere ad quæcumque
26 alia Bona, quæ postmodùm ab Actore demonstrarentur subiecta fideicommisso, iuxtà familiarem stylum nostri Auditorij, de quo in *dec.216.n.16. par.18. Rec., & in Romana Fideicommissi 10. Ianuarij 1689. §. Constito itaquè, cor. bo. me. Randinino, & in Romana Hæreditatis 27. Iunij 1696. §. Hæc autèm omnia, coram R. P. D. meo Pio, & in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 9. Decembris 1697. §. Et sanè, coràm Me (tom.1. decis.21. nu.2.)* & de Iure affirmant *Bald. in leg.*

leg. voluntas sub num. 16. Cod. de fideic., & in consf.265. sub num.2. in fine lib.2., Alexand. consf.101. num.9. in med. lib.5., Durand. de art. testan. tit.10. cauthel.20. sub nu. 5. vers. nec oportet, Simon de Prat. de interpr. vlt. volunt. lib.5. dub.4. num.344. & seqq.

Itidèm obijciebatur retentio ex pluribus ass. creditis vigentibus contrà Gregorium, & remansis in hæreditate Agathæ, præcisè autèm quòad scuta 400. promissa, & non soluta ex capite dotalis subsidij non impleti, & satisfacti ergà filias Pompæi, & circà nonnullos Census extinctos, seù translatiuè acquisitos à Laurentio filio, & Authore Agathæ, quandò onus illos extinguendi ex pacto concordiæ incumbebat Gregorio: Sed & in hoc arrisit responsio, quòd etiàm data veritate huiusmodi creditorum importantium scuta circitèr 1400., perceptio fructuum Bonorum fideicommissariorum facta ab hæredibus Agathæ pòst eius obitum, vèl saltèm à die motæ litis, aùt penitùs absorbe-
27 bat hanc retentionem, vèl illam efficiebat illiquidam, & consecutiuè ineptam ad Immissionis retardationem, vt milliès dixit, & practicauit *Rota*, signantèr *in decis. 32. num.13., & decis.294. num.10. coram Priolo, & in dicta Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 2. Iunij 1698. §. Nihilominùs, & 5. Decembris eiusdem anni §. Quoniàm, coràm Me (dicto tom.1. decis.46. num.6., & decis. 66. num.10) & in Bononien. Primogenituræ de Paleottis 11. Ianuar. 1700. §. Eòque faciliùs, coram R.P.D. meo Scotto*, & alibi quotidiè.

Et ità, vtrâque Parte vsquè ad scrupulum subtilitèr supèr tot Facti, & Iuris amaritudinibus acritèr informante, responsum fuit &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

IN sequelam huius *Decisionis* confirmatoriæ alterius editæ sub die 26. *Aprilis*
28 *1700. coram bo. me. Amato Iacometto* (olim celebri in Vrbe Aduocato, posteàque successore D. mei Ansaldi in munere Auditoris glor. me. Innocentij XII.) *Rota* decreuit expeditionem Causæ, quę subindè in gradu appellationis commissa fuit *bo. me. Molines*, coràm quo prodijt alia *Decisio* paritèr fauorabilis hæredi Gregorij de Quadris vltimi ex comprænhensis in fideicommisso conuentionali, de cuius validitate in præsenti nostra *Decisione* erat quæstio, vt videre est apùd eumdem *Molines tom.3. par.2. decis.894.*

Ad *num.6.*, vbì habetur, quòd defectus personalis interuentus Pupilli, qui sit ma-
29 ior septennio, vèl etiàm aliqualitèr pubertatem attingat, non sit aptus irritare contractum gestum à Tutore supèr Bonis, aùt iuribus pupillaribus, quotiès idem contractus tendat potiùs in vtilitatem, & commodum ipsius Pupilli, quàm aliquod ipsius damnum, seù præiudicium inuoluat, addo, quòd id ipsum frequentèr ex pòst firmauit *Sac. Auditorium*, & præsertim *cor. Card. Falconer. tit. de Tutor. decis. 1. num.3., & decis.4. num.7.*, & coràm *Molines decis. 667. num.4. & 5., & decis.756. nu.5. cum duob. seqq., & decis.1084. ex num. 3. ad 8., in Bononien. Fideicommissi supèr Transactione 28. Iunij 1709. §. Quod eò lubentiùs, coram D. meo Ansaldo, in Rauennaten. Saluiani 8. Maij 1716. §. Nèc creditum in fin. coram bo. me. Cerro iun., in Imolen. Fideicommissi 1. Iulij 1720. §. fin. coràm Illmo D. Corio* ad præsens *Vrbis Gubernatore, & in Lauretana Census 4. Iulij 1732. §. Prò eo enìm, coràm Emo Aldrouando*, confirmata 22. *Februarij 1734. §. Vt itaquè, & §. Nèc de cæterò, coràm Rmo D. Calcaguino Decano*, & in puncto alterius fideicommissi conuentionalis concordati (vt in casu huius nostrę Decisionis) per Matrem Tutricem absquè interuentu Pupillorum septennio maiorum, pluriès laudata eadem præinserta *Decisione* D. mei dictum fuit *cor. Rmo Crispo dec.481. ex num.38. ad 41., decis. 503. num.12., & decis.515. num.6. & seqq.*

Similitèr ad *num.8.*, vbì dicitur, quòd
30 gesta per Tutorem, qui non adimpleuit solemnia, substinentur, quotiès aliquam vtilitatem, aùt commodum attulerunt Pupillo, addi possunt vltrà ibì citatos *Mans. consult. 51. n.12., Rot. cor. Molines dec. 514. n.7., & in Auriacen. Immissionis 3. Decembris 1731. §. fin. cor. prælaudato D. Card. Aldrouando*, vbì præ cœteris allegat, & sequitur hanc *Decisionem* D. mei Ansaldi.

A. Lupardus.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 7. Martij 1701.

ARGVMENTVM.

Actor in Iudicio Saluiani contrà Tertium intentati tenetur intèr cœtera probare possessionem sui Debitoris de tempore contractæ obligationis, vèl pòst: Simulatio ex quibus excludatur in contractu Census non obstante, quòd pecunia soluta illius impositori ex pòst in considerabili parte redierit ad manus Emptoris. Reliqua habes *ex Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Assertio relatiua ad aliquam scripturam et non exhibitâ non attenditur.*

2 *Agens in Iudicio Saluiani contrà Tertium intèr cœtera probare debet possessionem sui Debitoris de tempore contractæ obligationis. Sufficit tamèn, quòd probet, Debitorem etiàm pòst obligationem possedisse rem in Tertium suc-*

successiuè alienatam, num. 3.

4 *Reus conuentus in Iudicio Saluiani nequit controuertere possessionem sui Authoris, quotiès ab eo rem mediatè acquisiuit.*

5 *Continuatio possessionis rei donatæ apùd Donantem arguit simulationem, aùt saltèm ineffectuationem donationis.*

6 *Emptor habens causam à Muliere potest allegare eius iura dotalia prò tuitione rei emptæ.*

7 *Obligatio Cameralis afficit Bona, & iura, nedùm præsentia, sed etiàm in futurum acquisita à Debitore.*

8 *Creditor anterior repellit, & vincit posteriorem.*

9 *Contractus simulatus perindè habetur, acsì gestus non fuisset.*

10 *Creditor possidens rem, seù Bona communis Debitoris nequit molestari ab alijs Creditoribus habentibus paria, seù æqualia iura*, & n.22.

Declara remissiuè, vt n.23.

11 *Collusio facilè præsumitur in actibus gestis intèr Matrem, & filios.*

Intellige, vt n.13.

12 *Census præsumitur simulatè impositus, si constet, quòd pecuniæ fuerunt apparentèr numeratæ, posteàque redierunt ad manus soluentis.*

Declara, vt n.15.

14 *Simulatio excluditur, vbì constat saltèm in parte considerabili de veritate, & realitate causæ in contractu expressæ.*

16 *Cedens pòst factam cessionem nequit præiudicare cessionario, iura huic cessa alteri cedendo*, & n.21.

17 *Quartum dotale vigore* Statuti Vrbis *defertur Vxori superstiti in solo vsufructu, vbì supersunt filij.*

18 *Vsusfructus finitur morte vsufructuarij.*

19 *Vidua præsumitur satisfacta de interusurijs dotalibus ex lapsu longi temporis absquè vlla reclamatione, aùt petitione.*

20 *Vidua, quæ sit debitrix hæreditatis Viri, nequit prætendere fructus suæ Dotis sibi haùd restitutæ, sed tenetur illos compensare cum proprio debito.*

DECISIO CLXXXIII.

Clypeum retentionis, & galeam defectus possessionis in Honorio Debitore, quam respectu Vineæ pulsatæ in vim Saluiani per Comitem Franciottum, & Comitissam Victoriam confregerat contumacialis *Decisio edita sub die 2. Iulij sæculi præcedentis coràm bon. mem. Iacometto*, efficaciùs hodiè apùd Me in eiusdem prædefuncti locum suffectum induere, & obiectare tentauit Iacobus; sed penitùs infructuosè, quoniàm denuò ijsdem oppositionibus ad lancem appensis, *Domini*, earum fragilitate comperta, steterunt *in decisis*.

Exordiendo siquidèm à galea, quæ caput, siuè vnum de necessarijs extremis huius Iudicij obterere posse prætendebatur (de alijs quippè requisitis ratione ordinis quæstio non erat) irreleuans prorsùs effulsit motiuum, supèr quo deficientia possessionis omninò necessariæ in memorato Honorio communi debitore struebatur: licèt enìm ad hoc demonstrandum deduceret Iacobus quamdam donationem sub anno 1618. initam ab eodem Honorio ad commodum Dianæ sororis, non tamèn ob id vllatenùs apparebat, quòd sub huiusmodi donatione includeretur Vinea controuersa, dùm ipsa donatio recensita in *Summ.* Comitis Franciotti *num.3.* minimè conuincebatur vniuersalis, quià potiùs restricta apparebat *ad Bona stabilia*, (sunt verba donationis) *ad loca Montium redacta ex pretio Terræ Arignani*, & vlteriùs *ad alia stabilia descripta in folio &c.*; ideòque cùm non constaret, Vineam compræhendi intèr stabilia promanantia ex pretio Terrę Arignani, nullumque folium in hodierna Audientia exhiberetur ad finem inspiciendi, vtrùm saltèm eadem Vinea intèr alia enunciata stabilia numeraretur, palàm claudicabat huiusmodi assertio, siuè oppositio, vt in simili dixit *Card. De Luca de Iudic. disc.* 40. *sub 19., Rot. decis.464. num.1. coràm Priol., decis.174. num. 15. part.9, decis.397. nu.19. part.18. recen., & in Caualliceu. Homagij* 20. *Martij 1699. §. Potissimùm, coràm R. P. D. meo dell'Olmo, & 29. Ianuarij 1700. §. Proptereàque, & seqq. coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (hodiè intèr suas *decis.656. n.6.*)

Idquè etiamsì in rei veritate non attineret ad Iacobum tamquàm Reum vlla obligatio iustificandi negatiuam huius extremi

2 possessionis, sed è conuersò istud onus incumberet Actoribus, qui compelluntur signantèr edocere ad propulsandum Tertium in Iudicio Saluiani de hoc extremo, ad *Text. in leg. Actor, qui asseuerat, Cod. de probat., Cenc. de Censib. quæst. 98. num.16., Rota coràm Ludouis. decis.491. num.6:, coràm Merlin. decis. 21. num.1., & in recen. decis. 78., & decis. 97.* vtrobiquè *num. 1. par.16., & decis.730. n.1. & 2. par.18.*

Quoniàm cùm sufficiat intentanti tale remedium patefacere, quòd eius Debitor, nisi præciso tempore contractæ obligatio-

3 nis, saltèm ex pòst, rem in ipsum Tertium successiuè alienatam possederit, & consequentèr reinciderit in nexum iurium futurorum subiugatorum vigore generalis obligationis, ad tradita per *Pacific. de Saluian. inspect. 1. cap.5. num.1., Cyriac. controuers. 51. num.11. & seqq., Rot. pòst Zacch. de oblig. Camer. decis. 12. num.6., coràm Coccin.*

tiu. decis. 1449. *num.* 3. , *& in Romana Saluiani* 7. *Iunij* 1694. *§.*1. *coràm bo. me. Emerix* , *&* 28. *Ianuarij* 1697. *§. Indubitantèr* ; *coràm R. P. D. meo Muto*: Certò certiùs reddebatur in præsenti , quòd hanc possessionem Honorij respectu Vineæ , saltèm vt præmisimus ex pòst , nequàquam contro-
4 uertere valebat idem Iacobus, qui Vineam acquisiuit mediante Raynutio illius Authore à prælaudatomèt Honorio , siuè de illius expresso consensu sub anno 1647. , ex regula , de qua *Rot. decis.* 125. *num.* 5. *par.* 6. *decis.*205. *num.* 4. *vers. quæ probatio par.*8. , *decis.*78. *num.*3. *par.*17., *decis.* 288. *num.*3., *& decis.*314. paritèr *num.*3. *par.*19. *rec.*, & applicabiliùs *Peregrin. de fideicom. art.* 53. *num.* 35. *& seqq.* , *Ciarlin. controu. foren. lib.*1. *cap.* 35. *num.*9. *&* 10. , *Conciol. allegat.*17. *num.*32., *Gratian. discept.*653. *n.*62., *Rot. coràm Buratt. decis.* 153. *num.*2. , *cor. Peuting. decis.* 150. *num.*2. 3. *&* 4. , *& in recen. decis.*89. *num.*10. *par.*8.

Fortiùs , quià (præcisiuè etiàm à superiùs dictis) memorata asserta donatio , vèl numquàm habuerat effectum , vèl nimiùm probabilitèr remanserat resoluta ob promissam , & non impletam alimentorum præstationem,ex quo demonstrabant Actores , quòd Honorius Donator perseuerauerat in possessione Bonorum , quæ præfigurabantur donata , tum quià , vt mòx tetigimus , effectiuè de eiusdem Honorij consensu longè deincèps distracta fuerat in Authores Iacobi hæc eadem Vineà , tùm & euidentiùs , quià de anno 1625. idem Honorius vnâcum Clarice Matre , ac Luca fratre alienauerat Tenimentum nuncupatum *il Terzolo* , quoduè perspicuum erat prouenire à præfato pretio Terræ Arignani, *Summario* Comitis *num.*6. , & idcircò contineri sub allegata donatione ; non etenìm Mater , multóque minùs Lucas frater , qui fuerat expressè substitutus in ipsa donatione , quotiès illa extitisset effectiuè demandata , vèl aliàs resoluta, permisissent, Honorium , qui iàm donauerat , vnâ secùm deuenire , tanquàm Condominum , ad huius Tenimenti iam donati alienationem , vt ex se patebat ad sensum : & est regula-
5 re , quòd nil magis concludebat ad ineffectuationem , simulationem , vèl resolutionem donationis , quàm continuata ex pòst possessio Donantis in re donata , pròut communitèr aduertunt *Farinac. de falsit.*, *& simulat. quæst.*162. *par.*4. *num.*228. , *& seqq.*, *Menoch. de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.* 122. *num.*110. , *& præsumpt.*124. *num.*30., *& de arbitrar. cas.*39. *num.*1. , *Salgad. in Labyrint. Credit. par.*1. *cap.*1. *num.*18., *Rot. decis.*13. *num.*15. *par.* 19. *recen.* , *& in Feretrana Donationis* 28. *Iunij* 1688. *§. Nèc ad elidendam* , *coràm bo. me. Emerix* (nùnc intèr suas *decis.*851. *num.*4.) *& in Perusina Donationis* 17. *Maij* 1700. *§. Secunda* , *cor. bo. me. Iacometto* .

Interuersâ galeâ , siuè alterâ de expositis à principio exceptionibus , facilè fuit superare etiàm aliam , siuè transuerberare quoquè clypeum oppositæ retentionis , quæ fundabatur in iuribus dotalibus Claricis , quæ posse ad sui tutamen obijci reputabat Iacobus , dùm Clarix Vineam ad præsens in Saluiano diuexatam , prætèr Honorium, & Lucam filios,vendiderat Raynutio, à quo causam desumebat ipse Iacobus ,
6 quemadmodùm in ordine ad transfusionem similium iurium dotalium in Emptorem , vèl alium contrahentem , prætèr *Card. De Luca de Dot. disc.*85. *num.* 5. , *Thomat. decis.*44. *num.*12. *&* 13. , *& Modern. Palm. intèr eius recollect. decis.* 165. *num.*27. aliàs respondit *Rot. decis.*844. *num.*1. , *&* 2. *coràm Dunozet. iun.*, *decis.*7. *num.* 13. *par.*9. , *decis.*394. *num.*7. *par.*14. , *decis.* 130. *n.* 11. *part.*16. , *decis.*76. *n.*23. *par.* 17. , *dec.* 352. *num.*8. *par.* 19. *rec.* , *& in Aquilana Successionis* 21. *Aprilis* 1698. *§. Ratio* , *coràm R.P.D. meo Muto* .

Arrisit namquè præclara replicatio,quòd huiusmodi iura dotalia Claricis extiterant præcedentèr ad Vineæ distractionem legitimè transfusa in Honorium mediante impositione Census passiui facta per Claricem in sorte scutorum 15. mil. , pròut ascendebat sua Dos , proindèque stante hac antecedenti translatione iurium dotalium in Honorium , in planam consequentiam emergebat , quòd & hæc ipsa iura dotalia multó per anteà remanerent hypothecata ad commodum Francisci , & Henrici Vrsini , à quibus eorum iura metiebantur Actores ratione antecedentis recognitionis bonæ fidei, & respectiuè obligationis Cameralis, quam ergà eosdem Franciscum , & Henri-
7 cum subiuerat Honorius ; sub vniuersali quippè hypotheca , & obligatione in forma Cameræ , compræhendi iura , credita , & Bona dein acquisita per Debitorem iàm suprà demostrauimus *in §. Quoniàm* , & vltrà ibi laudatas *Authoritates* concordant *Merlin. de piguor. lib.*2. *tit.*1. *quæst.*29. *num.*19., *Card. De Luca de Iudic. disc.*44. *num.* 52. , *Rota coram Pamphil. decis.* 345. *n.*1. , *& coram Cerr. decis.* 144. *num.* 28. cum aliis *in Romana Saluiani* 13. *Iunij* 1698. *§. Ad obiectum* , *coràm Me* (*decis.*50. *num.*23. *tom.*1.)

Si igitùr Actores ex persona Francisci, & Henrici detinebant sibi per organum Honorij illorum debitoris priùs subiugata do-
8 talia iura Claricis , palàm paritèr consequebatur , quòd possent in hac digladiatione iurium dotalium repellere Iacobum in assecutione eorumdem iurium proculdubiò posteriorem , vulgatis Iuribus , de quibus

Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 442., Card. De Luca de Iudic. dicto disc. 44. nu. 47., Vrceol. consult. forens. cap. 4. num. 1., & cap. 24. num. 2., Modern. Argentan. collectat. legal. 9. inspect. 2. num. 73. & 82. tom. 1., Modern. Palm. intèr eius recollect. decis. 226. num. 2., Rot. coràm Danozett. iun. decis. 815. num. 5., & in Recen. decis. 243. num. 2. par. 15., & dicta decis. 76. num. 24. par. 17., & decis. 155. num. 21. par. 19.

Et de facto huius replicationis efficaciam non diffitebantur informantes prò Iacobo, sed solùm contendebant de duobus, primò scilicèt, quòd prænominata impositio Census passiui exarata per Franciscum foret omninò spernenda, tamquàm simulata, & col-
9 lusiua, secundùm assuetum effectum simulationis, & collusionis nihil in esse ponentis, perindè acsì nihil vnquàm gestum extitisset, vt inquit *Farinacc. de falsit., & simulat. dicta quæst. 162. par. 1. num. 7., Card. Tusch. pract. conclus. 265. num. 1. & sequen., Donad. de renunciat. cap. 27. num. 2., Modern. Lucen. consult. 537. num. 6., Rot. decis. 943. num. 7. coràm Coccin., & decis. 13. num. 1. part. 19. rec.*

Secundo loco subijciebant, quòd in omnem casum non essent restringenda iura dotalia Claricis ad Dotem dumtaxàt scutorum 15. mil., quoniàm vltrà dictum capitale spectabant ad ipsam fructus conuenti ad rationem scutorum 6. pro centenario, necnòn Quartum dotale promanans ab Vrbis Statuto in gratiam alterius Coniugis superuiuentis, sicutì in specie horum iurium eiusdem Claricis affirmauerat in alia Causa *ipsamet Rota in Romana Pecuniaria 3. Decembris 1696. §. Minùs releuat cum duobus seqq., 28. Iunij 1697. §. Supposita, & 16. Maij 1698. §. Nèc regit, coram bon. mem. Vrsino.*

Ac propterea intactis remanentibus hiscè appendicibus dotalibus rectè valebat Iacobus illorum præsidio sese defendere, cùm
10 neque per viam actionis, neque per illam replicationis, possit inquietari possessor à non habente iura anteriora, sed ad summum tantummodò paria, ex adductis per *Amat. Panorm. resol. 31. num. 7. & seqq., Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 22. n. 15., Olea de cess. iur. tit. 6. quæst. 8. num. 10., Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæst. 4. num. 37. & sequen., Card. De Luca de Credit. disc. 1. num. 3. & 14., Franch. decis. 260. num. 4., Carol. Anton. De Luca ad eumdem ibid. n. 3. versic. in paritate.*

Verùm, & hæ subalternantes obiectiones illicò apparuerunt insubsistentes; etenìm respectu magnificatæ simulationis, & collusionis, quam coadiuuare satagebat Iacobus ex actu celebrato intèr Matrem, &
11 filios, in quibus, ex notorijs, vehemens sempèr intrat coniectura collusionis, iusta, vt dicebat, causa simulandi fundata in procuranda exemptione ab euictionis vinculo locorum Montium, in quæ fuerat inuestitum pretium Terræ Ariguani coemptæ per DD. de Burghesijs, & addita alia quoque coniectura, quòd considerabilis pars pecuniæ in creatione supradicti Census appa-
12 rentèr enumeratæ per Honorium, mediante opportuna recognitione redierat ad manus eiusdem Honorij, ex ijs, quæ in proposito ad arguendam simulationem quotidiè habentur, & notant *Farinac. cons. 42. num. 31. 32. & 33. lib. 1., Noguerol. allegat. Iur. allegat. 10. coniectur. 4. num. 20., Rot. in dicta Perusina Donationis 17. Maij 1700. §. Ex pluribus, cor. bo. me. Iacometto.*

Placuit dissolutio data per Actores, nempè, quòd in primis (excepta qualitate Materna, & filiationis intèr actiuos, & passiuos impositores enunciati Census) gratis omninò, & sinè *Summario*, aùt alia æquipollenti probatione allegabatur tùm reuersio ratæ pecuniæ ad Honorium, tùm & allegata causa simulandi, cùm non constaret de vlla resolutione vinculorum euictionis, de quibus suprà, præsertìm ex motiuo impositionis istius Census, ideòque improbatâ causâ simulandi, & corruente coniectura reuersionis pecuniæ ad Honorium, sola
13 sanguinis coniunctio nullatenùs dici potest idonea ad præsumendam collusionem, nusquàm de sui natura præsumibilem, aliàs quippè omnes contractus initi intèr Matrem, vèl Patrem cum filijs censendi forent sempèr collusiui, quo nihil absurdius, & præiudicialius publico commercio, vt apùd *Altograd. cons. 90. num. 83. & seqq. tom. 2., Rot. Ferrarien. apùd Contrium discept. forens. 23. num. 136. vers. præsertim, Rot. pòst Torr. de pact. futur. success. decis. 80. num. 34., decis. 365. num. 6. coràm Buratt., decis. 78. nu. 6., & 7. coràm Pamphil., & decis. 236. num. 14. par. 10. rec.*

Et nihilominùs tantum aberat, quòd huiusmodi creatio Census inficeretur ulla labe simulationis, quin potiùs ipsiusmèt realitas vndequaquè præfulgebat, dùm ex litera Instrumenti præfatæ impositionis ad oculum liquebat de erogatione facienda scutorum 5. mil. in dimissionem Creditorum Claricis, *Summario* Comitum *num. 3.* alia verò sc. 10. mil. remansisse inuestita ad normam prædicti Instrumenti cum Caccis, & Braccio, pròut agnitum quoque fuit *in dicta Romana Pecuniaria 3. Decembris 1696. §. Licèt autèm, coràm bo. me. Vrsino*; quandò tamèn exuberaret ad arcendam omnem
14 simulationis imaginem verificatio realitatis in parte considerabili, ex prænotatis per *Bonden. collect. legal. 43. num. 163. tom. 2., Rot. decis. 54. num. 26., & decis. 378. n. 8. par. 17.*

par.17., decis.425. num. 2., & decis. 591. num.9. par.18. recen.

Potissimè, quià etiàm vbi comprobaretur, assertam ratam pecuniæ remeasse ad manus Honorij, nequè hoc conduceret ad prætensam simulationem, nequè offecisset
15 Actoribus: siquidèm quód actiuè Censum imponens numeret pecuniam, vèl illam deponat, & dein quoquè ex condicto ratam sub alio contractu recipiat, non infert ad aliquam collusionem primi contractus, sed tantummodò demonstrat, eumdem imponentem fortasè indiguisse consimili quantitate; cùmque vlteriùs hæc allegata retroacceptio successerit pòst iàm extinctum creditum dotale, & pòst iàm acquisita illius iura à Creditoribus extinguentis,
16 nequibat idem extinguens, per nouum contractum acquisitioni iàm perfectè sequutæ præiudicare, ex his, quæ in proposito primæ conclusionis habentur penès *Cenc. de censib. quæst.48. num. 12., Leotard. de vsur. quæst. 61. num. 15., Episc. Ischan. disput. Iur. select. cap.126. num.58., Rot. pòst Cenc. de censib. decis. 454. num. 10, & cor. Royas decis. 476. num.4. & seqq.* & circà secundam apùd *Gratian. discept. forens. cap. 873. num. 15., Rot. pòst Cenc. de censib. decis.223. num.11., decis.536. num.2. coram Cerr., decis.34. num.16. par.17., & dec.96. num.2. par.18. rec.*

Respectu verò appendicum dotalium, Quarti nimirùm, & fructuum (quas de cœterò optimè computauerat *Rota in dicta Romana Pecuniaria §. Deniquè, coràm bo. me. Vrsino* ad finem substentandi contractum censualem, siuè ostendendi in quamdam exuberantiam, quòd nèc in facto Claris per hanc impositionem remansisset sinè alimonia, vèl penitùs indotata) profectò congruentèr ad rem nostram applicando, vanum erat refugium; nàm in ordine ad
17 Quartum, illud superstitibus filijs ad tenorem *Statuti Vrbis in cap. 131. lib. 1.* reducitur ad simplicem vsumfructum, quapropter non erat tale ius cessibile, & per-
18 petuò transferibile in Authores Iacobi, veluti cum ipsa morte Claricis expirans, *§. Finitur, Instit. de vsufructu, & in leg. Si Petri 3. Cod. eod. tit., Gratian. discept. forens. cap.138. num.9., & cap.528. num.21., Carol. Anton. De Luca ad eumdem animaduers. 311. num.2., Rota coràm Cerr. decis. 562. num.20., & decis.99. num.21. par.12. rec., & in Romana Pecuniaria 5. Iunij 1699. §. Nitebantur, cor. Me. (dec.93.n.2. tom.1.)*

Quò demùm ad fructus, & interusuria dotalia, illa, quæ præcesserant impositio-
19 nem Census, per lapsum tanti temporis omni iure præsumenda erant à Clarice habita, & consumpta; interusuria verò successiua, & in dies decurrentia, non minùs censenda erant compensata cum fructibus memorati Census creati in summa adamussim vniformi: non enim reputari po-
20 test, quòd contrahentes, & signantèr Claris, ex vna manu vellet censuarios fructus exsoluere, vt ex alia reciperet dotales vsuras, secundùm ea, quæ adnotarunt respectu præsumptæ satisfactionis *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. num. 3. & seqq., Modern. Palm. intèr eius recollect. decis.33. num.7. & 8., Rot. decis.272. nu. 13. par.11. rec.,* & magis ad rem *Bosi. de Dot. cap.20. num.75. & 76., & Rota in Aquilana Successionis 21. Aprilis 1698. §. Respectu verò, & 27. Iunij eiusdem Anni §. Scribentes, sub vers. quandoquidèm, coràm R.P.D. meo Muto;* Et respectu compensationis probant deducta per *Surd. cons. 290. num. 33. vers. præsumitur, Menoch. de præsumpt. lib.3. dicta præsumpt. 135. num. 12. & 13., Afflict. decis.3. num.18. vers. sed quilibet, ibiquè Vrsill. nu.22. & seqq., Rot. decis. 336. n.3. par.6., decis.296. num. 20. & 21. par.12., & decis.102. n.6. par.15. rec.*

Quin etiàm ad omne, vt dicitur, pelus, quotiès vllæ reliquiæ fructuum, aliorumque iurium dotalium superessent, aùt superfuissent, hæ longè antè distractionem Vineæ controuersæ transilijssent in DD. de Barberinis emptores alterius Tenutæ *Fonte di Papa*, vèl in detentores illius pretij, semperquè ob id in perniciem eorumdem Comitum, qui si veluti Creditores Honorij ex causa Census debiti per Claricem molestare satagerent præfatos DD. de Barberinis, aùt alios pretium enunciatæ Tenutæ retinentes, vtiquè cùm Claris ex se distraxisset indubitantèr 80. rubra eiusdem Terreni, sempèr Rei prouocati se se defenderent sub huiusmodi appendicibus dotalibus vltrà Dotem competentibus Clarici ipsis obligatæ, & consequentèr absonum erat
21 eadem iura, siuè appendices semèl translatas in alios, potuisse rursùs in Iacobi Authores mediante emptione contestatæ Vineæ transferri, *Olea de Cess. Iur. tit.6. quæst. 8. num. 3. & 4., Massin. de Confisc. quæst.31. num.125. & seqq., Rot. decis.455. num.8. par. 18. rec., & in Sabinen. Fideicommissi supèr consignatione 26. Iunij 1698. §. Quoniàm rursùs, coràm R. P. D. meo Muto.*

Et ità &c. Vtrâque &c.

ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

Conclusio incidentèr in obiecto adducta *sub n. 10.*, quòd nempè intèr plures
22 Creditores ex eadem causa, aùt titulo venientes, siuè par ius, vèl hypothecam æqualem habentes, is præfertur, qui possidet rem communis Debitoris, fundamentum

subnectere libet, verissimam esse propositionem illam, obitèr de cęterò insinuatam in præsenti Decisione *num.13.*, quòd nempè
20 Creditor, postquàm à Tertio, vel etiàm à semetipso æquiualentem summam sibi debitam suscepit ad Cambium in Nundinis, seù Ferijs in vim facultatis ei attributæ à Debitore etiàm absquè aliqua intimatione, cui Debitor ipse specificè renunciasset, tenetur nihilominùs de hoc nouo Cambio certiorare eumdem Debitorem ad hoc, ut illi innotescat, suum debitum sub vlterioribus interusurijs torqueri, & idcircò propriæ indemnitati consulere valeat aliundè comparando pecunias, quibus mediantibus possit se liberare ab huiusmodi grauiorum vsurarum corrosione, prout etiàm Ego firmaueram *in alio disc.66. num.28. de Commerc., & Mercat.*, cum quo approbatiuè ex pòst processit *Rot. in Romana OEconomiæ, seù redditionis rationis 10. Maij 1691. §. Minùsque in fin. coràm bo. me. Pio, & in Romana Pecuniaria 21. Februarij 1718. §. Quod est adeò verum ad med. coràm Me*, ac intermedio tempore admiserat *eadem Rot. in Romana Cambij 28. Aprilis 1698. coràm bo. me. Vrsino Decano impress. apud Saminiat. contr. 184. sub num.23. §. Haud vrgente cum seq.*;
21 hancque interpellationem, seù monitionem Debitoris fieri debere in qualibet Feria, itaut semèl factam non afficere Debitorem pro subsequentibus Nundinis, sed qualibet vice esse reiterandam, pòst *Gratian., & alios* dictum fuit in præcitata *Romana Pecuniaria coràm Me dicto §. Quod est adeò verum in fin.*

ROMANA FIDEICOMMISSI DE QVADRIS.

Lunæ 7. Martij 1701.

ARGVMENTVM.

Resoluitur pro validitate cuiusdam concordiæ initæ per Matrem Tutricem eius filiorum cum illorum Patruis supèr stabilimento fideicommissi conditionalis, ac reciproci intèr eosdem filios, & respectiuè Nepotes, & Patruos, non obstantibus tribus nullitatibus, quæ aduersùs eamdem concordiam opponebantur ab hæredibus dictæ Mulieris, quæ, turbato ordine naturæ, proprijs filijs superuixerat.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in Vrbe nequit contrahere, aùt alio modo se obligare absquè interuentu duorum eius proximiorum.*
Aliàs contractus est nullus, ibid.
Dummodò probetur illorum existentia de tempore contractus, quodque ei potuissent commodè interuenire, n.4.
2 *Pupillus pubertatem ingressus debet interuenire contractui eius nomine gesto per illius Tutorem, aliòs contractus est nullus.*
Nisi tamèn ex pòst contractus detegeretur vtilis Pupillo, tùnc etenim sustineretur, licèt illi personalitèr non interuenerit, n.6., & 29.
3 *Proximiores non sunt vocandi, nequè adhibendi in contractu Mulieris, in quo ipsi aliquod habeant interesse.*
5 *Statuta præscribentia certas solemnitates in contractibus Minorum ad hunc finem prodierunt, vt euitentur fraudes, ac deceptiones.*
7 *Tutor antè confectum Inuentarium, & præstitam fideiussionem nequit vllum contractum facere supèr rebus Pupilli.*
Limita vbi contractus fuisset proficuus Pupillo, n.8., & n.30.
9 *Fideicommissum reciprocum, tamquàm se æquè habens ad commodum, & incommodum, censetur potiùs fauorabile, quàm odiosum.*
10 *Voluntas Testatoris declaratur etiàm ex Testamento imperfectè condito.*
11 *Euentus non consideratur, sed id, quod euenire poterat, quandò sumus in his, quæ æqualitèr se habere poterant ad lucrum, & damnum*, & n.14.
12 *Læsio quæcumque sufficit pro irritando contractu gesto à Pupillis, aùt Minoribus.*
13 *Contractus initus per Ecclesiam est nullus eo ipso, quod deficit vtilitas.*
15 *Euictio proueniens ex natura rei non debetur, nisi fuerit specificè promissa.*
16 *Verba negatiua detorqueri non possunt in sensum affirmatiuum.*
17 *Donatio inofficiosa facta vni ex filijs non præiudicat legitimæ cæterorum filiorum.*
18 *Hæres Pupilli, aùt Minoris nequit impugnare contractum, quem eius Auctor factus maior numquàm impugnauit.*
Præsertìm, si talis contractus fuit aliquo modo vtilis ipsi Pupillo, aùt Minori, ibid.
19 *Ratificatio contractus per alium gesti absquè mandato speciali resultat ex solutione, aùt receptione pretij in eodem contractu conuenti.*
20 *Contractus nominatus, cessante pacto resolutiuo, non corruit ex defectu implementi pro parte vnius ex contrahentibus.*
21 *Bona fideicommissaria non ampliùs dicuntur, sed libera, postquàm distracta fuerunt prò soluendis debitis Fideicommittentis.*
22 *Præiudicium remotum, & accidentale in nulla habetur consideratione.*
23 *Pater non minùs, quàm Mater præsumuntur capere bonum consilium pro filijs.*
24 *Disiunctiua locutio denotat diuersam voluntatem in casu non expresso.*
25 *Fideicommissum purificatum fauore substituti, licèt ab eo non agnitum, transmittitur*

ad

ad illius hæredes quamuis extraneos.

26 *Immissio passim datur Fideicommissario nedum ad Bona fideicommissaria, quorum probat identitatem, sed etiam in genere ad quæcumque alia, quorum identitatem postmodùm erit iustificaturus.*

27 *Exceptio retentionis turbida, & illiquida non est apta ad retardandam Immissionem Fideicommissario.*

28 *Laudatur b. m. R.P.D.* Amatus Iacomettus *S. R. Auditor.*

DECISIO CLXXXII.

OBitus Bartholomæi inexpectatè præpediens, nè Testamentaria illius dispositio salubritèr de cœterò prærordinata, imperfectaque remansa fauore Pompæi, Ioannis Antonij, & Gregorij liberorum, totiusque effectiuæ Familiæ, iuridicum, & opportunum sibi posset effectum vsurpare, nècnon triduò pòst superuenta acerbior mors eiusdem Pompæi, ansam præbuère, vt Agatha illius Vxor, & Tutrix respectiuè eius filiorum, vnâ cum ipso Io: Antonio, & Gregorio, ad valdè laudabilem prudentialem conuentionem, & concordiam deuenerint, per quam, hæreditario statu Bartholomæi communis Aui, seù Proaui efformato, præ reliquis statutum fuit, quòd vniuersa Bona tàm Patruorum, quàm Nepotum pupillorum, ære priùs alieno subducto, reciproco subiacerent fideicommisso: Quo tandèm per inopinum, & immaturum prædecessum eorumdem Pupillorum purificato in personam Gregorij, incaluit subindè intèr hæredes hinc indè extraneos memorati Gregorij, & Agathæ dura altercatio restricta ad validitatem prælaudatæ concordiæ, seù fideicommissi conuentionalis; Sed non minùs *coràm bo.me. Iacometti sub die 26. Aprilis* 1700., quàm hodiè *coràm Me* præcelluit sententia propitia supèr Immissione hæredibus Gregorij, mediante solidâ persistentiâ *in decisis.*

Reseruatis etenim ocularibus euersionibus illarum exceptionum sempèr, vèl saltèm frequentissimè cadentium in hac materiâ ad finem præsentis discussionis; *Domini* nodum substantialiorem Causæ quoàd subsistentiam prædicti fideicommissi conuentionalis æquè contrectantes, statim agnouerunt, minimè releuare gemina obiecta aliàs diuulsa *in præcedenti Decisione bo. me. Iacometti*: Frustrà quippè retexebatur primum motiuum nullitatis eiusdem concordiæ, ex quo illius celebrationi non interfuerit Pater Agathæ, aliusuè proximior, iuxtà stabilimenta *Statuti Vrbis in cap.*151., quoduè pariformitèr posthabita remanserit physica præsentia ipsorum Pupillorum, qui cùm versarentur in æuo suprà septennium, adstare debuissent eidem contractui, vtpotè aliquo modo capaces, vèl memores futuræ conuentionis illorum nomine, ac interesse tractatæ, & expletæ; licèt namquè vterque defectus esset in abstracto essentialissimus, cùm Agatha, veluti Mulier, se se obligans in proprio ad obseruationem huiuscè contractus, aliàs procùl dubio indigeret ad sui imbecillitatem asserendam fulcimento proximiorum, ad tradita per *Fenzon. ad idem Statut. cap.*151. *num.*13., *Modern. Iou. de contract. Minor. gloss.* 22. §.1. *num.*1. *& seqq.*, *Adden. ad Pamphil. decis.*219. *num.*11., *Rot. decis.*60. *num.* 1. *vsquè ad* 4. *pòst Torr. de pact. futur. success., in Romana Census* 23.*Februarij* 1685. §. *Alterum, coràm bo. me. Vrsino, & in Romana prætensæ nullitatis Contractus* 20 *Iunij* 1698. §. *Concomitantibus, cor. Me* (*decis.*54. *num.*14. *tom.*1.)

1 (margin, beside "set in abstracto")

Præsentia veró Pupillorum non minùs desiderari videretur ad mentem *Text. in leg. final. §. Vbi autèm, Cod de Bon., quæ liber.*, quicquid circà interpretationem illorum verborum = *nisi adhùc in prima ætate sint constituti* = variauerint *Scribentes, & Tribunalia*, nàm sempèr, cùm vnus ex jisdem Pupillis appareret ingressus annũ duodecimum magis communitèr erat illius præsentia adhibenda, sicuti liquet ex *Socciu. sen. consil.*24. *num.* 45. *lib.*1. alijsque deductis *in decis.* 572. *num.*11., *&* 12. *coràm bon. memor. Emerix.iun., & decis.*179. *num.*11. *part.*10., *decis.*322. *num.*13. 14. 15., *&* 16. *part.*14., *decis.*470. *num.*11. *part.*19. *rec.*, *& dec.*228. *n.*22. *cor. Priolo.*

Adhùc de facili replicatum, & animaduersum fuit, quòd respectu primæ nullitatis ob defectum Proximiorum ad limites *Statuti*, eò ipso, quòd cœteræ solemnitates Municipales plusquàm abundè noscebantur obseruatæ vnâ cum deputatione, ac subrogatione Curatoris in locum eorumdem Proximiorum, illorum proindè interuentum dereliquisse, vèl aptè fuerat præordinatum stante interesse, quod ipsi confouissent in abnuendo concordationi ineundi fideicommissum conuentionale supèr Bonis Pupillorum, quorum successio valuisset ad eos mediante persona Agathæ Matris, eorumdemque Proximiorum consanguineæ obuenire, ideòque nil magis familiare erat, quàm quòd citandi, adhibendiquè non forent illi Proximiores, qui proptèr ipsorum interesse reddebantur suspecti de verisimiliùs procurando proprium commodum, quàm Mulieris integrandæ indemnitatem, pròut annotarunt *Gratian. discept. forens. cap.*647. *nu.* 20. *Tort. ad Statut. Papien. rubric.*98. *num.*81., *Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr.*90. *num.*98., *Conciol. ad Statut. Eugub. rubric.*56. *nu.* 36. *&* 37. *lib.*2., *Rot. decis.* 473. *num.*10., *vbi Adden. num.* 23. *coràm Gregor.*, *decis.* 182. *num.*5.

num.5., & seq. coràm sa. me. Alex. VIII., decis.58. num.2. par.14., & decis.57. nu.12. par.15. recent.

Vèl in omnem casum hodierna hæc oppositio efficiebatur inanis, cùm minimè doceretur, quód sinè Pater Agathæ, siuè alij Proximi adhibendi reperirentur in circumstantijs capacibus interessendi; non enim sat
4 est ad infractionem contractus de reliquò solemnis, & non læsiui iustificare, quòd huiusmodi Proximiores essent in rerum natura, nisì simùl demonstretur, quòd nullo absentiæ, vèl alterius impedimenti obice detenti, commodè valuissent adhibere præsentiam illi præciso contractui, de quo agatur, quemadmodùm benè iàm occursum fuerat *in præcedenti Decisione bo. me. Iacometti in §. Neque sola probatio*; quibus addi possunt innumeri allegati per *Modern. Asculan. ad Statut. Vrb. tom.2. annot.44. art. 2. num.9. cum plurib. seqq., & Rota in dict. Romana Census 23. Febr. 1685. §. Nec præsumpta, coràm bo. me. Vrsino, & in Romana prætensæ nullitatis Contractus 18. Iunij 1700. §. Tùm etiàm quià, cum seq., coràm R.P.D. meo Scotto.*

Respectu autèm actualis præsentiæ Pupillorum, obiectum quidèm substinebatur in Iure, saltèm respectu illius, qui erat magis proximus pubertati: Verúm, quià ipsum Ius commune, & vniuersa subalternantia, &
5 suppletiua Iura Municipalia sempèr in hiscè determinationibus, & præscriptis solemnitatum protendunt ad propulsandam deceptionem, & fraudem personæ aliàs ob sexû, vèl ætatem inhabilis, ex his, quæ latiùs ponderauit *eadem Rota in præcitata Romana prætensæ nullitatis Contractus 20. Iunij 1698. d. §. Concomitantibus coràm Me (dicta dec. 54. num.14. tom.1.)* idcircò quotiès textura, & euidentia facti manifestat, abfuisse deceptio-
6 nem, & fraudem consistentem in damno, seù præiudicio huiusmodi personarum inhabilium, palparunt *Domini*, cunctis visceribus concordiæ benè rimatis, vtile extitisse Pupillis eò temporis iniuisse præsentem concordiam, ac conuentionem quoquè supèr fideicommisso reciproco: sicquè in his terminis cessare quæstionem, & necessitatem personalis huius interessentiæ Pupillorum, ex prædictâ absorbente ratione intentionis Statutorum, & legum, passim responderunt *Mans. consult.441. num.5., Modern. De Angel. de Confess. lib.2. quæst. 14. nu. 19., Iou. de contract. Minor. gloss.15. §.9. nu.10., Rot. decis.361. num.2. coràm Manzaned., decis.821. num.3. coràm Dunoz. iun., dec.39. num.8. par.11., decis.446. num.14. part.15., decis.300. num.3. par. 16. recent., & in Camerinen. Manutentionis, seù Censuum 10. Martij 1698. §. Certum tamèn est, coràm Reuerendiss. D. meo Decano, & 23. Iunij eiusdem anni §. Verùm, coràm Eodem (nunc inter impressas coràm Molines decis.545. n.10. & seqq., & decis.562. num.17.)* quæ fuerunt confirmatæ sub diebus 20. *Martij 1699. §. Verùm, cor. R.P.D. meo Pio, & 2. Decembris subsequentis, coràm Eodem.*

Atquè ob hanc ipsam rationem (vt præmisimus) absorbentem, de plano corruebat altera quædam superfætatio nullitatis deprompta, ex quo Agatha tanquàm Mater, & Tutrix non impleuisset solemnia mediante legitimâ confectione Inuentarij, idque non obstante, quòd iàm Tutelam Pupillorum solemnitèr recepisset, & acceptasset, vt in *Summario* hæredis Gregorij *num. 20.*, ex quo reuerâ veriùs est, vt antè eamdem
7 confectionem Inuentarij, ac expletam satisdationem, nemo Tutorio, vèl Curatorio nomine valeat administrare, atquè contrahere supèr rebus eius Tutelæ, vèl Curæ suppositis, ità præfiniente *Imperatore in leg. fin., §. Illo procul dubio, Cod. arbitr. Tutel.*, & tradunt *Andreol. contr.384. num.4., Thomas. de Tutor. tit. 17. cap.1. num. 2., Mangil. de euict. quæst.288. num. 16., Rot. decis.40. num. 31. coràm sa. me. Alex. VIII., decis 143. num. 19. par. 10. rec., & in Romana rescissionis Contractus 5. Aprilis 1677. §. Minùs obstat, cor. b.m. Bourlemont.*

Siquidèm & hoc paritèr obiectum, quod in abstracto, ac de stricta Iuris censurâ vigere potuisset, labebatur in concreto: vltrà etenim, quòd in supradicta datione, ac susceptione tutelæ præstitus apparebat fideiussor, vndè remanebat consultum Pupillis prò qualibet restauratione præiudicij ab ineundo contractu peruenturi; nihilominùs immutabilitèr res redibat ad idem principium vtilitatis, vèl læsionis, nàm quandò Pupilli ex memoratâ concordiâ aliquod sensissent detrimentum, & incommodum, poterant fortasè aures adhiberi consimilibus, àc in suis casibus, verissimis rigiditatibus: cessante autèm substantialitèr in hac hypothesi quolibet præiudicio, & detrimento, quin-
8 imò emergente potiùs vtilitate Pupillorum, Tutrix, quæ in effectu erat talis, secundùm in hac parte sanam *Bart.* Doctrinam, seù animaduersionem *in leg. Tutor, qui repertorium num.7. vers. contrarium, ff. de administrat. Tutor.* minimè repellebatur à contrahendo, gerendoque actum proficuum, & laudabilem prò Pupillis, ex his, quæ prò tertia limitatione, seù declaratione regulæ *Text.*, de quo suprà, optimè firmantur per *Ganauerr. cons.6. num. 4. pòst decis. Neapol., Gratian. discept. forens.360. num.35., & discept. 542. num.8. vers. maximè*, plenissimè *Pacion. de locat., & conduct. cap.8. num.25. Rot. decis.574. n.5. cor. sa.me. Gregor. XV., & decis.617. n. 3. cor. Card. Cerro.*

Re-

Recompilando igitùr totam Causam ad examen vtilitatis, vèl læsionis controuersæ concordiæ, primario loco visum est, etiàm præcisiuè à reliquis pactis, & conuentionibus huiusce concordiæ, ac de quibus inferiùs, quód ipsum quoquè substantiale stabilimentum reciproci fideicommissi vehementem in illis circumstantijs præseferret vtilitatem: Habito etenìm præ oculis casu, quòd pòst mortem Bartholomæi Soceri Agathæ, & Aui Pupillorum, incontinenti, ac intrà triduum fato cesserat Pompæius Maritus eiusdem Agathæ, ac Pater respectiuè Pupillorum, reperiebatur Agatha Vidua, ac desolata cum filijs infantibus absquè alio adiutorio, quàm Cognatorum, ac correlatiuè Patruorum, videlicèt Gregorij, & Ioannis Antonij Sacrosanctæ Basilicæ Liberianæ Canonici; quamobrèm prudentia proculdubiò, ac necessitas exigebat, quòd vnâ cum ijsdem Cognatis, siuè Patruis, tanquàm cor vnum, & anima vna, conspirarent in bonum Familiæ, hocquè laudabiliori modo reportari non poterat, quàm commiscendo peculia Patruorum, ac Nepotum, ac reciprocam successionem inter
9 eos determinando: suaptè etenim naturâ ipsa ordinatio, & conuentio fideicommissi reciproci secùm fert actum æquè se habentem ad commodum, & incommodum, adeoùt ex hoc capite fideicommissa, aliàs odiosa, reputentur potiùs fauorabilia, teste *Ias. in leg. si Pater Puellæ, Cod. de inoff. Testam.*, *Rustic. in leg. Cùm Auus lib.6. cap.12. num.67. ff. de condit., & demonstrat.*, *Curt. iun. cons.23. num.14.*, *Paris. cons.33. num.66. lib.3.*, *Gabr. cons.123. num.25. lib.2.*, *Bellon. sen. cons.5. sub num.14.*, *Petra de fideicomm. quæst.9. sub num.12. in fin.*, *Intrigliol. de substit. cent.3. quæst.75. num.12.*, latè *Fusar. eod. tract. quæst.290. num.8.*, *Barz. decis.5. num.35., & decis.6. num.56.*, optimè *Sperell. decis.152. num.66.*

Fortiùs autèm (vltrà genericas has reflexiones) ponderando, quòd idem Bartholomæus Auus, à quo totus Pupillorum assis
10 profluebat, iàm in eius, licèt imperfecta dispositione, significauerat hanc voluntatem firmandi fideicommissum, pròut non minùs anxiè indicauerat in Capitulis Matrimonialibus, à quibus præfatus assis Pupillorum desumebat fundamentum, & originem; vndè par erat, & rationabile exequi paternam, siuè auitam voluntatem, votum, & intentionem, iuxtà animaduersionem, & regulam, de qua penès *Ladercb. cons.178. num.1.*, *Valenzuel. cons.123. numer.134., & 140.*, *Ios. De Rosa consult.69. num.110. cum seqq.*, *Cancer. var. resol. part.1. cap.7. num.76.*, *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.20. num.3.*, *Torr. de pact. futur. success. lib.1. cap.8. num.19., & seqq.*, *Boer. decis.172. num.22.*, *Grammatic. decis.65. num.46.*

Addito in idem, quòd in hac specie societatis, & communicationis peculiorum sub reciprocatione fideicommissi maius profectò lucrum, & spem adipiscebantur Nepotes, & Pupilli; ij siquidèm erant plures, & in oriente infantili, ac pupillari æuo constituti, quaproptèr cùm alter ex Patruis, nempè Ioannes Antonius, foret incapax obtinendæ prolis, alter verò Gregorius reperiretur mancipatus Vxorio thalamo sinè fructu, àc filijs, omnis ratio, ac naturalis discursus ostendebat, quòd longè melior, & moralitèr certa foret spes eorumdem Pupillorum gaudendi hac stabilita reciprocatione, per quam ipsi, nimiùm probabilitèr superuiuere debentes, acquirebant Bona Patruorum sterilium, & ingrauescentium ætate, quicquid deincèps in contrarium turba-
11 to ordine naturæ contigerit, cùm ad metiendam vtilitatem actus, non quid euenerit, sed quid euenire moralitèr debuisset, attendatur, vt notant *Saminiat. contr.24. num.50., & seqq.*, *Cyriac. contr.1. num.33. cum seqq.*, *Gratian. discept. forens. cap.756. num.8., & 9.*, *Torr. de pact. futur. success. lib.3. cap.9. num.34., & seqq.*, *Rot. decis.408. num. 9. cum pluribus seqq. part. 16. recent.*, *& decis.601. sub num. 7. coram Emerix iun.*

Agnoscentes informantes prò hæredibus Agathæ firmitatem huiusce discursus, per quem non merebatur irrumpi concordia aliàs plusquàm solemnitèr celebrata, conabantur ex facto diluere difficultatem, supponentes idcircò, quòd extaret inæqualitas peculiorum hincindè commixtorum ad finem reciprocatæ successionis, ex quo nimirùm peculium, siuè patrimonium Pupillorum importaret redditum scut.372., quandò è conuersò peculium vtriusque Patrui non excedebat redditum annuorum sc.200., sicquè inferebatur, quòd data tàm euidenti inæqualitate contractus, fideicommissum conuentionale efficiebatur dubio procùl læ-
12 siuum fermè vsquè, siuè suprà dimidiam, & tamèn in negocijs, & rebus pupillaribus exuberat, contractum quomodolibèt apparere læsiuum, & non vtilem, pròut distinguendo intèr contractus Initos à maioribus, vèl à minoribus, Pupillis, & infantibus egregiè habetur apùd *Fabr. de error. pragmat. decad.16. error.6. num.5., & seqq.*, *Torr. de pact. futur. success. lib.2. cap.26. num.82.*, *Rot. decis.193. num.11. part.14. recent.*, *& in Romana, seù Vrbeuetana Censuum 28. Iunij 1696. ferè per tot. coram R. P. D. meo Pio, & in Romana Cambij 14. Martij 1698. §. Haud resistente, coram bon. mem. Vrsino*,
13 & in proposito Ecclesiæ, quæ æquiparatur Minoribus, & Pupillis, prosequuntur *Dec. cons.12.*

consf.12.num.3., & 4., Altograd. sen.consf.26. num.31. lib.2. Rot. Lucen. intèr decis.collect. per Palm. Nep. tom.1. decis.2. num.10. 11., & 12., Rot. decis.65. num.19., & decis.105. num.2. part.2. diuerf., decis. 544. num. 1. part.1., decis.730. num.3. part.3., & latè *dicta decis.193. num.11. part.14. recent.*

Verùm neutiquàm in eodemmèt facto subsistebat exagerata inæqualitas, quia prænominatus redditus pupillaris scut. 372. promanabat à quadam assignatione (onerabili tamèn fideicommisso exprefsè reseruato) per Bartholomæum exaratâ in Capitulis Matrimonialibus occasione nuptiarum Pompæij Patris Pupillorum confectis; in eisdem autèm Capitulis, & assignatione respectiuè, numerabatur redditus scutorum centum fundatus super Officio vacabili, quòd nuncupant *delle Contredette*, aliauè scuta 72. paritèr profluebant ratione cuiusdam Pensionis cantantis in personam eiusdem Pompæij: ideóque cùm de tempore initæ concordiæ, ac stabiliti fideicommissi iàm per obitum ipsius Bartholomæi, ac etiàm Pompæij vacasset vterque redditus merè vitalitius scut.172., ecce, quòd reducebatur idem redditus nomine Pupillorum subiugatus ab Agatha fideicommisso reciproco ad scuta 212., & consequentèr non poterat prò tàm exigua superexcedente quantitate scut.12. reputari læsiua illa con-
14 uentio, quæ famulabatur intentioni paternæ, vt suprà, ac secùm trahebat beneficium assecurandæ successionis in Bonis Patruorum fauore Pupillorum nimiùm verisimilitèr extiturorum superstitum, ex his, quæ ad rem prò commensuranda vtilitate, vèl læsione, rectè in his terminis obseruauit *Card. De Luca* in celebri *Romana Primogenituræ de Aldobrandinis sub tit. de fideicomm. in supplem. disc.205. sub num.13. versic. Istam verò spem*, & consonant tradita per *Rot. decis.192. num.15. part.10. recen., & dicta decis.601. sub num.6. vers. Stante enim graui ætate, coram Emerix iun., & in Callien. Bonorum 26. Aprilis 1697. §. Præsertim quià, coram R. P. D. meo dell'Ulmo*.

Absquè eo, quòd fomentum aliquod haberet replicatio, quòd Bartholomæus in præcitatis Capitulis Matrimonialibus se se obligasset ad perpetuam manutentionem assignati redditus scutorum 372.; Quoniàm huiusce modi promissio nullibì apparebat apposita in ipsis Capitulis, cùm solummodò Bartholomæus se se generalitèr obstrinxerit ad obseruantiam eiusdem assignatio-
15 nis: sed cùm in illa continerentur expressì redditus vacationi subiecti, profectò sinè indiuiduali expressione, ac promissione perpetuæ manutentionis cessatio, vèl euictio proueniens ex naturâ rei nusquàm obligat dantem, vèl concedentem ad vllum restaurum, siuè euictionem, ex plenè deductis penès *Surd. consf.70. num.17., Cirocc. discept. 60. num. 74., Amat. var. resol. cap 73. num.32., Michalor. de fratrib. part.3. cap.39. num 13., Rota decis. 48. num. 11. part.17., decis.135. num.10 part.18. recent., & in Sauonen. Fideicommissi 23. Februarij 1682. §. Nam cùm euictionis promissio, coram bon. mem. Vrsino*, & in eius confirmatoria 1. *Iulij eiusdem anni §. Quarè cum promissa, coram Eodem*.

Sentientes idcircó pariformitèr prædicti Informantes prò hæredibus Agathæ vim huiusce calculationis, conuolabant ad arguendam alio modo hanc inæqualitatem, defalcando redditum, quem diximus fuisse scut. 200 in Patruis, sùb eo prætextu, quód cùm iisdem Pupillis saltèm præcipuè deberentur vigore matrimonialis assignationis annua scuta 212. non obstantibus quibuscumque debitis per Bartholomæum contractis, hìnc cùm persoluto ære alieno præfati Bartholomæi vìx remaneret sufficientia huiusce annui redditus scut.212., ecce, quòd portio Patruorum desumenda ab hæreditate eiusdem Bartholomæi restabat vacua, & inanis: Ast nequè talis figuratio veritate facti fulciebatur, quoniàm in præcitata concordia *Dominorum* oculis subiecta palàm coruscabat, quòd facto bilancio exituum, & introituum ipsius Bartholomæi, adhùc debitis dissolutis supereminebat introitus scut. 200., vt in *Summario* præfatorum hæredum Agathæ *num.2. litt.Z.*; huiusmodi verò redditus, & introitus priuatiuè attinebat ad Patruos, cùm assignatio facta Pompæio per eumdem Bartholomæum nil aliud in substantia præseferret, quàm quamdam propriæ virilis anticipationem, & assecurationem, absquè eo, quód tamèn eadem anticipatio deberet esse præcipua Pompæij per speciem antipartis, de qua nullum verbum in ipsis Capitulis, in quibus solummodò concluditur, quòd ex quocumque capite non posset = *scemare cosa alcuna della porzione, che venisse al Signor Pompeo, di-*
16 *cto Summario num.1. litt.H.*, à verbis quippè negatiuis nullibì fieri valet transitus ad sensum affirmatiuum, *leg. Titia §.3. ff. de manum. Testam., Rimiuald. iun. consil.413. num. 14., Surd. consil.487. num. 37., & seqq., Mans. consult. 288. num. 71., Rota decis.150. num.58. part.9. recent.*

Cœterùm, quandò etiàm supèr memoratis exitum excedentibus introitibus sc. 200. demenda fuisset tertia pars ex causa consuccessionis Pompæi, adhùc inspecto tenore concordiæ, iustarumque prætensionum eorumdem Patruorum, Pupilli sempèr remanebant in lucro, quià Patruis, vltrà binas quotas eiusdem consuccessionis, omninó debebantur duæ tertiæ partes Dotis mater-

næ

næ importan. scut.1324., vlteriusuè debebantur in contrario casu status hæreditarij ab alieno ære suffocati duæ pariter ratæ partes legitimæ extrahendæ ab ipsamet assignatione facta Pompæio, ex quo eadem assigna-
17 tio, ad sensum Reorum in hoc casu effecta inofficiosa, pati de necesse debebat defalcationem eiusdem legitimæ, semper à quibuslibet voluntarijs alienationibus communis Patris detrahendæ, ad normam *Text. in leg. Titia, §. Imperator, vbi Bartol. numer.1. vers. secundo casu, ff. de legat. 2., Pic. in leg. post contractam num.6. ff. de donat., Surd. consf.332. num.14., Gratian. discept.751. num. 15. 16., & 17., Mans. consult.7. num.2., & 35., Rot. decis. 359. num.2., & 3., ibique Adden., coram fan: mem: Gregorio XV.*

Quibus omnibus si adiungantur effectiua scuta mille exbursata per Patruos in manibus Agathæ ad hoc, vt illa vel inuestirentur, vel implicarentur in extinctionem debitorum Pompæij Patris Pupillorum, non est dubium, quòd plus Patrui contribuerunt huic fideicommisso, quàm importaret quæcumque prætensio Pupillorum, ac simplex redditus, de quo suprà, annuorum sc. 212.; Quamobrèm, etiàm præcisiuè à qualibet ponderatione fideicommissi fauorabilioris (vt præmisimus) Pupillis, ipsa massa, & substantia concordiæ detegebatur vtilis, &
18 non læsiua, vndè nefas erat succurrere hæredibus extraneis ex persona Pupillorum, irritando illum contractum, & conuentionem, quam ijdem Pupilli effecti maiores nusquàm impugnarunt, aùt impugnassent, neque, tamquàm potiùs vtilem, impugnare valuissent, vt inquit *Larr. decis. Granat. 70. num.13., & Rota decis.74. n. 23. par. 5. Recent., decis.182. num.23., & 24. coràm sa. me. Alex. VIII., decis.321. num.30. cor. Card. Cerro, & decis. 942. num.3. coràm Emerix iun.*

Comperta igitùr vtilitate, & rationabilitate concordiæ, ipsiusque fideicommissi conuentionalis, qua stante Agatha Mater, & Tutrix etiàm antè confectionem Inuentarij potuerat, vt suprà, contrahere, & conuenire prò Pupillis, superuacaneum efficiebatur obtruncare postremum refugium Informantium prò Reis supèr asserta ineffectuatione prælaudatæ concordiæ, tùm ex eo, quòd Patrui defecerint in promissa de proprio extinctione debitorum Bartholomæi, necnòn in solutione sc.400. prò dotali subsidio filiarum Pompæi, tùm & denique, quià Gregorius alter ex Patruis deueniens ad alienationem quorumdam Bonorum pro dissoluendis in parte ijsdem debitis Bartholomæi, enunciauerit, Bona esse libera, quandò debuissent obnoxia declarari fideicommisso desupèr conuento: Quoniàm nullo modo dubitari poterat de effectuatione, quandò Patrui effectiuè exsoluerunt scuta mille per actum omninò successiuum, & separatum, & quandò eadem Tutrix professa est, eadem scuta mille recipere in executionem eiusdem concordiæ, *Summario* Actoris *Num.17.*; maior namque exoptari nequit effectuatio, quàm ea, quæ prouenit à posterioribus verbis, & factis positiuis, & maximè tantæ importantiæ, vt est exbursatio scutorum mille, quemad-
19 modùm in durioribus, videlicèt ad effectum quoquè præseferendæ ratificationis contractus non à Principalibus, pròut hìc, sed à quocumque alio etiàm sinè mandato celebrati, vno ore tradiderunt *Natt. consf.341. num.4. lib.2., Bero. consf.187. num.3. vol.1., Modern. Argentan. collect. legal.29. num.29. & pluribus sequen. lib.1., Surd. decis.229. sub num.4., Rota decis.131. num.2. par.3., & decis.139. num.7. par.4. tom.2. Recent., & in Tudertina Pecuniaria 2. Iulij 1700. §. Minùs etiàm Iustè, coràm Me* (suprà *dec.171. n.7.*)

Quòd si Patrui defecerunt per possibile in præcitata extinctione debitorum, vèl solutione sc.400. pro filiabus Pompæi, hoc (vt infrà) præbere ad summum valuisset in abstracto motiuum retinendi, non verò euer-
20 tendi robur, & quidditatem concordiæ, in qua nullum apparebat interiectum pactum resolutiuum, vulgatis Iuribus, de quibus *Rot. decis.617. n.3. coràm Buratto, dec.321. num.5. & 6. coràm Card. Celso, decis. 416. num.17. par.13., & decis.56. num. 6. & 7. par.17. Recent., & in Romana, seù Tyburtina Donationis 25. Ianuarij 1700. §. Attamèn, coràm Me* (suprà *dec.127. num.26.*)

Asserta autem declaratio Gregorij in distractione Bonorum, quòd Bona forent libera, non solùm euertere nequibat stabilitatem fideicommissi conuentionalis certissimè præexistentis, potiusuè referenda ad phrasem Notarij, vèl etiàm ad alliciendos emptores, sed quod magis erat, huiusmodi Bona dici reuerâ merebantur libera in præcisis circumstantijs, in quibus præfata fiebat declaratio, cùm enim huiuscemodi Bona alienarentur ad finem dissoluendi debita Bartholomæi, eademque Bona ab ipsomèt Bartholomæo prouenirent, non poterant in præiudicium æris alieni, ac illius Creditorum cense-
21 ri fideicommissaria, pròut numquàm reputantur Bona Fideicommittentis, quæ pro extinguendo eius debito distrahuntur, ex adnotatis per *Surd. consf.30. n.2., Peregr. de Fideicom. art.39. n.1., Rot. decis.206. n.13. & per tot. coràm sa. me. Alexan. VIII., decis.157. n.3. cor. Bichio, dec.284. n.4. par.16., dec.385. n.13. par.18. & dec.305. nu.27. par.19. Recent.*

Sublata ex præmissis quacumque ineffectuatione, vèl nullitate concordiæ respectu Pupillorum, ad oculum quoquè decidebat nul-

nullitas tacta superiùs respectu præiudicij,
& læsionis Agathæ; nàm ea de proprio ni-
hil spopondit, & si Agatha in contumaciam
Patruorum propriam contulit substantiam
in dotatione filiarum, nequaquàm id deri-
uabat ab efficacia, seù vinculo concordiæ
illam in proposito non ligantis, sed ab
eius prona expòst liberalitate, & volun-
tate, officioue materno: assertum verò
præiudicium deriuans à pollicita obserua-
tione contractus præpeditiua successionis in
casu præmorientiæ Pupillorum, profectò al-
legari non merebatur, quià talis successio
erat nimiùm remota, & improbabilis, ve-
lùt exigens, quòd turbaretur ordo naturæ,
22 & consequentèr idem præiudicium, vtpo-
tè remotum, & accidentale, in nulla ha-
bendum erat consideratione, vt ait *Rota*
decis. 110. num. 10. in fin. pòst Torr. de pact.
fut. successi., & meliùs *decis. 182. num. 25.*
coràm sa. me. Alexandro VIII.; maximè,
23 quià potiùs decebat, maternam charitatem
bonum & vtile (vt fuit hucusquè manifesta-
tum) consilium capere prò filijs, *Lel. Al-*
tograd. cons. 5. num. 85. lib. 1., Rot. decis. 120.
num. 12. & seq. coràm sa. me. Gregor. XV.,
dicta decis. 110. num. 11. pòst Torr. de pact. fu-
tur. successi., dicta dec. 182. n. 24., 25., & 26. cor.
sa. me. Alex. VIII., decis. 1213. num. 42. cor.
Emerix iun., & decis. 74. n. 23. par. 5. Recent.

Eiusdemque frigiditatis subindè detege-
batur illa alia obiectio, quòd dùm Agatha
in eius Testamento legauerat Gregorio
menstrua scuta tria sub conditione nihil præ-
tendendi ex illius Bonis, cum subsecuta ac-
ceptatione Gregorij, videretur propterea
credidisse, concordiam sibi fuisse læsiuam,
vèl inhiasse illius resolutioni: Probabilius
quippè erat contrarium, nempè, vt illa
huius Cognati beneficijs, & assistentiâ non
parùm obligata, maluerit rependere consi-
milem retributionem, nisì fortè in vnum
conuiuens rectè sciret, & vereretur, Gre-
gorium ex domesticis subuentionibus, alijs-
que titulis posse eius diuexare hæredita-
tem; in omnem verò casum eodem modo,
quo adiecit conditionem, nè quidquam
Gregorius prætendere posset ab eius Bonis,
dicere debuisset, atquè prohibere, nè ali-
quid tentaret quòad petitionem fideicom-
missi conuentionalis, non enim Bona Pu-
pillorum subiugata fideicommisso conuen-
tionali dici poterant Bona sua, nisi median-
te non tantùm aditione hæreditatis eorum-
dem Pupillorum, sed & prænia infractione
concordiæ, aùt saltèm declaratione emissa
in eodem Testamento supèr nullitate ipsius
concordiæ, sicquè sempèr vèl tale legatum
efficiebatur æquiuocum, & inconcludens,
vèl potiùs retorquebatur ob solitam vim di-
24 scretiuæ locutionis, & expressionis factæ in
vno casu, & non in altero importantiori, ad
Text. in leg. vnica, §. sin autèm ad deficientis,
Cod. de caduc. tollend. cum pluribus per *Rot.*
in Cæsenaten. prætensæ successionis 21. Iunij
1697. §. Nil refragante in fine, coràm Me,
& in Bonon. Fideicommissi de Manzolis 22. Iu-
nij 1699. §. Postremò, paritèr *coràm Me*
(tom. 1. decis. 12. num. 4., & decis. 100. n. 51.)

Combinatio autèm, quòd Gregorius su-
peruiuens Laurentio vltimo Nepoti per duos
annos, & vltrà, ipsique Agathæ ferè per
alterum annum, abstinuerit à petitione fi-
deicommissi, parùm poterat releuare,
stante tàm parua in substantia intercapedi-
ne, continuatis luctibus vnici Nepotis, &
Cognatæ occupata; quapropter cùm hæc
simplex abstinentia, ac taciturnitas aliundè
non adminiculata, imò & elisa ex præfata
replicatione funerum in homine decrepito,
ac sobole viduato, redderetur pariformitèr
æquiuoca, & inconcludens, nequiuerunt
Domini resilire à regulis ordinarijs, per
quas huiusmodi fideicommissa per longè
25 diuturnius tempus purificata, ac effecta
pura, ad differentiam conditionalium, ad
quoslibet etiàm extraneos hæredes trans-
mittuntur, ad tradita per *Soccin. iun. con-*
sil. 129. num. 15. in princ., Natt. cons. 471.
num. 14., Corn. cons. 149. num. 4. lib. 3., Ca-
stren. cons. 77. num. 6. lib. 2., Surd. cons. 232.
num. 35., Gabr. cons. 121. num. 21. lib. 1., Pe-
regr. cons. 66. num. 3., & de fideic. art. 22.
num. 5., & art. 31. num. 3. & 4., Cancer.
var. resol. par. 3. cap. 21. num. 81. & seq.,
Rot. dec. 890. num. 13. coràm Merlino.

Hæc erant, quæ (vt ab initio enunciaui-
mus) concernebant nodum controuersiæ,
quià quòad profligationem cœterarum exce-
ptionum assuetarum adduci in his Iudicijs
immissiuis, quasuè libuit reseruare ad finem
huiuscè discussionis, facilis fuit transitus, &
internersio: negabatur etenim identitas
quòad Vineam quamdam vernaculo sermo-
ne vocatam *Foga l'Asino*, necnòn quòad Do-
munculam sitam *nel vicolo dell'Agnello*. Ve-
rùm cùm identitas signantèr foret innegabi-
lis quòad Bona in sæpè citatis Capitulis Ma-
trimonialibus assignata Pompæio, æquum vi-
sum est, citrà hanc inopportunam modò pe-
culiarem trutinationem, resoluere, seù decer-
nere Immissionem nedùm ad hæc Bona in-
eluctabilia, sed & in genere ad quæcumque
26 alia Bona, quæ postmodùm ab Actore demon-
strarentur subiecta fideicommisso, iuxtà fa-
miliarem stylum nostri Auditorij, de quo in
dec. 216. n. 16. par. 18. Rec., & in Romana Fi-
deicommissi 10. Ianuarij 1689. §. Constito ita-
què, cor. bo. me. Randinino, & in Romana Hære-
ditatis 27. Iunij 1696. §. Hæc autèm om-
nia, coram R. P. D. meo Pio, & in Ro-
mana Prælaturæ de Vecchiarellis 9. De-
cembris 1697. §. Et sanè, coràm Me (tom. 1.
decis. 21. nu. 2.) & de Iure affirmant *Bald. in*
leg.

leg. voluntas sub num. 16. Cod. de fideic., *& in conf. 265. sub num. 2. in fine lib. 2.*, *Alexand. conf. 101. num. 9. in med. lib. 5.*, *Durand. de art. testan. tit. 10. cauthel. 20. sub nu. 5. vers. nec oportet*, *Simon de Prat. de interpr. ult. volunt. lib. 5. dub. 4. num. 344. & seqq.*

Itidèm obijciebatur retentio ex pluribus ass. creditis vigentibus contrà Gregorium, & remansis in hæreditate Agathæ, præcisè autèm quòad scuta 400. promissa, & non soluta ex capite dotalis subsidij non impleti, & satisfacti ergà filias Pompæi, & circà nonnullos Census extinctos, seù translatiuè acquisitos à Laurentio filio, & Authore Agathæ, quandò onus illos extinguendi ex pacto concordiæ incumbebat Gregorio: sed & in hoc arrisit responsio, quòd etiàm data veritate huiusmodi creditorum importantium scuta circitèr 1400., perceptio fructuum Bonorum fideicommissariorum facta ab hæredibus Agathæ pòst eius obitum, vèl saltèm à die motæ litis, aùt penitùs absorbe-
27 bat hanc retentionem, vèl illam efficiebat illiquidam, & consecutiuè ineptam ad Immissionis retardationem, vt milliès dixit, & practicauit *Rota*, signantèr *in decis. 32. num. 13.*, *& decis. 294. num. 10. coram Priolo*, *& in dicta Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 2. Iunij 1698. §. Nihilominùs*, *& 5. Decembris eiusdem anni §. Quoniàm*, *coràm Me* (*dicto tom. 1. decis. 46. num. 6.*, *& decis. 66. num. 10*) *& in Bononien. Primogeuituræ de Paleottis 11. Ianuar. 1700. §. Eòque faciliùs*, *coram R.P.D. meo Scotto*, & alibi quotidiè.

Et ità, vtrâque Parte vsquè ad scrupulum subtilitèr supèr tot Facti, & Iuris amaritudinibus acritèr informante, responsum fuit &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

IN sequelam huius *Decisionis* confirmatoriæ alterius editæ sub die 26. *Aprilis*
28 1700. *coram bo. me. Amato Iacometto* (olìm celebri in Vrbe Aduocato, posteàque successore D. mei Ansaldi in munere Auditoris glor. me. Innocentij XII.) *Rota* decreuit expeditionem Causæ, quę subindè in gradu appellationis commissa fuit *bo. me. Molines*, coràm quo prodijt alia *Decisio* paritèr fauorabilis hæredi Gregorij de Quadris vltimi ex compræhensis in fideicommisso conuentionali, de cuius validitate in præsenti nostra *Decisione* erat quæstio, vt videre est apùd eumdem *Molines tom. 3. par. 2. decis. 894.*

Ad *num. 6.*, vbì habetur, quòd defectus personalis interuentus Pupilli, qui sit ma-
29 ior septennio, vèl etiàm aliqualitèr pubertatem attingat, non sit aptus irritare contractum gestum à Tutore supèr Bonis, aùt iuribus pupillaribus, quotiès idem contractus tendat potiùs in vtilitatem, & commodum ipsius Pupilli, quàm aliquod ipsius damnum, seù præiudicium inuoluat, addo, quòd id ipsum frequentèr ex pòst firmauit *Sac. Auditorium*, & præsertìm *cor. Card. Falconer. tit. de Tutor. decis. 1. num. 3.*, *& decis. 4. num. 7.*, & coràm *Molines decis. 667. num. 4. & 5.*, *& decis. 756. nu. 5. cum duob. seqq.*, *& decis. 1084. ex num. 3. ad 8.*, *in Bononien. Fideicommissi supèr Transactione 28. Iunij 1709. §. Quod eò lubentiùs*, *coram D. meo Ansaldo, in Rauennaten. Saluiani 8. Maij 1716. §. Nèc creditum in fin. coram bo. me. Cerro iun., in Imolen. Fideicommissi 1. Iulij 1720. §. fin. coràm Illmo D. Corio* ad præsens *Vrbis Gubernatore*, *& in Lauretana Census 4. Iulij 1732. §. Prò eo enìm*, *coràm Emo Aldrouando*, confirmata 22. *Februarij 1734. §. Vt itaquè*, *& §. Nèc de cæterò*, *coràm Rmo D. Calcaguino Decano*, & in puncto alterius fideicommissi conuentionalis concordati (vt in casu huius nostrę Decisionis) per Matrem Tutricem absquè interuentu Pupillorum septennio maiorum, pluriès laudata eadem præinserta *Decisione* D. mei dictum fuit *cor. Rmo Crispo dec. 481. ex num. 38. ad 41.*, *decis. 503. num. 12.*, *& decis. 515. num. 6. & seqq.*

Similitèr ad *num. 8.*, vbì dicitur, quòd
30 gesta per Tutorem, qui non adimpleuit solemnia, substineantur, quotiès aliquam vtilitàtem, aùt commodum attulerunt Pupillo, addi possunt vltrà ibi citatos *Mans. consult. 51. n. 12.*, *Rot. cor. Molines dec. 514. n. 7.*, *& in Auriacen. Immissionis 3. Decembris 1731. §. fin. cor. prælaudato D. Card. Aldrouando*, vbì præ cœteris allegat, & sequitur hanc *Decisionem* D. mei Ansaldi.

A. Lupardus.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 7. Martij 1701.

ARGVMENTVM.

Actor in Iudicio Saluiani contrà Tertium intentati tenetur intèr cœtera probare possessionem sui Debitoris de tempore contractæ obligationis, vèl pòst: Simulatio ex quibus excludatur in contractu Census non obstante, quòd pecunia soluta illius impositori ex pòst in considerabili parte redierit ad manus Emptoris. Reliqua habes *ex Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Assertio relatiua ad aliquam scripturam est non exhibitâ non attenditur.*

2 *Agens in Iudicio Saluiani contrà Tertium intèr cœtera probare debet possessionem sui Debitoris de tempore contractæ obligationis. Sufficit tamèn, quòd probet, Debitorem etiàm pòst obligationem possedisse rem in Tertium suc-*

successiuè alienatam, num. 3.

4 *Reus conuentus in Iudicio Saluiani nequit controuertere possessionem sui Authoris, quotiès ab eo rem mediatè acquisiuit.*

5 *Continuatio possessionis rei donatæ apud Donantem arguit simulationem, aùt saltèm ineffectuationem donationis.*

6 *Emptor habens causam à Muliere potest allegare eius iura dotalia prò tuitione rei emptæ.*

7 *Obligatio Cameralis afficit Bona, & iura nedùm præsentia, sed etiàm in futurum acquisita à Debitore.*

8 *Creditor anterior repellit, & vincit posteriorem.*

9 *Contractus simulatus perindè habetur, acsì gestus non fuisset.*

10 *Creditor possidens rem, seù Bona communis Debitoris nequit molestari ab alijs Creditoribus habentibus paria, seù æqualia iura, &* n.22.

Declara remissiuè, vt n.23.

11 *Collusio facilè præsumitur in actibus gestis intèr Matrem, & filios.*

Intellige, vt n.13.

12 *Census præsumitur simulatè impositus, si constet, quòd pecuniæ fuerunt apparentèr numeratæ, posteàque redierunt ad manus soluentis.*

Declara, vt n.15.

14 *Simulatio excluditur, vbì constat saltèm in parte considerabili de veritate, & realitate causæ in contractu expressæ.*

16 *Cedens pòst factam cessionem nequit præiudicare cessionario, iura huic cessa alteri cedendo, &* n.21.

17 *Quartum dotale vigore* Statuti Vrbis *defertur Vxori superstiti in solo vsufructu, vbì supersunt filij.*

18 *Vsusfructus finitur morte vsufructuarij.*

19 *Vidua præsumitur satisfacta de interusurijs dotalibus ex lapsu longi temporis absquè vlla reclamatione, aùt petitione.*

20 *Vidua, quæ fit debitrix hæreditatis Viri, nequit prætendere fructus suæ Dotis sibi haùd restitutæ, sed tenetur illos compensare cum proprio debito.*

DECISIO CLXXXIII.

CLypeum retentionis, & galeam defectus possessionis in Honorio Debitore, quam respectu Vineæ pulsatæ in vim Saluiani per Comitem Franciottum, & Comitissam Victoriam confregerat contumacialis *Decisio edita sub die 2. Iulij sæculi præcedentis coràm bon. mem. Iacometto*, efficaciùs hodiè apùd Me in eiusdem prædefuncti locum suffectum induere, & obiectare tentauit Iacobus; sed penitùs infructuosè, quoniàm denuò ijsdem oppositionibus ad lancem appensis, *Domini*, earum fragilitate comperta, steterunt *in decisis*.

Exordiendo siquidèm à galea, quæ caput, siuè vnum de necessarijs extremis huius Iudicij obterere posse prætendebatur (de alijs quippè requisitis ratione ordinis quæstio non erat) irreleuans prorsùs effulsit motiuum, supèr quo deficientia possessionis omninò necessariæ in memorato Honorio communi debitore struebatur: licèt enìm ad hoc demonstrandum deduceret Iacobus quamdam donationem sub anno 1618. initam ab eodem Honorio ad commodum Dianæ sororis, non tamèn ob id vllatenùs apparebat, quòd sub huiusmodi donatione includeretur Vinea controuersa, dùm ipsa donatio recensita in *Summ.* Comitis Franciotti *num.3.* minimè conuincebatur vniuersalis, quià potiùs restricta apparebat *ad Bona stabilia*, (sunt verba donationis) *ad loca Montium redacta ex pretio Terræ Arignani*, & vlteriùs *ad alia stabilia descripta in folio &c.*; ideòque cùm non constaret, Vineam comprehendi intèr sta-
1 bilia promanantia ex pretio Terræ Arignani, nullumque folium in hodierna Audientia exhiberetur ad finem inspiciendi, vtrùm saltèm eadem Vinea intèr alia enunciata stabilia numeraretur, palàm claudicabat huiusmodi assertio, siuè oppositio, vt in simili dixit *Card. De Luca de Iudic. disc. 40. sub 19., Rot. decis.464. num.1. coràm Priol., decis.174. num. 15. part.9, decis.397. nu.19. part.18. recen., & in Caualliceu. Homagij 20. Martij 1699. §. Potissimùm, coràm R. P. D. meo dell'Olmo, & 29. Ianuarij 1700. §. Propterèaque, & seqq. coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (hodiè intèr suas *decis.656. n.6.*)

Idquè etiamsì in rei veritate non attineret ad Iacobum tamquàm Reum vlla obligatio iustificandi negatiuam huius extremi
2 possessionis, sed è conuersò istud onus incumberet Actoribus, qui compelluntur signantèr edocere ad propulsandum Tertium in Iudicio Saluiani de hoc extremo, ad *Text. in leg. Actor, qui asseuerat, Cod. de probat., Cenc. de Censib. quæst. 98. num.16., Rota coràm Ludouis. decis.491. num.6., coràm Merlin. decis. 21. num.1., & in recen. decis. 78., & decis. 97. vtrobiquè num. 1. par.16., & decis.730. n.1. & 2. par.18.*

Quoniàm cùm sufficiat intentanti tale remedium patefacere, quòd eius Debitor, nisi præciso tempore contractæ obligatio-
3 nis, saltèm ex pòst, rem in ipsum Tertium successiuè alienatam possederit, & consequentèr reinciderit in nexum iurium futurorum subiugatorum vigore generalis obligationis, ad tradita per *Pacific. de Saluian. inspect. 1. cap.5. num.1., Cyriac. controuers. 51. num.11. & seqq., Rot. pòst Zacch. de oblig. Camer. decis. 12. num.6., coràm Coccin.*

ctu. decis. 1449. num. 3., *& in Romana Saluiani 7. Iunij 1694. §. 1. coràm bo. me. Emerix*, *& 28. Ianuarij 1697. §. Indubitantèr*; *coràm R. P. D. meo Muto*: Certò certiùs reddebatur in præsenti, quòd hanc possessionem Honorij respectu Vineæ, saltèm vt præmisimus ex pòst, nequàquam contro-
4 uertere valebat idem Iacobus, qui Vineam acquisiuit mediante Raynutio illius Authore à prælaudatomèt Honorio, siuè de illius expresso consensu sub anno 1647., ex regula, de qua *Rot. decis. 125. num. 5. par. 6. decis. 205. num. 4. vers. quæ probatio par. 8.*, *decis. 78. num. 3. par. 17.*, *decis. 288. num. 3.*, *& decis. 314.* paritèr *num. 3. par. 19. rec.*, & applicabiliùs *Peregrin. de fideicom. art. 53. num. 35. & seqq.*, *Ciarlin. controu. foren. lib. 1. cap. 35. num. 9. & 10.*, *Conciol. allegat. 17. num. 32.*, *Gratian. discept. 653. n. 62.*, *Rot. coràm Buratt. decis. 153. num. 2.*, *cor. Peuting. decis. 150. num. 2. 3. & 4.*, *& in recen. decis. 89. num. 10. par. 8.*

Fortiùs, quià (præcisiuè etiàm à superiùs dictis) memorata asserta donatio, vèl numquàm habuerat effectum, vèl nimiùm probabilitèr remanserat resoluta ob promissam, & non impletam alimentorum præstationem, ex quo demonstrabant Actores, quòd Honorius Donator perseuerauerat in possessione Bonorum, quæ præfigurabantur donata, tum quià, vt mòx tetigimus, effectiuè de eiusdem Honorij consensu longè deincèps distracta fuerat in Authores Iacobi hæc eadem Vineà, tùm & euidentiùs, quià de anno 1625. idem Honorius vnàcum Clarice Matre, ac Luca fratre alienauerat Tenimentum nuncupatum *il Terzolo*, quoduè perspicuum erat prouenire à præfato pretio Terræ Arignani, *Summario* Comitis *num. 6.*, & idcircò contineri sub allegata donatione; non etenim Mater, multóque minùs Lucas frater, qui fuerat expressè substitutus in ipsa donatione, quotiès illa extitisset effectiuè demandata, vèl aliàs resoluta, permisissent, Honorium, qui iàm donauerat, vnâ secùm deuenire, tanquàm Condominum, ad huius Tenimenti iam donati alienationem, vt ex se patebat ad sensum: & est regula-
5 re, quòd nil magis concludebat ad ineffectuationem, simulationem, vèl resolutionem donationis, quàm continuata ex pòst possessio Donantis in re donata, pròut communitèr aduertunt *Farinac. de falsit., & simulat. quæst. 162. par. 4. num. 228., & seqq.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 110.*, *& præsumpt. 124. num. 30.*, *& de arbitrar. cas. 39. num. 1.*, *Salgad. in Labyrint. Credit. par. 1. cap. 1. num. 18.*, *Rot. decis. 13. num. 15. par. 19. recen.*, *& in Feretrana Donationis 28. Iunij 1688. §. Nèc ad elidendam*, *coràm bo. me. Emerix* (nùnc intèr suas *decis. 851. num. 4.*) *& in Perusina Donationis 17. Maij 1700. §. Secunda*, *cor. bo. me. Iacometto*.

Interuersâ galeâ, siuè alterâ de expositis à principio exceptionibus, facilè fuit superare etiàm aliam, siuè transuerberare quoquè clypeum oppositæ retentionis, quæ fundabatur in iuribus dotalibus Claricis, quæ posse ad sui tutamen obijci reputabat Iacobus, dùm Clarix Vineam ad præsens in Saluiano diuexatam, prætèr Honorium, & Lucam filios, vendiderat Raynutio, à quo causam desumebat ipse Iacobus,
6 quemadmodùm in ordine ad transfusionem similium iurium dotalium in Emptorem, vèl alium contrahentem, prætèr *Card. De Luca de Dot. disc. 85. num. 5.*, *Thomat. decis. 44. num. 12. & 13.*, *& Modern. Palm. intèr eius recollect. decis. 165. num. 27.* aliàs respondit *Rot. decis. 844. num. 1., & 2. coràm Dunozet. iun.*, *decis. 7. num. 13. par. 9.*, *decis. 394. num. 7. par. 14.*, *decis. 130. n. 11. part. 16.*, *decis. 76. n. 23. par. 17.*, *dec. 352. num. 8. par. 19. rec.*, *& in Aquilana Successionis 21. Aprilis 1698. §. Ratio*, *coràm R. P. D. meo Muto*.

Arrisit namquè præclara replicatio, quòd huiusmodi iura dotalia Claricis extiterant præcedentèr ad Vineæ distractionem legitimè transfusa in Honorium mediante impositione Census passiui facta per Claricem in sorte scutorum 15. mil., pròut ascendebat sua Dos, proindèque stante hac antecedenti translatione iurium dotalium in Honorium, in planam consequentiam emergebat, quòd & hæc ipsa iura dotalia multò per anteà remanerent hypothecata ad commodum Francisci, & Henrici Vrsini, à quibus eorum iura metiebantur Actores ratione antecedentis recognitionis bonæ fidei, & respectiuè obligationis Cameralis, quam ergá eosdem Franciscum, & Henri-
7 cum subiuerat Honorius; sub vniuersali quippè hypotheca, & obligatione in forma Cameræ, compræhendi iura, credita, & Bona dein acquisita per Debitorem iàm suprà demostrauimus *in §. Quoniàm*, & vltrà ibì laudatas *Authoritates* concordant *Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 29. num. 19.*, *Card. De Luca de Iudic. disc. 44. num. 52.*, *Rota coram Pamphil. decis. 345. n. 1.*, *& coram Cerr. decis. 144. num. 28.* cum aliis *in Romana Saluiani 13. Iunij 1698. §. Ad obiectum*, *coràm Me* (*decis. 50. num. 23. tom. 1.*)

Si igitùr Actores ex persona Francisci, & Henrici detinebant sibi per organum Honorij illorum debitoris priùs subiugata do-
8 talia iura Claricis, palàm paritèr consequebatur, quòd possent in hac digladiatione iurium dotalium repellere Iacobum in assecutione eorumdem iurium proculdubiò posteriorem, vulgatis Iuribus, de quibus

Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 442., Card. De Luca de Iudic. dicto disc. 44. nu. 47., Vrceol. consult. forens. cap. 4. num. 1., & cap. 24. num. 2., Modern. Argentan. collectat. legal. 9. inspect. 2. num. 73. & 82. tom. 1., Modern. Palm. intèr eius recollect. decis. 226. num. 2., Rot. coràm Danozett. iun. decis. 815. num. 5., & in Recen. decis. 243. num. 2. par. 15., & dicta decis. 76. num. 24. par. 17., & decis. 155. num. 21. par. 19.

Et de facto huius replicationis efficaciam non diffitebantur informantes prò Iacobo, sed solùm contendebant de duobus, primò scilicèt, quód prænominata impositio Census passiui exarata per Franciscum foret omninò spernenda, tamquàm simulata, & col-
9 lusiua, secundùm assuetum effectum simulationis, & collusionis nihil in esse ponentis, perindè acsi nihil vnquàm gestum extitisset, vt inquit *Farinacc. de falsit., & simulat. dicta quæst. 162. par. 1. num. 7., Card. Tusch. pract. conclus. 265. num. 1. & sequen., Donad. de renunciat. cap. 27. num. 2., Modern. Lucen. consult. 537. num. 6., Rot. decis. 943. num. 7. coràm Coccin., & decis. 13. num. 1. part. 19. rec.*

Secundo loco subijciebant, quòd in omnem casum non essent restringenda iura dotalia Claricis ad Dotem dumtaxàt scutorum 15. mil., quoniàm vltrà dictum capitale spectabant ad ipsam fructus conuenti ad rationem scutorum 6. pro centenario, necnòn Quartum dotale promanans ab Vrbis Statuto in gratiam alterius Coniugis superuiuentis, sicutì in specie horum iurium eiusdem Claricis affirmauerat in alia Causa *ipsamet Rota in Romana Pecuniaria 3. Decembris 1696. §. Minùs releuat cum duobus seqq., 28. Iunij 1697. §. Supposita, & 16. Maij 1698. §. Nèc regit, coram bon. mem. Vrsino.*

Ac propterea intactis remanentibus hiscè appendicibus dotalibus rectè valebat Iacobus illorum præsidio sese defendere, cùm
10 nequè per viam actionis, nequè per illam replicationis, possit inquietari possessor à non habente iura anteriora, sed ad summum tantummodò paria, ex adductis per *Amat. Panorm. resol. 31. num. 7. & seqq., Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 22. n. 15., Olea de cess. iur. tit. 6. quæst. 8. num. 10., Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæst. 4. num. 37. & sequen., Card. De Luca de Credit. disc. 1. num. 3. & 14., Franch. decis. 260. num. 4., Carol. Anton. De Luca ad eumdem ibid. n. 3. versic. in paritate.*

Verùm, & hæ subalternantes obiectiones illicò apparuerunt insubsistentes; etenìm respectu magnificatæ simulationis, & collusionis, quam coadiuuare satagebat Iacobus ex actu celebrato intèr Matrem, &
11 filios, in quibus, ex notorijs, vehemens sempèr intrat coniectura collusionis, iusta, vt dicebat, causa simulandi fundata in procuranda exemptione ab euictionis vinculo locorum Montium, in quæ fuerat inuestitum pretium Terræ Ariguani coemptæ per DD. de Burghesijs, & addita alia quoquè coniectura, quòd considerabilis pars pecuniæ in creatione supradicti Census appa-
12 rentèr enumeratæ per Honorium, mediante opportuna recognitione redierat ad manus eiusdem Honorij, ex ijs, quæ in proposito ad arguendam simulationem quotidiè habentur, & notant *Farinac. cons. 42. num. 31. 32. & 33. lib. 1., Noguerol. allegat. Iur. allegat. 10. coniectur. 4. num. 20., Rot. in dicta Perusina Donationis 17. Maij 1700. §. Ex pluribus, cor. bo. me. Iacometto.*

Placuit dissolutio data per Actores, nempè, quód in primis (excepta qualitate Materna, & filiationis intèr actiuos, & passiuos impositores enunciati Census) gratis omninò, & sinè *Summario*, aùt alia æquipollenti probatione allegabatur tùm reuersio ratæ pecuniæ ad Honorium, tùm & allegata causa simulandi, cùm non constaret de vlla resolutione vinculorum euictionis, de quibus suprà, præsertim ex motiuo impositionis istius Census, ideòque improbatâ causâ simulandi, & corruente coniectura reuersionis pecuniæ ad Honorium, sola
13 sanguinis coniunctio nullatenùs dici potest idonea ad præsumendam collusionem, nusquàm de sui natura præsumibilem, aliàs quippè omnes contractus initi intèr Matrem, vèl Patrem cum filijs censendi forent sempèr collusiui, quo nihil absurdius, & præiudicialius publico commercio, vt apùd *Altograd. cons. 90. num. 83. & seqq. tom. 2., Rot. Ferrarien. apùd Contrium disce pt. forens. 23. num. 136. vers. præsertim, Rot. pòst Torr. de pact. futur. success. decis. 80. num. 34., decis. 365. num. 6. coràm Buratt., decis. 78. nu. 6., & 7. coràm Pamphil., & decis. 236. num. 14. par. 10. rec.*

Et nihilominùs tantum aberat, quòd huiusmodi creatio Census inficeretur ulla labe simulationis, quin potiùs ipsiusmèt realitas vndequaquè præfulgebat, dùm ex litera Instrumenti præfatæ impositionis ad oculum liquebat de erogatione facienda scutorum 5. mil. in dimissionem Creditorum Claricis, *Summario* Comitum *num. 3.* alia verò sc. 10. mil. remansisse inuestita ad normam prædicti Instrumenti cum Caccis, & Braccio, pròut agnitum quoquè fuit *in dicta Romana Pecuniaria 3. Decembris 1696. §. Licèt autèm, coràm bo. me. Vrsino*; quandò tamèn exuberaret ad arcendam omnem
14 simulationis imaginem verificatio realitatis in parte considerabili, ex prænotatis per *Bonden. collect. legal. 43. num. 163. tom. 2., Rot. decis. 54. num. 26., & decis. 378. n. 8. par. 17.*

par.17., decis.423. num. 2., & decis. 591.
num.9. par.18. recen.

Potissimè, quià etiàm vbi comprobare-
tur, assertam ratam pecuniæ remeasse ad
manus Honorij, nequè hoc conduceret ad
prætensam simulationem, nequè offecisset
15 Actoribus: siquidèm quód actiuè Censum
imponens numeret pecuniam, vèl illam
deponat, & dein quoquè ex condicto ra-
tam sub alio contractu recipiat, non infert
ad aliquam collusionem prìmi contractus,
sed tantummodò demonstrat, eumdem
imponentem fortasè indiguisse consimili
quantitate; cùmque vlteriùs hæc allegata
retroacceptio successerit pòst iàm extin-
ctum creditum dotale, & pòst iàm acquisi-
ta illius iura à Creditoribus extinguentis,
16 nequibat idem extinguens, per nouum
contractum acquisitioni iàm perfectè sequu-
tæ præiudicare, ex his, quæ in proposito
primæ conclusionis habentur penès *Cenc.
de censib. quæst.48. num. 12., Leotard. de
vsur. quæst. 61. num. 15., Episc. Iscian. di-
sput. Iur. select. cap.126. num.58., Rot. pòst
Cenc. de censib. decis. 454. num. 10, & cor.
Royas decis. 476. num.4. & seqq.* & circà se-
cundam apùd *Gratian. discept. forens. cap.
873. num. 15., Rot. pòst Cenc. de censib.
decis.223. num.11., decis.536. num.2. coram
Cerr., decis.34. num.16. par.17., & dec.96.
num.2. par.18. rec.*

Respectu verò appendicum dotalium,
Quarti nimirùm, & fructuum (quas de
cœterò optimè computauerat *Rota in dicta
Romana Pecuniaria §. Deniquè, coràm bo.
me. Vrsino* ad finem sustentandi contra-
ctum censualem, siuè ostendendi in quam-
dam exuberantiam, quòd nèc in facto Cla-
rix per hanc impositionem remansisset sinè
alimonia, vèl penitùs indotata) profectò
congruentèr ad rem nostram applicando,
vanum erat refugium; nàm in ordine ad
17 Quartum, illud superstitibus filijs ad te-
norem *Statuti Vrbis in cap. 131. lib. 1.* re-
ducitur ad simplicem vsumfructum, qua-
proptèr non erat tale ius cessibile, & per-
18 petuò transferibile in Authores Iacobi, ve-
luti cum ipsa morte Claricis expirans, *§. Fi-
nitur, Instit. de vsufructu, & in leg. Si Pa-
tri 3. Cod. eod. tit., Gratian. discept. forens.
cap.138. num.9., & cap.528. num.21., Ca-
rol. Anton. De Luca ad eumdem animaduers.
311. num.2., Rota coràm Cerr. decis. 562.
num.20., & decis.99. num.21. par.12. rec.,
& in Romana Pecuniaria 5. Iunij 1699.
§. Nitebantur, cor. Me. (dec.93. n.2. tom.1.)*

Quò demùm ad fructus, & interusuria
dotalia, illa, quæ præcesserant impositio-
19 nem Census, per lapsum tanti temporis
omni iure præsumenda erant à Clarice ha-
bita, & consumpta; interusuria verò suc-
cessiua, & in dies decurrentia, non mi-
nùs censenda erant compensata cum fructi-
bus memorati Census creati in summa ada-
mussim vniformi: non enim reputari po-
20 test, quòd contrahentes, & signantèr
Clarix, ex vna manu vellet censuarios fru-
ctus exsoluere, vt ex alia reciperet dotales
vsuras, secundùm ea, quæ adnotarunt re-
spectu præsumptæ satisfactionis *Menoch. de
præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135. num. 3. &
seqq., Modern. Palm. intèr eius recollect. de-
cis.33. num.7. & 8., Rot. decis.272. nu. 13.
par.11. rec.*, & magis ad rem *Bosi. de Dot.
cap.20. num.75. & 76., & Rota in Aquila-
na Successionis 21. Aprilis 1698. §. Respectu
verò, & 27. Iunij eiusdem Anni §. Scriben-
tes, sub vers. quandoquidèm, coràm R.P.D.
meo Muto*; Et respectu compensationis pro-
bant deducta per *Surd. cons. 290. num. 33.
vers. præsumitur, Menoch. de præsumpt. lib.3.
dicta præsumpt. 135. num. 12. & 13., Af-
flict. decis.3. num.18. vers. sed quilibet, ibiquè
Vrsill. nu.22. & seqq., Rot. decis. 336. n.3.
par.6., decis.296. num. 20. & 21. par.12., &
decis.102. n.6. par.15. rec.*

Quin etiàm ad omne, vt dicitur, peius,
quotiès vllæ reliquiæ fructuum, aliorum-
que iurium dotalium superessent, aùt super-
fuissent, hæ longè antè distractionem Vi-
neæ controuersæ transilijssent in DD. de
Barberinis emptores alterius Tenutæ *Fonte
di Papa*, vèl in detentores illius pretij,
semperquè ob id in perniciem eorumdem
Comitum, qui si veluti Creditores Hono-
rij ex causa Census debiti per Claricem
molestare satagerent præfatos DD. de Bar-
berinis, aùt alios pretium enunciatæ Te-
nutæ retinentes, vtiquè cùm Clarix ex se
distraxisset indubitantèr 80. rubra eiusdem
Terreni, sempèr Rei prouocati se se defen-
derent sub huiusmodi appendicibus dotali-
bus vltrà Dotem competentibus Clarici ip-
sis obligatæ, & consequentèr absonum erat
21 eadem iura, siuè appendices semèl trans-
latas in alios, potuisse rursùs in Iacobi Au-
thores mediante emptione contestatæ Vi-
neæ transferri, *Olea de Cess. Iur. tit.6.
quæst. 8. num. 3. & 4., Massin. de Confisc.
quæst.31. num.125. & seqq., Rot. decis.455.
num.8. par. 18. rec., & in Sabinen. Fidei-
commissi supèr consignatione 26. Iunij 1698.
§. Quoniàm rursùs, coràm R. P. D. meo
Muto*.

Et ità &c. Vtrâque &c.

ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

Conclusio incidentèr in obiecto adducta
sub n. 10., quòd nempè intèr plures
22 Creditores ex eadem causa, aùt titulo ve-
nientes, siuè par ius, vèl hypothecam
æqualem habentes, is præfertur, qui pos-
sidet rem communis Debitoris, fundamen-
tum

tum desumit ex dispositione *Text. in leg. Si Debitor* 10. *ff. de pignor.*, eamque pluriès canonizauit *Sacrum Auditorium*, vt signantèr videre est in alia *Romana Saluiani* 10. *Maij* 1638. *§. Ostendebatur in fin. cor. Card. Hieronymo Verospio m.s.* & recentiùs in alia paritèr *Romana Salniani* 10, *Decembris* 1703. *§. fin. coràm bo. me. Molnet* (nùnc intèr suas *decis.* 877. *num. fin.*) & priùs in *dec.* 26., duplicata in *decis.* 45. vtrobiquè *num.* 2. *post Rodriqu. de concurs.*, *& priuil. Credit.*, *& coràm Coccin. decis.* 2303. *num.* 1. *&* 2., *& coràm Cels. decis.* 254. *num.* 5. *&* 6., *& coràm Cerr. decis.* 345. *n.* 15.

Cœterùm pro declaratione huius con-
23 clusionis consuli possunt in casibus particularibus *Amat. Panormit. resol.* 31. *ex nu.* 10. *vsquè ad fin.*, *Episc. Rocca select. disput. Iur. cap.* 138. *ex nu.* 9. paritèr *vsquè ad fin.*, *Thomat. decis.* 74. *num.* 16. *&* 17., *Rot. dec.* 117. *num.* 10. *par.* 8. *rec.*, *& in Albanen. Associationis* 17. *Aprilis* 1690. *§. Penult. coràm bo. me. Manuel*, aliàs in *Mantiss. ad Card. De Luca tom.* 3. *lib.* 8. *decis.* 1. *n.* 3. *&* 4.

FAVENTINA PRIMOGENITURÆ.

Ven. 11. *Martij* 1701.

ARGUMENTUM.

Maioratus, & Primogenituræ Italiæ an sint vnum, & idem; & an repugnet, quòd moriente vltimo possessore sinè filijs Maioratus existat saltuarius, deindèque in seniore nouitèr admisso, & obeunte cum filijs remaneat regularis, In modum, vt intèr illos, eorumque descendentes in infinitum deferatur ordine primogeniali ad exclusionem cuiuscumque alterius senioris, qui sit de diuersa linea, seù Columnello.

SUMMARIUM.

1 *In successione Maioratus attenditur proximitas respectu vltimi possessoris, non verò respectu institutoris.*

2 *Successio Maioratus defertur filio primogenito vltimi possessoris, licèt sit minor ætate comparatiuè ad alios in diuersa linea existentes.*

3 *Mortuo possessore Maioratus sinè filijs succedit proximior in gradu, qui sit maior ætate.*
Et intèr existentes in pari gradu sempèr natu maior præfertur, ibid.

4 *Bona primogenialia in vnam lineam ingressa nequeunt ab ea auocari, nisi illâ totalitèr euacuatâ, seù extinctâ.*
Idemque procedit etiàm in Bonis Maioratus, nisi constet de contraria voluntate institutoris, num. 8., & 24.

5 *Proximitas vltimi possessoris, seù grauati regularitèr attenditur in successionibus fideicommissarijs*, & num. 20.
Limita, vt num. 21., & 22.

6 *Testator in dubio præsumitur sese conformare voluisse dispositioni Iuris communis.*

7 *Successio in Maioratu regulari ad similitudinem primogenituræ defertur de Patre in filium vsquè in infinitum.*
Et si necessitas expostulet, deflectit etiàm ad latera proximiora, ibid.

9 *Sententia, à qua fuit appellatum, perindè habetur, acsi lata non fuisset.*

10 *Simplex* Decisio *Sac. Rotæ absquè subsecuta expeditione Causæ per Decretum, vèl Sententiam non habet vires Iudicati.*

11 *Maioratus, & Primogenituræ etiàm Italiæ non sunt vnum, & idem, sed valdè intèr se differunt.*

12 *Quæstio, an Maioratus sit regularis, seù potiùs saltuarius, est magìs facti, quàm Iuris.*

13 *Regulam habens prò se transfert in alteram Partem onus docendi de limitatione.*

14 *In dubio iudicandum est prò Reo, & possessore.*

15 *Actori venienti ex fideicommisso Reus excipere potest* : substitutio de te non loquitur, & num. 18.

16 *Ordo gradualis* de primogenito in primogenitum *non potest verificari in Sacerdote, qui filios legitimos habere non potest.*

17 *Maioratus institutus à transuersali præsumitur potiùs saltuarius, quàm regularis.*

19 *Coniecturæ, & disputationes sunt inutiles, vbi versamur in claris.*

23 *Laudatur* Angel. Rodulphin. *Camers, & olìm in Romana Curia Aduocatus.*

25 *Maioratus saltuarius resultat ex verbis incompatibilibus cum successione lineali, seù descensiua.*
Exemplifica, vt ibid., *vbi etiàm plures remissiuè referuntur agentes de Maioratu saltuario.*
Amplia, vt resultet etiàm ex coniecturis, perstringentibus tamèn, ac necessariò concludentibus prò saltuarietate successionis, num. 26.
Sed si coniecturæ sint æquiuocæ, & ad alium sensum referibiles, standum est regulæ militanti pro continuatione successionis in linea admissa, num. 27.

28 *Maioratus saltuarius reputatur odiosus, & ideò in dubio iudicandum est prò exclusione saltus.*

DECISIO CLXXXIV.

Casus hic, fortasse singularis, non parùm sempèr quodammodò contorsit ingenia *Dominorum*, quantumuis etiàm sempèr constantèr in eamdem resolutionem abi-

abiuerint: Franciscus quippè Testator, institutis Ludouico, ac Francisco Maria filijs, pòst defectum eorum lineæ sanciuerat, vt eius Bona (sunt verba præcisa) *vadino al più vecchio della linea del Colonnello Vincenzo suo Auo, e così ne suoi figliuoli, però primogeniti di primogenito in primogenito, finchè ve ne sarà di d. linea, e poi vadino al più vecchio della linea del Signor Alessandro Naldi, & à Monsignor Vicario suo fratello, se in quel tempo fosse viuo, e così di primogenito in primogenito, finchè ve ne sarà di detta linea, quale finita, vadino à quella del Signor Capitano Dionisio Naldi nel modo di sopra, e poi al più vecchio finchè ve ne sarà, e finita quella del più vecchio, vadino poi di mano in mano finchè vi sarà alcun' de Naldi;* Quapropter, cùm aduentâ contingentiâ extinctionis lineæ primorum institutorum grauis exarserit oppugnatio intèr existentes de linea Columnelli Vincentij priori loco substituta, contendente ex vna parte Michaele in æuo seniore, sibi delatam esse successionem, Dionysio verò eius secundo Sobrino ex altera reclamante, quòd Michel, vtpotè Sacerdos, nequiret explere vocationem primogenialem volitam, vt suprà, pòst iàm admissum seniorem de primogenito in primogenitum: Vicit de Iure Michael, reportata per eum fauorabili Sententia in Tribunali A. C. cum successiua Decisione Sacri Auditorij *coràm clar. mem. Card. Vicecomite;* Sed de facto Bona detinuit Dionysius, à quo transfusa extitêre in Balassem, & Alphonsum filios, donèc insurgentibus Alberto, & Antonio ex Ænea fratre nepotibus Michaelis, hi parùm felicem aleam experti sunt, reassumpto quippè Iudicio coràm nostro Tribunali supèr assequenda Immissione non minùs *coràm Card. Thaurusio,* quàm postmodùm *coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano,* & deincèps *coràm R. P. D. meo Priolò,* decisum, ac respectiuè definitum fuit, non esse dandam expetitam ab ipsis Immissionem: Et hodiè, licèt robustè restauratâ pugnâ, id ipsum prodijt rescriptum, conuenientibus *Dominis,* nouissimam Sententiam *R. P. D. mei Prioli* confirmatoriam alterius *Reuerendiss. Decani* rursùs fore confirmandam.

Incassùm quippè contendebant Actores, quòd cùm intèr dimicantes, vt præmisimus, ab initio de Iure triumphauerit Michael, vtpotè senior in linea Vincentij apertissimè substituta pòst obitum filiorum Testatoris, iàm satis, supèrque manebat satisfactum illi maiori ætati, quam in ingressu cuiuslibet lineæ substitutæ Testator exoptauerat,
1 ideòque cùm quærendum esset de nouo successore pòst maiorem natum iàm legitimè admissum, non alius successor erat expetendus, quàm intèr proximiores eiusdem admissi senioris, ità communitèr distinguentibus respectu ingressus, ac progressus *Sacc. cons. 136. n. 11., & 49., & cons. 233. n. 34., Bartholom. Gatt. cons. 7. num. 29. vers. ergò cùm in successionibus, Capyc. Galeot. controu. 11. sub num. 6. vers., & primò lib. 1. Amat. var. resolut. cap. 10. num. 21., Horat. Barbat. de fideicom., & Maiorat. par. 2. cap. 3. sub num. 81., Torr. de Primogenit., & Maiorat. Ital. tom. 3. decis. 6. num. 22., De Luca de lin. legal. artic. 8. num. 80., Rot. decis. 520. num. 3. coram Merlino.*

Quapropter datâ iuridicâ admissione memorati Michaelis, vtiquè nulli alij poterant censeri proximiores ipsi Michaeli, quàm Albertus, & Antonius Actores, ex quo erant illius effectiui ex Ænea fratre Nepotes, maximè in concursu Dionysij, Balassis, & Alphonsi de alio longè discreto Columnello existentium, & in valdè remotiori gradu coniunctorum eidem Michaeli:
2 Quamuìs enim regularitèr huiusmodi discursus, & propositio locum sibi vsurpare videatur, quandò agitur de filijs, alijsque descendentibus vltimi possessoris, etsi minoribus in æuo, quià adhùc durat in illis non solùm qualitas primogenialis ab omni Iure Diuino, & naturali sempèr antelata, sed etiàm altera paritèr qualitas proprij, verique Maioratus regularis, ad fusè tradita per *Molin. de primogen. Hyspan. lib. 1. cap. 5. num. 20., Rot. Ianuen. penès Palmam Nepot. tom. 2. decis. 195. num. 5., & intèr eius allegat. tom. 4. alleg. 395. ex num. 71. vsquè ad 79., & num. 129., Votum Sac. Rotæ Auditorum Seraphini, & Pamphilij in Causa Ianuen. Maioratus de Grimaldis penès Torr. de Primogen. Ital. tom. 3. decis. 19. sub num. 1. vers. tamèn hoc procedit.*

Nihilominùs casu, quo senior admissus nullam pòst se sobolem, vèl descendentiam relinquat, vt in præsenti, non erat ob id
3 discedendum ab eadem regula Maioratus regularis, sed loco filiorum, ac descendentium subingredi debebat proximior ipsi defuncto, affirmante hoc in terminis *Torr. de Maiorat., & Primogen. Ital. lib. 1. cap. 17. §. 3. sub num. 20.* vt ibi = *Non debemus discedere à dispositione Iuris communis, vt pòst Patrem admittatur filius, ac mortuo possessore sinè filijs admittatur proximior in gradu, cum prælatione tamèn natu maioris intèr existentes in pari gradu:* Et conspirantibus in idem duabus conclusionibus, alterâ, quòd Bona
4 in vnam lineam etiàm subalternantem ingressa non debeant ab ea diuertere, nisi ipsâ totalitèr euacuatâ, & extinctâ; &
5 alterâ, quòd in quibuslibet successionibus vltimarum voluntatum sempèr de laudabiliori, & communiori sententia anteponatur proximior vltimo defuncto, seù grauato, secundùm ea, quæ in specie primæ proposi-

tio-

tionis vno ore animaduerterunt *Gatt. conſ.8.num.8., Palm. Nep. allegat.93.num.3., Manſ. conſult.96. num 65., & conſult.97. num.19., Fontauell. decif.34., & 35. per tot., Rot. decif.109. num.19. par.2., decif.519. num.17., & ſequen. par.15. recent., decif.682. num.7., & ſequen. coram Buratt., & decif. 122. num. 21. coram Emerix iun.*, & in propoſito ſecundæ *Vrceol. conſult. forenſ. cap.12. num.7., & 36., Caſtald. conſult.226. num.13., Bonden. collect. legal.41. num 109. tom.1., Cirocc. diſcept.26.num.91., Baitell. de vltim. volunt. decif.2. num.228., & decif.10. num.94., Rota decif.58. num.9., & decif. 211. num. 14. part. 14. recen., decif.21. num.1. 2. & 3., & decif.35. num.2. coram ſan. mem. Alex. VIII.*

Abſquè eo, quód ab hoc receptiori Voto *Doctorum*, per quód euitatur aſperitas ſaltuationis de vnâ linea, ſiuè de vno Columnello ad alteram lineam, vèl Columnellum, receſſum vllo modo ſuaderent iteratæ ſubſtitutiones conceptæ per Teſtatorem ſub illa expreſſione = *il più vecchio*: Quoniàm nullibi apparebat appoſita per modum regulæ indefinitæ, itaût euinceretur, Teſtantem voluiſſe in quocumque abſoluto caſu Maioratum irregularem, & perfectè ſaltuarium conſtituere, ſed hoc erat ad terminos ſuperiùs inſinuatæ diſtinctionis ſempèr temperandum, ac intelligendum in ipſo ingreſſu nouæ lineæ, nouique generis ſubſtitutorum, non autèm quotiès, pròut hìc, ingreſſa ſucceſſione in linea, ſeù Columnello Michaelis, iàm expleta remanſerat intentio admittendi ſeniorem à principio, proindèque neceſſarium erat, vt alio non apparente vinceret proximioritas, & prohibita reſtaret translatio ſucceſſionis de Columnello ad Columnellum, ſiuè de linea ad lineam,
6 quandò præſertìm, præciſiuè à *Scribentibus* ſuprà laudatis, in hac indiuiſa materia conſtantèr præſumere debemus, quòd Teſtator ſeſe conformare ſtuduerit ſanctioni Iuris communis ſempèr proximiori deferentis hæreditatem, per *Text. in leg. Heredes mei, §. Cùm ità, ff. ad Trebell., Bellon. iun. conſ.17. num.41., Marc. Salon. de Pace conſ.29. num. 10., Molin. de primogen. Hyſpan. lib. 3. cap.6. num.2. verſic. illius autèm, Torr. de Maiorat., & Primogenit. Ital. tom.1. cap.24. num. 15., & 16. cum ſeqq., & cap.41. §.3. num.5., & 6., Rot. Florent. penès eumdem tom.3. decif.21. num.33.*

Nil adiuuante illa dictione, *e così*, vt ibi = *vadino al più vecchio della linea di Vincenzo ſuo Auo, e così ne ſuoi figlioli*, quòd & Fideicommittens repetijt in linea Alexandri: Quoniàm Teſtator immediatè ſubiunxit = *di primogenito in primogenito ſino che ve ne ſarà di detta linea*, proindèque tantum aberat, quòd præfata dictio = *e così* cenſenda foret adiecta reſtrictiuè, ſiuè relatiuè *al più vecchio*, quin potiùs ſtare magis videretur ad deſignandum pòſt ingreſſam ſucceſſionem in ſeniore ordinem primogenialem *di primogenito in primogenito ſin chè ve ne ſarà di detta linea*, iuxtà illam
7 quidditatem veri ordinis primogenialis, & Maioratus regularis, per quam ſucceſſio ſempèr deſcendit de Patre in filium vſquè in infinitum, &, ſi neceſſitas expoſtulet, deflectit ad latera proximiora, ex benè in propoſito ponderatis penès *Menoch. conſ.442. num.26., Cancer. var. reſol. part.3. cap.21. de tranſmiſſ. num.291., & ſeqq., Giurb. de ſucceſſ. Feud. cap.118. §.2. gloſſ.10. num.33., Rouit. ſupèr Pragmatic.11. de Feud. ſub numer.63., Molin. de Primogen. Hyſpan. lib.3. cap.6. num.29., Rot. Florentin. penès Torr. de Maiorat., & Primogenit. Ital. tom.3. decif.2. num.29. 30., & 31.*

In contrarium etenìm longè ſolidiùs *Domini* reflectebant, quód vèl ingreſſio huius ſucceſſionis conſideranda erat in linea Vincentij de facto, & pròut ſecùm ferebat actualitas poſſeſſionis, eoque caſu omnia ratiocinia, omneſque *Doctrinæ* per Actores inſinuatæ diametralitèr retorquebantur, quià actualis poſſeſſor Bonorum Primogenituræ, ſeù Maioratus pòſt obitum filiorum Teſtatoris extitit Dionyſius Pater Reorum, & abindè citrà eadem poſſeſſio tranſijt in eoſdem Reos; quapropter, vtì dicebat *Torr. in loco ſuperiùs allegato*, non erat permittenda ſaltuatio Bonorum, illorumquè transfretatio de linea ad lineam, ſiuè de Columnello ad Columnellum, & omnis regula
8 declamabat, quòd Bona ſiuè Primogenituræ, ſiuè Maioratus in vnam lineam, vèl Columnellum ingreſſa non debent regularitèr exire ab eadem linea, ſeù Columnello, donèc non fuerint totalitèr extincti, ſiuè euacuati, vt prætèr ſuprà allegatos præcisè contrà celebre reſponſum *Bald. in leg. cùm antiquioribus ex num.15. vſquè in fin. C. de iur. deliber.* ſupèr ſucceſſione Regni Neapolis, communiùs tenent *Grat. conſ.6. num.25., & conſ.8. num.6. lib 1., Decius conſ.443. num.29., Berret. conſ. 134. nu.27., Barbat. conſ.10. lib.2., Ramon. conſ.100. num. 483., Fuſar. conſ. 39. num. 29., & conſ.41. num.77., Surd. conſ.403. num.34., & 88., Menoch. conſ.887. num.35., & ſeqq., Bardellon. conſ.60. num. 22. lib.1., Vaſquez de ſucceſſ. creat. lib.3. §.27. limit.31. num.19., Caſtill. controu. lib. 3. cap. 19. num. 167., Grammatic. decif.93. num.1., Milanen. decif.10. num.74. lib.1., Larr. decif.54. num.1., Rot. decif.15. num.8., & decif.100. num.1. part. 2. diuerſ., decif. 107. num. 4. coram Buratt., & decif.622. num.4. coram Bichio.*

Atquè hæc pars dilemmatis ſupèr conſide-

deranda actualitate possessionis non vacabat suo fundamento: quoniàm etsi contrà Dionysium Michael superauerit præcipuè apùd nostrum Sac. Tribunal *coram clar. mem. Card. Vicecomite*, adhùc tamèn cùm huiusmodi Iudicatum de facto sortitum non fuerit aliquem effectum, desupèrque penderet adhùc litigium, vtiquè vis eiusdem pendentiæ efficiebat, vt nihil gestum, & iudicatum positiuè censeretur; præcedens
9 namquè Sententia ob interpositam appellationem in nostro Auditorio habenda erat prò non lata, & simplex *Decisio*, quæ deincèps emanauerat, nullum gradum Iudicati poterat constituere, vt in terminis primæ conclusionis tradunt *Card. De Luca de Iudic.discurs.36. num.45. vers. Quamuis, & disc.37. num.46.*, *Fontanell. decis.420. numer.30. lib.2.*, *Rota decis.55.num.11.part.14. rec.* cum alijs *in tractat. de Commerc., & Mercatur. disc.38., & disc.91.* vtrobiquè
10 *num.15.*, & in proposito secundæ *Vrceol. de transact. quæst.44. num.8., & 9.*, *Rot. decis. 25. num. 18., & 19. coram san. mem. Alex. VIII.*, *decis.158. num.8. coram Buratt.*, *& decis.284. num.6. ad med. coram Merlin.*

Aùt verò retenta suppositione Iuris dicendum erat, quòd Michael, & non Dionysius foret reputandus pro iuridico possessore huiusce Maioratus, seù Primogenituræ, & tùnc (subijciebant *Domini*) validiùs quidèm perurgebant memorata ratiocinia allata per Nepotes exaduersò eiusdem Michaelis; Sed nihilominùs eadem ratiocinia satis claudicare videbantur in Iure, & multò magìs in facto, siuè, vt dicunt *Dialectici*, in applicando actiua passiuis: Nàm non est absolutum, quòd vbi Testator ad propriam successionem inuitauit *il più Vecchio*, hoc intelligatur tantummodò in ingressu ipsius successionis, quandò quæstio non est de perseuerantia, seù continuatione eiusdem successionis in linea effectiua, ac descendente ab vltimo possessore, videlicèt de Patre in filium, quoniàm vt annotabam in *Consultatione* impressa apùd *Mans. consult.706. fol.203. tom.8. §. Siquidèm*, quidquid senserit *Grat. cons.6., & 7. lib.1.*, *Bar-*
11 *bat. cons. 10. lib. 2.* etiàm in Italia non ità de plano confunduntur Maioratus, & Primogenitura, itàut [quidquid etiàm dixerit absquè vlla præcisa, siuè indiuidua *Authoritate*, vèl perstringenti ratione *Torr.* superiùs nominatus] non possit cœca fide procedi cum schala elementari fauore Primogenitorum, multòque idcircò minùs fauore Transuersantium, seù lateralium, ex ijs, quæ in præfata *Consultatione* apùd *Mans.* referuntur, & sunt *Redenasc. con.82.*, *Amat. Panormit. resol.1. num.12. 17., & 28.*, *Capyc. Galcott. contr.48. lib.1.*, *Ciarlin. con-*
trou. 222. num. 49., *Palma Nep. alleg. 50. num.5.*, *Rocca disput. Iur. capit.4 num.13.*, *Card. De Luca de fideic. disc. primo num.4.*, *Rota Florentin. penès Mans. consult.99. ex num.46. vsquè ad finem*, *Sac. Rota decis.66. num.2. part.14. recent.*

Quamobrèm ad dissoluendas hascè genericas disputationes recurrendum erat (vt *Domini* ponderabant) ad peculiares facti circumstantias, vtrùm scilicèt verisimiliùs ex vi verborum, totoque contextu dispositionis Testator voluerit, obeunte posteriore sinè filijs, & descendentibus, haberi regressum ad qualitatem senioritatis anxiè sempèr à se exoptatam, vèl potiùs procedere ad normam Iuris communis, ac generalis & ordinariæ methodi in successionibus ab
12 intestato præscriptæ; vndè ob id rectè concludebat *Card. De Luca de fideicom. disc.1. num.14., & 21.*, quòd hæc erat altercatio facti potiùs, quàm Iuris, quòd & censuere laudati in præfata *Consultatione* relata per *Mans. sub §. Profectò*, intèr quos etiàm connumeratur *idem Torr. de Primogenit.*

Posito itaquè, quòd posthabitis generalitatibus sanius esset recurrere ad factum, palmare erat, & euidens, quòd Testator præ oculis ab initio absquè alia acceptione personarum habuerat in linea Vincentij = *il più Vecchio*, proindèque quisquis esset = *il più Vecchio*, & insimùl de linea Vincentij, fundatam habebat intentionem prò sua inclusione ad exclusionem iunioris, vt erat
13 Dionysius respectu Alberti; quamobrèm etiàm sufficiebat eidem Dionysio habere litteram, seù regulam prò se, vt transfunderet onus docendi de limitatione in Albertum, *Surd. cons.180. num.9., & 10.*, *Valenzuel. cons.97. num.217., & 218.*, *Castill. contr. tom.6. cap. 180. num. 16.*, *Mans. consult.95. num.11., & seqq.*, *Guttier. practic. lib.3. quæst.4. num.13.*, *Rota Ianuen. penès Palm. Nep. allegat.394. num.35.*

De huiusmodi autem limitatione minimè apparebat ex *Authoritatibus*, & argumentationibus desupèr in obiecto promotis; Iàm enim circà abstractam propositionem, vtrùm Testator præsumatur anteferre voluisse etiàm in progressu simplicem qualitatem maioritatis, vèl potiùs ordinem descensiuum Primogenij, res versabatur in ancipiti secundùm varias contingentias, & dissonantias *Doctorum* in materia scribentium: vndè redacta firmiori trutinatione ad casum in concreto, Balasses vltrà intentionem in sola littera fundatam optimè concludere videbatur, quòd altera aduersatiua qualitas primogenialis stabat cum præsupposito, quòd iàm senior admissus relinqueret filios descendentes ordine graduali, & successiuo, vt ibi = *E così ne suoi figlioli, però primogeniti, di primogenito in primogenito, finchè ve ne sarà di*

di detta linea, ſicquè dùm ipſe Albertus non
erat filius, aùt deſcendens Michaelis, nequi-
bat reputari ſubincluſus in præfata gradua-
litate, ac ſucceſſibilitate de primogenito in
primogenitum, cùmque aliundè non foret
ſenior, poterant ſempèr Balaſſus, & Alphon-
14 ſus poſſeſſores, prò quibus etiàm in dubio iu-
dicandum erat, opponere vulgatum nimis
adagium = *quòad te liberas ædes habeo, quià*
15 *ſubſtitutio de te non loquitur, nequè de tam-
quàm ſeniore, nequè de tamquàm primogenito*,
ad vulgare dictum *Io. Andreæ in addit. ad
Speculat. tit. de Teſtament. §.1. verſ. Occur-
rit in fine, Rodulphin. allegat.113. num.26.,
Rot. deciſ.149. num.3. & 4. part.16. rec., in
Carpentoraten. Hæreditatis, ſeù Fideicommiſ-
ſi 14. Martij 1687. § Poſita, coram Reve-
rendiſſ. D. meo Decano* (*nùnc intèr illas coram
Molines deciſ. 13. num. 19.*) *& in Reatina
Fideicommiſſi 22. Martij 1700. §. Iàm enim*,
coram Me (ſuprà *deciſ.139. num.1.*)

Potiſſimè, quià adiungendo ſubſequen-
tem ſubſtitutionem in linea Alexandri per
ea verba = *e poi vadino al più Vecchio della li-
nea del Signore Aleſſandro Naldi, & à Monſi-
gnor Vicario ſuo Fratello, ſe in quel tempo' fuſſe
viuo, e così di primogenito in primogenito, finchè
ve ne ſarà di detta linea*, comprobabatur,
quòd qualitas primogenialis extitit à Te-
ſtatore dumtaxàt volita, ſiuè antelataqua-
tenùs ſenior admiſſus relinqueret deſcen-
dentes à ſe, non verò [vt in præſenti] tranſ-
uerſales, qui nuſquàm poſſunt compræhen-
di ſub vocabulo, & gradualitate = *di primo-
genito in primogenito*; dato enìm caſu, quòd
præfatus Vicarius Alexandri frater ſuperui-
xiſſet, eccè quòd illius reſpectu Teſtator
reſpexit ad ſenioritatem; in ſubſequentibus
autèm verbis immediatè adhærentibus in-
cluſioni ipſius Alexandri = *di primogenito
in primogenito, finchè ve ne ſarà di detta li-
nea*, profectò nullibì potuit haberi per hæc
verba reflexus ad ſupradictam gradualita-
16 tem, & ordinem primogenialem, cùm tam-
quàm Sacerdos, & Vir Eccleſiaſticus, pro-
lem de Iure pòſt ſe relinquere non poſſet,
*Rocca diſp. Iur. lib.1. cap.4. ſub num.7. verſ.
Parìmque, Torr. de Maiorat., & Primoge-
nit. Ital. lib.1. cap.30. §.4. ſub num.90. verſ.
Quià eo caſu, Rot. deciſ.346. num.4. part.12.
recen.*

Hocquè themate retento, ruebat etiàm
fundamentum ſtabilitum ſupèr iuridica ſuc-
ceſſione Michaelis in concurſu Dionyſij,
quià cùm Michael, paritèr Sacerdos, re-
linquere pòſt ſe non valeret filios, & gra-
dualitatem de primogenito in primogeni-
tum, intantùm coràm A. C., & in Sacro
Auditorio potuit ſuperare Dionyſium, in-
quantùm Teſtator nudè reſpexerat ad ſenio-
ritatem, poſthabita qualibet alia pondera-
tione proximioritatis, maximè in Teſtato-
17 re tranſuerſali, reſpectu cuius faciliùs in-
ducitur præſuppoſitio Maioratus ſaltuarij,
quàm regularis, *Fuſar. conſ.29. num.31.,
Frat. diſcept. forenſ. cap.38. num.8., Rede-
naſc. conſ.82. num.5. verſ. vbi addit, Palm.
Nep. allegat.50. num.14., Manſ. conſult.95.
num.21., & 22., Rot. Lucen. penès eumdem
conſult.96. num.37., Card. De Luca de fidei-
comm. diſc.1. num.16., Vrceol. deciſ. Flo-
rent.22. num.35.*

Reſpondere autèm, quòd hæc omnia re-
ſpiciant ingreſſum, non progreſſum, magis
eſt expetere principium, vt paritèr pondera-
batur in dicta *Conſultatione* apùd *Manſ.
tom.3. conſult.706. §. Diſtinctio autèm*; Si-
18 quidèm Balaſſio poſſeſſori ſat eſt, vt iàm
diximus, ineluctabilitèr replicare = *tu non
es ſenior, nèc ſenioris admiſſi filius = tu non
es primogenitus*: ergò in hac ambiguitate
diſtinctionis allatæ per *Scribentes* iuxtà con-
19 tingentiam caſuum, qualitas maioris æta-
tis ſempèr in linea Vincentij, & in alijs
quibuſcumque exoptata, prævalet omni
ſubintellectui, & diſputationi controuerti-
bili, & non claræ, ad monitum I. C. *in
leg. Ille, aùt ille, ff. de legat.3.*, de quo
*Palm. Nep. allegat. 180. num. 12., & alle-
gat. 338. num. 18., Rot. in Romana Cen-
ſus 18. Martij 1697. §. Porrò, coram bon.
mem. Vrſino.*

Poſtremò claudicabat apùd *Dominos* vlti-
mum refugium Actorum aduersùs tradita,
vtquedùm innixum illi concluſioni generali,
quòd cùm Teſtator præſumatur ſe confor-
mare voluiſſe ſanctioni Iuris communis,
hìnc deficiente deſcendentia in Michaele
cenſendum foret magis illius ex fratre Ne-
potes prætuliſſe, quàm longè remotiores,
20 attentâ regulâ, quòd in hiſce ſucceſſionibus
fideicommiſſarijs præferenda ſempèr veni-
ret proximitas ergà grauatum, quàm ergà
grauantem: Quoniam, vltrà fallentias dari
21 huic nouiſſimæ regulæ conſuetas, quandò
videlicèt agitur de neceſſaria tranſlineatio-
ne ob defectum filiorum vltimi poſſeſſoris,
vt pòſt *Ludertb.*, *Caball.*, & alios annota-
uit *Rodulphin. allegat.13. num.5., Palm. Nep.
allegat.221. num.89., Rot. deciſ.469. num.4.5.
& 6. part.13., & deciſ.232. num.35. part.19.
rec.* huiuſmodi diſcurſus in aliqua poſſet ha-
beri conſideratione, quotiès non habere-
mus ex altera parte voluntatem defuncti in
exquirendo ſempèr ſeniorem in qualibet li-
nea à ſe ſubſtituta, & permittendo dumta-
xàt, ſiuè ordinando gradualitatem primo-
genij *de primogenito in primogenitum*, in ca-
ſibus videlicèt, in quibus verificabilis eſſet
hæc gradualitas per obitum poſſeſſoris cum
filijs, & deſcendentibus; nàm vbi aliqua-
22 litèr conſtat de contraria Teſtatoris vo-
luntate, locum ſibi non vindicat propoſitio
de perpendenda proximioritate ergà graua-
tum

tum, ex traditis per *Gratian. discept. forens. cap.493. num.21., & 22., Ioseph. De Rosa consult.2., Amat. Panormit. resolut.10. numer.32., & seqq., Rot. decis.673. num. 1. & sequen. coram Pania, decis.315. num.3. coram Dunozet. sen., decis.33. num.6. coram Card. Celso, decis.622. num.6. coram Bichio, decis.98. num.15., & sequen., & decis.135. num.10., & 19. part.8., & decis.297. num.1., & seqq. part.12. recen.*

Igitùr à primo ad vltimum *Domini* resoluerunt, Sententiam Rotalem esse confirmandam, quià è conspectu ratiociniorum, quæ per Actores afferebantur, fortiùs vrgebant præsidium actualis possessionis, seù detentationis in Reis, littera senioritatis per Testatorem volita, & in toto eius Testamento consparsa qualitas etiàm primogenialis *de primogenito in primogenitum* desiderabilis in Actoribus, ac tandèm, quià
23 idipsum pro veritate consultus responderat, siuè fuerat interpretatus, occasione alterius præcitatæ controuersiæ intèr Michaelem, & Dionysium, grauis I. C. *Angel. Rodulphin. allegat.12. per tot.*, & signantèr *in fine sub num.13.*

Vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

EX quinque *Decisionibus*, quæ præcesserunt in hac Causa, prima emanauit *die 5. Iunij 1673. coram Card. Federico Vicecomite* fauore Michaelis in Sacerdotali dignitate constituti, qui tamquàm senior ætate obtinuit excludi Dionysium ætate minorem, ac de cætero in pari gradu existentem; Et hæc non reperitur impressa intèr *recentiores*, nèc alibi.

Secunda fauore Balassi filij primogeniti præfati Dionysij intereà defuncti prodijt pòst lapsum 26. annorum, & præcisè sub die 6. *Iunij 1695. coram Card. Taurusio*, eaque extat *intèr impress. ad ornatum Card. De Luca tom.2. lib.10. decis.4.*, & fuit confirmata *die 5. Decembris 1696. coram Molines*, vt videre est *intèr suas tom.2. decis.470.*; Quarta paritèr confirmatoria *coram Card. Priolo* edita *die 23. Februarij 1699.* habetur in *Mantiss. ad præcitatum De Luca tom.4. lib.16. decis.28.* Sed quinta, & vltima *coram eodem Priolo* emanata sub *die 15. Ianuarij 1700.*, & de qua meminit *Calderon. resol.21. sub num.15.*, non habetur vllibi per extensum impressa.

Quòd Maioratus in vnam lineam ingres-
24 sus perpetuari debeat intèr omnes descendentes eiusdem lineæ natu maiores, nèc ad aliam diuersam lineam pertranseat, nisi constet de contraria voluntate institutoris, vltrà alleg. in præsenti Decisione *num.8.* firmant quoquè *Guttier. cons.13. num.11.*, *Fab. de Anna cons.53. num.116.*, *Anton. Perez. cons.33. num.13.*, *Casanat. cons. 38. num.114.*, *Ludou. Bell. cons.124. num.19.*, *& 24.*, *Rouit. cons.15. num.47. lib.1.*, *Gusal. ad Peregrin. de fideic. art.20. vers. Secunda fit conclusio*, *& seq.*, *Io: Francisc. Marcian. disp.10. num.11. cum seq.*, *Francisc. Palm. consult.58. num.40.*, *Roxas de incompat. Regn. part.7. cap.6. num.14.*, *Mans. consult.197. num.39.*, *& 40.*, *Episc. Rocca select. disput. Iur. cap.3. num.5.*, *& seqq.*, *Rot. Florent. in vot. impress. apùd Palm. Nep. alleg.100.*, *& in alio Motiu.*, *seù decis. registrata penès Balducc. rer. iudic. tit.3. dec.36.* vtrobiquè *num.1.*, *& seq.*

Ad hoc autèm, vt constare dicatur de contraria voluntate disponentis, nimirùm vt pòst mortem possessoris natu maioris admittatur senior existens in diuersa linea,
25 vèl requiruntur verba clara, & vniuoca, quæ de per se importent incompatibilitatem cum successione lineari, seù descensiua, prout signantèr sunt constans, & perpetua vocatio, aùt substitutio *senioris de Domo, & Familia*, similitèr vocatio *maioris prò tempore existentis*, necnòn vocatio, seù substitutio *senioris superstitis*, & similia, quæ in necessariam consequentiam inuoluant exclusionem filiorum vltimi possessoris, & de quibus peragunt *Bero. cons.71. vol.1.*, *Gabr. cons.105. lib.1.*, *Peregrin. cons.39. lib.1.*, *Surd. cons.403.*, *& 455.*, *Maluas. cons.22.*, *Honded. cons.70. lib.2.*, *Bellon. iun. cons.11.*, *Mart. cons.13.*, *Thob. Bensar. intèr consil. diuers. Sicul. illustr. cons.17.*, *Ariott. Beniell. cons.6. ex num.138.*, *Seraphin. Massin. in vot. impress. in eius tract. de Confisc. quæst.33. ex num.7. vsquè ad fin.*, *Cepye. Galeot. contr. 48. lib.1.*, *Altograd. iun. contr.75.*, *Ciarlin. contr.222.*, *Ang. Rodulphin. alleg.36. numer.8. cum duob. seqq.*, *& alleg.176. per tot.*, *Adden. resol.81. ex num.21. cum plur. seqq.*, *Palm. Nep. alleg.50.*, *Clericat. de Benef. discord.60.*, *Mans. consult.93.*, *Calderon. resol.21.*, *Peguer. decis. Cathal. 114.*, *Amenzan. decis. Ianuen.1.*, *Vrceol. decis. Florent.22.*, *Rot. in Ianuen. Iurispatronatus 25. Iunij 1607. §. Nequè obstare cum plur. seqq. coram Card. Lancellotto iun. m. s.*, *& coram Emerix sen. decis.51.*, *repetita in recent. decis.66. part.14.*, *& coram Molines decis.293.*, *& 312.*, *& in Romano Fideicommissi de Alueris 21. Iulij 1715. coram Card. Scotto*, *& 27. Martij 1716. coram bon. mem. D. nico Ansaldo.*

Vèl saltèm oportet, vt adducantur coniecturæ adeò perspicuæ, ac perstringentes,
26 vt necessariò concludant, talem fuisse mentem ipsius conditoris Maioratus, sicuti alijs antiquioribus relàtis declarant *Laura de contrauers.*, *& Cappell. lib.1. cap.4. num.43.*, *& 45.*, *Palm.*

Palm. Nep. alleg.99., & *alleg.393.* vtrobique *num.2.*, *Rot. Lucen. post Torr. de Primogen. tom.3. decis.33. num.80.*, *Rot. Florent. apud Balduc. vbi suprà dicta decis.36. num.5.*, & *num.18. cum seqq.* adeòut si ver-
27 ba admittere valeant alium sensum,& coniecturæ remaneant æquiuocæ, & ad alium diuersum effectum referibiles, standum veniat regulæ in dubio semper militanti prò continuatione Maioratus in linea admissa, vt solidè, ac rationabilitèr comprobant *Toudut. resol. ciuil.cap.89.num.20.*, *Francis. Palm. consult.96. in fin.*, *Palm.Nep. dicta alleg.99. num.3*, & *dicta alleg.393. num.6.*, *Rot. Lucen. post cit. Torr. dicto tom.3. decis.14. num.59.*, *Rot. Ianuen. apud Balduc. vbi proximè dicto tit.3. decis.34. nu-*
28 *mer.15.* Et generalitèr, quòd Maioratus, aliaque dispositio inducens successionem saltuariam reputetur in Iure odiosa, itaùt in qualibet dubietate semper capienda sit interpretatio prò illius exclusione, pluriès firmauit *Rot.*, & præsertim in *Spoletana Iurispatronatus 19. Iunij 1705. §. Et quamuis ad med. coram Omanna*, *in Bononien. Fideicommissi de Barberijs 12. Aprilis 1709. §. Propterea*, *coram Cassarello*, & *17. Ianuarij 1710. §. Assistit enim*, *coram Eminentiss. Aldrouando*, & *in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 1. Februarij 1715. §. Superaccedebat*, *coram Card. Scotto impress. apud Piton.de controuers.Patron. alleg.100.nu.490.* & paulò priùs in *Bononien. Primogenituræ de Cultellis 29. Ianuarij 1714.*, & *15. Februarij 1715. coram Card. Falconerio*, intèr eius nùnc impressas *tom.3. tit. de Primogen. decis.5.num.20.*, & *decis.6. num.11.*

Pro exclusione perpetui saltus in Maioratibus, ac Primogenituris vide etiàm vltrà superius sparsim citatos *Bartholom. Gatt. cons.7.*, & *8*, *Card.De Luca de fideic.disc.1.*, & *seqq.*, *Palm. Nep. alleg.84.*, & *100.*, *Rot. coram R. P. D. meo Crispo decis. 75. num.8.*, & *seqq.*, & *in Maioricen. Beneficij 4. Iulij 1696. §. Penult.*, & *final. coram Card. de la Tremoille*, & *in Assisien. Primogenituræ de Amicis 21. Iunij 1717. coram Foscaro.*

A. Lupardus.

LEODIEN. CANONICATVS SVPER DECLARATORIA.

Ven. 11. Martij 1701.

ARGVMENTVM.

Omittitur, quià satis liquet ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria incursus Censurarum datur seruatis solitis formalitatibus*, & *non docto de paritione*.

Et faciliùs conceditur, quotiès constat de animo non parendi Executorialibus, num.2. & 3.

4 *Decanus Sacræ Rotæ passim subrogat alium Ponentem in casu promotionis, obitus, infirmitatis, aùt absentiæ illius Auditoris, cui directa erat Commissio.*

Et plerumquè subrogare solet eum Auditorem, qui sit proximior in ordine sedendi, & *de ratione*, n.5.

Talisque Auditor subrogatus à Reuerendiss. Decano non indiget noua Commissione ad effectum, vt possit Mandata relaxare, & *ad definitiuam procedere*, n.7.

Non obstante, quod idemmèt subrogatus præcedentèr in Causa pronunciasset, ibid.

6 *Auditor Rotæ, cui Causa erat commissa, pòst relaxationem Mandati, aùt prolationem Sententiæ nequit ampliùs in ea se ingerere absquè noua Commissione.*

DECISIO CLXXXV.

CONquestus in hodierna Audient.ª iterùm Henricus, quòd Capitulum Leodiense, nèc prima vice, vt par erat, Mandato nostro obtemperauerat, postquàm & illud fuerat à plena Signatura Iustitiæ canonizatum, eidemque Capitulo plusquàm legitimè notificatum, nèc etiàm deincèps, subsecuta veluti ex integro, nimirùm coràm nobis suffragantibus Sacri Tribunalis Auditoribus confirmatione eiusdem Mandati in executionem nouæ Commissionis, siuè rescripti = *Alteri, qui ad legitimam* = meritó obtinuit, quod *Domini*, præcognitâ reclamationis iustitiâ, & assueta in hoc casu requisitorum iustificatione, nequaquàm abstinere valuerint, quominùs benignè, & superabundantèr attributo ad parendum alio termino vnius mensis Capitulo nimiùm contumaci, eidem darent significationem, vt fugerent à facie arcus Censurarum, Mihi idcircò iniungentes, vt Declaratoriam ab Henrico omni iure expetitam, defluxo tamèn præfixo termino, pronè relaxarem.

Non enim ambigi poterat de præmissis, vt diximus, requisitis pro parte Henrici amplissimè impletis, dùm hodiè is in toto nouo *Summario* per eum distributo demonstrabat, quòd vltrà præcedentem paritionem à Capitulo non factam primæuo Mandato de ipsum immittendo in possessionem controuersi Canonicatus, non obstante eorumdem terminorum obseruatione, adhùc & nupèr expeditis *coràm bo. me. Iacometto* vlterioribus litteris Executorialibus, illisque Capitulo congruè intimatis, & insupèr ex abundanti ad valuas etiàm Ecclesiæ Cathedralis

thedralis affixis, nihilominùs Capitulum renuit ipsi Henrico possessionem præfati Canonicatus impartiri, vsquè ad nullum exhibendum responsum reuerenti illius sollicitudini, & instantiæ, vtrùm Capitulum intenderet Rotalibus, & Apostolicis iussibus obedire: Quapropter ad hunc effectum
1 inutilitèr dilapsis solitis quatuor terminis ad finem obtinendi paritionem, vèl saltèm aliquod responsum, *Domini* (quantumuis ægro animo) seruando stylum Sacri Auditorij, coacti ex Iustitia extiterunt præfatam decernere Declaratoriam, sinè incursum Censurarum, prout in simili inobedientia practicari sempèr assueuisse testatur, & docet insignis Canonista, nostrique Ordinis Auditor *Felin. in cap. ad probandum num.6. de re indic.*, *Cassador. decis.6. nu.10. de caus. poss. & propr.* cum reliquis *in decis.227. num.2., & per tot. par.10.*, *& decis. 137. num. 3. & seqq. par. 19.*, & alibi quotidiè.

Absquè eo, quòd in subiecta thesi, vèl vllum ad excusandum Capitulum non informans *Domini* valuerint ex officio in re tàm graui afflictionis Animarum obiectum sibi anteponere, dùm insistente, vt suprà, Henrico prò executione finalium Executo-
2 rialium, nèc etiàm Capitulum verbotenùs ostendit animum habuisse humiliandi caput Apostolico iudicato; in quibus sanè circumstantijs, videlicèt non accedente reali, vèl saltèm aliqua verbali promissione parendi, procaciorem esse contumaciam, idcòque minùs tolerabilem ad effectum suspendendi telum Censurarum, in longè durioribus respondit *Rot. dicta decis. 227. n.6. par.10.* cum alijs cumulatis in *dicta dec.137. num.8. & 9. par. 19.*, *& in Pisana Iurispatronatus supèr Declaratoria 2. Iulij 1700. in principio coràm Me* (*suprà decis.169.*)

Præcisiùs quoquè reflectendo, quòd expedito in prima Instantia præcedenti Mandato de immittendo Henricum pòst approbationem Signaturæ Iustitiæ cum Clausula = *sinè præiudicio* coràm Me, tùnc ipsum Capitulum aliquam visum est speciem exhibuisse obedientiæ per sibi reseruatam maturiorem deliberationem, *Summario* Informantis *num.3.*; sed in hac secunda stringentiori paritione debita Executorialibus coràm prælaudato *bo. me. Iacometto*, nullum ampliùs, vt præmisimus, etsì pendulum,
3 & adfuturum responsum obtulit: Quapropter eò magis, indurata, & iterata voluntate non parendi detecta, nequibat Henrico denegari remedium Declaratoriæ per eum imploratum, quemadmodùm aliàs ponderatum quoquè fuit in *decis. 5. num.5. & seqq. coràm Arguell.*, *& coràm Ninot. decis.33. num.5.*, *& coràm Priol. decis.227. n.2. & seqq.*, *& coràm Cerr. decis. 365. n.1,*

Hancquè Mihi *Domini*, siuè *Reuerendiss. D. meus Decanus* Prouinciam demandarunt, ex quo interìm ab humanis prærepto præfato *bo. me. Iacometto* vlteriori in Causa Dele-
4 gato, idem *Reuerendiss. Decanus*, cuius muneris est, in locum Auditoris ad incompatibilem Dignitatem promoti, siuè demortui, vèl longa infirmitate, aùt absentia detenti, alium Auditorem subrogare, sicuti pariformitèr adnotatum fuit in *Melevitana Domus 15. Iunij 1699. in principio coràm Me* (*decis.96. tom.1.*) rectiùs pro sua
5 prudentia censuit Me in ordine sedendi proximum sufficere, nè turbaretur ordo Votantium de meritis Causæ instructorum, quià licèt vigore primi Mandati functus dici possem officio meo, nèc ampliùs sinè no-
6 ua Commissione ingerere Me deberem in Causa, vt ad terminos *Text. in leg: postea quàm 55. ff. de re iudic.* adnotarunt in specie nostri Auditorij *Guttierez Canonic. quæst. lib.2. cap.2. nu.15.* cum reliquis in *dec. 391. num.1. 2. & 3. par.18. rec.*

Adhùc hoc vtiquè locum sibi vindicasset, quotìes nulla de medio adesset noua, & effectiua Commissio alteri Auditori directa, vt extitit in hac Causa eidem *bo. me. Iacometto*; data namquè, seù per Papam, vèl Signaturam Iustitiæ subsignata noua Commissione alteri Auditori, si is ex vna de causis suprà recensitis remaneat impeditus cum plenaria executione consumere suam
7 delegationem, tùnc quià Commissio potiùs intelligitur directa ipsi Tribunali, quàm particulari personæ, idem idcircò Ponens, siuè Relator suffectus, qui Sententias profert, & Mandata relaxat non ad normam proprij, sed suffragij, & consilij aliorum Coauditorum, valet vigore præfatæ subrogationis in locum Auditoris sublati, vèl impediti Sententias, Mandata, cœteraque iuridica ordinamenta subscribere, relaxare, & expedire, Teste *Coccin. in suis adnotat. adnot.149: num.6. & decis.1791. n.7., & 8.* & consonat *Scacc. de Sentent., & re iudic. gloss.9. num.55.*, *Rot. cor. Put. dec.338. num.2. & per tot. lib.1.*, *& in Leodien. Plebaniæ Tongren. 20. Februarij 1679. sub princip. coràm bon. mem. Emerix iun.* (nùnc intèr suas *dec.401.*)

Et ità, Henrico tantùm informante, responsum fuit &c.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 14. Martij 1701.

ARGVMENTVM.

De præscriptione viæ executiuæ quandò intret, necnè, & ex quibus interrumpatur. Clausula = *Siquid exequendum*, quandò præsupponat

supponat; nenè competentiam viæ executiuæ, Bulla Baronum allegari potest excipiendo coràm quocumque Iudice, seù Tribunali, licèt, vbì agatur de exequendis Mandatis obtentis contrà Bona fideicommissaria à Barone possessa, debeat adiri Congregatio Baronum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor Census agere potest contrà Debitorem prò restitutione sortis ad effectum deponendi donèc adimpleat promissa in Instrumento impositionis.*

2 *Via executiua præscribitur spatio 30. annorum.*
Et de ratione, n.3.
Amplia, vt præscriptio procedat non obstante mala fide Debitoris præscribentis, n.4.
Limita, si constet de intermedijs solutionibus factis à Debitore, n.7.
Vèl de intermedijs instantijs, & præsertìm iudicialibus factis à Creditore, n.9.

5 *Modus faciendæ executionis, licèt non ipsa via executiua, præscribitur in Ciuitate, & Regno Neapolis per decennium.*

6 *Executoriales Rotales de stylo non possunt executioni demandari, nisi denuò disputato Dubio, an illæ sint exequendæ.*

8 *Tempus præscriptionis ad hoc, vt ea afficiat, debet esse completum vsquè ad vltimum momentum.*

10 *Signatura Iustitiæ rescribendo cum Clausula* = Si quid exequendum = *implicitè, & virtualitèr canonizat competentiam viæ executiuæ.*
Sed alij tenent, quòd ità rescribendo præsupponat competentiam viæ executiuæ, non tamèn illam canonizet, n.11.
Concilia vtramque opinionem, vt num. 12. & 15.

13 *Verba concepta per ablatiuum absolutum important conditionem.*

14 *Clausula* = Purgatis attentatis = *intelligitur quatenùs adsint, & non aliàs.*

16 *Præscriptio sortis, seù capitalis non intrat in materia Census, quamuis Creditor per 60., aùt 70. annos numquàm petierit fructus.*

17 *Præsumptio solutionis intrat ex lapsu longi temporis à die contracti debiti, vbi insimùl concurrat idoneitas Debitoris, & paupertas Creditoris.*
Alia præsumptio est, quandò Creditor distulit petitionem sui crediti pòst mortem Debitoris, vèl alterius personæ meliùs informatæ, n.18.

19 *Præscriptiones tot requiruntur, quot sunt anni in materia fructuum Census.*
Idemque procedit in annuis legatis, necnòn in alijs conuentionalibus præstationibus, num. 20.

21 *Soluens debitum alienum subintrat in iuribus dimissi Creditoris etiàm sine positiua cessione.*

22 *Præscriptio Statutaria Vrbis non procedit in Censibus.*
Nèc in contractibus iuratis, aùt aliàs obligatione Camerali munitis, n.23.
Similitèr non procedit contrà Fideiussores contractuum, n.28.

24 *Præscriptio inchoata contrà defunctum continuat contrà illius hæredem*, remissiuè.

25 *Hæres est eadem persona cum defuncto.*

26 *Vna, eademque persona materialis potest repræsentare duplicem personam formalem ob diuersitatem iurium, seù titulorum.*

27 *Cessionarius in omnibus, & per omnia repræsentat personam, & iura cedentis.*

29 *Probatio dubia non releuat.*

30 *Confessio ad hoc, vt præiudicet confitenti, debet esse clara, nullamque dubietatem admittens.*

31 *Bona fideicommissaria non sunt obnoxia debitis hæredis grauati.*
Excepto casu, quo hæres fuisset qualitate Baronali suffultus, quià tùnc vigore notæ Bullæ Baronum Bona fideicommissaria habentur, acsì essent libera, & allodialia, num.32.

33 *Bulla Baronum potest excipiendo allegari coràm quocumque Iudice, aùt Tribunali, &* n.35. 39., & 47.
Et de ratione, n.36. *&* 37.
Vbì autèm sermo sit de executione facienda super Bonis fideicommissarijs per Baronem possessis, necesse est recurrere ad Congregationem Baronum, n.34.

38 *Iudex actionis est etiam Iudex exceptionis, quinimò & reconuentionis.*

40 *Bona fideicommissaria in vim* Authent. res quæ *alienari possunt pro restitutione Dotis à grauato receptæ.*
Intellige in subsidium, deficientibus scilicèt Bonis liberis ipsius grauati, n.41.
Verùm existentia Bonorum liberorum grauati probanda est à Fideicommissario, vbì agatur de Dote iamdiù restituta ex Bonis fideicommissi, n.44.

42 *Enunciatiuæ antiquæ quandò sunt plures, & aliundè adminiculatæ, plenè probant.*

43 *Versio probatur ex coniecturis, indicijs, alijsque præsumptionibus arbitrio Iudicis relictis.*

45 *Soluens de proprio Dotem, quæ constitui, vèl restitui debebat ex Bonis fideicommissi, subintrat in priuilegium* Authent. res quæ.

46 *Priuilegium* Authent. res quæ *est cessibile, & transfundibile etiàm in extraneos.*

DECISIO CLXXXVI.

CEnsuerunt *Domini*, Comite Franciotto, ac Fratribus de Nigronibus solum-

summmodò informantibus *coràm bo. me. Iacometto* sub die 4. *Iunij* præcedentis anni, Mandatum ab A. C. fauore eorumdem Informantium relaxatum aduersùs Bona hæreditaria Latini Vrsini, necnon Principis Peretti, fore exequendum: Sed & hodiè *coràm Me* in eiusdem *Iacometti* locum suffecto, non obstante superuenta Reorum oppositione, confirmarunt id ipsum, mediante solidâ persistentiâ in iàm (vt suprà) decisis.

Rursùs siquidèm effulsit non minùs validitas præteriti Indicati, quàm vndequaquè coruscans Iustitia; Actores etenim, tanquàm mediatè repræsentantes personam Comitissæ Isabellæ Vrsinæ, apertissimè demonstrabant, ipsam Isabellam, tàm nomine proprio, quàm cessionario Principis Carboniani, quàm etiàm deniquè hæreditario Francisci, & Henrici germanorum, fratrum, esse limpidam Creditricem vtriusque mòx enunciatæ hæreditatis in summa sc.12487. 76. ex causa totidèm fructuum, vnâ cum rata Capitalis sc 2700. ab eadem Isabella solutorum, siuè acquisitorum in vim cuiusdam Census pro maiori quantitate sc.5000. à memorato Latino passiuè contracti, *Summario dd, Actorum ex num.1. vsquè ad* 10., habita præsertim per *Dominos* antè oculos vlteriori consideratione, quòd respectu præfatæ ratæ Capitalis suaptè naturâ irrepetibilis A.C. circumspectissimè se
1 gesserat, decernendo ad hunc effectum tantummodò Mandatum ad finem deponendi, donèc ab habentibus causam à Latino debitore, vèl cedula Bancaria, vèl alia idonea cautio ad formam primordialis initæ promissionis, exhiberetur, secundùm ea, quæ in his terminis de Iure, & de stylo facienda esse concludunt *Card. De Luca de Cens. disc. 13. num.1., & 11., & disc.15. num.4. vers. Tertius, Rota coràm Peutinger. decis.334. num.3., & in Romana Cambij 12. Iunij 1699. §. Etenim, coràm R. P. D. meo Lancetta* (modò intèr suas *decis.94. n.8.*)

Inutilitèr quippè pertentata fuit primo loco validitas eiusdem Iudicati sub illo specioso, & aliàs in se vero apparatu, quòd neutiquàm Actores valuissent prò assertis fructibus maturare incipientibus antè annum 1633. vsquè ad annum 1699., aggredi rigidum remedium viæ executiuæ, quan-
2 dò notorij Iuris, & praxis est, quòd per tantam temporis intercapedinem citrà scrupulum quælibet actio, seù via executiua quomodolibèt exoriens, vèl à re iudicata, siuè à publico quarantigiato, aùt obligatione Camerali suffulto Instrumento, præscribatur, saluâ in priori Iudicio ordinario instantiâ petitionis crediti, sicuti per *Textum in leg. Sicùt 3., & in leg. Omnes 4., & in leg. Cùm notissimi 7. Cod. de præscript. 30. vel 40. ann.*, plenissimè difpunctâ materiâ tradit *Petr. Barbos. in dicta leg. Sicùt num.54., & seqq., Carleual. de Iudic. tit.1. lib.1. disput.7. num.5., & 28., & lib.1. tit 3. disput.4. num.15., Rota coràm Coccino decis.144. num.6., & dec.2116. num.6., & in Recen. decis.1. num. 3. & 4. part.7., & decis.3. n.4. par.8.*

Eaque præ cœteris est ratio, quòd dùm Creditor extitit morosus per adeò eximium
3 interuallum, durissimum esset, quòd postea satageret, illicò, & quodammodò præcipitantèr expetere satisfactionem prò credito, aùt verisimilitèr extincto, aùt saltèm offuscato per tanti silentij diuturnitatem; quinimò tàm fortitèr vrget huius-
4 modi silentium, ac mora in agendo, vt nequè quoad hanc præscriptionem viæ executiuæ mala fides præscribentis attendatur, ex ijs, quæ in proposito primæ conclusionis aduertit *Cæsar De Afflict. controu. Iur. resolut.49. num. 30. vers. Rationes cum seqq.*, & signantèr *vers. Tertiò nobile*, & circà secundam subnectunt *Cæsar De Afflict. vbi suprà sub dicto vers. Rationes, & vers. Et quamuis in præscribenda, Conciol. de Hærea. art. 1. nu.227., & ad Statut. Eugub. lib.2. rubr.3. num.27., & 28., Scacc. de commerc. & Camb. §. 7. gloss.7. num.3., Magon. decis. Florent.121. num.1., & 2., Card. De Luca de Credit. disc.17. num.5., & de Iudic. disc.21. num.10., Rota decis.96. num.4. part. 15. Recent.*

Atquè hinc in durioribus inoleuit, quòd, si non via executiua, saltèm modus faciendæ executionis per longè minorem decursum annorum decem extinguatur, nisi De-
5 bitor denuò moneatur, seù citetur, ac audiatur, pròut ad terminos Iuris particularis Regni Neapolis benè prosequitur *Carauit. ad Rit. 128. num.1., & ad Rit. 162. num.11., Franch. decis.118. num.8. cum seqq., Galter. in pract. Instrument. prima part. rubr. 2. num. 44., & par.3. rubr.2. num.4.*, & post eos idem *Carleual. vbi suprà dicto lib.1. tit.3. disput.4. num.14.*, & respectu Auditorij nostri practicatur in dies,
6 vt negligente eo, qui Mandata, vèl Litteras executoriales obtinuerat, easdem infrà terminum annorum decem executioni demandare, iure meritò compellatur subire nouam disputationem = *An Litteræ*, (exempli gratiâ) *executoriales relaxatæ sint exequendæ*, Teste *Rota dicta decis. 1. numer.6., & seqq. part.7., & decis.406. num.6. par.12.*

Cecidit quippè ad euidentiam obiectum; quià, quidquid laudabilitèr obseruetur in ordine ad modum faciendæ executionis, seù disputandi, transacto fatali decem annorum, exequibilitatem Litterarum executo-

entorialium, absquè eo, quòd idcircò vulnerata remaneat via executiua, eodem modo, quòd citrà talem dilationem etiàm in præsenti disputabatur = *An Mandatum A. C. sit exequendum*, vtiquè quoàd effugiendam in hodierno casu præscriptionem viæ executiuæ, *Domini* reflectebant ex nuda rimatione circumstantiarum, totque Personarum in scænam huius litigij prodeuntium, quamlibet facescere præscriptionis allegabilitatem, dùm, mensurando tempora interruptionum, superiùs nominati Franciscus, & Henricus in parte Actores dictæ Isabellæ Mandatum ab A. C. obtinuerant de anno 1633., licèt ex capite iniustitiæ infirmatum per *Sac. Rotam* sub die 27. *Nouembris* 1637. *coràm bo. me. Ghisilerio*; quin etiàm ex traditis per Actores *Summario num.* 3., liquebat vlteriùs, quòd eademmèt Isabella, ac præfati Franciscus, & Henricus fideiussorio, & respectiuè hæreditario nomine plures inierant solutiones ad fauorem Principis Carboniani cessionarij prædictæ ratæ controuersi Census in summa scut. 2700., eæque à præfato anno 1633. attingebant ad annum 1658., pròut pariter Isabellam soluisse vsquè per annum 1661. apparebat ex cessione translatiuè per eamdem Isabellam à Principe reportata:

7 Incongruum autèm nimis erat discurrere de vlla præscriptione, quandò de intermedijs, & fermè continuatis solutionibus emicabat, ex prænotatis per *Card. De Luca de Cens. disc.* 20. *num.* 5., *Rota pòst Salgad. in Labyr. Credit. dec.* 121. *num.* 5., *& in Tudertina Pecuniaria* 2. *Iulij* 1700. *§. Et ex his, coràm Me* (suprà *decis.* 171. *num.* 28.)

Abindè verò citrà pariformitèr constabat, quòd filiæ præcitatæ Isabellæ, nedùm minimè acquieuerunt, aùt habuerunt prò derelicto huiusmodi Censu, seù credito, quinimò illud per viam transactionis celebratæ cum Nigronibus assertis Creditoribus Isabellæ, seù Francisci, & Henrici de anno 1669. cesserunt eisdem de Nigronibus: Vndè cùm, antequàm integrum triennale spatium decurreret, ab Actoribus institum fuerit iudicialitèr, *Summario* Actorum *num.* 6. iuncto *num.* 8., ex solo mero facto deficiebat occasio innitendi supèr vlla præscriptione etiàm viæ executiuæ, vt omissis generalibus, per quæ

8 præscriptio debet esse perfecta, & consumata vsquè ad vltimum momentum, ex *Modern. Argentan. collect. legal.* 48. *conclus.* 2. *num.* 47. *lib.* 1., *& Rota in dec.* 519. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 3., *& decis.* 226. *num.* 48. *&* 49. *part.* 7., *& decis.* 17. *num.* 14., *& decis.* 21. *nu.* 8., *& decis.* 518. *nu.* 15. *par.* 18.

9 *recent.*, ità in specie excludendæ præscriptionis viæ executiuæ respondet *Card. De Luca dicto disc.* 117. *num.* 7. *de Credit.*, *& Rot. in Vrbeuetana Pecuniaria* 5. *Decembris* 1691. *§. Nec solutio*, *& §. final.*, *&* 21. *Aprilis* 1692. *§. Penult. coràm bo. me. Vrsino Decano*, *&* 8. *Iunij* 1696. *§. Nec meruit*, *& in Neritonen. Census* 17. *Martij* 1700. *§. finali, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (hodiè intèr suas *decis.* 435. *num.* 2. *&* 3., *& decis.* 667. *num. fin.*) & magis in indiuiduo cessionis alterius Census *eadem Rota in Romana Pecuniaria* 9. *Iunij* 1679. *§. Minùs concludit*, *coràm bo. me. Rondinino*.

Quin proindè inspecto mero facto oporteret recurrere ad vllum præsidium restitutionis in integrum ex capite mutationis tot personarum non improbabilitèr aduersùs hanc præscriptionem competentis, potissimè, quià corruebat omnis trepidatio, quoniam ità quoquè censuisse videbatur Tribunal Signaturæ Iustitiæ, rescribendo

10 cum Clausula = *si quid exequendum* = adhiberi consueta (ad differentiam alterius Clausulæ = *de appellatione*) in iudicijs reuerà perseuerantibus in sua via executiua, vt plenè dictum fuit in *Romana Monilis* 17. *Nouembris* 1699. *§. Inutilitèr*, *coram Me* (suprà *decis.* 111, *num.* 12.) Licèt namquè obiectaretur, quòd huiusmodi modus præ-

11 seruet quidèm viam executiuam, quatenùs de Iure competat, sed neque illam inducat, neque præcisè canonizet, cùm eadem Clausula = *si quid exequendum* = in sua latitudine subextenta, intelligatur directa Iudici Commissario, vt si quid exequendum sit, exequatur, sin minus causam appellationis cognoscat, ex *Ridolphin. in praxi par.* 1. *cap.* 13. *num.* 505., *Modern. Volaterran. de Sac. Rot. Roman. Auditor. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 57., *& Rota in Romana, seù Hispalen. Pecuniaria supèr meritis* 17. *Martij* 1683. *§. Nec refragatur, coràm bo. me. Vrsino*, atque ità de facto obseruarunt *Conciol. alleg.* 59. *num.* 1., *& seqq.* cum pluribus ab eo congestis, *& Rota decis.* 376. *num.* 7. *par.* 14. *recent.*

Id nihilominùs in suis casibus fuisset procùl dubiò considerabile, nimirùm quo-

12 tiès clarè constaret, nullatenùs intrare Processum executiuum ex postmodùm forsàn vberiùs deductis coràm eodem Iudice Commissario, seù ad quem, quemadmodùm habemus etiàm in consimilibus, imò durioribus rescriptis eiusdem Signaturæ Iu-

13 stitiæ etiàm conceptis *sub ablatiuo absoluto* conditionem importante, & sub eadem conditione Iurisdictionem tribuente, ad *Text. in leg. à Testatore, ff. de condit., & demonstr.* exempli gratiâ = *Purgatis attentatis*, sem-

14 pèr enim subintelligitur, quatenùs de Iure adsint, vndè palpabilitèr comperto, nulla adesse de Iure attentata, quæ sint purganda, Iudex ad quem interpretando mentem Principis sempèr sacrosanctè rescribentis,

proùt

proùt de Iure, abstinere potest, & debet à qualibet purgatione attentatorum, vt habetur per *Rot. decis. 349. num. 7. coràm Priolo, & decis. 574. num. 13., & 14. coràm Dunoz. Iun., & decis. 232. num. 6. par. 16. rec.*

Verùm non sic est, quandò secundùm ea, quæ superiùs adduximus, vèl magis probabilitèr apparet, viam intrare executiuam,
15 aùt saltèm rationabilitèr dubitari contingit de congruentia eiusdem viæ executiuæ, quià tùnc ea, quæ videtur mera præseruatio, magnum Iudici Commissario præbet fomentum, vt executiuè procedere teneatur, nè aliàs reputetur, Tribunal tàm insigne, ordini Iudiciorum, & commissioni Causarum deputatum, frustrà præseruasse id, quod non rectiùs erat præseruabile, & admissibile, ex ijs, quæ etiàm fuerunt animaduersa *in Romana locorum Montium 3. Februarij 1700. §. Omnemque, & in Romana Cambij 30. Aprilis eiusdem anni §. Secundariò, coràm Me* (suprà *decis. 129. nu. 16. & 17., & decis. 146. num. 27.*) & magis, vt dicitur, in puncto pòst *Seraphin. decis. 1412. num. 2., & decis. 502. num. 3., & 4. par. 13. rec.*, quæ fortiùs inhærentes eidem rescripto = *si quid exequendum* = obloquuntur, tentum fuit in prælaudata *Romana Pecuniaria 9. Iunij 1679. §. Minùs concludit, coràm bo. me. Rondinino.*

Seclusa nullitate, non minùs inutilitèr arguebatur de iniustitia Mandatum A. C.; Quatenùs enim attinebat ad primum caput configuratum ex eo, quòd etiàm ipsa substantia crediti remansisset aùt sufficientèr præscripta, vèl per præsumptam solutionem, ac satisfactionem sublata, iàm respectu vtriusque exceptionis nulla ad oculum basis firmari poterat quòad ratam Capitalis scut. 2700., quæ per Principem Carboniani cessa fuit Isabellæ de anno 1661., cùm subiecta materia Census, de sui natura irrepetibilis, & regularitèr extinguenda per actum retrosimilem, minimè pateretur, quòd infrà spatium non attingens (siuè à parte antè prædictam cessionem, siuè à parte pòst ipsam cessionem, vnà cum tot præcedentibus solutionibus vsquè ad diem instantiæ Iudicialis) integros annos 40., valeret efformari vlla præscriptio, vèl cum ea fraternizans aliqua præsumptio solutio-
16 nis, dùm vix intercedente pacifico defluxu annorum 60., & 70., absquè aliqua solutione fructuum, vllâue instantia iudiciali, aùt extraiudiciali, potuit aliqua desupèr suboriri hæsitatio, prout *in Romana Associationis 4. Iulij 1698. ex §. Attamèn vsquè ad §. Cæterùm, coràm Me* (*tom. 1. decis. 60. ex num. 2. ad 9.*) in qua sub antecedenti *§. Nil siquidèm* (seù *num. 1.*) affertur regula reijciens in Censibus huiusmodi præscriptiones, & præsumptiones.

Respectu verò fructuum, neque paritèr visum est, quidquam solidè stabiliri posse, siuè deductum fuisse per Informantes pro Reis: Quidquid enim ipsi per vagas, & generales coniecturas pro eruenda hac præscriptione, siuè præsumptione satisfactionis, prętenderent ostentare, ex quo videlicèt
17 longo temporis effluxui coniungerentur paupertas, & angustia Creditorum, quales erant præcedentèr Franciscus, & Henricus, necnòn opposita opulentia Debitorum, qui distrahendo etiàm duo Castra, obstrinxerunt vlteriùs Emptorem paritèr opulentum, & diuitem, quòd huiusmodi debitum Census in se accollaret; Vndè superaccedentibus tot alijs locupletibus, & Illustribus consideiussoribus, sicuti erant sex Communitates, idem Princeps Carboniani, Dux Cæsarinus, ac tres de Domo Vrsina, necnòn efficaciori ponderatione, quòd præsens Iudicium extiterat promo-
18 tum aduersùs nouissimos successores Latini Vrsini principalis Debitoris, ipsiusque Bernardini Sabelli accollatarii penitùs ignaros, expectatâ quodammodò morte magis informatorum, nisi absolutè locum sibi vindicare posset odibilis præscriptio, saltèm faciliùs, ac indubitantèr illum vsurparet ea magis æqua, & fauorabilis præsumptio satisfactionis, de qua, perpensis lenioribus fortassè coniecturis, luculentèr habetur in celebri *decisione Surdi 115., & Afflict. decis. 13. per totas, & Rot. decis. 347. num. 11. par. 19. recent.*

Eòque potentiùs ponderando, quòd neque antè cessionem, vt suprà subsecutam de anno 1661. verè, & propriè aptabiles videbantur illi termini, quòd ad minùs requirerentur anni 30. prò præscribenda qua-
19 libet annualitate fructuum eiusdem Census, pròut cæteris adductis dicebatur in præcedenti *decisione diei 4. Iunij 1700. §. Neque releuare, coràm bo. me. Iacometto*, sùb ea ratione, quià quotquot sunt anni, tot sunt credita, proindèque tot etiàm desiderantur præscriptiones, cùm propositio hæc (quemadmodùm subiungebant præfati Informantes) militasset, quotiescumquè verteretur controuersia intèr directum Creditorem, & Debitorem eiusdem Census, cuius ratione congruere non valebat prætensa irrepetibilitas, & respectiuè distinctio annualitatum; secùs autèm quandò, vt ad præsens, lis erat promota per repræsentantes Isabellam, quæ prò fructibus ipsius Census decursis, & non solutis, præcipuè antè annum 1661., alio iure venire non poterat, nisi ex vnico, & longè diuerso capite fideiussorio, seù ratione solutionum factarum Principi Carboniani cessionario, & respectiuè promissæ releuationis à Latino originario debitore Census: Ad hoc quippè postremum obiectum responsum fuit, nullibi differ-

differre, saltèm ad effectum, de quo agè-
batur, vnum casum ab altero, dùm quot
annis Franciscus, & Henricus Isabellæ fra-
tres, & Authores effluxam annualitatem
exbursabant, efficiebantur creditores eius-
dem annualitatis, ideòque necesse erat sin-
gula credita earumdem annualitatum per
fideiussores mediante solutione conquisita
sigillatim quoquè præscribere; sempèr
enim intrabat eadem ratio, quòd tot forent
credita, quot anni, & correlatiuè resolu-
20 tionis, sicutì, siuè agatur de annuis legatis,
aùt conuentionalibus præstationibus, vno
ore dixerunt *Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1.
quæst. 23. num. 50.*, *Castald. consult. 272. n. 5.*,
Rot. pòst Pacific. de Saluian. decis. 300. n. 3.,
& in recent. decis. 47. num. 6. part. 13., *&
decis. 365. num. 8. par. 14.*, *& coram Card.
Cerr. dec. 178. n. 17.*

Atquè hinc ad rem applicando, ac ex
abundanti prætermisso, quòd memoratæ
vagæ, & generales coniecturæ prò maiori
parte non benè iustificabantur in Facto, ni-
hilominùs etiàm in ordine ad fructus, nequè
contermina præsumptio solutionis erat al-
legabilis, nàm præcisiuè sempèr ab inter-
medijs actibus Iudicialibus, necnòn à mu-
tationibus tot personarum, prout etiàm præ-
cisiuè à solutionibus factis à Francisco, &
Henrico, quæ tanquàm veræ, & repetibi-
21 les per subintrantiam soluentis in iura Cen-
suarij Creditoris, etiàm sinè alia positiua
cessione, vt in *Romana Census 10. Aprilis
1693. §. In proposito*, *& 9. Decembris eius-
dem anni §. Igitur*, *coram Reuerendiss. Ma-
nuel*, quasuis præsumptiones excludebant;
in sempiternum palpatur, quòd nusquàm
anni 40. intercesserant, maximè discernen-
do titulos, & repræsentationem Isabellæ:
ab anno namquè *1633.* vsquè ad annum
1661., de quo tempore dumtaxàt adepta
fuit cessionem à Principe Carboniani, illa
induebat ius, & personas Francisci, & Hen-
rici, quorum hæres extiterat, & conse-
quenter, retento titulo hæreditario, non
erant contrà ipsam præterlapsi anni quadra-
ginta, prout nequè (vt suprà tetigimus)
consimiles anni 40. fuerant decursi à præ-
dicto anno *1661.* vsquè ad annum *1699.*, in
22 quo secuta est instantia Iudicialis, quandò
tamèn Statutum ipsum Vrbis *lib. primo cap.
158.* præsumptionem satisfactionis inducens,
ac, quod magis est, abrogans Instrumenta
Creditorū pòst simplex, & nudum internal-
lum 16. annorū, præseruat contractus Cen-
suales, ibi = *exceptis Dotibus &c. ac Censibus
quibusuis alijs personis &c. venditis*, & idcircò
mandat seruari dispositionem Iuris exigen-
23 tis prò præscriptione crediti Iuramento,
& obligatione Camerali vallati integrum,
& perfectum spatium annorum 40., ex ge-
neralitèr prænotatis apud *Rot. decis. 725.
num. 21. coram Dunozett. iun.*, *& decis. 330.
num. 18. par. 17.*, *& decis. 717. num. 12.
par. 18.*, *& decis. 238. num. 9. par. 19. recent.*,
& specialitèr supèr Statuto prædicto penès
Fenzon. dicto cap. 158. num. 51., *& seqq.*,
Rota pòst Cenc. de Cens. decis. 398. num. 3.,
& 4 & coram Cerro dicta decis. 178. n. 16.

Et sanè si non absquè difficultate, & non
sinè tàm Neotericorum, quàm Practicorum
24 colluctatione, quandoquè coniunguntur
tempora defuncti, & hæredis ad perficien-
dam legitimam præscriptionem, iuxtà ple-
nè disputata per *Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1.
quæst. 21. num. 61.*, *& 62.*, *Modern. Buxe-
tan. de confus. & distinct. Iur. hæred. cap. 32.*
multò difficiliùs poterat siuè præsumptio,
siuè præscriptio non perfecta de tempore
cessionis reportatæ per Isabellam continua-
ri, & compleri superuento eidem Isabellæ
titulo singulari penitùs diuersificante à ti-
tulo hæreditario, videlicèt cessionis eius-
dem Census in locum Principis Carboniani
ex causa correspectiua, & onerosa conqui-
sitæ, adeòut Isabella ad quoscumque lega-
25 les effectus, & ad differentiam hæredis, qui
censetur vna, eademque persona cum de-
functo, per *Text. in §. 1. Auth. de Iur. Iu-
rand. à morient. præst.* foret quidèm eadem
materialis, sed attenta diuersitate repræsen-
26 tationis, ac titulorum iuridicè, & forma-
litèr omninò distincta, vt notant *Salgad. in
labyr. Credit. par. 2. cap. 7. n. 31*, *& cap. 22.
num. 97.*, *Gratian. discept. forens. cap. 718.
num. 19.*, *& 20.*, *& cap. 948. num. 39.*, *Mo-
dern. Buxetan. de confus.*, *& distinct. Iur.
dicto cap. 32. num. 7.*, *& 8.*, *Carol. Anton.
De Luca ad Gratian. dicto cap. 948. num. 2.*

Cessionarius namquè in omnibus, & per
27 omnia cedentis iura particularitèr vestit,
& repræsentat, *Episc. Rocc. disput. Iur. se-
lect. cap. 145. num. 1.*, *Rota decis. 54. num. 5.
cor. Cerro*, *& dec. 34. n. 14.*, *& seqq. part. 17.*,
& decis. 172. nu. 8., *& 9. par. 18. recent.*

Addebatur, quòd eò validiùs exclude-
batur quælibet communis, vèl Statutaria
præscriptio, ac præsumptio, ex quo profe-
ctò neutra ob deficientiam legitimi tem-
poris congrueret, postquàm Isabella de
prædicto anno *1661.* induerat, vt præmisi-
mus, pannos, & iura Principis Carboniani
Cedentis, & à fortiori vtraque eliminabatur
antè eumdem annum *1661.* (itàut potiùs
ex hoc capite diametralitèr retorqueretur
obiectum Reorum,) cùm Isabella tùnc, si-
uè præcedentèr tanquàm hæres resumeret
personam Francisci, & Henrici fideiusso-
rum, quorum fauore positiuè, & speciali-
28 tèr idem *Statutum Vrbis* compatiens eo-
rum calamitati in antecedenti *cap. 157. eo-
dem lib. 1.* reijciebat, *non obstante temporis
longinquitate* (sunt verba præcisa) ipsam
præscriptionem, & præsumptionem, vt
pòst

post *Rotam apud Achill. decis. prima de praescript.* cum alijs aduertit *Penzon. dicto alio cap. 158. litt. Q.* siuè *sub num. 54. cum seqq.*, *Rot. in Romana Affictus 6. Iunij 1689. §. Sublatis, cor. clar. mem. Card. Caccia*, *& in Romana Pecuniaria 27. Iunij 1695. §. Si verò, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr suas *decis. 395. n. 6.*)

Eiusdemque inutilitatis idcircò comparebat alterum, siuè secundum caput defensionis Reorum perperàm fundatum supèr implicita confessione Lauræ. & Victoriæ filiarum memoratæ Isabellæ, dùm hæ illius hæreditario nomine transigentes cum Nigronibus mediante persona eorum Procuratoris, effectiuè solùm cesserunt eisdem de Nigronibus scuta 1880., quæ persoluerat Isabella, *Summ.* Responsionis D. Principissæ Vrsinæ *num. Vnico*, quasi quòd circà fructus præcedentes agnouerint filiæ Isabellæ, eam remansisse amplissimè satisfa-
29 ctam: Quoniàm vltrà vulgatam regulam *non probat hoc esse &c.* de qua *Modern. Palm. decis. Lucen. 19. num. 11., & decis. 23. nu. 9.* motiuum de per se nihil stringebat; nullibi namquè necessarium legimus, vt transigens, vèl cedens totum transferat, & cedat, quandò tamèn quælibet confessio, quæ
30 etiàm prætendatur explicitè facta, debet esse clara, perspicua, & vndiquè indubitata ad hoc, vt præiudicet confitenti, *Palm. decis. 276. nu. 12., Rota coram Bichio dec. 584. num. 17., & dec. 79. num. 3. par. 15., & decis. 769. num. 16. par. 18. recent.* alibique passim.

Irritum deniquè, & inane comparuit apud *Dominos* tertium nouissimum caput, siuè asylus, quod adstruebatur à Reis, ex quo nulla hactenùs penès eosdem Reos extarent Bona libera, & verè hæreditaria Latini, sed omnia per eosdem Reos detenta, siuè possessa, forent fideicommissaria, vtpotè prouenientia à Camillo Fideicommittente, & respectiuè Patre ipsius Latini, adeòut multò minùs subsistere valeret Mandatum ab A. C. relaxatum contrà alteram hæreditatem Principis Michaelis Peretti, qui solùm pòterit censeri debitor ex pretio Terræ, seù Castri Numenti, dùm & creditum supèr hoc eodem Castro paritèr promanabat ab eodem Camillo, & consequentèr posito etiàm, quòd neque via executiua, neque creditum extiterit præscriptum, vèl præsumptiuè satisfactum,
31 ad repellendos tamèn Actores superabundaret Clypeus fideicommissi ordinati supèr Bonis per Reos independentèr ab alio debitore retentis, ad tradita per *Gob. consult. decis. 92. num. 1., Rota coram Bichio dec. 649. num. 1., & in Eugubina Fideicommissi 2. Iunij 1681. §. Priuilegium, coram clar. mem. Card. Matthæio.*

Prò euersione etenim huius quoquè nouissimæ exceptionis geminum, & vtrumque ineuitabile fundamentum præualuit apud *Dominos*: Primò namquè frustratoria visa est oppositio cuiuslibet fideicommissi, stante quòd erat indubitabile, Latinum originalem debitorem Census controuersi, necnòn illius filios, & hæredes fuisse, & extitisse Barones Status Ecclesiastici, ac proptereà subintrabat ineluctabilitèr Sanctio
32 Clementina, vulgò nuncupata *Bulla Baronum*, auferens quascumque Primogenituras, vincula, & fideicommissa ad finem satisfaciendi Creditoribus eorumdem Baronum, perindè acsi ipsorum Bona quomodolibet vinculata, primogenialia, & fideicommissaria, forent penitùs, & absolutè libera, & allodialia, sicùt vnanimitèr testantur *Card. De Luca de Feud. disc. 96. num. 2., Episc. Rocca disput. Iur. select. cap. 6. num. 4., & Rota in Romana, seù Ciuitatis Castelli Census 9. Iunij 1684. §. Quòd eò, coràm bo. me. Albergato, & in Romana Census 2. Decembris 1696. §. Minùs verò, coràm Reuerendiss. Heruault Archiepisc. Turonen., & in Romana Pecuniaria 26. Aprilis 1690. §. Nec similitèr, & in Vrbeuetana fructuum Dotis 6. Februarij 1694. §. Minùs etiàm, coràm bo. me. Emerix Decano* (intèr suas *decis. 1148. num. 11.*) cum alijs in *Tudertina Pecuniaria 2. Iulij 1700. §. Frustrà demùm, coram Me* (suprà *decis. 171. n. 29.*)

Prorsùs in nihilo refragante, quòd circà hanc inspectionem adeunda erit per Actores Congregatio Baronum ab ipso Summo Pontifice Clemente Octauo eiusdem Bullæ conditore specialitèr, & priuatiuè deputa-
33 ta, cùm solummodò excipiendo, non autèm agendo valeat coràm alio Iudice, vèl Tribunali, de vi, & operatione præfatæ Constitutionis opponi, secundùm ea, quæ plurièς distinguendo tradit *Card. De Luca*, & signantèr *discurs. 145. num. 109. de Dot., & de Feud. discurs. 83., & discurs. 84.* vtrobiquè *num. 2., Palma Nepos allegat. 266. num. 26.; Rodulphin. allegat. 173. num. 25., Rota cor. Dunozett. iun. dec. 914. n. 8. & 9.*

Siquidèm compertum fuit, huiusmodi distinctionem esse in se verissimam, & indubitatam, sed penitùs claudicare in applicatione præsentis hypothesis; tùnc quippè
34 implorari debet præsidium eiusdem Congregationis, illaque adiri, quotièς vèl in eadem Congregatione pendet concursus Creditorum obærati Baronis, vèl ille, qui à Iudice Ordinario Mandatum aliquod reportauit aduersùs Baronem suum Debitorem ex causa creditorum, absquè vlla tamèn præcedenti oppositione fideicommissi facta coràm eodem Iudice Mandati, intendit executionem obtinere supèr Bonis fideicommissarijs: In his namquè ter-

minis ad præscriptum præfatæ Bullæ Clementis Octaui in ordine *in 41. §. Tertio* exhiberi debet Mandatum generalitèr obtentum contrà Debitorem in Congregatione memorata, ad hoc, vt ipsa, faciens potentiam in brachio Principis, executioni demandet huiusmodi generale Mandatum etiàm contrà Bona vinculata, & fideicommissaria, illorum auocando, & capiendo possessionem nomine Cameræ, transmittendo Œconomum, conficiendo graduatorias, iniungendo cautiones, aliaque gerendo, quæ salubritèr iniuncta præfulgent in prænarrata Constitutione; Et hæc est praxis, & correlatiuè casus, in quo necesse est, agendo ipsam supremam Con-
35 gregationem accersere; Sèd vbi, pròut hìc, idem Debitor insimùl, & Baro pro solutione pulsatus, ad euitandam relaxationem Mandati, præcisè, & formitèr excepit (quodammodò per speciem cauthelæ *Angeli*) se se Bona retinere titulo, ac iure à Debitore indepeudenti, vigore scilicèt Primogenituræ, vèl fideicommissi, eo sanè casu necesse habet ipse Iudex Ordinarius examinare vim huius exceptionis oppositæ coràm se, quòd vtiquè alitèr fieri nequit, nisi originarium Actorem, siuè Creditorem auscultet supèr contraria sua replicatione, quæ in effectu sonat in exceptionem consistentem in allegatione præfatæ Bullæ resoluentis, & abrogantis quælibet Primogenia, & fideicommissa, & idcircò deducibilis est coràm quolibet Iudice cognitore Causæ, vel Tribunali, vt pluriès dixit *Rota*, & præsertìm *coràm Card. Cerro decis. 590. sub num. 11., & seqq., & in recent. decis. 341. num. 17. par. 17., & decis. 736. num. 14. par. 18.*, quæ etiàm in earum serie facti hos adamussim terminos percutiunt.

Et ratio multiplex est, nàm si passim receptum apparet, & practicatum, quòd in-
36 tantùm Bulla Baronum possit allegari, & opponi coràm quocumque Iudice, inquantùm inutiles circuitus veniunt euitandi, vt inquit *Card. De Luca de Dot. dicto disc. 145. dicto num. 109. vers. Attamèn, & de Feud. dicto disc. 84. dicto num. 2.* Profectò non solùm inanis insurgeret circuitus, quotiès Iudex Ordinarius, facta sibi per Debitorem oppositione fideicommissi, deberet à processu Causæ, & cognitione abstinere, sed nèc quidquam fructuosè agere possèt Creditor in Congregatione Baronum, quæ non se
37 ingerit in cognitione formali Causarum, sed tantummodò Mandata Iudicum, & Tribunalium (dummodò adhùc non apposuerit manus occasione aliorum Mandatorum) exequitur, & associationem præstat, *Card. De Luca de Feud. disc. 73. n. 11. & 13.*

Rursùs quotiès de iuribus, & applicatione Bullæ Clementinæ in hiscè ad vnguem casibus cognosci nòn valerèt, præcipuè in nostro Sacro Auditorio, perperàm idem sa. me. Clemens Octauus Legislator *sub §. 15.* decreuissèt signantèr = *ità, & non alitèr iudicari per Palatij Apostolici Auditores*; Et demùm de Iure est, quòd nisi litteralitèr Iudex, siuè Ordinarius, siuè Delegatus à Principe, vèl lege noscatur inhibitus, & impeditus (quod hìc potiùs habetur à contrario, ex proximè insinuata ratio-
38 ne) ille, qui fuit Iudex actionis, est etiàm necessarius Iudex exceptionis, imò & reconuentionis, ex traditis quòad primam propositionem *in princ., & tot. titul. Instit. de except., & in leg. 2. ff. eodem*, & quòad secundam *in leg. cùm Papinianus 14., & in Authen. Et consequentèr, Cod. de Sentent., & interloc., Tondut. de præuent. par. 2. cap. 58. num. 1., & seqq., Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 2. disput. 6. num. 27., & disput. 7. n. 3.*

Atquè ità tàm de Iure, quàm de facto quotidiana praxis inoleuit, quòd vbicumquè per Debitorem prouocatum ad terminos distinctionis supradictæ fuerit coràm primæuo Iudice actionis oppositum aliquod
39 fideicommissum, idem Iudex inquirat, & examinet, vtrùm Bulla Clementina tollat in eo casu ob qualitatem Baronalem inductam huiusmodi fideicommissum, & exceptiones, ex ijs, quæ prætèr *decisiones coràm Cerro, & par. 17. & par. 18. rec. suprà alleg. in §. Siquidèm*, nupèr, & citrà difficultatem resolutum fuit in celebri *Romana, seù Albanen. Vineæ coràm R. P. D. meo del Olmo*: In ea etenìm cùm Mandatum de associando ad Vineam censitam relaxasset A. C. fauore Marchionis de Bubalo aduersùs Principem Sabellum, & Signatura Iustitiæ Causam successiuè delegasset dicto *R. P. D. meo dell' Olmo* cum simili suspensiua Clausula = *Si quid exequendum*; D. verò Princeps obiectasset intèr nonnullas oppositiones exceptionem fideicommissi, aliàs indubitati, itàut ad hanc vnicam exceptionem nouissimo loco redacta fuerit tota, ac sola acrimonia disputationis, prodijt, omnibus *Dominis* ad suffragandum adscitis *sub die 5. Decembris anni 1698., & 23. Martij 1699. coràm dicto R. P. D. meo del Olmo* cum subsequenti expeditione Causæ resolutio affirmatiua, *prò executione videlicèt Mandti A. C.*, quià nimirùm eadem exceptio fideicommissi, inspecta qualitate Baronali Debitoris, submoueri visa est per Constitutionem Clementis.

Secundò non minùs solidè, ac etiàm disiunctiuè impulit *Dominos* alterū fundamentum, quòd creditum Census, de quo agebatur, inspecta sua primæua radice, frue-
40 batur priuilegio *Authent. res quæ*, per quam paritèr Bona subiecta fideicommisso ascendentali Camilli potuisse alienari, perspicuum

spicuum erat, & iàm opportunè firmabatur in *Decisione praecedenti diei 4. Iunii 1700. §. finali, coram bo. me. Iacometto, & in Narnien. Dotis, seù Fideicommissi de Capitonibus 16. Iunij 1687. §. Iustitia, cor. b. m. Vrsino, & in Romana Censuum supèr reseruatis 7. Decembris 1699. §. Nàm quamuìs, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc intèr suas *dec. 644. n. 1.*)

Quin contrà mereretur vllo modo obiectari, & quòd non constaret de versione pecuniarum huius Census in causam *Authent.*, siuè restitutae Dotis Portiae Caesiae Vxoris Ioannis Vrsini fratris Latini, & quòd in omnem casum idem *Authenticae* priuilegium non foret vltrà sphaeram descendentium transitorium per tot manus extranearum personarum, ac Cessionariorum: quòdque tandèm, & postremò manca esset praetensio subingressus in huiusmodi priuilegium ob deficientiam preambuli requisiti, iustificationis scilicèt subsidij, seù carentie Bonorum, & effectuum liberorum, quandò potiùs ex opposito docebatur, quòd occasione distractionis Castri Numentani agnitum fuerat, & ab ipso Papa sancitum, quòd à Bonis fideicommissarijs separarentur scuta 115841.; qua vtiquè iustificatione subsi-
41 dij desiderata, nullatenùs Actores iuuare poterant auxilio praefatae *Authenticae, Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quaest. 12. n. 3. & 4., Paitell. adnot. ad expedit. ciuil. 66. num. 28., Baitell. decis. vltim. volunt. 55. n. 10.*

Etenim incipiendo à prima obiectione, versionem sufficientissimè demonstrari, procùl dubio *Domini* reputarunt ex pluribus, & praesertìm ex quo, prò dissoluenda, seù restituenda memorata Dote, fuit primordialitèr à Paulo altero fratre Ioannis, & Latini impositus Census in longè superiori summa sc. 23. m. ad fauorem bo. me. R. P. D. Francisci Barberini inclyti Patrui, & promotoris fortunarum Gloriosissimi Pontificis Vrbani Octaui, sub explicita, & litterali pactione erogandi eamdem summam prò restitutione praedictae Dotis, *Summ.* Actorum *num. 1.* cum subsecuta immediatè, seù ferè pòst contextuali extinctione, ac dimissione crediti Dotis, *dicto Summario num. 2. in fine*; Vndè necesse fuit ad effectum restituendi prò rata hascè pecunias ad Censum receptas opportunè iterùm non sinè magno beneficio haereditatis, stante diminutione fructuum, creare, & imponere hodiernum Censum sc. 5000. ab initio, *d. Summ. nu. 2.* sub eadem paritèr replicata pactione, & expressione crediti Dotis Portiae, siuè ad finem subintrandi translatiuè in iura DD. de Barberinis, vt suprà: Quapropter cùm tot expressionibus, factis positiuis, & enunciatiuis antiquissimis, praecipuè etiàm emissis ab illis, qui, nè deperderent pecunias ex-traditas, solliciti praesumendi veniunt de inquisita veritate expressorum, conspiraret etiàm alia similis expressio Fabij, & Virginij, à quibus signantèr praecisam causam sortiebatur D. Princeps Perettus, seù Sabellus, ambigi non erat ampliùs fas de
42 ipsa versione, dùm enunciatiuae, quandò sunt plures, vèl adminiculatae, aùt peruetustae, omnimodam sibi fidem promerentur, ex collect. per *Modern. Lucen. decis. 165. n. 4.* & dixit *Rot. decis. 678. num. 9. coràm Dunoz. iun., & decis. 244. num. 15. par. 16. rec.*; &
43 quandò paritèr vulgati Iuris est, quamcumque versionem posse probari per verisimilitudines, indicia, & coniecturas Iudicis religioni arbitrarias, ad monitum *Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 432. nu. 3., & de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 55. num. 4., Carol. Anton. De Luca ad Gratian. cap. 955. nu. 2., Episc. Rocca disput. Iur. select. cap. 111. n. 49., Adden. ad Buratt. decis. 546. num. 9., & Rot. coràm Vbaldo decis. 221. num. 6. & seqq., & in Romana Pecuniaria, seù attentatorum 20. Ianuarij 1700. §. His insupèr, coràm R. P. D. meo del Olmo.*

Stabilita versione, & primo obice interuerso, proniùs corruebant etiàm binae aliae obiectiones: Nàm prò maiori facilitate, ordine inflexo, tertia procumbebat ex ipso facto, & *Summ.* Actorum *num. 10.*; separatio siquidèm indicta per Pontificem, *dicto Summ. num. 7.*, loquebatur prò soluendis debitis, pro quibus supponebantur validè grauata Bona ipsa fideicommissaria: Improprium autèm erat, quòd nomine debitorum venirent lucratiuae detractiones, sicutì satagebant Rei; potissimè ad effectum irri-
44 tandi sub praetextu existentiae iurium, vèl Bonorum liberorum restitutionem, siuè subiugationem iàm factam de Bonis fideicommissarijs per saeculum, & vltrà, ex benè perpensis per *Castald. consult. forens. 162. num. 5., Vrceol. decis. Florent. 30. num. 20., Rota coràm Bich. decis. 310. num. 23., & decis. 366. num. 8. & 9., & coràm Peuting. decis. 45. num. 10., & in rec. decis. 260. n. 6. par. 15.*

Sed & non minùs decidebat, siuè prosternebatur intermedia obiectio circà transitum priuilegij *Authenticae* in tot personas extraneas; Quià, data legitima translatio-
45 ne eiusdem priuilegij in bo. me. R. P. D. Barberinum, vt erat innegabile, ob solutionem sub hoc praecisò pacto soluendae Dotis ab ipso factam, vt in fortioribus *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. par. 14. num. 6., Rota in dicta Narnien. Dotis, seù Fideicommissi de Capitonibus 16. Iunij 1687. §. Iustitia, & in Bononien. Praedij 20. Februarij 1690. §. Nèc releuat, & 9. Iunij eiusdem anni §. Validum, coràm bo. me. Vrsino Decano*, iàm quod semèl fuerat cessibile,

le, & transfusibile effectum in extraneos,
46 perpetuò etiàm tale remanebat; aliàs namque fideicommissum ipsum ascendentale Camilli nusquam remansisset liberum, quemadmodùm habetur ex deductis per *Card. De Luca de Dot. disc. 30. num. 4., & disc. 145. num. 102., Rot. decis. 41. num. 7. coràm Bichio, & in dicta Narnien. Dotis, seù Fideicommissi de Capitonibus §. Nec exaduersò, coràm bon. mem. Ursino, & in dicta Romana Censuum supèr reseruatis 7. Decembris 1699. §. Hinc stante, & §. Siquidèm, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (aliàs *dicta decis. 644. num. 2. cor. Eod.*)

Et ità, labefactata penitùs prætensione præscriptionis, nedùm ratione ordinis, sed etiàm substantiæ petitionis, & insimùl extrusa exceptione fideicommissi, *Domini* resoluerunt, vtrâque &c.

ADDITIO R. P. D. ANSALDI

QVòd dispositio Bullæ Baronum allegari valeat per viam exceptionis coram
47 quocumque Iudice, aùt Tribunali ad finem repellendi obicem fideicommissi à Reo conuento, & possessore oppositum, allegata præcenti mea Decisione *num. 33. & seqq.* dictum quoquè fuit in duabus Causis propositis in vna, eademque Audientia *diei 13. Iunij 1710.*, videlicèt in *Romana Dotis §. Absquè eo quod, coràm R. P. D. meo Crispo* (nùnc intèr suas *decis. 56. num. 13.*) & in *Tusculana Immissionis §. Non releuante in fin. coràm bo. me. Molines* (nùnc paritèr intèr eius impressas *decis. 1264. n. 11. & 12.*)

ANNOTATIO D. ADVOC. LVPARDI.

PRætereundum non duxi, quòd præinserta *Decisio* D. mei reperitur impressa (licèt cum valdè conciso *Argumento*, sed absquè vllo *Summario*, non sinè tamèn pluribus mendis) apùd *Emanuelem* cognomento *Bagna Quaresma* Lusitanum pòst *tertiam*, ac de cœterò posthumam *partem* eius Operis nuncupat. = *Thesaurus quotidianarum resolutionum*, in qua Typographus, vt aliàs facere consueuerat, prò efformando iusto, seù congruo Volumine inseruit centuriam *Decisionum Rotalium*, ibiquè est in ordine *in 51.*

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 14. Martij 1701.

ARGVMENTVM.

Mandatum relaxatum etiàm ad simplicem effectum deponendi, stante iniustitia, nullam meretur executionem. Hypotheca non datur supèr Mercibus minutatìm venditis, nè impediatur commercium, secùs si venditæ fuerint ad corpus; & quandò dicantur vno, vèl altero modo distractæ. Plura de compensatione competen. ei, qui sit debitor, & insimùl creditor alicuius personæ, etiamsi huiusmodi compensatio redundet in præiudicium aliorum Creditorum anteriorum huius communis Debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Summa recepta sub obligatione de restituendo ad omne mandatum Iudicis perindè habetur, acsi actu extaret in Banco ipsius Iudicis.*
2 *Iudex mandans fieri depositum rei, vèl summæ controuersæ, nemini præiudicat.*
3 *Obligatus ad deponendum summam controuersam licèt cum effectu non soluat, intereà tamèn priuatur vsu, & commodo pecuniæ.*
4 *Signatura Iustitiæ rescribere solet* = Nihil = *contrà appellantem, qui non docet de vllo grauamine.*
5 *Appellatio non datur absquè grauamine.*
6 *Mandatum relaxatum etiàm ad simplicem effectum deponendi, constito de iniustitia, non est exequendum.*
7 *Datio in solutum fraternizat cum venditione respectu translationis dominij.*
8 *Hypotheca non datur supèr Mercibus minutatìm venditis, secùs si vtì corpus vniuersale distrahantur*, & n. 32., & 33.
Declara hanc conclusionem quòad Merces minutatìm venditas, vt n. 34., & 35.
Et quandò venditio Mercium dicatur facta potiùs minutatìm, quàm ad corpus, n. 9., & 11.
10 *Ars agraria nedùm est incerta, sed plerumquè fallax.*
12 *Hypotheca datur supèr mobilibus, semouentibus, & fructibus à solo separatis, donèc tamèn extant penès Debitorem*, & n. 14.
Secùs postquàm fuerunt in Tertium titulo oneroso distracta, n. 13.
15 *Traditio Clauium transfert fauore consignatarij dominium, & possessionem rerum sub Clauibus existentium.*
16 *Creditor tamquàm Procurator sui Debitoris potest ad proprium commodum exercere omnia iura illi competentia.*
17 *Compensatio, cessante mala fide, aùt collusione, admittitur etiàm in præiudicium Creditorum anteriorum communis Debitoris*, & n. 19.
18 *Creditor agendo contrà nomen Debitoris sibi obligatum persequitur proprium ius, absquè necessitate repræsentandi personam ipsius Debitoris.*
20 *Compensatio non datur de specie ad quantitatem.*

21 *Prin-*

21 *Princeps non potest de eius ordinaria potestate tollere ius Tertio quæsitum*.
22 *Sequestrum apùd Cathalanos vocatur* Empara.
23 *Sequestrum regularitèr fit prò assecuratione Iudicij, nè illud reddatur elusorium*.
24 *Sequestrum non priuat quempiam sua possessione*.
25 *Sequestrum non inducit litis pendentiam*, & num.36.
Et de ratione, n.37.
Nèc parit effectum præuentionis, n.38.
Proùt nec supèr rebus, aùt Bonis sequestratis imprimit vitium litigiosi, n.39.
26. *Animus compensandi excluditur ex iudiciali petitione proprij crediti*.
27 *Compensatio vt inducatur, sufficit, quòd Debitor tale factum proponat, ex quo implicitè saltèm resultet exceptio compensationis*.
28 *Solutio facta* ad computum *præsupponit, soluentem esse debitorem maioris summæ*.
29 *Compensatio fit ipso iure fauore eius, qui fit debitor, & insimùl creditor alicuius proximè decocturi*, & n.31.
30 *Pistores Vrbis præferuntur in concursu prò pretio panis quibuslibet Creditoribus communis Debitoris etiàm anterioribus, & potioribus*, & n.40.
Et nedùm Pistores Vrbis gaudent hac prælatione, sed etiàm Districtuales, n.41.

DECISIO CLXXXVII.

ANtonius, Honuphrij creditor in summa scutorum 2421: 79. ÷, sub die 24. Septembris anni 1697. sibi ab eodem Honuphrio consignari obtinuerat rubra Grani 297., quandò vix è viuis prærepto consignante de mense Nouembris proximè ab indè præterlapsi, turba Creditorum ipsiusmèt Honuphrij curtam illius forsàn suppellectilem adinueniens, assurgendo conclamauit in Curia Eminentissimi Vicarij, frumentum adhùc extans in sua perfecta identitate, & ob id opportunè sequestratum, reponendum esse in massa Concursus vniuersalis cum cœteris effectibus huiuscè nedùm naturalitèr, sèd etiàm ciuilitèr mediante decoctione demortui communis Debitoris; cùmque in eadem Curia reliqui memorati Creditores pòst quoddã salutare Decretum, seù prouisionem, nempè quòd interim, suscepta priùs obligatione de soluendo pretium ad omne Iudicis mandatum, posset Antonius in Vrbe Pistor huiusmodi Frumentum atterere, seù (vt vulgò dicitur) *spianare*, nè periret, consequuti quoquè vlteriùs fuerint Mandati relaxationem aduersùs præfatum Antonium prò eiusdem pretij importantia, ad simplicem tamèn effectum deponendi, is, præuio suspensiuo rescripto Signaturæ Iustitiæ, propriè reclamationis, ac Commissionis impetratæ, & ad Me directæ iura prosequens.

Dicebat, quòd quamuis ipse nouam, siuè secundam consignationem Grani reportasset cum præambula lege soluendi, vèl re-
1 stituendi pretium ad omne Iudicis mandatum, per quam sanè Clausulam, & obligationem, pretium censetur potiùs existere in Banco Iudicis, quàm in dominio, aùt Crumena obligati, vt ait *Rota in Romana Cambij* 30. *Aprilis* 1700. *§. Impulit, & seq., coram Me* (suprà *decis.*146. *num.*1., *& seqq.*) proindèque ipso Iudice posteà demandante numerari idem pretium ad finem dumtaxàt simplicis depositi, nullum videretur adesse grauamen, ex quo Iudex in hoc casu ad actum solummodò reducit supradictam iuridicam fictionem existentiæ pecuniæ apùd se, absquè eo, quòd per viam meri depositi quidquam positiuè detrahatur stante succedanea, & contermina phrasi, *& deincèps consignandi cui de Iure*,
2 quandò simplex natura cuiuslibet depositi iudicialis, nullius iura tollit, & nemini præiudicat, quemadmodùm pòst *Capon. discept. forensf.*353. *num.*23., *Carol. Anton. De Luca ad Franch. decif.*196. *num.*3. vtrobiquè *in fin.*, prosequitur *Rot. in cit. Romana Cambij dicto §.Impulit, coram Me*(*dicta decis.*146. *num.*3.)

Attamèn potiùs apparens, quàm solida erat hæc oppositio; licèt namquè deponens
3 in effectu non soluat, per *Text. in leg.*1, *& tot. tit. ff., & C. deposit.* intereà nihilominùs remanet denudatus vsu, & detentione pecuniæ: cùmque iàm Signatura Iustitiæ cum Clausula, vt diximus, suspendente = *Si quid exequendum*, Causam interpositi recursus, & appellationis Mihi delegasset, non erat ampliùs inquirendum quòad ordinem iudicialem de substantialitate grauaminis,
4 idem quippè in committendis Causis supremum Tribunal nullo adinuento grauamine rescripsisset (vt moris est) *Nihil*; non enim datur Commissio, siuè, quod idem est, nulla tribuitur facultas appellandi, quotiès
5 nullum inflictum liquet esse grauamen, iuxtà animaduersa per *Card. Tusch. practicab. concl. litt. A. concl.*347. *num.*11. *cum duobus seqq., & concl.*361. *num.*1., *Scacc. de appellat. quæst.*5. *art.* 1. *num.*2., *Pax Iordan. var. elucubr. lib.*14. *tit.*26. *num.*91., & in terminis, seù de stylo Signaturæ Iustitiæ testatur *Card. De Luca de Iudic. disc.*37. *numer.*8. *sub vers. Et generalitèr, & in Relation. Roman. Curiæ disc.*31. *num.*27.

Quodquè de facto Sacrum quoquè nostrum Auditorium vigore consimilium Commissionum non tantùm causam graua-
6 minis degustauerit, sed & non obstante, quòd ageretur de Mandatis ad finem tantummodò deponendi, passim illorum comperta

certâ iniustitiâ *negatiuè* responderit, apertè constabat *coram sau. mem. Alexandro VIII. decis.55. num.17., & in Recent. decis.130. num.6. par.4., & decis.166. num.24., & 25. par.19.*

Aggrediendo itaquè viscera negocij circà Iustitiam, subiungebat Antonius, quòd nullo modo de illius Arca extrahi valor, seù pretium præcitati Frumenti merebatur, nàm quamuìs Honuphrij Creditores seuerè contenderent, eadem rubra 297. fuisse potiùs illi vendita per ipsum Honuphrium, quàm tradita in solutum prò extinguendo proportionabilitèr debito dictorum scutorum 2421. 79. $\frac{1}{6}$ causamque præberet huic altercationi potissimè quædam confessio (absquè vlla tamèn præcedenti speciali mandato) Procuratoris eiusdem Antonij, necnòn varietas, siuè imbecillitas depositionum nonnullorum Testium, cum alijs coincidentibus coniecturis, & adminiculis, de quibus in *Summario* Creditorum *n.1. 2., & 6.*, & Antonij *num.2.*; quodquè plus erat, deficeret scriptura, per quam vna, vèl altera species contractus emergeret, nihilominùs non tantùm inutilis, & introspecto fine verbalis reddebatur dicta disce-
7 ptatio, quià vterque contractus æquali modo transfert dominium in recipientem, & ob id ad inuicèm fraternizant, ex *Text. in leg.4., & ibi gloss. C. de euict.*, & notatis per *Bartol. in leg. 1. §. Cùm prædium num.6. vers. istud non videtur, ff. de pignor., Guzman. de euict. quæst.28. num.4. 10. 11., & seqq., Nouar. de in solut. Bonor. dat. sect.1. quæst.11., in meo tractat. de Commerc., & Mercat. disc.83. num.26., in decis.3. num.5. par.15., & in decis.106. num.6. par.17. Rec.*

Verùm etiàm, quià milliès præsupposita ad sensum Creditorum venditione potiùs, quàm in solutum datione, adhùc et eadem adamussim obiecta, eædemque recurrebant responsiones: quoniàm vèl prælaudati Creditores intendebant pretium auocare ex capite eorum hypothecæ anterioris, pròut auocassent ipsum Frumentum, nisi fuisset attritum, maximè dùm ex ordinatione Iudicis pretium succedere deberet loco rei, *Summar.* Creditorum *dicto num. 2.*; atque in his sanè terminis dura, & prorsùs impracticabilis erat prouincia, dùm præcisiuè à venditione, & distractione corporis vniversalis in tota sui latitudine, & in quo per consequens vera, propria, & continuata detur subrogatio, ad normam *Text. in leg.*
8 *Grege, & in leg. cùm Tabernam, ff. de pignor., & hypothec.*, quotiès distractæ noscantur res, merces, seù mobilia particularia, ratio publici commercij non patitur, quòd tertius acquisitor viduari possit illa re, vèl illis rebus particularibus palàm, & ex causa eiusdem commercij acquisitis, ex his, quæ passim, & vno ore distinxerunt *Bald., & Salicet in dicta leg. cùm Tabernam, Bartol. in leg. si constante num.73. ff. solut. Matrim., Marescott. var. resolut. lib.2. cap.117. num.7., & 8., & 9., Card. De Luca de fideic. disc.9. num.2., in dicto Tract. de Commerc., & Mercat. disc.82., & 90.* vtrobiquè *num.10. Rot. decis.125. num.6., & seq., decis.126. num.5. 6., & 7., decis.205. num.2. pòst Pacif. de Salnian. decis.259. num.3. coram Caualer., & in Rec. decis.340. num.2., decis.652. num.1, & seqq., & decis.726. num.9., & seqq. par.18.*, & in specie *Modern. Lucen. consult.343. num.6. 7., & sequen.*

Quòd autèm nullatenùs dici posset distractum corpus aliquod vniuersale patebat ex ipsa numerica traditione rubrorum 297.,
9 quæ necessariò distinguitur à traditione corporis, quod nunquàm, nisi accidentalitèr, & ad finem curiosæ indagationis, numerari potest, seù numeratur, teste *Mangil. de euict. quæst.104. num.6., Posth. resolut.134. num.5., Rot. coram Seraph. decis.317. num.4. in fin., in Recent. decis.1. num.1., & seqq. part.17.* cum alijs in *dicto Tract. de Commerc., & Mercat. disc.8. num.12., & 13.*

Et nihilominùs cùm Honuphrius agrariam Artem solitus esset exercere, aliàs *l'Arte del Campo*, de qua proptèr eius in-
10 certitudinem, & multotiès fallaciam referebat (ex mente Catonis Maioris) Tullius de Senect. = *Quæ nunquàm recusat imperium, nec vnquàm sinè vsura reddit, quod accepit, licèt aliàs minore, plerumquè maiore cum fœnore*, eadem profectò Ars quoddam in se continebat specimen Tabernæ, ac corporis vniuersalis consistentis in Animantibus, & instrumentis aratorijs, creditis, & debitis ratione eiusdem Tabernæ deriuantibus vnâ cum terrenis in parte allaboratis, & quandoquè etiàm semine perfusis; quamobrèm vllatenùs reputari nequi-
11 bat, quòd Honuphrius per venditionem tàm singularem totum Negocij corpus, seù vniuersam Tabernam alienauerit, vt rectè, & in specie huius Artis obseruando prosequitur *Marescott. var. resolut. lib.1. cap.24. num.2., & lib.2. cap.117. num.8.*, & cum eo *Merlin. de pignor. lib.2. tit.1. quæst.45. numer.51., Modern. Lucen. dicta consult.343. numer.9.*

Fortiùs autèm, quià (etsi hoc in facto per contrarietatem depositionis Testis cuiusdam inducti per Creditores minùs fortè subsisteret) ijdemmet Creditores conabantur asserere, & comprobare, de tempore huius venditionis Honuphrium iàm deseruisse Artem agrariam per peculiares alienationes Stiliorum, & instrumentorum, ac propterea, firma remanente huiusmodi hypothesi, iàm versabatur extrà rhombum *leg. Gre-*

Grege, & leg. cùm Tabernam, ff. de pignor., & hypothec., & hæc quæstio reducebatur, vtrùm ex causa anterioris hypothecæ posset onerosus acquirens molestari supèr mobilibus, semouentibus, fructibus, aùt merci-
12 bus coemptis à Creditoribus Venditoris, & in hoc, vigente paritèr ratione libertatis, & fauoris publici commercij, illa hypotheca, quæ conceditur, siuè imprimitur supèr hisce rebus, donèc extant penès Debitorem, ad *Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 49. per tot.*, & signantèr *num. 13.*, neutiquàm per-
13 sequi valet Tertium, vt diximus, onerosum acquirentem, prout pari modo ex *Bald. in leg. vbi adhùc num. 37. C. de iur. Dot., Card. De Luca de Regal. disc. 129. num. 4. & de Credit. disc. 22. num. 21.*, alijsque distinguit *Rota in Romana Monilis 27. Nouembris 1699. §. Magnaquè, cor. Me* (suprà *decis. 111. n. 24., & 25.*) & in indiuiduo Frumenti sati ab exercente saltèm ab initio consparsi seminis Artem agrariam, & proindè destinati ad venditionem *Marescott. var. resol. lib. 1. dicto cap. 24. num. 9.*

Quin ad effectum applicandi eorum fauore terminos primæ mòx insinuatæ propositionis, ex *Merlin. de pignor. loco allegato*, adiuuaret Creditores iustificatio existentiæ
14 huius frumenti in eodem Horreo, quo præcedentèr asseruabatur ab Honuphrio debitore, quasi quòd adhùc computari deberet in eius patrimonio, vèl quasi possessione subiecta exercitio impressionis prædictæ hypothecæ, ex *decis. Caualer. 259. num. 3. vers. Hæc autèm*: Replicabat quippè Antonius, seù eius defensores, quòd *decisio Caualerij* aberrabat à casu, dùm percutiebat simplicitèr probationem secutæ distractionis de vniuersa Taberna, prò qua faciliùs demonstranda afferebantur indicia mercium in eadem Taberna præcedentèr existentium, & de cœtero cor-
15 ruebat suppositum ob effectiuam consignationem clauium eiusdem Horrei factam per Honuphrium Antonio, quauè consignatione intercedente dominium, & possessio diuellitur à consignante, & transfunditur etiàm cum sequela periculi in consignatarium, *Text.* est in *leg. Clauibus, ff. de contrahen. empt., §. Item si quis Merces, Instit. de rer. diuis., Mascard. de probat. conclus. 298. num. 1., Card. De Luca de empt. & vendit. disc. 10. sub num. 6., & de Seruit. disc. 90. sub num. 4., Episc. Rocca disput. Iur. select. cap. 134. num. 1., Add. ad Buratt. decis. 32 num. 7., Rot. decis. 183. num. 10. part. 19. Recent.*

Aùt verò ex capite prætensæ anterioris hypothecæ Mandatum substineri Creditores satagebant ergà ipsum pretium, non iam (vti priùs contendebant) veluti subrogatum loco rei, sed tamquàm purum pretium debitum ab emptore, tuncquè respondebat Antonius, quod non solùm hæc prætensio quodammodò contradictoria reddebatur antecedenti, ast quoquè recipiendo obiectum sub opportuna, & gratuita præcisione ab allata mòx priori parte dilemmatis, certum remanebat, non posse Creditores pretium impetrare, nisi induendo pannos eiusdem Honuphrij eorum Debitoris, & respectiuè creditoris huiuscè pretij, cùm Creditor de Iure sempèr valeat Procu-
16 ratorio nomine sui Debitoris, in rem tamèn, & vtilitatem propriam, actiones Debitori suo competentes, sibiquè obligatas exercere, ad celebre *consilium Surd. 4. n. 1., & 2.*, & concordat *Saminiat. contr. forens. 21. num. 19. & seq., Rot. decis. 179. num. 1. par. 19. Recen., in Bononien. Immissionis 26. Martij 1694. §. In nihilo subsistente, coràm R. P. D. meo Muto, in Romana Pecuniaria 5. Maij 1700. §. Hæredes quippè, coràm Me* (suprà *decis. 147. num. 1.*) *& in Romana Saluiani 2. Iulij eiusdem anni §. Nequè, coràm bo. me. Iacometto.*

Dùm igitùr obstringebantur Creditores assumere hanc vestem Honuphrij, non poterant in consequentiam effugere obicem compensationis prò suo maiori credito incontrouertibili opposit ab ipso Antonio; quoniàm sicuti huiusmodi oppositio repulis-
17 set Honuphium ab assecutione pretij, ad *Text. in leg. vnusquisque ff. de compensat.*, ità pari sorte illius Creditores eliminabat, ex ijs, quæ non obstante iure Creditorum anteriorum, pòst *Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 7. num. 375. & seq., Scacc. de Commerc., & Camb. §. 2. Gloss. 5. num. 424., Card. De Luca de Regal. disc. 26. num. 7., & disc. 116. num. 2., Rot. decis. 55. num. 13. coràm Ottbobon., aliosque*, etiàm in durioribus definiuit *Senatus Mantuanus* penès *Modernum Præsidem eiusdem Senatus Gob. consult. 130. num. 10. & seq.*

In nihilo refragante, quòd, iuxtà contrariorum sententiam, Creditores potiùs in hoc casu agant iure proprio, persequen-
18 do nomen sibi obligatum, citrà necessitatem repræsentandi personam eorum Debitoris, vt videtur sentijsse *Rot. decis. 703. n. 2. par. 3. Rec.*

Siquidèm de magis æqua, & recepta opinione est (teste *Card. De Luca de Credit. disc. 46. num. 11. 12. & 15., & de Regal. disc. 106. num. 5.*) quòd, quidquid dici pos-
19 set respectu alterius Debitoris, qui non foret vno, eodemque tempore Creditor, profectò quandò in vna, eademque persona materiali concurrit titulus crediti, & debiti, isque intendit passiuum eius nomen compensare cum semetipso, sempèr, ità suggerente æquitate, valet obijcere compensationem, ex collectis per *Modern. Nouarien. de Conpensat. cap. 1. quæst. 6. num. 14. & 15., Gob. dicta consult. 130. dicto numer. 10.*

*mer.19. 14.& ſeq., & in meo tractat.de Com-
merc. & Mercat.diſc.93. n.26., Rot.dec.409.
num 27. par.9. Recen., & in Bononien. Pe-
cuniaria 5. Maij 1681. §. Non dubitarunt,
cor. cl. me. Card. Matthæio.*

Minùs quoquè aduerſatur (ad ſenſum
replicationis Antonij) quòd propter enun-
ciatam Iudicis prouiſionem, pretium con-
trouerſum ſtare deberet loco rei, & idcircò
obſiſteret aduersùs quamcumque æquitatem
20 firmior regula de non admittenda com-
penſatione de ſpecie, vt erat Frumentum,
ad puram quantitatem, *vulgatis Iuribus*,
de quibus *Socc. Iun. conſ.60. num.3. lib 1.,
Gratian. diſcept. for. cap. 129. num. 7., &
cap.134. num.12., & cap.490. num.23., Ca-
rol. Anton. De Luca ad eumdem animad-
uerſ.134. num.9., Sabell. var. reſol. cap.56.
num. 8., Mart. Medic. deciſ. Senen. 100.
num.2., Rot. deciſ.415. num.8. par.19. Rec.*
Maximè copulato ſequeſtro facto per eoſ-
dem Creditores, per quod dicebatur eſſe
21 ius quæſitum Creditoribus, quod nèc per
Principem de eius ordinaria poteſtate valet
auferri, ex deductis per *Monet. de commu-
tat. vlt. volunt cap. 9. num. 563. cum ſeq.,
Donat. Anton. De Marin. reſol.quotid. lib.2.
cap.46. num. 13., Modern. Foroliuien. ad
conſil. Ramon. reſol., ſeu deciſ.73. num. 144.
cum ſequen.*

Subdebat etenim Antonius, pariformitèr
huiuſmodi obiectum in vtraque ſui parte,
vèl circumſtantia palam claudicare; quo-
niam reſpectu propoſitionis in ſe veriſſimæ
de non admittenda compenſatione de ſpe-
cie ad quantitatem, vèl è contrà, deficie-
bat ſuppoſitum, inquantùm ad normam hu-
ius ſecundæ partitionis dilemmatis tracta-
batur de auocando pretium vti pretium,
non verò (vt præmiſimus) tanquàm ſubro-
gatum loco rei: inquantùm autèm inhæ-
rendo ſupradictæ prouiſioni pretium figura-
retur extare loco rei, ſiuè ſpeciei, eoque
caſu non poterat præſcindi vnum, idem-
que ſuppoſitum, vna eademque fictio, cir-
cà quam repræſentatiuè ad Frumentum actu
præexiſtens Creditores nequibant illud in-
ſequi, & diuexare ex præponderantia, &
fauore libertatis, ac publici commercij, vt
ſuprà; In ordine autèm ad circumſtantiam
ſequeſtri videbatur inauditum, quòd ſeque-
22 ſtrum, in Cathalonia compellatum *Empa-
ra*, tribuat vllum, vèl minimum ius ſe-
queſtranti, ſolùm quippè apùd practica
23 ſubſellia introducta reperitur ſequeſtratio
pro mera quadam aſſecuratione Iudicij,
quemadmodùm agendo de perſonis rela-
xantur, & practicantur Mandata ſuſpicio-
nis fugæ, nè ſcilicèt Creditor pòſt exitum
propitium fraudetur præexiſtentia perſonæ,
vèl rei, illamque deindè fruſtrà, vèl labo-
rioſè nimiùm inquirat, vt ex mente *Text.
in leg. 1. Cod. quandò lic. vnicuique ſin. Iu-
dic. ſe vindic., & in leg. ait Prætor, §. Si
debitorem, ff. quæ in fraud. Credit.* tradit
*Cancer. var. reſol. par.2. cap.4. de Sequeſtr.,
& Empar. num.9.*, & dixit *Rota coràm Cer-
ro deciſ. 242. num.5.*, itàut numquàm fa-
24 ctum Iudicis ſequeſtrantis alterutri Partium
officiat, *Bartol. in leg. Intereſſe num. 4. ff.
de acquiren. poſſeſs., Rodriquez de concurſ.
& priuileg. Credit. artic.6. num.41. 42., &
43., Rot. pòſt illum deciſ.22. num.1., & 2.,
& in Recent.deciſ.300. n.1. 2., & 3. par.11.,
deciſ. 363. num.7. par.12., & deciſ. 13. n.9.
25 par.16.* Quin nèc ſequeſtratio ſimplicem li-
tis pendentiam inducat, *Lancellott. de at-
tent. lit. penden. in præfat. num.226. & 227.,
Caroc. de Sequeſtr. par.3. quæſt.10. num. fin.,
& par.4. quæſt.13., Cancer. vbi ſuprà nu.45.,
Magon. deciſ. Florent.31. num. 12., & 13.,
Rouit. dec.91. n.26.*

Eiuſdemquè (proſequebatur Antonius)
inefficaciæ detegebatur, quòd cùm illius
Procurator in Curia Vicarij præuia produ-
ctione ſchedularum, vulgò *Pagarò*, necnòn
26 Texerarum panis, vt infrà, inſteterit prò
ſatisfactione crediti ex hiſcè iuribus re-
ſultantis in ſumma prędictorū ſc.2241.79$\frac{1}{\cdot}$,
ſatis eo ipſo dignoſcatur declarata volun-
tas, ſiuè excluſio animi compenſandi, ad
*Text. in leg. ſi debitor 4. ff. qui potior. in pi-
gnor. habeant. & leg. ampliùs non peti 15.
ff. rem ratam haber., Rot. deciſ.215. num.15.
& 16. par.12., deciſ. 343. num. 3. par. 15.,
& deciſ.26. n.9. par.16. Rec.*

Duplici namquè occurrebat, & inſimùl
forti reſponſione, altera videlicèt oculari-
tèr emergente ab eadem Procuratoris in-
ſtantia: contextualitèr quippè pòſt enarra-
tum præfatum creditum, eiuſquè ſummam,
ſubiunxit = *in quorum computum recepit ru-
bra 297. Frumenti ſibi venditi, Summario
Antonij num2.*; Si enìm ad includendam
27 compenſationem ſatis reputatur, quòd De-
bitor tale factum proponat, ex quo impli-
citè ſaltèm reſultet exceptio compenſatio-
nis, per doctrinam *Bartol. in leg.1. num.6.
ff. de exception., Rouit. conſ.60. nu.4. lib.1.,
ibiquè Altimar. num.1., 4. & 11., Caluin.
de æquit. cap.7. num.8., & 9., Franch. de-
ciſ 527. num.7. Capyc. Latr. deciſ.25. nu.26.,
& Rot. in d. Bononien. Pecuniaria 5. Maij 1681.
§. Propterea, cor. clar. mem. Card. Matthæio*:
Quid dicendum, dùm prædictus Procura-
tor litteralitèr ſe ſe explicauit per illud ver-
bum = *à conto*, quod nequit intelligi, niſi
ratione pretij compenſandi; ſuaptè ſiqui-
28 dèm naturâ verbum *à conto* præſefert ex-
computationem, ſiuè imputationem reſpe-
ctiuè ad ſummam maiorem, *Rot. deciſ. 56.
num.4. par. 12. Rec., & in Romana Teſta-
menti 4. Februarij 1697. §. fin. coram bon.
mem. Vrſino.*

Et

Et altera de Iure, quòd cùm Honuphrius pòst non integros adhùc binos menses à die consignati, seù venditi Frumenti fato concesserit vndiquè obæratus, vèl decoctus, procliuiùs in his terminis assurgit, viresque assumit præfata æquitas inductiua compensationis, nulla tolerante Epicheya, quòd
29 vti debitor ex vna parte compellatur ad solutionem, & ex altera in suomèt nomine passiuo postponatur absquè spe reintegrationis, vti paritèr de æquiori, & receptiori sententia testificando ampliat *Card. De Luca de Credit.,& debit.disc.46. num.15.,& in Summ.num.187.,Cæsar De Afflict.controu. Iur.cap.41. num.26., Carol. Anton. De Luca ad Franch. decis.53. num. 5., Gob. dict. consult.130.nu.15., & seqq., Rot.in dicta Bononien. Pecuniaria 5. Maij 1681. §. Nullatenùs, coràm clar. mem. Card. Matthæio*, & in eius confirmatoria *decis.657. nu.2. par. 19. tom.2. recent.*

Atquè hinc postremò concludebat Antonius, necessarium non esse pro parua rata sc.271.20. recursum habere ad illam prælationem, quam Pistoribus Vrbis indulsit fa:
30 me: Vrbanus VIII. pro pretio totidem panis per eum extraditi communi Debitori, idquè vel intuitu cuiusdam pietatis, vèl ex intrinseca potentiori applicatione *leg. Interdùm, ff. qui potior. in pignor. vèl hypothec. habeant.*, secundùm examinata per *Antolin. in annotat. ad priuileg. Pistor. Vrbis nu.278.*, & per *Reuerendiss. Verulanum ad Statut. Fauent. lib.7. rubr.11. n.8. & seqq. tom.2.*

Ad hæc itaquè in rei veritate robusta, aliaquè cœteròquin leuiora ab Antonio argumenta superallata, *Domini* maturè reflectentes, & insimùl, vt Iuris erat, adhærentes, responderunt, *Mandatum antecedens non esse exequendum*. Vtrâque.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

De compensatione ex æquitatiuo legis ministerio inducta fauore Debitoris,
31 & insimùl Creditoris vnius, eiusdem-que personæ etiàm in præiudicium aliorum huius Creditorum anteriorum, quandò aliàs ipsemèt Debitor, & respectiuè Creditor remaneret damnificatus, allegata hac nostra *Decisione* agit *bo. me. R. P. D. Fattinell. respons.57. num.3., & 13. lib.1.*

Quòd hypotheca non sit exercibilis supèr
32 Mercibus minutatim venditis, nè impediantur commercia, prætèr citatos in hac Decisione *num.8.* habetur etiàm apùd *Rot. decis.4.* paritèr *num.8. pòst Rodriquez de concurs., & priuil. Credit., & in Tergestin. Pecuniaria 24. Ianuarij 1681. §. Et si esset creditum, coràm Paulluccio*; secùs si distra-
33 hatur tota Apotheca, vèl Fundacus, seù illius pars, quià tùnc Merces transirent ad Emptorem cum suis hypothecis, vt distinguit eadem nostra Decisio *loc. cit.*, & latè fundat *Rot. coram Molines decis. 1103. nu.2. cum duob. seqq.*

Id verò, quod mòx innuimus de hypotheca non exercibili supèr Mercibus minu-
34 tatim venditis, velim intelligas, dummodò absit mala fides, vèl collusio intèr Venditorem, & Emptorem ad finem supplantandi Creditorem, vèl Creditores hypothecarios ipsius Mercatoris, sicuti præ cœteris declarat *Card. De Luca de Regal. disc. 115. num. 6., & de Credit. disc. 22. num. 21.*

Diceretur autèm satis constare de huiusmodi mala fide, & collusione, quotiès mi-
35 nutatim quidem, sèd ità celeritèr Merces omnes distraherentur, vt intrà modicum temporis interuallum Fundacus exhauriretur, tùnc etenim id præsumeretur factum in fraudem Creditoris hypothecarij, & per consequens iste posset suam hypothecam supèr dictis Mercibus experiri, docto de illarum identitate, quemadmodùm ex *Manent.* in pulchro *cons.113. per tot.*, & signantèr *num.10.*, alijsque desupèr relatis probat *Gait. de Credit. cap.4. quæst.5. ex n.180. ad 184.*

Inquit obitèr nostra Decisio *n. 25.*, quòd Sequestrum siuè rei, siuè personæ non
36 inducit litis pendentiam; idemque prætèr *ibid.* adductos tradunt *Gratian. discept.906. num.20. cum duob. seqq., Cyriac. contr. 327. num.52., Zanger. de except. par. 2. cap. 14. num.25., Paitell. Iur. annot.80. num. 17.*, vbi dat rationem, quià Sequestrum est po-
37 tiùs quoddam præparatorium prò assecuratione futuri Iudicij, quodquè pòst se expectat libelli oblationem, & iuris Sequestrantis probationem, *Modern. Casareg. de Commerc. disc. 41. num. 49.*; & ideò, quòd Se-
38 questrum non pariat effectum præuentionis, latè probat *Tondut. de præuent. par.1. cap.32. ex num. 22.*, & præsertim *num. 25.* prout nèc supèr rebus, aùt Bonis sequestra-
39 tis imprimat aliquod vitium litigiosi, teste cum alijs *Cyriac. dicta contr.327. num. 53., Schettin. de Tert. venien. ad Caus. par.2. cap.2. inspect.2. num.76.* supèr quo tamèn videndus est *Coler. de process. exec. par.2. cap.3. num.475. & seqq. iuxtà impressionem Ienensem.*

Tangitur demùm in fine huius nostræ *Decisionis* priuilegium elargitum à fa:
40 me. Vrbano VIII. Pistoribus Vrbis circà prælationem eis debitam in concursu ad Bona communis Debitoris suprà omnes, & quoscumque illius Creditores quantumuis anteriores, aùt potiores, & de quo vltrà *Antolin.*, & *bo. me. Zaul. Episc. Verulan.* meminit quoquè *Constantin. ad Statut. Vrb. tom.1. annot.30. num.68.*, *Rot. coràm Kau-*

vitz decis.119. nu.13., cor. Molines dec.1276. num.5., & corâm Herrera decis.24. num.2., & in Romana Pecuniaria 19. Aprilis 1723. §. Respectu verò, coram bo. me. Ronault de Gamaches: Circà quod solummodò animaduertendum censeo, quòd huiusmodi priui-
41 legium suffragatur nedùm Pistoribus Vrbis, sed etiam alijs intrà ipsius Vrbis Districtum existentibus, vt reprobato nominatim *Constantin, ad Statut, Vrb. dicta annot. 30. num.*82., ac discusso formitèr punćto resoluit *Rot. corâm Molines d. dec.* 1276. *ex num.9. ad* 10., *& coram Herrera dict. decis.24. n.4.*

A. Lupardus.

ROMANA FIDEICOMMISSI

Ven. 15. *Aprilis* 1701.

ARGVMENTVM.

De tacita conditione = *si sinè filijs* = à Iure subintellecta in grauamine iniuncto filijs, aût Nepotibus, an intret stante contraria voluntate Testatoris; & referuntur, ac insimul refelluntur nonnullæ coniecturæ, ex quibus prætendebatur constare de huiusmodi contraria voluntate. Alia colliges ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Existentia fideicommissi non est in dubium ponenda, vbi vterque Collitigans ex illo propriam adstruit vocationem.*

2 *Hæres grauatus potest præuentiuè restituere fideicommissum substituto.*
Limita, vt n.3.

4 *Prætendens se vocatum ad fideicommissum passìm repelli solet à Reo, & possessore mediante illa exceptione* = Substitutio de te non loquitur.

5 *Conditio* = si sinè filijs = *sempèr subintelligitur in grauamine per Patrem, vèl Auum iniunĉto proprijs descendentibus.*
Amplia, licèt grauamen, seù substitutio sit facta fauore piæ causæ, num.6., *iuncto num.*41.
Sed hoc duplicitèr limitatur, vt num. 42. & 43.
Et talis conditio à lege subintellecta perindè habetur, acsi fuisset à Testatore expressa, num.7.

8 *Lex silet, vbi homo loquitur.*

9 *Conditio* = si sinè filijs = *à Iure subintellecta non intrat stante contraria voluntate Fideicommittentis.*
Et ex quibus constare dicatur de huiusmodi contraria voluntate, ibid., & num. 17. & 23.
Signantèr constare dicitur de hac contraria voluntate, quandò Testator vni personæ, vèl gradui adiecit expressam conditionem = si sinè filijs, num.10.
Sed alij tenent contrarium, & Rota *non semèl in hanc sententiam inclinauit, vt* ibid. num.12.
Præsertìm concurrentibus coniecturis, de quibus ibid. num.13. & 16.
Et quales debeant esse coniecturæ, ex quibus argui, aût prætendi valeat exclusio dictæ tacitæ conditionis = si sinè filijs, n.37.

11 *Argumentum deductum à discretiuo modo loquendi non stringit stante diuersitate rationis intèr casum expressum, & alium omissum.*

13 *Testator præsumitur magis diligere proprios descendentes, quàm alios sibi transuersales.*

14 *Laudatur bo: me:* R. P. D. Ferentillus, *qui fecit Additiones ad* decis. Buratti.

15 *Conditio* = si sinè filijs masculis = *non impedit, quìn (ex coniectura pietatis) non natis, aut defectis masculis subintrent fœminæ ad exclusionem extranei.*

18 *Limitationi per regulam, an, & quandò respondere liceat*, remissiuè.

19 *Causatum nequit esse potentius, quàm causa.*

20 *Dispositio* Text. in leg. si vmquàm, Cod. de reuoc. donat. *est desumpta à visceribus alterius* Text. in leg. cùm Auus, ff. de condit., & demonstr.

21 *Donatio facta contemplatione Matrimonij subiacet censuræ* leg. si vmquàm, Cod. de reuoc. donat. *non obstante, quod de filijs Donatarij fuerit in genere cogitatum.*

22 *Argumentum, quod nimis probat, nihil probat.*

23 *Conditio* = si sinè filijs = *à Iure subintellecta non intrat in substitutione merè vulgari.*
Contrarium firmant alij, de quibus n.24.

25 *Substitutio facta* pòst mortem *est fideicommissaria, non autem merè vulgaris.*

26 *Substitutio fideicommissaria facta per verba communia continet sub se vulgarem anomalam.*

27 *Statutum Vrbis mandans, filios in conditione positos censeri dispositiuè vocatos, procedit etiàm in tacita conditione vigore* l. Cùm Auus.

28 *Causa vbi potest decìdi ex nudo facto, superfluum est diuagari supèr conclusionibus Iuris.*

29 *Substitutio facta sub conditione* = si sinè filijs = *deficit vnà cum tota serie aliarum substitutionum, si grauatus filios pòst se reliquerit.*
Limita stantibus coniecturis in contrarium, & signantèr digressu ad multiplices gradus substitutionum, n.30.

31 *Appellatione* = Domus = *in fideicommissis veniunt omnes effectiuè descendentes à communi stipite.*

32 *Ver*

32 *Verba Testamenti aliqualitèr dubia semper interpretanda sunt eo modo, quo Testator illa intellexit in alia parte ipsius Testamentariæ dispositionis.*

33 *Statutum Vrbis* de filijs in conditione positis *comprehendit etiam totam lineam, vèl descendentiam paritèr in conditione positam.*

34 *Relatio sempèr facienda est ad proximiora, de quibus Testator locutus fuerat.*

35 *Appellatione* Domus, *seù* Familiæ *quandò veniat solùm effectiua, aùt etiàm contentiua nedùm proxima, sed remota*, remissiuè.

36 *Verbum vno modò acceptum à Testatore in vna parte Testamenti, si sit in alia parte repetitum, non debet difformem pati interpretationem.*

38 *Laudatur* D. Iacobus de Comitibus *tùnc Almæ Rotæ Senensis Auditor.*

39 *Conditio* = si sinè liberis = *à Iure subintellecta non procedit in dispositione transuersalis.*

Fallit concurrentibus coniecturis vrgentibus, & efficacibus, n. 40.

44 *Tacita conditio* = si sinè liberis = *subintelligitur nedùm in vltimis voluntatibus, sed etiàm in contractu donationis.*

Amplia respectu vltimarum voluntatum, etiàm si in Loco adsit Statutum disponens, quod Testamenta debeant intelligi ad litteram, & prout iacent, n.45.

46 *Tacita conditio* = si sinè filijs = *non habet locum in Testamentis conditis per descendentes fauore suorum Ascendentium.*

Limita, vt n.47.

48 *Tacita conditio* = si sinè filijs = *non intrat fauore filij adoptiui à Patre adoptante instituti, & grauati.*

Nec fauore filij spiritualis ab eius Patrino paritèr instituti, & grauati, num.49.

Minùs fauore Priuigni ab eius Vitrico honorati, & grauati, n.50.

Prout nèc etiàm intrat fauore Vxoris à Marito institutæ, & grauatæ vnà cum filijs communibus, n.51.

Idemque procedit in extraneo instituto, & grauato insimùl cum filio, vèl filijs ipsius Testatoris, num.52.

Similitèr non intrat fauore Amici per eius intimum Amicum instituti, & grauati alteri restituere post sui obitum, n.53.

DECISIO CLXXXVIII.

NOuissimum plusquàm piæ, ac suprà inuidiam Illustris Principissæ D. Don Annæ Columnæ Barberinæ, sub quo fato cessit, elogium, hæredes inscribendo primario loco Nicolaum Magnum Ordinis Hierosolymitani Priorem eius filium prædilectum, deindèque substituendo Carolum summoperè etiàm tùnc emeritum, & amplissimum S. R. E. Cardinalem, necnòn Maffæum Principem Prænestinorum eiusdē Testantis pariformitèr dilectissimos filios primi gradus, antequàm ad illos de proprio Magnatitio genere Columnensi suam dispositionem inflecteret, bina excitauit motiua perquirendi, vtrùm scilicèt eueniente possibili casu vocationis per Testatricem ordinatæ fauore propriæ Paternæ Domus de Columna, memoratus amplissimus D. Cardinalis maternam teneretur hæreditatem (ex causa factarum intermediè alienationum à prædicto Prænestinorum Principe eius germano Fratre renunciatario) de proprio reintegrare, & consecutiuè etiàm, vtrùm reuerâ futuris temporibus humanitatem exuente eodem D.Cardinali, potiùs illius ex prælaudato Principe Nepotes successuri forent, quàm hodiernus D., ac Magnus Neapolitani Regni Comestabilis de Columna; quaproptèr vtrâque trutinatione ad Me per specialem Signaturæ Iustitiæ Commissionem, siuè rescriptum seorsim deuolutâ, *Dominos* in hodierna Audientia ab hac secunda conflictatione incipiendo, vt par erat, consului = *An de fideicommisso constaret, & per cuius obitum, & ad cuius fauorem*; prodijtque à Sacro Auditorio responsum = *Constare de fideicommisso per obitum Principis Maffæi fauore DD. Fratrum de Barberinis.*

Ratio complectens primam, & secundam partem trifariæ huius dubitationis, nullam prorsùs, vèl admodùm paruam secum ferebat amaritudinem, quià circà existentiam fideicommissi in genere, nedùm illa reddebatur palmaris ex ipsa littera Testamenti, sed à neutra Collitigantium parte impugna-
1 batur, quinimmò nec erat impugnabilis, cùm vtraque ex eodem fonte, siuè præsuppositione fideicommissariæ ordinationis iura propria deduceret, & exhauriret, vt aliàs in similibus respondit *Rot. in decis. 645. num. 2. coram Card. Cerro, decis. 477. n. 3. part. 14., decis. 82. num. 1. par. 15. recen.*, ac etiàm dictum fuit in *Aretina Beneficij 11. Iunij 1700. §. Nulla, coràm Me* (suprà *decis. 153. num. 3.*)

Neque minùs respectu purificationis eiusdem fideicommissi substantialis poterat incalescere contentio; quoniàm licèt (vt infrà) Informantes pró D. Comestabili ad finem detrudendi applicationem huic casui famigeratæ *l. cùm Auus, ff. de condit., & demonstrat.* satagerent quodammodò recalcitrare præuentinæ restitutioni istius fideicommissi factæ per Eminentiss. D. Card. Carolum clar. me. Maffæo Principi Prænestinorum eius fratri, attamèn, quatenùs attinebat ad hanc colluctationem, fortassè magìs intererat illorum Principali purificationem controuersæ substitutionis desumere ex persona prædicti Principis, vtpotè per illius

illus obitum ad præsens iàm vacantem, & adapertam, quàm expectare serotinam deficientiam D. Cardinalis Caroli: & nihilominùs cùm memoratus Princeps Maffæus pòst mortem præfatiD. Cardinalis certitudinariè foret vocatus, & substitutus, nullumque, præcisiuè à prædicta applicabilitate *l. cùm Auus*, emergeret in præsenti proposito præiudicium D. Comestabili, immò hìc, & nùnc eadem præuentiua restitutio beneficium celerioris fruitioni Bonorum fideicommissariorum spectato euentu protulisset, non erat, cùr, sese abdicante D. Cardi-
2 nali, non deberet eadem præuentiua restitutio substineri, & consequentèr fideicommissum, siuè substitutio censeri purificata per obitum vsquè tùnc Principis Maffæi, ad normam notissimi *Textus in leg. pòst mortem*, *Cod. de fideic.* cum concordantibus *in leg. Si Pater, ff. quæ in fraudem Credit.*, alijsque vberrimè recensitis per *Fontanell. decis. 39. num. 2., Episc. Rocca disput. Iuris select. cap. 49. num. 29. 31. 32., & seqq.*, quam-
3 uis intercedente præiudicio positiuo aùt Creditorum, aùt diuersi substituti, in vno, vèl altero casu diuersimodè forsàn dici, vèl saltèm disputari posset, ex plenè traditis, & ad satietatem dispunctis per *Roman. cons. 452. num. 3. & seqq., Peregrin. de fideicom. art. 3. num. 127., Episc. Rocca dicto cap. 49. num. 68., Fontanell. dicta decis. 39. num. 6. & seq., Rota decis. 363. sub num. 1. & seqq. par. 1. recen.*

Anima igitùr totius consiliationis residebat in examine posterioris tertiæ particulæ Dubij superiùs expositi, videlicèt, *a cuius fauorem constaret de fideicommisso, illiusque purificatione*; quocircà viriliter subiungebat prædicti Informantes prò D. Comestabili, eius præsidio stare regulam claram, & indubitatam, nempè quòd cùm DD. Fratres de Barberinis oppositores nullibi apparerent non solùm expressè vocati, aùt inuitati ad succedendum, sed neque simplicitèr in toto Testamento Principissæ vllo modo compellati, aùt enunciati, captiuari nequibat idcircò intellectus, vndè præsumere valerent, vèl per obitum Principis Maffæi iàm secutum, vèl pòst alterum in futurum contingibilem D. Cardinalis, sese reputare vocatos, præsertìm ad exclusionem D. Comestabilis, eiusque descendentium expressissi-
4 mè vocatorum, palàm, in hoc etiàm Iudicio præuentiuo, resistente familiari dicterio, ac propositione = *substitutio, siuè fideicommissum de te non loquitur*, vti dicebat *Io. Andreas in addit. ad Speculat. tit. de Testament. §. 1. vers. occurrit in fine, Rota in Carpentoracten. Hæreditati, seu Fideicommissi 14. Martij 1687. §. Positi, coram Reuerend. P. D. meo Molines Episcopo (intèr suas decis. 1. num. 19.) & in Recina Fideicommissi 22. Martij 1700. §. Iàm enim, coram Me (suprà decis. 139. num. 1.)*

Verùm animaduerterunt *Domini*, illam nuncupationem, siuè mentionem DD. Fratrum, quæ in Auito postremo elogio Principissæ desiderabatur, satis superquè remanere suppletam ex mente, ac Testamento legis in dicta *leg. cùm Auus, ff. de condit. & demonstrat.* reassumpta cum eximia laude *Papiniani* per *Imperatorem in leg. cùm acutissimi, Cod. de fideicom.* per quæ sanè Iura, ità impellente coniectura pietatis, *censetur minùs fuisse scirptum, quàm dictum*:
5 Quamobrèm, præcipuè vbi agitur de descendentibus à Testatore, seù Fideicommittente (nisi palàm, & explicitè inscripta fuisset) apposita sempèr censetur etiàm ad exclusionem Patrui, multóque magis alterius remotioris substituti ipsi grauato, ac respectiuè descendenti, conditio = *quatenùs, & si absquè filijs, vèl liberis decederet, & non alitèr = dicta leg. Cùm Acutissimi*, ibi = *non alitèr hoc videri dispofuisse, nisi cùm filius eius sinè sobole vitam suam reliquerit &c.* & habetur ex plenè congestis per *Soccin. Sen. in dicta leg. cum Auus n. 39., Soccin. iun. cons. 126. num. 18. & seqq. lib. 1., Menoch. cons. 625. num. 26., & cons. 680. num. 39., & de præsumpt. lib. 4. præs. 89. num. 119., Fusar. de substit. quæst. 393. num. 73., Gomez variar. resol. tom. 1. cap. 5. num. 32. versic. sed prò hac sententia, Torr. de success. in Primogenit. & Maiorat. Ital. par. 2. quæst. 16. num. 100., Rota in Bononien. Fideicommissi 28. Iunij 1666. sub princip. coram bo. me. Albergato*, & in eius confirmatoria *decis. 132. num. 4.*
6 *par. 16. recen.*; quin etiàm ad exclusionem quoquè piæ causæ substitutæ, licèt de cætero tàm in Iure nostro priuilegiatæ, militare subintellectum eiusdem conditionis *Si sinè filijs*, vnanimitèr ampliarunt *Menoch. d. cons. 625. nu. 18., & de præsumpt. 89. n. 124., Gomez d. cap. 5. n. 34., Ferrij de success. lib. 17. tit. 13. de condit., & demonstrat. num. 5. circà med., Fusar. dicta quæst. 393. num. 55., modern. Argentan. collat. legal. 12. num. 9. vol. 2., Rot. dec. 170. num. 14., decis. 211. num. 17., & decis. 308. n. 15. par. 14. rec.*

Atquè ità quantumuìs Principi Maffæo filio Testatricis substituto, & correlatiuè grauato fauore eorumdem DD. Fratrum,
7 illius filiorum talis conditio, siuè nominatio minimè legeretur materialitèr adiecta, adhùc citrà scrupulum legi poterat, & debebat per oculum intellectus, ipsiusque legis, quemadmodùm cum *Rota dicta dec. 308. num. 20. & 21. par. 14. Recen.*, alijsque superiùs allegatis, ac recensitis, passim in hiscemèt, vèl fraternizantibus terminis quoquè adnotauêre *Paul. de Castro in dicta leg. cùm Auus sub num. 3., Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 7. num. 1.*, *& Rot.*

& Rot. coràm Merlin. decis. 864. *num.* 4.

Frustrà verò conclusionem, & suppositionem hanc ineluctabilem nutare posse contendebant prædicti Informantes, ex quo liqueret de contraria Testatricis voluntate,
8 & intentione, per quam sicuti semper, homine loquente, silet lex, ità apparente in concreto, noluisse fideicommittentem sub-
9 intelligi hanc conditionem = *Si sinè filijs*, ampliùs non intrare censuram prædictæ *leg. cùm Auus* vno ore monuerunt adducti per *Ger. Spin. cons.* 65. *num.* 14, *Fusar. de substit. cit. quæst.* 393. *num.* 85. *vers. Quartò accedit, & num.* 108., *Peregrin. de fideicom. art.* 25. *nu.* 11., *Barrij de success. dicto tit.* 13. *num.* 6.

Hoc enim opus, hìc labor erat, demonstrare nimirùm, quòd Testatricis voluntas & intentio staret pro exclusione huius nimiùm pij, & iuridici intellectus: allegare quippè, quòd hæc intentio sufficientèr erumperet ab admodùm præpotenti efficacia discretiuæ locutionis, dùm D. Principissa primariò instituens Priorem Nicolaum filium (vti diximus) præ cœteris vndequaquè dilectum, non minùs in parte dispositiua, quàm in conditionali expressìm vocauit, fecitque mentionem de eiusdem Nicolai filijs, ac filijs filiorum, sed &, quod magìs erat, pòst intermediam substitutionem Cardinalis Caroli, ac Principis Maffæi substituens natiuam eius Domum Columnensem, ac etiàm postremò oculum dirigens ad propriam filiam Mutinæ Ducissam, in vtraque gradualitate substitutionis actiuè, passiuè, & conditionalitèr filios, ac vlteriores descendentes pluriès, ac pluriès nuncupauerat, & inuitauerat, vsquè ad stabiliendum intèr ipsos ordinem succedendi; ac propterea imperce-
10 ptibile videretur, quòd emendicare deberemus subintellectum legis, ex eo quòd minùs scriptum fuisset, quàm dictum, quandò Testatrix ad satietatem, & à parte antè, & à parte pòst, scripsit, repetijt, & subscribere, & repetere fecerat totum id, quod voluerat, & volebat, iuxtà ea, quæ in hac ipsa quæstione, seriò innitentes huic discretiuæ formæ loquendi, ac disponendi, tradiderunt *Soccin. iun. cons.* 100. *nu.* 12. *lib.* 1., *Fusar. de substit. dicta quæst.* 397. *num.* 85., *Ioseph Altograd. contron.* 75. *num.* 42., *& seqq., Hodiern contron. for. cap.* 20. *n.* 52., *Magon. decis. Florent.* 52. *num.* 12.

Occursum siquidèm ad euidentiam obiectofuit, quòd fortè particulares ipsarum personarum, siuè filiorum, ac descendentium circumstantiæ in primis exigebant huiusmodi expressum disponendi modum, quoniàm respectu Nicolai, ergà quem vberior affectio Principissæ Matris profundebatur, non abs re mentio fiebat de illius filijs, ac nepotibus, siuè filijs filiorum, quià cùm dubitari posset de statu forsìn cœlibi per eum continuando, vèl eligendo, vt etiàm comprobauit euentus ratione suscepti deincèps per eum Habitus Regularis, ipsaque vlteriùs Testatrix positiuè ambigèret, nè Prælatitiam in Curia vitam assumeret, ex quo ipsi ad hunc effectum etiàm attribuit de propria hæreditate (aliàs rigidè vinculata prohibitione alienationis) potestatem alienandi quidquid oporteret = *oltre la sua legitima per comprare* = iuxtà illorum temporum necessitates, seù congruentias = *l'Offizio di Chierico di Camera, Auditorato, ò Tesorierato &c.*, opportunum quoquè idcircò erat prò ipso quodammodò alliciendo ad statum Matrimonialem non relinquere simplicitèr disputationi Iuris in eo casu magis disputabili vocationem eius posteritatis probabilibùs exoptatæ per Testatricem; sicutì paritèr necessarium omninò reddebatur, defectis D. Cardinali, ac Principe, in propria Domo Columnensi, ac in altera Ducissæ Mutinæ de filijs actiuè, passiuè, & conditionalitèr facere nuncupationem, & mentionem, nè de cœterò substitutiones in longum volitæ, & concupitæ sisterent in primo puncto, iuxtà celebrem *Theoricam Cumani in leg. cùm ità, §. In fideicommissò, ff. de legat.* 2.; talis autèm non aderat necessitas, quotiès contingentia præbuisset, cœlibem decedere Nicolaum, & substitutionem expressam porrigi ad D. Cardinalem, & successiuè ad Principem Maffæum, satìs namquè horum respectu *ipsa lex. cùm Auus, & leg. cùm acutissimi* absquè alio ministerio hominis, posteritati, seù subintelligentiæ prædictæ, etsì non
11 scriptæ conditionis *si sinè filijs* prouidebant: vndè intercedente differentia rationis, necnòn personarum, ac orationis, generalitèr frigescere argumentum à discretiua locutione depromptum, inquit *Rot. dec.* 406. *nu.* 8. *&* 9. *cor. Priol., decis.* 274. *num.* 15., *& decis.* 478. *num.* 10. *par.* 18. *recent., & in Auenionen. Fideicommissi* 28. *Ianuarij anni currentis §. Quòd si legando, coràm Me* (suprà *decis.* 174. *n.* 10.)

Quin etiàm, præcisiuè ab hac particularitate circumstantiarum, rationisque di-
12 scrimine, in nostramèt quæstione argumentum discretiuæ elicitum per appositionem expressæ conditionis = *si sinè filijs* = in vna persona, vèl gradu, ac respectiuè illius omissionem in altero gradu, casu, vèl persona, contempsère *Corn. cons.* 197. *n.* 6. *&* 7. *vol.* 3., *Ruin. cons.* 121. *num.* 9. *cum seqq. lib.* 3., *Fusar. de substit. dicta quæst.* 393. *num.* 86. *cum tribus seqq., Card. Mantic. de coniectur. lib.* 2. *tit.* 8. *sub num.* 22. optimè *Crassus in §. Fideicommissum quæst.* 21., vbi in fine concludit, hanc sententiam esse benigniorem; & cum eo sæpiùs inclinauit *Rota decis.* 100. *sub num.* 12. *vers. respondebatur, & num.* 13. *cor. Pamphil., & dec.* 480. *num.* 5.

num.5. coram Coccin., & egregiè ponderat in simili *Card. De Luca de fideicom. disc.74. n.2.*, *& disc.144. n.50.*

Addebatur, quòd libentiùs consimile argumentum retorquebatur, etiàm dupliciter; primò nimirùm, quià nulla suppetebat ratio, propter quam in eius licèt naturali, transuersante tamen Domo Columnensi, maluerit filios grauatorum, eorumque vlteriores filios vocare, & inuitare ad succedendum, & hic posthabuerit illos nascituros è corpore D. Principis filij primi gradus eiusdem Testatricis, & in ordine succedendi per eam antepositi: regularitèr
13 etenim in materia fideicommissaria potens est ratiocinatio desumpta à fortiori, nempè, vt quod Testans demandauit fauorabilitèr ergà personas magis remotas, minùsque dilectas, eò certiùs præsumendum est, maluisse in personis proximioribus, ac ordine sanguinis, & naturæ prædilectis, & in effectu antelatis, secundùm animaduersa per *Altograd. cons.45. sub num.41. lib.1.*, *Ramon. cons.15. num.51.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 16. num. 4. vers. tertia est coniectura*, *Fusar. de substit. quæst.460. n.16.*, *Mart. de success. legal. par.4. quæst.34. art.6. num.17. & seqq.*, *modern. Lucen. consult.321. num. 10. & 12.*, *modern. Argentan. collect. 12. num.7. tom.2.*, *& Rot. in Romana Fideicommissi Prosperi iun. de Caffarellis 7. Iunij 1694. §. Nequè*, *coram bon. mem. Emerix* (nùnc intèr suas *decis.1180. n.9.*)

Et secundò, quoniàm vbi cogitare vellemus, quòd in mente Testatricis vim vllam ingessisset efficacia discretiuæ, quarè eadem Testatrix, quæ cubitalitèr faciendo mentionem de filijs siuè Nicolai, siuè Domus de Columna, siuè Ducissæ Mutinæ cum specifica superinductione masculinitatis, adiunxit quoquè illam Clausulam = *escludendo sempre le femine*, nisi quià fortè ipsa Testatrix, vèl (vt supponitur) extensor Te-
14 stamenti *R. P. D. Ferentillus*, non exiguæ nomenclaturæ *Doctor*, & celebris *Additionator ad decis. Buratt.* rectè callebat, parui ponderis esse argumentum hoc discretiuæ, seù prætermissæ mentionis ipsorum filiorum, vèl eorum qualitatis, quotiescumquè prædicta coniectura pietatis supplere valebat omissum; quodquè de facto non obstante appositione filiorum masculorum
15 dumtaxat in conditione cum omissione fœminarum, *Doctores*, *& Sacra Rota* ponderarunt, intèr factam, vèl neglectam appositionem conditionis subintellectæ in *dicta leg. cùm Auus* dari medium, & masculis defectis, fœminas vigore *prædictæ legis* subintroire, vt per *Aucharan. cons. 51. per tot.*, *Rustic. ad dictam leg. cùm Auus lib.3. cap.4. num.6.*, *Torr. de primog. & maiorat. Ital. quæst.16. num.17. cum seqq.*, *& nu.194. & seqq. par. 2.*, *Rota in allegata Bononien. Fideicommissi 28. Iunij 1666. §. Limitatio*, *coràm bo. me. Albergato*, & in eius confirmatoria *decis. 132. num.8. cum seqq. par.16.*

Si igitùr eodem modo voluisset proprios effectiuos Nepotes à Principe Maffæo nascituros excludere à sua successione in gratiam suorum transuersalium, profectò Testatrix contenta non fuisset simplici omissione, vèl simplici discretiua, quemadmodùm ad fœminas propulsandas satis non fuit simplici omissione, ac simplici, & insimùl forti discretiua masculinæ qualitatis expressæ, adeoùt introspecto spiritu huius secundæ reflectionis, potiùs eadem operatio discretiuæ prodesset DD. fratribus;
16 Quòd si à beneficio *leg. cùm Auus* eorum Auia cogitasset arcere illos, apertè exclusisset, sicuti ab eodem beneficio exclusit in alijs gradibus substitutionum fœminas non volitas, iuxtà *Text. in leg. vnica*, *§. sin autèm*, *C. de caduc. tollend.*, *Rot. decis. 81. num. 11. coram Dunozet. sen.*, *decis. 262. num.13. par.17.*, *& decis. 122. n.8. par.19. recen.*

Et ex his retorto, siuè admodùm infracto obice prætensæ discretiuæ, mole sua paritèr de facili corruebant coniecturæ concomitantes allatæ per eosdem Informantes,
17 quià scilicèt, & eosdem filios Nicolai posuisset in conditione Testatrix occasione legati Domus, siuè Villæ eleuatæ ad prospectum Ecclesiæ S. Honuphrij, & quòd eadem nequiuerit non cogitare de filijs Maffæi, cùm ipse tùnc temporis sese iàm iunxisset Vxori, præsertìm perpendendo præcisam verborum formulam adhibitam ab ipsa Principissa in ordinatione substitutionis fauore Primogeniti Domus de Columna, vt ibi = *mancando tutti li sudetti figli dell' Eccell. Signor D. Nicolò, se gl' hauerà, & essendo anche mancanti li primi chiamati come sopra, voglio, che la detta mia Eredità vada alli figli Primogeniti &c. della Casa Colonna &c.*, quasi quòd minimè restrinxisset eamdem substitutionem pòst primo vocatos, quales erant (obeunte sinè filijs Nicolao) Cardinalis, & Princeps, nisi eos tantummodò personalitèr substituisse reputasset; vndè iuncti s, siuè supercumulatis his quoquè coniecturis, foret à prædicta determinatione, ac regula *leg. cùm Auus* recedendum, secundùm ea, quæ per conglobationem aliarum coniecturarum præcisè affirmarunt *Altograd. cons. 45. n.5. & seqq.*, *& cons.61. per tot. tom.1.*, *Rodulphin. allegat. 133. num. 1.*, *& seqq.*, *Censal. ad Peregrin. de fideic. art. 25. vers. sed tamèn hinc fol.104.*

Hi etenim, similesquè discursus, ac ratiocinia ocularitèr reincidebant in idem, nequè apùd *Dominos* censeri valuerunt idonei pró subuertenda præmissa coniectura pie-

pietatis considerata per *Papinianum in dicta leg. cùm Auus*, & per *Cesarem in dicta leg. cum acutissimi*; nàm quòd etiàm in prædicto legato Principissa meminerit filiorum Principis Nicolai, satis elidebatur, aùt saltèm offuscabatur à ratione differentiæ suprà iàm animaduersæ: Et substitutio Domus de Columna = *venendo il caso, che ò morissero tutti li primi chiamati* (prout inferiùs eadem Testatrix repetijt) pariformitèr in nihilo faciebat, tùm quia, & hìc replicanit = *escludendo sempre le femine di Nicolò*, itàut probabilitèr magis vrgeret hæc æquè valida retorsio iàm connotata; tùm & etiàm, quià si placuisset adeò mordicùs adhærere huic cortici verborum, destructa remansisset littera vtriusque *Textus*, in quibus eodem modo præsupponitur grauamen cubitalitèr impositum pòst mortem, &, quod plus est, in dicta *leg. cùm Auus* ad tempus mortis infrà spatium annorum 30., ideòque optimè
18 in hoc casu poterat assertis limitationibus per regulam responderi, ex lepidè in suo perpensis, siuè allatis per *Rot. in Bononien. Fideicommissi de Medico 27. Ianuarij 1666. coram clar. mem. Card. Taya* penès *Actolin. pòst resol. 120. sub num.* 48.

Ponderatio demùm, quòd Principissa Testatrix rectè cogitare valuerit de filijs Principis Maffei, velutì tùnc vxorati, nullatenùs videbatur esse tanti roboris, & efficaciæ, vt posset sensum adeò æquitatiuum, ac pium, huiusmodi rescripto, ipsique naturæ insitum eradicare; cùm enim poten-
19 tius esse nequeat causatum, quàm causa, *Card. Tusch. litt. C. conclus. 138. n. 10.*, *Barbos. axiom. 40. n. 26.* à pari, immò à fortiori
20 receptum habemus in alia celebri *leg. si vmquàm, C. de reuoc. donat.*, quamuè fatentur communitèr desumptam ab ossibus, & medullis originalibus ipsius *leg. cùm Auus Tiraquell. in ead. leg. si vmquàm, verb. libertis num. 76.*, *Russic. in dicta leg. cùm Auus lib. 1. cap. 10. num. 9., & lib. 3. cap. 18. num. 63.*, *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. part. 3. sub num. 3. Cutell. de donat. special. 3. discur. 1. num. 6.*, *Marescot. var. resol. lib. 3.*
21 *cap. 2. num. 9.* satis non esse, quòd, ad auferendum beneficium filijs ex pòst subortis, donans cogitare valuerit de eorum superuiuentia, nempè etiamsi donatio facta fuerit in ipso contractu Matrimonij ineundi, vti probant *Ruin. cons. 98. num. 21. circa med. lib. 1. Bertrand. cons. 312. num. 2. lib. 3.*, *Iul. Clar. lib. 4. §. Donatio quæst. 22. sub numer. 2.*, *Card. Mantic. de tacit., & ambig. tit. 10. num. 34. lib. 21.*, *Vrceol. de Transact. quæst. 92. num. 6.*, *Christin. decis. Belgic. 192. num. 13. tom. 4. Rot. decis. 481. num. 30. coram Peutinger.*

Nè quid autèm intactum dici mereretur in hac non leui, & cœteròquin præclarissima Causa, *Domini* patientèr rimantes alias quoquè binas coniecturas præmissis adauctas ab Informantibus pro D. Comestabili, nullius releuantiæ dignouerunt illam, quòd eò minùs filij Principis Maffæi possent ad limites totiès memoratæ *leg. cùm Auus* censeri subinclusi in dicta tacita conditione = *si sinè filijs*, dùm Testatrix opportunè sciebat, eosdem filios gauisuros esse iure Primogeniture in Barberina Domo creatæ per clar: mem: Vrbanum VIII., & insimùl professa fuerat, superiorem ordinem successiuum stabiliuisse = *per prouedere à chi hà di presente minor commodità di poter sostenere il suo grado &c.*; Quoniàm ista ratiocinatio ab ipso facto, & dispositione Testatricis iugulabatur, dùm huiusmodi consideratione retenta, validiùs, & certiùs excludendus erat Princeps Maffæus etiàm vita sua durante, dùm ad ipsum solum peruenire debebat Primogenitura Barberina, quandò è conuersò intèr filios nasciturosab ipso Principe magis probabilitèr adfuturi erant secundò, & tertiò geniti, vulgò *Cadetti*, qui de simplici vita, & militia prouisi fuissent, quotiès in vita remansissent de hæreditate Principissæ denudati; sicquè, prætèr postremam hanc responsionem ex se patentem,
22 prò destructione huius coniecturæ superabundabat etiàm dialectica replicatio, quòd eadem coniectura nimis probabat, ergò nihil, de qua *Barbos. axiom. 191. num. 2., & seqq., Modern. Palm. decis. Lucen. 176. num. 13., & Rot. decis. 440. num. 4. par. 13., & decis. 257. num. 24. par. 19. recen.*

Insubsistentem quoquè, ac prorsùs inapplicabilem reperiri aliam coniecturam, quòd cùm versaremur in substitutione vulgari saltèm in compendiosa contenta sub illo verbo = *essendo mancati anche &c. venendo il*
23 *caso, che morissero tutti &c.* nequirent filij memorati Principis, per vulgarem tantùmmodò substituti, haberi pro tacitè adiectis in conditione, iuxtà ea, quæ, siuè agatur de vera vulgari, siuè de altera in compendiosa substitutione compræhensa, authumarunt *Dec. cons. 416. num. 4., & seq. lib. 2.*, *Bero. cons. 128. num. 8. lib. 2.*, *Peregrin. de fideic. art. 34. num. 95., & sub num. 97.*, *Fontanell. decis. 42. num. 5., & seq.*

Citrà namquè examinationem huius propositionis, quæ suis non destituitur *Autho-*
24 *ribus* in contrarium, intèr quos antesignanus *Soccin. sen. in dicta leg. cum Auus n. 19. & 20.*, *Ruin. cons. 106. num. 2. lib. 2., & cons. 131. num. 12. lib. 3.*, *Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 2. art. 2. num. 27.*, *Rot. decis. 1216. num. 5., & 7. coram Seraph.*, & alij plenè recollecti per *Fusar. de substit. quæst. 252. num. 5., & 6.*; acritèr responsum fuit, huic criticum in facto claudicare, littera namquè Testamenti apertissimè præ-

ſeſerebat, non iàm nudam vulgarem ſubſtitutionem reſpectu Principis Maſſæi, ſed pluſquàm explicatam fideicommiſſariam, vt ibi = *in terzo luogo doppo la morte dell'Eminentiſſimo Signor Cardinal Carlo, chiamo l'Eccellentiſſimo Sig. Prencipe di Paleſtrina parimente mio dilettiſſimo figliolo* = & conſequentèr, ſtante ſubſtitutione iniuncta pòſt
25 mortem, clara, & innegabilis (vt quoquè contingebat adamuſsim in dicta *leg. cùm Auus*) erat ſubſtitutio fideicommiſſaria, & non vulgaris volita per Teſtatricem, *Menoc. conſ.* 44. *num.* 7., *& ſeqq.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 277. *num.* 8. 9., *&* 11., *Peregrin. de fideicom. art.* 18. *ſub num.* 21. ibi = *nàm mortis conditio &c.*, *Palm. Nep. allegat.* 389. *num* 9., *Adden. ad Pamphil. dec.* 415. *nu.* 20., *Rot. coram Dunozett. ſen. deciſ.* 274. *num.* 4. *&* 5., itàut poſita tàm litterali gradualitate, poſſet magis iuridicè dubitari, an adeò
26 eſſet verè, & propriè fideicommiſſaria, vt præpediret locum illi magis impropriç vulgari, quæ dicitur anomala, tamquàm contenta ſub fideicommiſſaria, ex doctrina *Alexandri conſ.* 1. *num.* 7., *& ſeqq. lib.* 1., *Peregrin. de fideic. art.* 15. *num.* 19., *Card. De Luca eodem tract. diſc.* 242. *num.* 1., *&* 2., *& diſc.* 253. *num.* 6., *Rota coram Bich. deciſ.* 548. *num.* 7., *&* 8., *deciſ.* 246. *num.* 51. *part.* 4. *tom.* 2., *& deciſ.* 324. *num.* 9. *part.* 17. *recen.*

Superlatiuè itaquè detectâ, & ſtabilitâ congruentiâ memoratarum *leg. cùm Auus*, *& cùm Acutiſſimi*, durior forsàn ſuperfuit prouincia quòad ſuperinducendam vocationem actiuam eorumdem DD. Fratrum, pròut hodiè cœteròquin meritò reſpondit *Sacrum Auditorium*, ex quo non obſtante Statutaria ſanctione Vrbis *in cap.* 142. *lib.* 1.
27 admodùm anceps, & formidoloſè diſputabilis eſt quæſtio, vtrùm eadem ſanctio præſumens, filios expreſsè poſitos in conditione habendos quoquè eſſe pro diſpoſitiuè vocatis, locum ſibi effectiuè vindicet etiàm quandò ijdem filij, vèl deſcendentes non apparent explicitè adiecti in conditione, grauitèr in hoc articulo diſſidentibus, & ſecundùm diuerſas caſuum contingentias, ac circumſtantias definientibus Iudicatis noſtri Tribunalis, vtì videre eſt *in deciſ.* 308. *num.* 18. *cum tribus ſeqq. part.* 14. *recen. in Romana Domus* 17. *Martij* 1679. *§. Potiſſimùm*, *&* 14. *Iunij* 1680. *§. Et prætermiſſa, coram clar: mem: Card. Taya*, quarum prior eſt la 503. *num.* 17., *&* 18. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*, *in Romana Cambij* 15. *Maij* 1699. *§. Irreleuans, coram Me* (*deciſ.* 89. *num.* 1., *&* 2. *tom.* 1.) *in Romana Fideicommiſſi* 1. *Iunij eiuſdem anni §. Penult.*, *&* 15. *Martij* 1700. *§. Minùs vrgere, coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

Aſt quià ſuperuacaneum eſt adſtruere concluſiones Iuris, illaſque diſſerere, vt ſit
28 de reliquo laudabilitèr in Cathedris Vniuerſitatum, quotieſcumquè aùt Pars implicitè conquieſcit, aùt aſperitas controuerſiæ mollitur, & ſuffocatur ex facto, vt cum *Card. De Luca de Emphyt. diſc.* 2. *num.* 3. animaduerſum quoquè fuit *in Veneta, ſeù Anconitana Pecuniaria* 18. *Iunij* 1700. *in principio coram Me* (ſuprà *deciſ.* 157. *num.* 1.) idcircò in primis *Domini* ſuperfluam exiſtimauerunt hanc diſcuſſionem tamquàm ex parte D. Comeſtabilis parùm oppugnatam, & ponderatâ ſubſtantiâ quæſtionis pro eius intereſſe nullatenùs oppugnabilem, ſtatìm ac prædicti DD Fratres (ex plenè hucuſquè demonſtratis) tacitè cenſendi erant poſiti in conditione de tempore obitus clar. mem. Principis Maſſæi eorum Patris, potiùs intererat D. Comeſtabilem, quòd ijdem DD. Fratres eo ipſo, quòd habendi erant pro poſitis in conditione, reputandi etiàm deberent vocati, ſiuè ex vi coniecturarum, ſiuè ex operatione Statuti, aliòquin quælibet illius ſpes, ac filiorum, & deſcendentium ab eo penitùs cecidiſſet in poſterùm; *Papiniani* ſiquidèm reſponſum non immoratur ſimplicitèr in coniecturanda ex pietate tacita conditione *ſi ſinè filijs*, ſed ait = *fidei-*
29 *commiſſi conditionem defeciſſe*, ſicuti non minùs euenire ſolet, quandocumquè proceditur in eadem conditione expreſſa *ſi ſinè filijs*, quæ facit in præceps ire omnes ſubſequentes, & ab eodem filo conditionis pendentes ſubſtitutiones, ad vulgatum *Oldrad. conſ.* 21., *Vrceol. conſult.* 70. *num.* 4., *& conſult.* 81. *num.* 6., *Card. De Luca de fideicom. diſc.* 6. *num.* 2., *Rodulphin. allegat.* 2. *num.* 2., *alleg.* 59., *& alleg.* 161. vtrobiquè *num.* 1., *Modern. Palm. deciſ. Lucen.* 176. *num.* 1., *Rot. deciſ.* 442. *num.* 1. *coram Cerr.*, *deciſ.* 176. *num.* 5. *part.* 16., *& deciſ.* 2. *num.* 2. *par.* 17. *recen.*

Maximè quià (vt rectè *Domini* proſequebantur) concatenata ſeries tot ſubſequentium ſubſtitutionū in duplici, ac admodùm dilecta Familia, propria videlicèt, & natiua Columnenſi, & alia D. Duciſſæ Mutinæ, cum tàm prouida, & repetita fœminarum excluſione, non poterat non conſtipare in ipſa adhùc ambiguitate quæſtionis vocationem Statutariam, quemadmodùm eamdem vocationem communiniſſet ad ter-
30 minos Iuris communis, & prò inducendo receſſu à prænominato *conſ. Oldrad.*, quod paſſim in Foro caſtigari, ſeù temperari conſueuit, quandò nimirùm exoptata catena, ſiuè progreſſus ſubſtitutionum per ſimplicem exiſtentiam filiorum poſitorum in conditione, in primo, vèl ſecundo anulo rumperetur, Teſte *eodem Card. De Luca de fideic. diſc.* 82. *ſub num.* 11. *verſ. Quarta*, *& diſc.* 83. *num.* 2., *Rodulphin. dicta alleg.* 2. *num.* 5.,

num: 5., & *allegat*. 51. *num*.20., *Rot. de-*
cis.385. *num*.32., & 33. *par*.9., *decis*.684.
sub num. 8. *part*. 18., & *decis*. 89. *num*. 2.
par.19. *rec*.

Prò coronide tandèm, & tàm ad magìs
præsumendum, corroborandumque subin-
tellectum tacitæ conditionis *si sinè filijs*,
quàm ad præseferendam actiuam iuridicam
non minùs, quàm Statutariam dispositio-
nem vigore *dicti cap*.142. *lib*.1. Domini ex
abundanti quodammodò præscindentes ab
omnibus hucusquè insinuatis, firmiorem
pedem figebant in altera magìs complexiua,
nimiùmque efficaci parte conditionali inte-
radiecta ad vocationem originariæ Domus
Testatricis de Columna, ac descendentium
à D. Ducissa Mutinæ: reassumens quippè
eadem Testatrix casum à se ordinatæ substi-
tutionis ergà vtramque Domum, seù de-
scendentiam, per modum Epilogi subiun-
xit = *mancando questa Casa* (scilicèt la Bar-
berina) *che Iddio non voglia, chiamo come*
dico la linea masculina della mia Casa paterna,
e figli de' figli maschi in infinito &c., ex qui-
bus sanè verbis palàm fiebat, non esse vm-
quàm cogitabile primario loco, quòd filij
Principis Maffei non forent positi in condi-
tione, & insimùl uocati, cùm dici nequi-
ret, quòd vmquàm deficeret *la Casa Barbe-*
rina, dùm aderant non solùm descendentes
ab ea, atquè sub ea venientes, sed filij pri-
mi gradus vnici tùnc sæcularis hæredis gra-
uati, quodquè alitèr non foret tota descen-
dentia, siuè Domus vocata, & insimùl ne-
cessarió grauata de gradu in gradum, prins-
quàm aperiretur substitutio fauore DD. de
Columna, aliorumque, vt suprà: sicuti
31 namquè appellatione *Domus* veniunt om-
nes procùl dubiò saltèm effectiuè descenden-
tes à stipite eiusdem Domus, *Peregrin*.
cons.57. *num*.8., & 9. *lib*.1., *Excobar. de*
purit., & *nobil. quæst*.4. §.1. *num*.11., *Rot*.
decis.492. *num*.6. *coram Pamphil*., & *de-*
cis.418. *num*.17. *coram Dunozet. iun*. præci-
puè ad præscus, quandò Testatrix sermo-
nem inflectens ad suam originem, vsurpa-
uit idem vocabulum *Domus*, habuitque il-
lud prò synonimo *lineæ*, aùt *descendentiæ*;
Verba quippè etiàm dubia sempèr interpræ-
32 tanda veniunt eo modo, quo in alia parte
Testamenti intellexit, ac glossauit ipse-
met Testans, vt ait *Fusar. de substit. quæst*.339.
num. 37., *Rodulphin. alleg*.56. *num*. 18.,
& *alleg*.69. *num*.8., *Modern. Palm. decis*.
Lucen.175. *num*.18., & *decis*.262. *num*.15.,
Rot. coram Arguell. decis.54. *num*.55., &
decis.284. *num*.28. *part*.18. *recen*.

Ità trutinando eadem verba reassumpta,
cùm vndiquè importarent conditionem per
illud participium *mancando*, quòd idem so-
nat, ac *deficiente*, necesse quoquè erat in-
ferre, quòd dubiò procùl extiterit ipsa
Barberina Domus, linea, vèl descendentia
absolutè posita in conditione, vndè & in-
33 controuertibilitèr emergebat, quòd tota
etiàm eadem Domus, & ad minùs effectiua
linea, seù descendentia Barberina, vigore
nedùm coniecturarum, sed, vt dicitur, ad
omne peius ex Statutario Vrbis beneficio
censeri deberet vndequaquè dispositiuè vo-
cata, sicutì perpetuò respondit *Rota* in his-
cè terminis reuerà conterminis, & signan-
tèr *cor. Vbaldo decis*.105. *sub num*.1., & 2.,
coram Cerr. decis.231. *num*.7., & *coram*
Dunozet. iun. decis.984. *num*.3., & *seqq*.,
& *in recen. decis*. 479. *num*. 2. *part*. 5., *de-*
cis.433. *num*.8., & *decis*.535. *num*.4. *par*.18.,
& *in Romana Fideicommissi Luciæ de Moro-*
nis 21. *Februarij* 1701. §. *Fundata*, *coram*
Me (suprà *decis*.177. *num*.15.)

Absquè eo, quód huiusmodi *Dominorum*
oraculo obsisteret illa dictio restrictiua, in-
digitatiua, & illatiua = *questa*, vt ibi = *man-*
cando questa Casa, quasi quòd in vim huius-
cemodi dictionis relatio foret (excepta per-
sonalitate substitutionis D. Cardinalis, &
Principis Maffæi) dumtaxàt habenda ad il-
lam Domum, quam in progenie DD. de
Barberinis Testatrix in animo habuerat
conseruandi, & hæc alia non foret, nisi illa
Nicolai vnicè à principio prælecti intèr
34 tres eius filios, idque, quià sempèr relatio,
ac restrictio facienda est ad magis propria,
& proxima, de quibus Testans disposuit,
& locùtus est, per *Gloss. in leg*.1. *ff. de legat.*
præstan., *Rot. coram Ludouis. decis*. 455.
num.13., & *coram Priol. decis*.124. *num*.13.,
& *in recen. decis*.284. *num*. 17., *decis*. 478.
num.7., & *decis*.692. *num*.17. *par*.18.

Obiectum etenim plausum sibi prome-
ruisset, quandò antè conscriptionem præfa-
torum verborum = *mancando questa Casa* =
Testatrix fuisset immorata in solo Nicolao,
quem tamèn Testans relinquebat in gradu
cœlibi, & adscriptum Ordini Hierosolymi-
tano: Verùm quià, obeunte eodem sinè
sobole, primo loco substituerat D. Cardi-
nalem Carolum, & secundo, siuè aliàs
tertio Principem Maffæum, quem ipsa scie-
bat Vxoratum, quis dicat, quòd supradi-
cta expressio = *di questa Casa* = debeat ci-
trà rationem coerceri ad Nicolaum, eius-
que descendentiam? non veró amplexari
quoquè Domum, siuè descendentiam ma-
gis verisimilem filij certò iàm Vxorati,
35 quidquid dicendum foret, quotiès de Do-
mo non effectiua Testatricis, sed de con-
tentiua proxima, vèl remota peragerctur,
secundùm ea, quæ examinans consimiles di-
ctiones relatiuas, aùt restrictiuas, in sub-
iecta thesi Domus contentiuæ, aùt effectiuæ,
citrà scrupulum admisit *Menoch. cons*.233.
num. 21., *Fusar. de substitut. quæst*. 351.
num. 27., *Rot. decis*. 254. *num*. 7. *par*. 12.

*rec.*cum alijs *in Romana Fideicommissi Prosperi iun. de Caffarellis 8. Martij 1694., & 3. Decembris eiusdem anni, coram bo. me. Emerix Decano* (intèr eius impress. *dec.* 1156., & 1180.)

Potissimè vlteriùs non deficiente specifica interpretatione eiusdem adamussim Domus Barberinæ: Testatrix quippè in *§. Item lascio all'Eminentissimo &c.*, & in *§. seq. Item lascio al Signor Prencipe &c.* volens facere mentionem de descendentibus à se (nulla etenìm alia origo propagationis manebat in hac Domo) adhibuit illa verba = *e poi lo lascio all'eredità della Casa Barberina*, & rursùs respectiuè = *senza sottomettere alla Primogenitura, e Fideicommisso della Casa Barberina*; quapropter quemadmodùm hæc Domus Barberina in præcedenti sensu, & agnitione Testatricis nequibat intercludi, siuè coarctari in solo Nicolao, vix probabilitèr, vti etiàm demonstrauit experientia, substentaturo propriam sui ipsius numerationem, & continentiam in Domo Barberi-
36 na, ità nèc eadem Domus adiecta in latè patentiori parte conditionali valebat diuersificantem passiuum recipere intellectum sinè læsione, *Textus in leg. iam hoc Iure, ff. de vulgar., & pupillar.*, & notant *Bartol. in leg. Centurio num. 27. ff. eodem, Rot. decis. 475. num. 10. par. 14.* cum alijs *in Romana Saluiani 13. Iunij 1698. §. Lex deniquè, & in Anemionen. Fideicommissi 28. Ianuarij 1701. §. At contrà, coram Me* (*dec. 50. num. 21. tom. 1.*, & suprà *decis. 174. num. 4.*)

Et ità, Partibus acritèr, & ingeniosè hìnc indè eorum iura propugnantibus, resolutum fuit &c.

ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

De tacita conditione = *si sinè filijs* = à Iure subintellecta in dispositione Ascendentis, etiàm ad exclusionem piæ causæ substitutæ, actum signantèr fuit in alia *Romana Fideicommissi 29. Ianuarij 1706. coram bon. mem. Molines* (nùnc intèr suas *decis.* 1011.) vbi pluriès allegatur præinserta mea *Decisio*, & præ cœteris firmatur, quòd ad hoc, vt dici queat, Testatorem recedere voluisse à prædicta æquitatiua suppletione Iuris, de qua in celebri *leg. cùm Auus, ff. de condit., & demonstrat., & in leg. Cùm acutissimi, C. de fideic.* non omnes
37 coniecturæ sufficiunt, sed tales desiderantur adeò concludentes, & efficaces, vt huiusmodi contrariam voluntatem ad oculum færè conuincant; quòd & habetur
38 apùd egregium Virum *D. Iacobum de Comitibus* (in facultate legali nemini secundum) *in eius decis. Senen. 6. num. 2., & 3.*, vbi in *nn. seqq.* pluriès refert, & sequitur hanc meam *Decisionem*.

Dixi = *in dispositione Ascendentis*; quià si ageretur de Testatore transuersali, qui grauasset eius fratrem, aùt nepotem, vt pòst mortem suam Bona restitueret alicui loco pio, vèl alteri extraneo, regula assisteret substituto ad exclusionem dictæ tacitæ con-
39 ditionis = *si sinè filijs*, cùm hæc minimè subintelligatur ad commodum transuersalis grauati, pròut (alijs omissis) pluriès respondit *Sacrum Auditorium*, & præsertìm in *Narnien. Fideicommissi coram Card. Sacrato impress. apùd Gratian. discept. for. cap. 306. num. 18.*, & *coram Cels. decis. 388. num. 4.*, & *coram Benincas. decis. 80. num. 27. cum duob. seqq.*, & *in recent decis. 170. num. 8. part. 17.*, *decis. 102. num. 2.*, & *3.*, & *decis. 633. num. 7.*, & *seqq. part. 18.*, & *decis. 453. num. 2. part. 19.*, & *in Romana Hæreditatis 14. Iunij 1709. §. Haùd vrgente cum seq. coram Card. Priolo*; nisi tamèn fa-
40 uore fratris, aùt nepotis grauati concurrerent graues, & vrgentes coniecturæ, aliæuè circumstantiæ, ex quibus Iudex rationabilitèr opinari posset, quòd etiàm in hac dispositione per transuersalem exarata mereatur suppleri ex coniectura pietatis omissa conditio = *si sinè filijs*, quemadmodùm ad limitationem præmissæ regulæ probant antiquioribus collectis *Altograd. sen. toto cons. 45. lib. 1.*, *Card. De Luca de fideic. disc. 115.* paritèr *per tot.*, & *disc. 146. num. 11.*, *Mans. consult. 37. ex num. 4. cum plur. seqq. tom. 9.*, *Torr. de Primog.*, & *Maiorat. Ital. part. 1. cap. 19. num. 7.*, *Saminiat. contr. 85. num. 25. cum duob. seqq.*, *Rot. Ianuen. penès Balducc. rer. iudic. tit. 3. decis. 34. num. 13.*; & *Rota nostra in Bononien. Fideicommissi de Medico 27. Ianuarij 1666. cor. clar. mem. Magistro meo Card. Taya impress. apùd Attolin. resol. 120. n. 48.*, & *dec. 80. num. 4. par. 19. rec.*

Dixi paritèr = *etiàm ad exclusionem piæ*
41 *causæ substitutæ*; & hoc similitèr transit prò regula, vbicumquè in vtraque specie dispositionis tàm ascendentalis, quàm transuersalis intrare potest ex coniecturata mente Testatoris tacita conditio = *si sinè filijs* = vigore prædictarum *leg. Cùm Auus*, & *Cùm acutissimi*, vt prætèr citatos in præsenti mea *Decisione num. 6.* prò absoluto notant *Adden. ad Pamphil. decis. 100. num. 25.* & *26.*, *Panimoll. decis. 43. annot. 2. num. 92.*, *D. de Comitib. dicta decis. Senen. 6. num. 4.*, & *5.*, & *decis. Florent. 57. num. 3.* vtrobiquè plurimos dans concord.; Quamuis ab hac regula *Scribentes* excipiant duos casus,
42 quorum primus est, quandò pia causa reperitur substituta non in tota hæreditate, vèl eius quota considerabili, sed in aliqua re particulari, ac de cœterò modici valoris comparatiuè ad patrimonium à Testatore relictum, in modum, vt res ista succenseri valeat vti parua Eleemosyna Deo oblata prò expiatione peccatorum, sicuti origina-

rie

riè consuluit *Ancharan. cons. 46. num. 4.*, quem communitèr sequuntur *Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 90. propè fin. vers. Et prò hoc adduco, de Constit.*, *Decian. cons. 1. num. 205. lib. 2.*, *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 7. sub num. 10. §. Nequè etiàm obstant, vers. Itèm aduertendum*, *Menoc. de præsumpt. lib. 4. præs. 89. sub num. 124. vers. Cæterùm*, *Rustic. ad dictam leg. Cùm Auus lib. 2. cap. 2. num. 95.*, *Sanchez ad præcept. Decal. lib. 7. cap. 16. num. 85.*, *Fusar. de substit. quæst. 393. num. 69.*, *Intrigliol. eod. tract. cent. 3. quæst. 52. num. 5.*, *Nouar. de restit.*, *& priuil. malè ablat. priuil. 7. num. 5. in fin.*, Amostaz. *de Caus. pijs lib. 1. cap. 8. num. 24.*

Alius paritèr, siuè secundus est casus, in quo tacita conditio = *si sinè filijs* = subintelligi nequit ad exclusionem piæ causæ etiàm in tota hæreditate, vèl in eius quota
43 substitutæ, quandò videlicèt Testator, siuè de genere Ascendentium, siuè Transuersalium, pòst mortem filij, & respectiuè fratris, aùt nepotis instituti, & grauati substituit aliquam Ecclesiam, Monasterium, aùt alium Locum pium sub expressa ratione, quód id faciebat prò exoneratione propriæ conscientiæ, vèl aliàs (vt in certis Regionibus mediante tenui legato pecuniario passim seruatur) *prò malè ablatis*, tùnc namquè cessat coniectura pietatis ergà liberos hæredis instituti, & grauati, in quorum concursu potiùs credendum est, quód Testator æternæ sui ipsius saluti consulere intellexerit, vt contrà *Soccin. sen. in dict. leg. Cùm Auus num. 46. ff. de condit.*, *& demonstr.* cum quo pertransit *Mant. vbi proximè num. 9. pòst med. vers. Quinimò*, rectiùs pró meo iudicio senticrunt *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, verb. absquè liberis (il primo) num. 25. de Testament.*, *Menoc. d. præs. 89. num. 125.*, *Rustic. dicto lib. 2. cap. 3. per tot.*, *Intrigliol. dicta quæst. 52. num. 6.*, *Fusar. dicta quæst. 393. num. 70.*, *Barry de success. lib. 17. tit. 13. sub num. 5. vers. Certè non inerit*, *Nouar. dicto priuil. 7. num. 6.*

Nè autèm sicco nimis pede transire videamur supèr hac amplissima materia tacitæ conditionis = *si sinè filijs*, prætereunda non duximus paucula quædam notatu digna, & fortè singularia, de quibus probus Lector vsum facere poterit in contingentia casuum.

Primo itaquè loco annotare placeat, quòd dicta tacita conditio = *si sinè filijs* = subin-
44 trat nedùm in vltimis voluntatibus, sed etiàm in contractu donationis intèr viuos, qua mediante filius, aùt nepos donatarius extitisset à Patre, vèl Auo grauatus pòst sui obitum alteri restituere Bona donata, vt quidquid obitèr (licèt ad alium effectum) dixerit *Rot.* in illa celebri *Romana Donationis, seù Primogenituræ de Aldobrandinis coram Emerix iun. decis. 1325. num. 36.*, *& seq.*, & in eius confirmatoria *coram Vrsino impress. ad ornatum Card. De Luca tom. 2. lib. 10. decis. 116. num. 5.* communi calculo firmant *Eman. Costa in cap. si Pater, verb. si absquè liberis num. 15. de Testam. intèr Repet. Canon. tom. 5. fol. 515.*, *Chassane; cons. 53. num. 2.*, *& 3.*, *Couarr. pract. quæst. cap. 38. num. 12.*, *Menoc. dicta præs. 89. num. 152.*, *Ant. Gomez var. resol. tom. 1. cap. 5. numer. 44.*, *Tell. Fernand. ad leg. 27. Tauri num. 8.*, *Cancer. var. resol. part. 1. cap. 2. num. 85.*, *Rustic. ad dictam leg. Cùm Auus lib. 3. cap. 18. ex num. 38. ad 49.*, *Parlador. quotid. differ. 147. §. 1. num. 4.*, *Fusar. dicta quæst. 393. num. 50.*, Antunez *de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 2. num. 152.*, *Cepparell. resol. Fiscal. 33. num. 16.*, *& 18.*

Ampliùs respectu vltimarum voluntatum locum quoquè sibi vindicat eadem tacita
45 conditio, quamuìs in loco conditi Testamenti adesset Statutum peculiaritèr disponens, quòd verba Testamentorum intelligi debeant ad litteram, & prout iacent, seclusa qualibet interpretatione, vt disputata ad partes quæstione probat *Mant. de coniect. vlt. volunt. dicto lib. 10. tit. 8. num. 12.*, & ex professo reassumit *Rustic. dicto lib. 3. cap. 12. ex num. 16. vsquè ad fin.*, vbì solidissima desupèr addit rationum momenta.

E' conuersò autèm plurimi sunt casus, in quibus cessat, seù aliàs remanet inallegabilis dispositio præfatorum Iurium in *leg. Cùm Auus*, *& leg. Cùm acutissimi*; signantèr namquè huiusmodi tacitè subintellecta conditio = *si sinè filijs* = non militat fauore
46 Ascendentium, qui fuerint instituti, & grauati à proprijs descendentibus, putà quandó filius Patrem, vèl Nepos Auum institueret, eique alium extraneum pòst ipsius decessum substitueret, ex rationibus perpensis per *Gulielm. de Benedict. in dicto cap. Raynutius, verb. si absquè liberis (il primo) num. 7.*, *Rolan. cons. 39. num. 13. lib. 3.*, *Cephal. cons. 576. num. 20.*, *& 21.*, *Anton. Gomez dicto cap. 5. sub num. 35. vers. Immò quòd magìs*, *Mant. loc. cit. num. 24.*, *Fusar. de substit. quæst. 398. per tot.*, *Censal. ad Peregr. de fideic. art. 25. vers. Quintus est casus fol. mihi 171.*, *Carualh. de utraq. Quart. part. 4. cap. 3. num. 100. pòst med. vers. Et confirmari potest*, Antunez *de donat. Reg. dicto prælud. 2. §. 2. num. 154.*, *Panimoll. dicta decis. 43. annot. 2. num. 95.* quòd tamen
47 nonnulli limitant, quotiès in contrarium concurreret coniecturata voluntas filij, aùt nepotis Patrem, vèl Auum instituentis, quód scilicèt non alitèr eum grauare intellexerit, quàm si decederet sinè filijs, vt videre est apùd *Menoc.*, & alios collectos per *Fusar. dicta quæst. 398. num. 4.*, *Barry de suc-*

successi. dicto lib. 17. tit. 13. sub num. 4. vers. Similitèr, & vers. Certè si extaret.

Prætereà non porrigitur æquitatiua pro-
48 uisio prædictarum *legum* ad filios adoptiuos ab ipsomèt Adoptante institutos, & grauatos, vt tradunt *Cephal. dicto consi.576. num.19., Facchina: contr. Iur. lib.4. cap. 58. per tot.*, & dixit *Rot. in præallegata Romana Hæreditatis 14. Iunij 1709. §. Obiectum namquè, coram Card. Priolo*: Prout nèc allegabilis
49 est fauore filij spiritualis ab eius Patrino instituti paritèr, & grauati, vt obseruant *Paul. Æmil. Gall. de except. part.2. tit.4. except.27. num.266., Mant. vbi suprà numer.21., Menoc. dicta præs.89. num.53. lib.4., Rustic. ad dict. leg. Cùm Auus lib.2. cap.1.& per tot., Fusar. de substit. quæst.393. num.84., Barry dicto lib.17. tit. 13. sub num.1. vers.*
50 *Certè si filius*: Minùsque fauore Priuigni instituti, & grauati ab eius Vitrico, nisi vrgentes, & vniuocæ coniecturæ diuersam illius voluntatem suadeant, ad sensum *Rot. in præcitata Romana Hæreditatis 2. Iunij 1704. §. Siquidèm, coram Priolo*; confirmata vt suprà *14. Iunij 1709. per tot. coram Eodem*.

Similitèr nèc procedit fauore Vxoris à
51 Marito institutæ, & grauatæ, etiamsi esset instituta, & grauata vnâ simùl cum filijs ex communi Thoro susceptis, *Cephal. dicto consi.576. num.22., Barry vbi proximè num.3. in fin., Censal. ad Peregrin. de fideic. dicto art. 25. §. Tertius casus cum seq. fol.170.*;
52 Neque itidèm fauore extranei instituti, & grauati insimùl cum filio, vèl filijs ipsius Testatoris, *Menoc. d. præsumpt.89. num.52., Censal. loco mòx cit. §. Et quamuis fol.169., Panimoll. dicta decis.43. annot.2. num.93.*

Ac deniquè (omissis cœteris casibus, qui videri possunt apùd *Ant. de Padill., Rustic.*, & alios antiquiores commentatores dd. Iurium in *leg. Cùm Auus, & leg. Cùm acutissimi*, æquitatiua suppletio sæpedictæ conditionis = *si sinè filijs* = non habet locum
53 fauore intimi Amici instituti, & grauati alteri restituere pòst sui obitum ab eius Amico maxima familiaritate, & amicitia sibi deuincto, vt quidquid censuerit *Andr. Barbat.*, & alij pauci, quos citat *Altograd. consi.45. sub num.12. lib.1.* magìs communitèr tenent *Menoc. dictæ præs.89. num.65., & seqq., Fusar. de substit. quæst.395. per tot., Barry dicto tit.13. num.3. vers. Hæc conclusio, Carol. de Grass. in paru. tract. de effect. amicit. num.218., Parlador. quotid. differ.147. §.1. num.2., & 3., Censal. dicto art.25. §. Secundus casus fol.170., Maynard. decis. Tholos.83. propè fin. vers. Vndè etiàm liquet lib.5.*

ROMANA REINTEGRATIONIS FIDEICOMMISSI DE COLVMNA.

Lunæ 25. Aprilis 1701.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus quandò possit, necnè præuentiuè, seù prænaturè restituere Fideicommissum substituto; & adducuntur desuper, ac insimùl conciliantur plures *Textus*, qui primo aspectu videbantur inuicèm pugnare.

SVMMARIVM.

1 *Filius potest de Iure abstinere ab aditione hæreditatis paternæ.*

2 *Cessio hæreditatis, vèl fideicommissi facta fauore venientis ab intestato, & respectiuè substituti, habet vim potiùs meræ abstentionis, quàm translatiuæ cessionis.*
Declara, vt num.3. cum duob. seqq.

6 *Repudiatio hæreditatis iàm delatæ substinetur in præiudicium repudiantis, secùs in præiudicium Tertij, cui ex præcedenti aditione fuisset ius quæsitum.*

7 *Beneplacitum Apostolicum non requiritur in repudiatione hæreditatis delatæ fauore Ecclesiæ, non tamèn aditæ.*

8 *Hæres grauatus restituere fideicommissum pòst sui obitum nequit illud præuentiuè restituere substituto in præiudicium suorum præexistentium Creditorum.*
Et de ratione, n.9.
Et respondetur Textui, *qui in contrarium allegari solet*, *in* l. Patrem 19. ff. quæ in fraud. Credit., n.11.
Secùs est, vbi huiusmodi præuentiua restitutio nemini præiudicat, n.16.

10 *Hæres grauatus restituendo præuentiuè Fideicommissum substituto potest illum grauare iuxtà importantiam fructuum, quos ei vita durante percipere valuisset.*

12 *Habens facultatem nominandi ad hæreditatem pòst sui mortem vnum de Familia, nequit præuentiuè in vita vnum ex eis nominare in præiudicium aliorum, qui possunt supe esse tempore mortis ipsius nominantis.*
Exemplifica in casu simili, de quo n.13.
Et explicantur alij Textus *in hac materia præuentiuæ nominationis, electionis, ac restitutionis fideicommissi*, ibid. num.14. 1 & 16.

17 *Substitutio vulgaris anomala operatur fu ingressum vlterioris substituti in locum gr dus caducati.*

18 *Conditio casualis nihil ponit in esse in principio, sed solùm quandò extitit accide talitèr purificata.*

19 *Conditio mortis àn reputetur certa, vèl i certa*, remissiuè.

20 Rota *non attendit dicta, & opiniones* Doct rum

rum, *quandò adsunt clara Iura in oppositum.*

21 *Prauentiua restitutio fideicommissi non est prohibita, quotiès non præiudicat Tertio, neque est aduersatiua voluntati Testatoris.*

22 *Status Matrimonialis est magis ærumnosus, ac dispendiosus comparatiuè ad Cœlibatum.*

23 *Iudicia prauentiua sunt à Iure permissa*, *&* n.26.

Et quandò secùs, n.27.

24 *Dans operam rei licitæ non tenetur ad refectionem damni exindè Tertio illati.*

Amplia, *vt* n.25.

DECISIO CLXXXIX.

PVgnantia quodammodò rescripta *Cæsarum* cum responsis *Prudentum*, vti videre est *in leg. Post mortem* 12. *Cod. de fideicom.*, & respectiuè *in leg. Sed. etsi antè diem* 10. *ff. ad Senat. Consult. Trebell.*, *&* *in leg. Cùm Pater*, *§. à filia*, *ff. de legat.* 2., *& in leg. Vxorem* 39. *§. Secùm, ff. de legat.* 3. *ac in leg. Patrem* 19. *ff. quæ in fraud. Credit.* contorsêre non minùs *Theoricorum*, & *Practicorum* ingenia, quàm in præsenti casu peracuêre *Dominorum* intellectus, etiàm ex officio sedulò expendentes enunciata Iura, illorumque congruam applicationem; Cùm enim libuerit Eminentissimo D. Cardinali Carolo Barberino hæreditatem eximiæ Principissæ D. Don Annæ Columnæ eius Matris sibi præmaturè restitutam à Nicolao primo hærede rursùs intrà circulum quinque tantummodò dierum cedere, & renunciare clar. mem. Principi Maffeo alij eius Fratri, contingentia præbuit, quòd ipse Princeps renunciatarius nonnulla Bona huiuscè hæreditatis minùs fortasse prouidè distraxerit: quapropter ad reparandam huiusmodi deperditionem, iactantibus substitutis, quales erant ex vna parte DD. Nepotes ipsius Eminentissimi, & ex altera Dominus, & insimùl Magnus Neapolitani Regni Comestabilis de Columna, aleam prætensæ eorumdem Bonorum reintegrationis experiri aduersùs prælaudatum D. Cardinalem, is censuit, cautius, seù salubrius esse vigore celebris *leg. Diffamari*, *Cod. de ingenu. manumiss. & leg. Si contendat*, *ff. de fideiuss.*, *& mandator.* lacessire in Iudicio comminantes, & quidèm fausto consilio, cùm in Tribunali A. C. reportauerit plenissimam absolutoriam, & hodiè non minùs fauorabilem in Sacro nostro Auditorio resolutionem.

Diximus, quòd ab enunciata quodammodò *legum* antinomia oriebatur asperitas definitionis; nàm etsi Informantes pro D. Cardinali ad eamdem asperitatem euitandam non parùm insisterent supèr eo, quòd idem D. Cardinalis nusquàm in effectu acquisiuerit Matris hæreditatem ob fermè contemporaneam renunciationem renunciationis à Nicolao exaratæ, & huic etiàm fundamento aliqui ex *Dominis* viderentur inniti, quià nimirùm, vbì hæreditas ceditur substituto, consimilis cessio induit potiùs naturam, & quidditatem meræ, & nusquàm
1 idcircò obligatoriæ abstentionis; quam etiàm filijs, licèt priùs in potestate Patris existentibus, ex Iure, vèl æquitate Prætoria facere de paterna licet hæreditate, ad *Textum in §. Sui autèm, vers. Sed his Prætor*, *Instit. de hæred. qualit.*, *& differen.*, *in leg. necessarijs*, *ff. de acquir.*, *vèl omitt. hæredit.*, *& in leg.* 1. *Cod. si Minor se ab hæred. abstin.* Cessio etenim huiusmodi, quantumuìs apparentèr translatiua, & per necessarium antecedens præsuppositiua præambulæ acquisitionis, in nulla haberi me-
2 retur consideratione, cùm ipsamet præsupposita acquisitio propriùs protendat ad dimissionem, quàm ad aliquam adeptionem vllius iuris, præcipuè si contingat fieri fauore aliàs venientis ab intestato, vèl ex vi fideicommissi, sicuti per *Text. in leg. si Sponsus*, *§. Si Maritus*, *ff. de donat. intèr Vir. & Vxor.* propugnant, ac tenent *Cancer. var. resolut. cap.* 15. *n.* 160. *& seqq. par.* 3., *Olea de cess. Iur. tit.* 2. *quæst.* 3. *num.* 45., *modern. Lucen. consult.* 227. *num.* 6. *&* 7., *Franch. decis.* 14. *num.* 25. *&* 26., *De Luca ad eumdem obseru.* 101. *num.* 26., *Rota pòst Salgad. in Labyrint. Credit. decis.* 52. *nu.* 11. *&* 12., apùd quos adeò hæc tuta videtur esse sententia, vt illam multiplicitèr ampliare non desinant.

Neutiquàm tamèn concordi, vèl sufficienti suffragio vires assumere valuit in hoderno casu talis propositio, solummodò admissibilis, quandò in vno, eodemque
3 actu, siuè Instrumento quis, vt ità dicamus, indiuisibilitèr adiuit, vèl acquisiuit tanquàm organum simplicitèr materiale ad clarum, & formalem effectum abstinendi quòad se, locumque aperiendi subintrantiæ proximè, eo dempto, successuri; se-
4 cùs autèm, quandò, pròut hìc, sub die 12. mensis Iulij per Instrumentum separatum præfatus Eminentissimus præsens, & volens acceptauit nedùm cessionem, donationem, & renunciationem Nicolai, sed vlteriùs se se obligauit ad obseruantiam quamplurium onerosarum pactionum ad commodum eiusdem Nicolai, sic & non aliàs renunciantis, deindèque per Instrumentum omninò distinctum, & pòst interuallum quinque dierum, per quod iàm quæsitum, ac constabilitum fuerat ius, & acceptatio in D. Cardinali, ipse deuenit ad cessionem, & renunciationem eiusdem iuris iàm quæsiti in personam Principis Maffæi, in his quippè terminis nequit in præiudicium quorum-

cum-

cumque deſupèr habentium intereſſe, iſte actus remanere in eſſe ſimplicis abſtentionis, ſed poſitiuè ſupponit, & efformat pluſquàm certam à parte antè acquiſitionem, vt optimè diſtinguunt *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. par. 5. num. 128.*, *Olea de ceſſ. Iur. tit. 2. dicta quæſt. 3. num. 46.*, *Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 21. art. 15. numer. 104.*, *Capon. diſcept. foren. 393. nu. 83.*, *Adden. ad Buratt. deciſ. 773. num. 6.*, *Gratian. deciſ. Marcb. 17. n. 29.*, *& 30.*, *Fraucb. dicta deciſ. 14. ſub num. 26.*

Duobus tantùm ad alios effectus caſibus exceptis, altero ſcilicèt, ſi peragatur de imprimenda abſtentione in perniciem ipſius
6 ſub hoc modo renunciantis, & altero vbicunquè quæſtio foret cum Eccleſia, aliaque conſimili perſona priuilegiata; quià tùnc citrà neceſſitatem implorandi reſtitutionem in integrum, res ſiſtit in gradu puræ
7 repudiationis, ex quo præambulè ſupponendus actus acquiſitionis (dummodò non fuerit conualidatus Apoſtolico Beneplacito, aùt alia iuridica; vèl Statutaria ſolemnitate) velutì nullus, nullam impingere potuerat obligationem in ità accurrente, & renunciante, quemadmodùm habetur reſpectu primæ theſis per *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 11. num. 42.*, *modern. Lucen. conſult. 624. num. 29.*, *Rot. dec. 687. num. 8. par. 18. recen.*, & quòad ſecundam per *Andreol. contron. 372. num. 4. cum duobus ſequen.*, *De Marin. allegat. 24. num. 19.*, *Card. De Luca de Hæred. diſc. 24. num. 5.*, *Rot. coràm Coccin. deciſ. 1814. n. 25.*, *& 26.*, *& deciſ. 1972. num. 10.*

Parùm igitùr ſubſiſtente hoc primo munimine, ideòque pernecesſè tranſeundo ad applicationem, & reſpectiuè diſſolutionem nodi *legum* vt ſuprà ad inuicèm colluctantium, opportunum prò maiori quadam dilucidatione viſum eſt plures caſus diſtinguere circà præuentiuam fideicommiſſi reſtitutionem in gratiam proximè vocati, ſeù ſucceſſuri. Horum primus erat, quandò controuerſia reſideret intèr cedentem, ac renunciantem, & illius Creditores iàm præexiſtentes de tempore factæ renuncia-
8 tionis: quamuìs enim interrogatus *Papinianus in leg. Patrem 19. ff. quæ in fraud. Credit.* reſponderit, Patrem ineuntem hanc renunciationem præmaturam Creditores non fraudaſſe, ibi = *plenam fidem, & debitam pietatem ſecutus exhibitionis, reſpondi, Creditores non fraudaſſe*; Nihilominùs communiori calculo receptum dignoſcitur, vt abſtractiue, & alio non apparente, Creditores, ſi non conſilio, ſaltèm re ipſa maneant fraudati, proindèque quòd in ſequelam ipſa renunciatio habenda veniat pro irrita prorsùs, & non facta, ità ſentientibus *Salgado in Labyrint. Credit. par. 2. cap. 15. num. 25. 27. & ſeqq.*, *Bottiglier. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 1. theor. 41. num. 23. & ſeqq.*, *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſput. 25. n. 4.*, *Andreol. cont. 110. n. 2. & ſeqq.*, *Caſtill. controu. Iur. lib. 5. cap. 112. n. 2. cum duobus ſeqq.*, *Rocca diſput. Iur. ſelect. cap. 49. à num. 33.*, *Fontanell. deciſ. 40. n. 13. & duobus ſeqq.*, *Rot. deciſ. 687. n. 9. par. 18. recen.*, *& in Viterbien. Bonorum 24. Aprilis 1690. §. Minùs, cor. Rmo D. meo Molines Decano* (nùnc intèr ſuas *deciſ. 144. num. 8. & 9.*)

Et quidèm vèl fraus in ordine ad conſilium, vèl intolerabilis læſio in ordine ad rem ipſam ſatis palpatur, quià in hac figuratione renuncians voluntariè depaupe-
9 rat Creditores emolumento conſequendi fructus, quos interìm idem renuncians percepiſſet, dùm ſupèr eis extrà dubium Creditores aſſequi valuiſſent durante vita Debitoris proportionatam ſatisfactionem, vt eſt notorium, ex collectis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 527. n. 5. verſ. ſed aduerte*, *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 40. num. 112. & ſequen.*, cum alijs in *Romana Immiſſionis 23. Martij 1699. §. Hunc tamèn, & ſeq.*, *ac 14. Decembris einſdem anni §. Ratio, coràm R. P. D. meo Caprara* (intèr eius modò impreſſ. *deciſ. 438. num. 2.*, *& deciſ. 472. num. 1.*) Huiuſmodi namquè fructus intermedij adeò cenſentur de patrimonio grauati cadente, cœteròquin ſub hypotheca Creditorum præ-
10 exiſtentium, vt talitèr renuncians queat ad ratam, & importantiam eorumdem fructuum grauamen imponere perſonæ, cui fideicommiſſum præuentiuè reſtituiſſet, *Peralt in leg. Cùm Pater, §. à filia num. 92.*, *& ſeqq.*, *& in leg. 3. §. Qui fideicommiſſum num. 63.*, *& ſeqq. ff. de hæred. inſtituen*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſs. 9. par. 5. num. 82.*, *Molin. de Primogen. Hyſpan. lib. 2. cap. 4. num. 32.*, *Andreol. dicta controu. 110. num. 6.*, *Cancer. dicta par. 3. var. reſolut. cap. 15. num. 173.* cum alijs penès *Epiſcop. Iſclan. diſput. Iur. ſelect. d. cap 49. n. 41.*

In nihilo idcircò obſiſtente *Textu in dicta leg. Patrem*; quià, prætermiſſis cœteris ſolutionibus, verba eiuſdem *reſponſi* perſpicuè indicant, quòd tempus, ſiuè protractio obligationis reſtituendi filio maternam hæreditatem, conuincebatur adiecta in gratiam ipſius filij, qui nequaquàm gaudere potuiſſet vlla commoditate fructuum maternæ hæreditatis, donèc perſeueraſſet ſub patria poteſtate, ac propterea rectè in eo
11 *Textu* reſpondetur, quód Pater fuerit plenam fidem, & debitam pietatem ſequutus, emancipando priùs eumdem filium, illique deincèps maternum Aſſem reſtituendo, pròut probabilitèr confiſa erat, ſeù fiducialitèr iniunxerat Teſtatrix, quemadmodùm indicant etiàm illa verba = *non expectata morte ſua*, & illa alia = *filio ſuo ſolutæ pote-*

potestate, & solidè perpendunt *ibidèm Gloss.*, *& Bartol.*, *ac Bald. in Rubr. Cod. de reuocandis ijs, quæ in fraud. Credit. num. 7. vers. rursùs, Surd. cons. 264. nu. 14., Bellon. iun. cons. 33. num. 13. & seqq., Castill. controu. Iur. lib. 5. cap. 112. num. 42. vers. Ioannes, Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 15. nu. 176., Bottilier. de successi. cap. 1. theorem. 41. n. 28. & seqq., Salgad. in Labyr. Credit. par. 2. cap. 15. num. 7.*

Secundus est casus, quotiès plures erant eodem modo substituti, & vocati pòst obitum grauati renunciantis, vt quià tempo-
12 re mortis eiusdem grauati consummanda esset electio fauore vnius ex pluribus eligendis: In his namquè circumstantijs dura foret amaritudo, si ob præuentiuam restitutionem fraudarentur illi, qui soli restare poterant eligibiles de tempore decedentiæ grauati, hosquè terminos percutit *Papinianus in l. cùm Pater 79. §. à filia, ff. de legat. 2.*, ibiquè notat *Gloss., Bartol, Bald., & Paul. de Castr., Carp. de execut., & commissar. Testament. lib. 2. cap. 14. num. 34. & 35., & cap. 19. num. 33. & 34., Hodiern. ad Surd. decis. 140. num. 15., Molin. de primogen. Hyspan. lib. 2. cap. 4. num. 23., Carol. Anton. De Luca de confident. hæred. cap. 179. num. 5., Larr. decis. Granaten. 10. num. 47., Fontanell. decis. 40. num. 7., Rota decis. 263., & decis. 322.,* vtrobiquè *num. 1. 2. & 3. par. 1. rec.*

Tertio præcedenti proximus est casus, quotiès nedùm gradualitèr, sed ad certum tempus demandata legeretur restitutio sub vlteriori subintellectu, vèl expressâ circumstantiâ, quòd si antecedentèr vocatus antè statutam restitutioni diem prædecederet, alter emicaret substitutus; pariformi-
13 tèr etenim tùnc nimium detrimentum emergeret secundo vocato sub ea conditione caducationis gradus præcedentis, vbicumquè redderetur impossibilis eadem caducatio, suaque respectiuè substitutio, vt super hac facti specie consultus optimè resoluit *Scæuola in leg. Vxorem, §. Secùm, ff. de legat. 3.*, & obseruat *Bartol. in leg. sed etsi alio num. 6. ff. ad Sen. Consult. Trebelll. Roman. cons. 452. num. 5., Carp. de execut. Testam. dicto lib. 2. cap. 14. num. 36., Salgad. in Labyrint. Credit. dicto cap. 15. num. 69., par. 2., Molin. de primogen. Hyspan. d. lib. 2. cap. 4. num. 28., Capon. discept. 393. nu. 90. in fine, & controu. forens. 8. artic. 2. nu. 13., Fontanell. decis. 39. num. 7., Rota decis. 468. & decis. 469.* vtrobiquè *num. 2. par. 4. diuers.*, *ac dicta decis. 263. num. 1. vers. & ratio, par. 1. recent.*

Quartum contingibilem casum exposuit *Caius in leg. Sed etsi antè diem, ff. ad Sen.*
14 *Consult. Trebell.*, vbì non purè, sed certa die, vèl conditionalitèr institutus, aùt substitutus antè eiusdem diei, vèl conditionis aduentum, hæreditatem, seù potiùs spem hæreditatis renunciat, cedit, aùt restituit, aùt etiàm vbì ille, cui facta extitit restitutio, non erat in Testamento sub omninò certò extitura conditione substitutus; in vtroque nimirùm casu (ob identificam rationem efformantem speciem vnius) improba, & nulla euadit restitutio præoccupatiua diei, vèl conditionis: nàm in priori nèc restituens erat hæres, & sic non nisi nudam spem tùnc temporis inanem restituebat, datâ enim illius præmorientiâ, nequè fideicommissum ipsum transmittere valuisset in proprios hæredes, ideòque multò minùs interim alteri cedere, & renunciare; In posteriori verò idem restituens nullatenùs restitutionem implebat, pròut Testator rogauerat, immò eueniente decessu antè diem, vèl conditionem illius, cui facta erat inordinata restitutio, consequebatur euidens contrauentio ordini per Testatorem præscripto, vt subdit *Caius in dicta leg.* ibi = *quià non ità restituitur hæreditas, vt Testator rogauerat*, & concordant *Bartol. in dicta leg. Sed etsi alio num. 6. ff. ad Sen. Consult. Trebell., Bellon. iun. dicto cons. 33. num. 9., Peregrin. de fideicom. artic. 2. num. 51., & artic. 4. num. 3., Fusar. de substit. quæst. 602. num. 4., Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. n. 113., Cancer. var. resol. par. 3. cap. 15. num. 177., Episc. Rocca disput. Iur. select. dicto cap. 49. n. 43. & 63., Cresp. de Valdaur. decis. Aragon. obser. 30. num. 2., Fontanell. dicta decis. 39. num. 17., Rota dicta decis. 468., & decis. 469.* vtrobiquè *n. 2. par. 4. diuers.*

Solùmque purificata deindè conditione, vèl aduento die primæ institutionis, vèl substitutionis, aùt etiàm paritèr impleta
15 die, vèl conditione apposita ergà vlteriorem substitutum, ex quadam benignitate (dùm tamèn ratificatio intercedat) translatæ videntur actiones, ibi = *planè posteaquàm extiterit conditio, vèl dies venerit, si ratam habeat restitutionem hæreditatis, benignius est, intelligi tùnc translatas videri actiones*, quod & prænotarunt *Alberic. in eadem leg. num. 2., Paul. de Castro in leg. sed etsi alio, §. planè, & §. Si quis, ff. eodem, Salgad. in Labyrint. Credit. par. 2. d. cap. 15. num. 40., Episc. Rocca disput. Iur. d. cap. 49. num. 43., Fontanell. dicta decis. 39. n. 17.*

Quintus deniquè proponitur casus in genere à *Philippo Imperatore in dicta leg. Post mortem, C. de fideicom.* quotiescumq; nullæ intercedant diuersificantes circumstantiæ, seù casuum figurationes, sèd quis simplicitèr grauatus est hæreditatem restituere pòst mortem certò certiùs pòst peccatum Adæ euenturam, etsi incerta remaneat dies, iuxtà illud Euangelij = *Nescitis diem, nequè* bo-

horam, eoque casu, cùm nequè violetur
16 Testatoris voluntas, nequè vlli irrogetur
præiudicium, si fiat restitutio illi viui, qui
pòst mortem restituentis esset infallantèr
successurus, regula *Cæsarei rescripti* viget
in suo robore, ac tenet restitutio facta præ-
uentiuè, vt pratèr litteram eiusdem *legis*,
& rescripti conueniunt ibi *gloss. verb. pòst
mortem, Bartol. n. 5., Bald. sub n. 3., Ias. n. 3.
& 5., Angel. vers. Sed si, & Corn. nu. 4.,
Peregrin. de fideicom. artic. 2. num. 51. vers.
Sed vbi, Carp. de execut. Testam. lib. 2.
cap. 14. num. 31., Molin. de Primogen. lib. 2.
cap. 4. num. 25., ibiquè Adden. num. 34.,
Salgad. in Labyr. Credit. d. par. 2. cap. 15.
num. 7., Capon. controu. foren. 8. artic. 2.
num. 13., Carol. Anton. De Luca ad Vin-
cent. de Franch. decis. 706. num. 2. & 3., Ho-
diern. ad Surd. decis. 140. num. 15., Larr. de-
cis. 10. num. 47.*

Ad rem itaquè, siuè nostram thesim *Do-
mini* descendentes, statim comperierunt, il-
lam versari in puris terminis quinti nouissi-
mi casus: Non enim congruebat primus,
cùm nullus extaret, aùt extet Creditor
D. Cardinalis, qui quomodòlibet conque-
ri valeat de spontauea diminutione eius Pa-
trimonij ratione fructuum ad ipsius vitam
percipiendorum; Minùs paritèr aptabatur
secundus, cùm Testamentum Principissæ
pòst fatum eiusdem Eminentissimi solum
Principem Maffæum, & non plures simùl
inuitaret ad successionem: Cùmque itidem
non fuerit designata, vèl ordinata dies fa-
ciendæ restitutionis, quìn potiùs certa fo-
ret in se conditio mortis, quantumuis re-
maneret incerta respectu horæ, vèl diei,
nequè proindè præcedens, aùt subsequens
obitus D. Principis producebat DD. de Co-
lumna, alijsque substitutis nocumentum ali-
quod caducationis, & applicabilitatem re-
spectiuè tertij casus; Immò caducatio in
nullo casu remanebat allegabilis, dùm, sup-
posito etiàm prædecessu præfati Principis,
non constito aliundè de enixè volita gra-
dualitate restitutionis de præcisis manibus
vnius ad alterum, ad normam limitationis
Alexand. cons. 1. num. 7., & seqq. lib. 1.
17 locum sibi vindicabat ad commodum sub-
sequentium substitutorum ille quotidianus,
& fauorabilis subingressus, qui à sua specie
interminata, ac expressè non determinata
per leges nuncupatur vulgaris anomala, siuè
vulgaris in fideicommisso contenta, per
originalem doctrinam *Bartoli in leg. quam-
diù, ff. de acquir. hæredit., Soccin. iun.
cons. 42. num. 20., Dec. cons. 416. num. 7., &
seqq., Rota coram Bichio decis. 17. num. 8.,
& decis. 548. num. 7., in rec. decis. 403. num. 10.
cum duobus seqq. par. 2., decis. 222. num. 19.,
& seqq. part. 5., decis. 324. num. 9. part. 17.*
cum alijs in altera *Romana Fideicommissi 15.
currentis mensis, & anni §. Citrà namquè,
coram Me* (suprà *decis.* 188. *num. 26.*)

Ob id nèc etiàm erant aptabiles termini
quarti casus; quià nequè D. Cardinalis
spem nudam contingibilem trāstulit in Prin-
cipem prædefunctum, nequè vocatio, seù
substitutio mòx enunciati Principis pen-
18 debat ab aliqua conditione fortuita, &
casuali, quæ nihil ponit in esse in sui prin-
cipio, nisi accidentalitèr eâdem conditione
eueniente, & purificata, sed solùm rema-
nebat suspensa vsquè ad decedentiam D. Car-
dinalis, vt est casus præcisus *Imperialis re-
scripti* in dicta *l. pòst mortem*, adeòut (quid-
quid contendere intèr se videatur *Bartol.*
19 *ibidem*, *& Gloss.*, vtrùm scilicèt conditio
mortis reputari mereatur certa, vèl incer-
ta) profectò dùm litteram habemus expres-
sam in *dicta leg. pòst mortem*, quæ admittit,
fieri præuentiuam restitutionem à grauato
20 fauore illius, cui pòst mortem erat facien-
da restitutio, non videbatur curandum de
opinione, vèl colluctatione *Doctorum*, ex
solida protestatione *Sacri Tribunalis* præfe-
rendi, vt par est, *Textus* authoritatem
cuicumque sententiæ *Doctorum*, *& Scriben-
tium*, de qua præsertìm in *decis. 214. num. 6.,
& seqq.*, & signantèr *nu. 14. part. 16. receu.*,
ac notatum fuit in *Tractat. de Commerc., &
Mercat. disc. 8. num. 4., disc. 33. num. 21., &
disc. 55. num. 23.*, necnòn insinuatum *in Ro-
mana, seù Firmana Successionis 10. Decem-
bris 1698. §. Circà verò, vers. Atquè ad
hunc effectum, coram Me (decis. 67. sub
num. 14. tom. 1.)*

Eòque robustiùs, quià, cùm (introspi-
ciendo contraria, siuè, vt præmisimus, ap-
parentèr repugnantia Iura) spiritus & ani-
ma diuersimodè resoluendi, irritandique
21 consequutiuè præuentiuam restitutionem,
vnicè consistat in præiudicio Tertij, aùt in
trāsgressione legis Testamentariæ aliud dis-
ponentis, vtiquè ad præsens nulla per vm-
bram cadebat transgressio in ordine ad vo-
luntatem D. Principissæ, quìn potiùs, &
lubentiùs illa videbatur assistere, dùm in
eodem Testamento Principissa professa fue-
rat satagere prouidere magis pauperi: licèt
enim Princeps Maffæus considerari posset
eò temporis refertus insigni Primogeniturâ
huius perspicuæ Domus, & forsàn, me-
tiendo redditus, tùnc superaret illos D. Car-
dinalis; adhùc tamèn cùm D. Princeps
Vxori iam se se alligasset, status hic Matri-
22 monialis regularitèr non minùs ærumno-
sus, quàm dispendiosus, necnòn sperata
progeneratio plurium filiorum, pauperio-
rem eum quodammodò faciebant, quàm
esset D. Cardinalis cœlebs, ac comparati-
uè minoribus dispendijs, & tribulationibus
carnis obnoxius, & inuolutus, iuxtà di-
ctum *Diui Pauli Epist. prima ad Corinth.*, &
con-

consonat Adameæ conquestio apúd *Terent. in Adelph. act.5. scen.4.*

Quó verò ad Tertij præiudicium, cùm illud iàm ex rimatione supradictorum *Iurium*, & casuum nequiuisset aliquo modo deduci, vtiquè inquantùm sonabat facti materialitas, præmatura hæc refutatio potiùs in vtilitatem, quàm perniciem substitutorum venientium pòst obitum ipsius clar.me. Principis Massæi apertè protendebat; siquidèm, aùt idem Princeps, de reliquo indubitantèr in substitutione antelatus, obibat cum filijs, vèl sinè, & vtroque euentu contingente(siuè ad illius filios, siuè ad D. Comestabilem subsequens vocatio attinuisset, certè & illis, & huic fauorabilius erat) præuentiuam restitutionem sustineri, aùt saltèm non damnosum: nàm si contigisset mors Principis restitutarij absquè liberis, & tenuisset pactum reuersiuum in ipsa renunciatione appositum à dicto Cardinali, tempus, ac purificatio substitutionis manebat in suo esse; quotiès autèm sobolem reliquisset, eoque casu sublatâ per renunciationem personâ eiusdem Eminentissimi, corripiebatur idem tempus purificationis fideicommissi, remanente intèr eosdem filios, ac D. Comestabilem intacta quæstione vocationis, siuè ad normam *leg. cùm Auus, ff. de condit., & demonstrat., & leg. cùm acutissimi, Cod. de fideicom.*, siuè Statuti Vrbis *in cap.142. lib.1.*, sicutì latiùs disceptatum, & resolutum præcisè fuit *in dicta Romana Fideicommissi 15. currentis mensis coram Me* (*dicta decis.188.*)

Et sanè adeò firma noscebatur exclusio huius præiudicij, vt neque illud allegaretur à defensoribus D. Comestabilis in Memoriali per eos distributo ad finem assequendi dilationem cœteròquin inopportunam, ex quo motiuum alterius mòx enunciatæ disputationis, velutì iàm resolutæ, nimiùm protraxisset in longum Instantiam D. Cardinalis, vbi fuisset quoquè expectandus exitus illius litis, quandò præsertìm ipse D. Cardinalis iàm Sententiam reportauerat coràm A. C., eiusque intererat prosequi hoc Ciuile certamen, quemadmodùm in suo

23 Militari, Regioue Vexillo inscripserat Pyrrhus, *vt quiesceret*, & quandò pro hiscè Iudicijs præuentiuis vrgent expressa *Iura*, de quibus *Altimar. ad cons. Rouit. obseruat.95. num.1. 5., & seqq. lib.2. Rota in Romana Trebellianicæ 13. Maij 1689. §. Monit, & seqq., & 5. Decembris eiusdem anni coràm bon. mem. Emerix* (nùnc intèr suas *decis.* 895., & 937., vtrobiquè *num.*2.

Sola itaquè extraiudicialis, quæuè ad aures *Dominorum* peruenerat conquestio huiuscè præiudicij residebat (vt ab initio præmisimus) in eo, quòd Princeps Massæus restitutarius nonnulla Bona sibi restituta per D. Cardinalem alienauerat: At circà tale præiudicium difficile nimìs videbatur, pedem figi posse contrà D. Cardinalem nullibì, nèc etiàm per anteà interpellatum vèl ad actus restitutorij retractationem, vèl ad promouenda obstacula impeditiua consimilium alienationum; iàm quippè præcognitum extitit superiùs, nullam *legem*, nullumque *Doctorem* ad hanc speciem præiudicij descendisse, vt factum prææmaturæ restitutionis infringeret, & iuremeritò, quoniàm dùm fretus supradicto *Imperiali* rescripto in *leg. pòst mortem* licitam, & æquè ge-

24 nerosam restitutionem D.Cardinalis iniuit, profectò, velutì dans operam rei licitæ, non poterat obstringi ad refectionem huius damni etiàm occasione eiusdem operæ licitæ, sicutì & forsàn patrati non sinè euidenti culpa per Tertium, secundùm dispositæ, & multifariàm exemplificata per *Text. in cap. fin. de iniur., & damn. dat.* à *Rota decis.289. num.10., & 11. part.5. tom.1. rec., & decis.125. num.3. coram Bichio*, & magis ad rem conueniunt deducta penès *Bellon. de iur. accrescen. cap.7. quæst.41. num.69. vers. Aùt verò.*

Quinimò rectè (etsì ex abundanti) adijciebatur vlteriùs, quòd etiàm per merum præsuppositum concesso, de seueriori censura Iuris illicitam esse, siuè non subsistere præuentionem huius restitutionis, nihilominùs nemo ire poterat inficias, quòd saltèm articulus foret valdè dubius, & disputabilis; quapropter quis dixerit, quòd D. Cardinalis putans exercere actum permissum, & respectu sui nihil mali faciens, aùt detrahens de hæreditate, sed potiùs exuberanti bono consilio confidens de Fratre, cui etiàm tota Domus, & Primogenitura Barberina appodiabatur, commeudabilem tùnc liberalitatem exercuit, ad vllum prætensi detrimenti restaurum esset compellendus? quandò in longè fortiori-

25 bus passìm inuenimus, quòd etiàm in se dans operam rei illicitæ, si deincèps per alienum crimen nocumentum aliquod subsequatur, non tamèn ad vllam releuationem arctatur, nisi ipsius factum, seù culpa præcisè noscatur ad delictum, quòd abindè sequutum est per alterius ministerium, seù patratum, ordinata, vt sunt *Text.* aperti *in leg. si sterilis 22. §. cùm per venditorem, ff. de contrah. empt., in leg. Verum 40., & in leg. qui Iniuriæ 55. ff. de furt.*, ac prosequitur *Rota coram Bichio decis.185. num.8., & seqq.*

Et ità, D. Cardinali tantùm informante, extitit resolutum.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

DEcisio hæc edita informante dumtaxàt clar. mem. Card. Carolo Barberino, quæuè reperitur quoquè impressa apùd *modern. Baducc. rer. iudic. tit.3. decis.59.* fuit postmodùm in acerrimo vtriusque Partis contradictorio plenè confirmata *coràm eodem D. meo Ansaldo* in Audientia diei 24. *Martij* 1702., & vtramque in proposito præuentiuæ restitutionis fideicommissi laudat, & sequitur *Rot. coram Card. Falconer. tom.2. tit. de Primog.decis.1.num.10.& 11., & decis.3. num.3 & 4.*

Quòad obitèr de cætero tacta in præsenti Decisione *num.23.*in ordine ad Iudicia præ-
26 uentiua à Iure permissa, præsertìm, vt plerumque accidit, in materijs fideicommissarijs, Lectorem remitto ad trad. per *Card. De Luca de Iudic. disc. 16. ex num. 14. vsquè ad fin., Rot. in Romana Fideicommissi 21.Iunij 1631. §. Non obstat cum seq. coram Motman. m. s., & coram Laucetta decis.* 1104., confirma a *cor. Card. Falconer. tom. 3. tit. de vsufruct. decis.6 num.5., & in Theatina Fideicommissi 13. Ianuarij 1719. §. Nèc à Iure cum seq. cor. Foscaro, & in Imolen. Fideicommissi 30. Aprilis 1725. §. Tantum verò, coram Rouault de Gamaches, & in Nullius, seù Fasani Immissionis 1. Februarij 1726. §. Neque his cum seq. coram Cornelio*, in qua tamèn ex *Ang. Rodulphin. alleg.50. num.1., & seqq., alijsque concord.* firmat, non esse
27 locum huiusmodi Iudicio præuentiuo, nisi vbì clarè constat de interesse Actoris, licèt in futurum purificabili, secùs verò, vbi est penitùs incertum, vtpotè dependens ab euentualitate plurium casuum, quorum vno adueniente Iudicium reddi posset elusorium, & inane.

A. Lupardus.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MATTHIETTIS.

Ven. 29. Aprilis 1701.

ARGVMENTVM.

Licèt filius primi gradus fideicommisso grauatus non imputet fructus in causam Trebellianicæ ei debitæ in premium restitutionis ipsius fideicommissi, secùs tamèn est respectu eius filiorum, vèl vlteriorum descendentium, aùt etiàm transuersalium, qui sint paritèr ad fideicommissum vocati, hi etenim si fructus percipiant per decennium, vèl vltrà, nequeunt prætendere Trebellianicam ex persona primi grauati aliàs exempti ab huiusmodi imputatione fructuum, nisi iste facto, aùt verbis declarasset, quòd intendebat illam præcipuam detrahere. Alia colliges ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, & Tribunalia etiàm in rebus parui momenti solent cuncta benè rimari, vt debitam Iustitiam Partibus subministrent.*

2 *Trebellianica præsumitur consumpta ex fructibus fideicommissi per decennium perceptis ab hærede hæredis grauati.*
Idquè procedit, licèt agatur de Trebellianica debita filio primi gradus, qui de cætero non tenebatur imputare fructus in diminutionem huius quartæ, num. 3. cum plur. seqq.
Amplia, vt etiàm filius filij primi gradus, & fideicommisso grauati, consumat Trebellianicam Patri debitam ex fructibus per eum spatio decennij perceptis, num.4., & 5., iuncto num.25.
Vndè fortiùs intrat huiusmodi consumptio, si hæres filij grauati sit aliquis transuersalis, ac de cæterò ad fideicommissum vocatus, & de ratione, num.6.
Si verò hæres filij grauati sit aliquis extraneus, & ideò ad fideicommissum minimè vocatus, eo casu non intrat talis imputatio, seù consumptio, num.10., & 11.
Et de ratione, ibid.

7 *Trebellianica detrahitur contrà voluntatem Fideicommittentis.*

8 *Ius detrahendi Trebellianicam an comprehendatur sub dispositione Testatoris restricta ad eius Bona absquè vlla mentione iurium, & actionum*, & num.9. *vbì negatiuè.*

12 *Obligatus ad inuestiendum tenetur eo non secuto ad fructus, quos inuestimentum ipsum peperisset, quatenùs factum fuisset.*

13 *Testator potest grauare hæredem, vt sua quoquè Bona supponat fideicommisso per eum ordinato.*

14 *Præponderantia coniecturarum in rebus dubijs, solique Deo innotescentibus, remittitur arbitrio, & religioni Iudicis.*

15 *Dispositio* Authent. res, quæ, Cod. commun. de legat. *prodijt fauore Dotium, non verò ad beneficium hæredis grauati.*

16 *Prælegatum factum hæredi grauato regularitèr venit in restitutione fideicommissi vniuersalitèr ordinati.*

17 *Immissio pro indiuiso passìm datur per* Rotam *fideicommissario, & insimùl hæredi hæredis grauati retentio pro eius creditis.*

18 *Dos fœminæ exclusæ à* Statuto Vrbis lib. 1. cap.141. *succedit loco legitimæ.*

19 *Dos succedens vigore* Statuti Vrbis *loco legitimæ detrahi debet ab ipsa legitima, quæ aliàs cedit fauore masculi excludentis.*

20 *Hæres hæredis grauati non tenetur ratione reddere fideicommissario de mobilibus à fideicom-*

deicommittente relictis pòst lapsum decennij, cùm præsumantur consumpta.

11 *Præsumpta consumptio mobilium pòst lapsum decennij non procedit, vbi adsit interesse Creditorum defuncti, quià hæres tenebatur illa vendere, & cum illorum pretio Creditores dimittere.*

22 *Hæres grauatus detrabit in restitutione fideicommissi legata à Fideicommittente relicta, & de proprio soluta.*

Pròut similitèr detrabit expensas funebres erogatas occasione obitus ipsius Fideicommittentis, num. 23.

24 *Laudatur* R. P. D. Felix Passerinus *vtriusque Signaturæ Referendarius, nùnc verò R. C. A. Clericus.*

DECISIO CXC.

IVxtà modum in *Decisione* exprimendum dandam esse Philippo, & Paulæ Immissionem, *Domini* rescripserant vsquè sub die 7. Decembris anni 1699. (suprà *decis.* 117.), *& iuxtà modum* manendum fore *in Decisis* paritèr hodiè propalarunt; cùm enim centrum magis principale contentionis latèret in fundo detractionum ergà eamdem Immissionem oppositarum ab Horatio possessore, Reoque conuento, eæque partim versarentur in articulo, seù dispunctione Iuris, & partim residerent in facto, medio intèr vtramque resolutionem tempore superuenit electio Peritorum, quos de mandato Sac. Auditorij concorditèr elegi, eaque mediante patefactæ meliùs remanserunt prætensiones hìnc indè; Vndè postremò ad normam præfatæ Peritiæ *Domini* incedentes, serióque rursùs agnoscentes, fundamenta veteris determinationis esse in se solidissima, solùm (vt Ius suum, vnicuique exactissimè tribueretur) in paucis obulis moderati sunt veterem resolutionem, vtpotè non dedignantes pro eorum

1 Iustitia, benignitate, & officio, etiàm ad hæc ima descendere, ex quo idem Ius nullum circumdarium, nullamque patiens dimensionem, etiàm in minimo quantumuis obulo integrè, & perfectè consistit, ex Testimonio *Pauli lib.* 10. *ad Plautium* registrat. *in leg. si proprietarius, ff. de damn. infect.*, *Ciarlin. contr. Iur.* 113. *in fin.*, *modern. Palm. decis. Lucen.* 127. *in princip.*, *& Rot. Florent. penès Vrceol. de transact. quæst.* 28. *num.* 13., *&* 14.

Diximus, ad normam prædictæ Peritiæ *Domini* processerunt, quià respectu Trebellianicæ, cuius defalcationem prætendebat Horatius, placuêre firmata *in prima Decisione ex §. Progrediendo cum seqq.* (*dicta decis.* 117. *ex num.* 5. *ad* 14.) nempè, quòd cum eadem Trebellianica procùl dubiò remansisset absumpta per fructuum perceptionem factam à Thomasia Sorore Valentini per spatium quinquaginta annorum, & vltrà, fluctuari nequibat de superabundanti extinctione huius crediti, & detra-

2 ctionis legalis, dùm regularitèr exuberat ad hunc effectum solum decennium, sicuti (prætermissa rigidiori supputatione *Fabri in suo Codice Sabaudio lib.* 6. *tit.* 26. *defin.* 18., qui detrahit à taxatione Iuris secundùm *gloss. in Auth. perpetua, C. de Sacros. Eccles.* probabilem existentiam rerum infructiferarum in hæreditate fideicommittentis, & idcircò Trebellianicæ consumptionem à spatio quinquennij perceptionis eorumdem fructuum traducit, & extendit ad septem annos cum dimidio) certiùs, & solidiùs firmatum fuit pòst *Peregrin. de fideic. art.* 49. *num.* 54., *Andreol. contr. forens.* 157. *num.* 20., *Vrceol. consult.* 38. *num.* 1. per *Rot. in Anconitana Dotis* 14. *Martij* 1695. *§. Non autèm in fin.*, *coram bon. mem. Emerix Decano* (nùnc intèr suas *decis.* 1238. *num.* 13.) *in Romana Fideicommissi de Palumbaria* 1. *Iulij eiusdem anni §. Pròut Immissionem, coram Reuerendiss. D. meo Molines* (modò *intèr eius impress. decis.* 397. *num.* 6.) *& in Bambergen. Immissionis* 28. *Iunij* 1700. §. *Quin obstare, coram R. P. D. meo Scotto.*

Nòn refragante restauratione quæstionis, vtrùm hæc absumptio congruere posset, stante quòd huiusmodi Trebellianica prætenderetur ad diminuendam Immissionem ex persona Valentini filij primi gradus,

3 quiuè propterea erat immunis ab omni imputatione in huiusmodi Quartam, per sanctionem *Text. in leg. iubemus, Cod. ad Trebellian.*, vndè ij fructus, qui non erant imputabiles in persona primi grauati, à quo creditum Trebellianicæ transmittebatur, & prosluebat, neque etiàm forent imputabiles ex perceptione vlterioris substituti, & insimùl hæredis eiusdem filij grauati, cùm idem creditum censendum esset iàm abscissum, & separatum ab hæreditate ipsius Fideicommittentis de tempore obitus filij primi gradus: Nàm huiusmodi obiecto plenissimè apparuit satisfactum ex animaduersis in prædicta prima *Decisione*, *& §§.* supe-

4 riùs allegatis, in quorum roborationem, pratèr rationes, & Iura in eisdem §§. recensita, & expensa, succedebat constans sententia nostri Auditorij robustè solidata in geminis *Decisionibus* alterius Causæ longè durioris, videlicèt *in Bononien. Fideicommissi* 9. *Ianuarij* 1699. *§. Denìquè, coram R. P. D. meo del Olmo, &* 14. *Maij* 1700. §. *Postremò, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr suas nùnc impress. *decis.* 678. *num.* 17. *&* 18.)

Et quidèm si in huiusmodi *Decisionibus* alterius Causæ firmitèr definitum fuit, filium filij primi gradus non gaudere priuilegio dictæ

5 dictæ *leg. iubemus*, immò teneri inferre, & imputare fructus à se perceptos in Trebellianicam detrahibilem ex persona Patris sui, cæteròquin filij primi gradus, & exempti ab hac imputatione, prævalente in eo casu rectiori, & æquiori opinione *gloss. in leg. quod de Bonis*, *§. Quòd Anus*, *verb. compensabuntur*, *ff. ad leg. falcid.* pròut etiàm prætèr ibì allegatos tenuerunt *Cirocc. discept. 1. num. 48.*, *& discept. 17. num. 18.*, *Massin. de Confisc. quæst. 30. num. 28.*, *Panimol. decis. 43. adnot. 1. num. 39.*, *& Rot. in dicta Bambergen. Immissionis §. Etenim, coram R. P. D. meo Scotto.*

Quid discurrendum, & determinandum erat in præsenti? vbi Thomasia illiusque descendentes non erant filij filiorum primi gradus, sed ei coniungebantur per trans-
6 uersum, & vno eodemque tempore, tanquàm substituti, gauisi erant fructibus fideicommissi, in quibus sanè terminis durissimum efficiebatur, quòd ex vna parte satagerent perfrui charitate, & dilectione Testatoris, illius hæreditatis fructus, & emolumenta consequendo, & ex altera contenderent eamdem hæreditatem per deductionem Trebellianicæ lacerare contrà vo-
7 luntatem benefici Testatoris, quo sempèr inuito, & ex sola potentia legis Trebellianica deducitur, vt prætèr *Cancer.*, *Carleval.*, aliosque relatos *in Decisione* antecedenti *§. Diximus*, *coram Me* (*dicta decis. 117. num. 12.*) fermè sinè contradictore obseruarunt *Modern. Scopp. ad decis. Gratian. obseru. 48. num. 10.*, *Carol. Ant. De Luca ad decis. Vinc. de Franch. obseruat. 612. num. 22.*, *Episc. Rocca disput. Iur. select. cap. 40. nu. 62.*, *Rot. decis. 263. num. 13. coràm Manzaned.*, *& in Romana Trebellianicæ 16. Ianuarij 1690. §. Pròut nèc facit, coram bon. mem. Emerix Decano* (intèr suas *decis. 940. num. 11.*)

Nilquè propterèà ad euersionem huius fundamenti concludebat fortius (vt sibi blandiebantur Informantes pro Horatio) exemplum hæredis extranei, qui Trebellianicam ex persona filij primi gradus absolutè deducit, maximè quotiès idem filius primi gradus aliquo modo declarasset in Testamento, velle hoc Ius transfundere in hæredem, sicutìminùs aptè promouebatur in subiecta Thesi ob illa verba vltimi Elogij Valentini: *In tutti li Beni Paterni*, *Materni &c. e finalmente in tutti quelli Beni, che ad esso Testatore in qualsiuoglia modo spettano, & appartengono &c.*; Etenìm quòad hanc subalternam suppositionem manifestè prædicta verba haùd valebant præseferre omnimodam intentionem Valentini trans-
8 fundendi talem titulum in Thomasiam eius Sororem, & hæredem: nàm etsi quandoquè appellatione Bonorum venire possit Ius, quale est illud detrahendi Trebellianicam,

ex *Iason. cons. 43. num. 26. volum. 3.*, *Fusar. de substit. quæst. 672. num. 15.*, *& 16.*, *Ma-
9 gon. decis. Florent. 10. num. 28.* adhùc non sempèr ità est, vt egregiè in discordantibus casibus aduertit *Peregrin. cons. 63. num. 8. lib. 4.*, *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 5. num. 55. & seqq.*, *Conciol. alleg. 38. num. 8.*, *Card. De Luca de Testam. disc. 42. num. 11.*, *& de Donat. disc. 23. num. 3.*, *Rot. decis. 104. num. 10.*, *& 11. part. 12. rec.*

Et nihilominùs nimiùm aberrans, & longè dispar est ratio intèr hæredem simplicem filij primi gradus grauati, & hæredem
10 eiusdem filij primi gradus, sed insimùl à Fideicommittente benignè, voluntariè, & præcognitè, saltèm in habitu, substitutum, nàm aduersùs indutum vtraque qualitate militat consideratio, de qua superiùs, videlicèt, vt non liceat, & æquum sit, substitutum capellère fructus ex voluntate Testatoris, eodemque tempore velle contrà einsdem voluntatem Trebellianicam à sua
11 hæreditate præripere, quod secùs est in hærede extraneo, qui nullum beneficium Testatoris, siuè Fideicommittentis in se recognouit, sed Trebellianicam detrahit ex munificentia grauati, & si fructus successiuè lucratur à patrimonio Fideicommittentis, id prouenit ex oscitantia substitutorum, qui non instetère opportunè pro assequenda Immissione, seù fruitione Bonorum Fideicommittentis, adeòut fructus perceptos ex hac sola ratione nequè restituere, nequè imputare constringatur, vt optimè explicat *Peregrin. de fideicommiss. art. 49. numer. 75 79. & seqq.*, *Fusar. de substitut. quæst. 626. nu. 50.*, *Cirocc. discept. 26. num. 22.*, *modern. Argentan. collect. 11. nu. 150. tom. 2.*, *Rot. decis. 5. num. 2. 3. & 4.*, *& decis. 264. num. 6. cum tribus seqq. part. 17. recent. & in Romana Immissionis 27. Iunij 1695. coram R. P. D. meo de la Tremoille*, *& in Auenionen*, *seù Vasionen. Primogenituræ 16. Ianuarij 1696. §. Generalis, coram R. P. D. meo Caprara* (intèr eius impress. *decis. 273. num. 1.*)

Placuère etiàm paritèr fundamenta præteritę *Decisionis* in ordine ad deductionem, quam facere intendebat Horatius circà Dotem Camillæ Matris Valentini, à quo circà hanc detractionem causam desumebat idem Horatius; quià cùm eadem Camilla explicitè grauata reperiretur ex vsufructu à Pyrro eius Marito, ac respectiuè Fideicommittente relicto, coemere singulis annis duo loca Montium, hinc eo ipso, quòd ipsa Camilla per interuallum annorum fer-
12 mè triginta defecit in confectione huius inuestimenti, remansit indubitantèr debitrix importantiæ eiusdem inuestimenti non facti, & consequentèr longè suprà suum creditum dotale effulgebat paritèr satisfacta,

iuxtà

iuxtà illam obligationem, de qua *Card. De Luca de fideic. disc. 189. num. 5.* cum alijs in *Decisione* præcedenti *§. Interuersis* (*dicta decis. 117. num. 16.*) *& in Fauentina Saluiani 28. Ianuarij anni currentis §. Absquè eo, quòd, coram Me* (suprà *decis. 175. num. 4.*)

Quin vllatenùs posset animos *Dominorum* inflectere vetus, & in hodierna Audientia rursùs instauratum obiectum, quòd memoratum onus coemendi duo loca Montium, per quod Dos Camillæ remanebat absorpta, concerneret commodum personæ Valentini, cuius erat hæres Thomasia, & consecutiuè Horatius, qui de hoc implemento non secuto minimè conquerebatur; quapropter semper restare deberet intacta Dos eiusdem Camillæ ad fauorem Horatij, qui duplicia Iura repræsentabat: Iterùm namquè fuit animaduersum, quòd etsi inuestimentum quot annis conficiendum prædictorum duorum locorum Montium appareret explicatum = *à beneficio, e prò di detto Valentino*, adhùc tamèn feriebat impinguationem fideicommissi per Pyrrhum Testatorem sedulò iniuncti, prout latiùs demonstratum fuerat in altera confirmata *Decisione ex §. Siquidèm cum seqq. coràm Me* (*dicta dec. 117. n. 20. & seqq.*)

Addita vlteriori consideratione, quòd dùm Pyrrhus illius Pater, ac fideicommittens iàm iniunxerat grauamen supèr Bonis eidem Valentino filio relictis, non erat credendum, quòd ordinare intellexerit huiusmodi annuum inuestimentum fauore solius Valentini, vtì grauati, & correlatiuè inuitati ad successionem fideicommissi tàm anxiè, vt diximus, ab eodem Pyrrho Patre determinati, & concupiti, quandò passìm videmus, quòd Testatores ex no-
13 stra humana fragilitate prætendentes, ac protendentes disponere de rebus suis pòst mortem, nedùm vinculant, & subijciunt Bona propria eorum præordinationi, & restitutioni per fideicommissum faciendæ vnà cum fructibus, sed & grauant Bona propria ipsorum hæredum, ijsdemque aliundè prouenientia, vt in *Romana, seù Verulana Fideicommissi 12. Ianuarij 1699. §. Voluisse,* confirmata 15. *Maij eiusdem anni coràm R. P. D. meo Pio, in Aunionen. Fideicommissi 25. Iunij 1700. §. Nequè enim, coràm Me* (suprà *decis. 160. num. 1.*), *& in Fanen. Donationis 7. Martij 1701. §. Non enìm, coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Et argumentum, quòd Pyrrhus præcepisset, vt in casu non facti inuestimenti Camilla foret = *tenuta à farli buoni al detto Valentino della sua Dote* = manifestissimè retorquebatur contrà informantes pro Horatio: Quoniàm quantumuìs Dos eiusdem Camillæ pertinere debuisset ad ipsum Valentinum iure filiationis, proindèque tàm pœna, quàm præceptum respicere viderentur personam eiusdem Valentini; Nihilominùs, & vndè detrahibilis erat Dos Camillæ, nisì à fideicommisso Pirrhi? quamobrèm, quià idem Pyrrhus (vt nimiùm probabile erat) efflagitabat proprium impinguare fideicommissum, rectè cauit, quòd aùt non conficiente Camilla demandatum inuestimentum, illius Dos non esset repetenda aduersùs Valentinum alia Bona non possidentem, quàm fideicommissaria sui Patris, aùt quòd, satisfaciente præcepto eâdem Camillâ, correspectiuè per non deductionem huius Dotis accresceretur Assis fideicommissarius repræsentatus in persona Valentini; Si enìm Testator in hoc mandato cogitasset peculiaritèr prædiligere personam potiùs Valentini, quàm fideicommissi à se ordinati, illum nequè grauasset vllo fideicommisso, vt valeret gaudere tota libertate Bonorum, non autèm simplici, tenuique scissura Dotis maternæ; in hiscè etenìm ambiguis argumentis, so-
14 lique Deo innotescentibus, proceditur secundùm præponderantiam verisimilitudinis circumstantiarum Iudicum animos inflectentium, vt ait *Card. De Luca de Dot. disc. 73. num. 10., & de Donat. disc. 36. num. 16., modern. Palm. decis. Lucen. 70. num. 10.*

Potissimè, quià substentando, quòd Pyrrhus intendidit prædiligere Valentinum, malè egisset; sicùt enìm præmisimus, Valentinus alia Bona non detinebat, quàm fideicommissaria Pyrrhi sui Patris, exceptâ legitimâ, sicquè cùm intèr alias detractiones oppositas ab Horatio præcipuè emineret illa legitimæ, eo ipso, quòd contrarius reciperetur intellectus, vt amissio Dotis Camillæ non inuestientis cedere deberet commodo Valentini, vtì Valentini, & præcisiuè à figura grauati, sinè ab ipso fideicommisso, controuersa deductio, ac defalcatio vulnerasset eamdem legitimam ex persona Valentini hodiè, vt infrà, disceptatam, nàm quandò dicitur, quòd Dotes Vxoriæ fideicommittentis detrahendæ sunt à fideicommisso, intelligi pernecessè deberet, vbicumquè agatùr in puris terminis Dotium, & fideicommissi: Verùm quo-
15 tiès prætenditur, detrahendam esse Dotem ex fideicommisso, insimùl non compatitur, quòd eius non detractio cedat commodo grauati, cuius nullatenùs beneficio, sed solùm earumdem Dotium prodijt *Authen. res quæ, Cod. de legat.*, vt ponderat *Castil. contr. lib. 8. cap. 36. numer. 12., & 14., Boss. de Dot. cap. 15. §. 6. num. 98., Card. De Luca de Dot. disc. 145. num. 5., modern. Palm. alleg. 210. num. 9. vers. Vndè.*

Et deniquè in omnem casum ad summum huius-

huiusmodi præsuppositio in casu nostro dumtaxàt præseferre valeret, quòd Pyrrhus præcogitasset Valentino relinquere quoddam prælegatum aùt annuorum duorum locorum Montium, obseruante Camilla præceptum inuestiendi, aùt ipsam substantiam Dotis Camillæ in casu inobseruantiæ; Sed
16 & hoc prælegatum reincidisset in subsequens generale fideicommissum, quemadmodùm edixêre *Menoch. de præsumpt.*, *Peregrin. de fideic.*, cum reliquis in prædicta *Decisione §. Siquidèm coràm Me* (*dicta decis.* 117. *num.* 21.) quibus etiàm addi possunt *Castald. consult.* 16. *num.* 17., *Altimar. ad cons. Rouit. obseru.* 72. *num.* 13. & 14. *tom.* 1., *Rot. coram Cerr. decis.* 534. *num.* 6.

Ad hæc succedit altera subductio, siuè detractio Dotis Thomasiæ Sororis Valentini, & à qua (vt præmisimus) vtpotè hæres iura consouebat Horatius, atquè huiuscemodi Dos non erat controuersa in quantitate sc. 400.; Verùm ex quo prænunciatus Horatius totis viribus contendebat separare à fideicommisso Pyrrhi legitimam competentem Valentino fratri Thomasiæ, durities inuenta est in examine, quomodò huius Dotis subductio compatibilis foret cum altera detractione legitimæ prætensæ ex persona Valentini fratris, vt enunciauimus, Thomasiæ: nàm succedente Dote Thomasiæ loco ipsius legitimæ, solum residuum, quod excederet ipsam contingentiam legitimæ, poterat in Calculo detractionum Horatij referri, vt plenè demonstratum fuit in dicta præcedenti *Decisione* 7. *Decembris* 1699. *à §. Stabilito cum duobus seqq. coràm Me* (*dicta decis.* 117. *num.* 35. & *seqq.*)

Prò huiusmodi autèm residuo ascendente ad sc. 2280. circitèr non denegauêre *Domini* retentionem Horatio, cum hoc tamèn, vt interim non foret Immissio Actoribus retardanda, iuxtà illud æquitatiuum remedium tradendæ possessionis ex vna parte pro indiuiso fideicommissarijs vtì fideicommissarijs, scilicèt intuitu eorum
17 vocationis, & ex altera alteri paritèr confideicommissario pro sua medietate, & insupèr prò retentione quotæ, seù ratæ ex capite consimilis crediti accidentalis ad eundem confideicommissarium singularitèr pertinentis, ad normam (pròut hìc) liquidationis circà quantitatem superiùs expressam fortassè quoquè meliùs supputandam in limine executionis, vt in iàm allegata *Ariminen. Fideicommissi Bandi*, & *Æneæ de Bandis* 26. *Iunij* 1697. *§. Quò autèm ad detractiones*, & 5. *Martij* 1698. *§. Quòd attinet, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (hodiè intèr suas *decis.* 511. *num.* 5., & *decis.* 544. *num.* 9.) & in eius confirmatoria 11. *Martij* 1699. *§. Quò verò, coràm R.P.D. meo Scotto*.

Denegauêre autèm annuere obiectioni, quód hæc Dos non succederet loco legitimæ, eaque propterea non foret subducenda ab eadem legitima Valentini, quam ad partes detrahere contendebat Horatius: Quidquid enim dicendum esset, quotiescumquè indaganda foret mens Pyrrhi Testatoris, vtrùm scilicèt is intellexerit per expressam agnitionem filiæ, vèl descendentis fœminæ in suam, eamdem instituere in sua Dote, & efficere illius ratam partem in legitima, itàut è conuersò non apparente de hac agnitione in Testamento Pyrrhi, quemadmodùm insinuare conabantur informantes pro Horatio, iuxtà controuersa, & disceptata in *decis.* 74. *pòst Merlin. de legit.*, profectò quæstio hæc apertissimè decidebat, stante in hoc casu Municipali determinatione *Statuti Vrbis in*
18 *cap.* 141. *lib.* 1. quod cùm iubeat, filias, aliasque descendentes debere esse contentas Dotibus sibi relictis absquè potestate impugnandi dispositionem Paternam, vèl Auitam, planè iudicauit, quòd Dos, etiàm sinè fulcimento Paternæ dispositionis quomodocumquè filiæ, vèl nepti relicta, succedere deberet loco legitimæ, & per consequens subduci ab ipsa legitima volita per
19 masculum, alterumuè ab eo causam habentem, ad notata per *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 6. *num.* 14., *Card. De Luca eodem tract. disc.* 7. *num.* 4., *modern. Lucen. consult.* 255. *num.* 24. & *seqq.*, *Adden. ad Pamphil. decis.* 718. *num.* 8., *Rota pòst Merlin. vbì proximè decis.* 106. *num.* 1., & 2. & *coràm Coccin. decis.* 1903. *num.* 36., & *cor. Penting. dec.* 205. *num.* 2. & 3.

Hucusquè igitùr *Domini* absolutè perstiterunt *in decisis*: Sed (vt memorati sumus) superuenta relatione Periti, legitimam, quam priùs reputauerant remansisse consumptam, vèl effectam illiquidam, ideòque incapacem remorandi Immissionem ob non redditam rationem Bonorũ Testatoris in tutelari Inuentario descriptorum à Camilla Matre Valentini, cuius personam vtì hæres vestiebat Horatius hodiè patefactâ scenâ facti per Peritum, sicutì compertum est, quòd legitima in eius quantitate conscendebat ad sc. 3442. in contraponendo partitas Societatum Officiorum in summa sc. 2866., necnòn mutuorum in sc. 251. 50. vnâ cum pretio Argentorum conflante sc. 160., adeò restabat arida, & extenuata legitima, vt illius creditum reduceretur ad sc. 161. 50., idquè ex eo, quià *Domini* ab appretio Mobilium resecarunt valorem illorum Mobilium, quæ per Iuris
20 præsumptionem, ipsamque familiarem experientiam spatio etiàm solo decem annorum

rum

rum consumpta præsumuntur ad releuationem grauati, nè scilicèt teneatur de his rationem reddere, ex traditis per *Contr. discept. forens. Caus.* 18. *num.* 22., *Rot. decis.* 250. *num.* 2. *par.* 8., *decis.* 266. *num.* 1. *par.* 10., *decis.* 214. *num.* 2. *par.* 19. *recent.*, *&* *in Romana, seù Ciuitatis Castelli Dotis* 17. *Maij* 1681. §. *finali, coràm bon. mem. Albergato*, seù *decis.* 7. *pòst Card. Albic. de inconst. in Iudic.*; quidquid dicendum esset, si ageretur cum Creditoribus, in quorum
21 præiudicium hæc præsumpta consumptio non admittitur, sed cedere debet damno hæredis beneficiati, qui soluere, vèl illa distrahere tenebatur, vti distinxerunt *Vrceol. consult.* 19. *num.* 39., *&* *consult.* 20. *numer.* 17., *modern. Argentan. collect. legal.* 20. *num.* 157., *&* 158. *tom.* 2., *Rot. decis.* 535. *num.* 2. *&* 3. *par.* 5. *recent.*

Mòx tenui insinuatę quantitati sc. 161. 50. ad effectum retentionis *Domini* (vt diximus) ex eorum Iustitia ad hæc ima descendentes superadiecère fauore Horatij alia sc. 135. ratione quorumdam legatorum, ac expensarum funebrium, quæ processerant de crumena Camillæ Tutricis, vèl Valentini Pupilli, & concernebant respectiuè Fideicommittentem; huiusmodi namquè solutiones bonificandas esse hæredi siuè gra-
22 uato, siuè beneficiato, vulgati Iuris est, ex collectis in proposito legatorum per *Vrceol. dicta consult.* 20. *num.* 20., & dixit *Rota corà n Coccin. decis.* 553. *num.* 5., *&* *coràm Priol.*
23 *decis.* 294. *num.* 4., & quòad expensas per *Conciol. de Hæred. art.* 1. *num.* 372. *&* 375., *Vrceol. vbi suprà num.* 24., *Rota coràm Coccin. dicta decis.* 553. *num.* 12., *&* 13., *&* *coram Dunozet. iun. decis.* 256. *num.* 3.

Et ità, reiecta à contrariò prætensione Philippi, & Paulæ supèr memorata Dote Thomasiæ, ex rationibus adductis in altera præcedenti *Decisione diei* 7. *Decembris* 1699. §. *Sed in hac parte cum plurib. seqq. coram Me* (*dicta decis.* 117. *num.* 27., *&* *seqq.*) sicutì paritèr valutatione quorumdam locorum Montium per Horatium diminuta, sed à Perito, cui standum est, recognita, *Domini* transierunt cum resolutis; Vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R. P. D. AVTHORIS.

SEcuta expeditione Causæ mediante Sententia à Me prolata in sequelam huius *Decisionis*, necnòn alterius præcedentis, quæ est suprà *la* 117., Horatius Mancinus succumbens obtinuit, illam denuò delegari Sacro nostro Auditorio à Tribunali Signaturæ Iustitiæ cum Clausula = *Constito, quòd sit locus Statuto de duabus*, cui locum esse *Rota* postmodùm definiuit sub diebus 11. Decembris 1701., & 10. Martij 1702. *coràm bo. me. Muto*: Verùm imperterritus Horatius nouum recursum habuit ad Signaturam, quæ prima vice, scilicèt sub die 3. Augusti eiusdem anni 1702. ad relationem
24 R. P. D. Felicis Passerini (mei olim, ac de reliquo primarij, & subtilioris ingenij Discipuli, dúm Ego Aduocationis munere fungebar) rescripsit = *Sinè præiudicio trium conformium in ea parte, in qua sunt conformes*, sed paulò posteà, nempè sub die 17. eiusdem mensis, & anni, præuio recessu à decisis signauit nouam Commissionem cum Clausula penitùs suspensiuà = *Constito de tribus* = directam *R. P. D. meo Lancetta*, coràm quo disputato sub die 26. *Ianuarij* 1703. Dubio = *An constaret de tribus*, de ijs constare responsum fuit fauore Philippi, & Paulæ de Vetera agentium pro Immissione, quam in hoc statu effectiuè consecuti sunt absquè necessitate expediendi quartam Sententiam, compræhensâ primâ lata in Curia A. C., dùm medio communium Amicorum Partes collitigantes deuenerunt ad concordiam, quæ huic obstinatæ non minùs, quàm dispendiosæ liti finem imposuit.

Cohærentèr ad ea, quæ innuit præsens Decisio *num.* 5., quòd nempè filij secundi
25 gradus, & alij vlteriores descendentes teneantur imputare in quartam Trebellianicam Patri, vel Auo grauato debitam fructus ex Bonis fideicommissarijs perceptos per decennium, vèl aliud longius tempus, quotiès Pater, aèt Auus priori loco grauatus decesserit nulla facta declaratione, seù separatione intrantis ratæ Bonorum fideicommissariorum in causam ipsius Trebellianicæ, pluribus allegatis, & signantèr *dicta mea decis.* 117. edita [vt suprà] *in hac Causa de Matthiettis coram Me*, fuit quoquè dictum *in Bononien. Trebellianicæ* 7. *Februarii* 1716. §. *Hæc itaque cum seq.* paritèr *coram Me*.

ROMANA FIDEICOMMISSI, SEV' CAVTHELÆ ANGELI.

Ven. 29. *Aprilis* 1701.

ARGVMENTVM.

De euictione Emptori præstanda etiàm non intimatis Venditori molestijs, vbì constat de claro iure Euincentis: Et de validitate Actorum fact. per vnum ex Collitigantibus citato Procuratore alterius Partis quamuìs reuocato, nullâ habitâ notitiâ talis reuocationis, & quandò reuocatio huiusmodi debeat intimari, vèl non alteri Collitiganti: Cum alijs, de quibus in *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in vim Cauthelæ* Angeli *præsupponit in persona inhibentis possessionem rei, supèr qua imminet executio.*

2 *Vocatus ad fideicommissum etiàm conditionale potest allegare Cauthelam* Angeli *aduersùs Creditores grauati prò præseruandis ab executione Bonis fideicommissarijs*, & numer.4., & 5.

3 *Vocatus ad fideicommissum potest cogere grauatum alienantem Bona fideicommissaria, vt illud sibi præuentiuè restituat.*

6 *Euictio non debetur, nisi molestias passus illas intimauerit suo Auctori, vèl se defenderit vsquè ad finalem condemnationem.*

7 *Euictio debetur etiàm non intimatis Auctori molestijs, quotiès ex pòst constat de bono iure euincentis, itaùt Auctor non potuisset illas euitare, licèt molestiæ ei intimatæ fuissent.*

8 *Emptor, stante instìtia euictionis, potest illam præueniendo dimittere euincentem, & nihilominùs agere prò releuatione aduersùs Venditorem.*

9 *Sententia lata non citato Principali, sed dumtaxàt eius Procuratore, qui fuerat ab illo reuocatus, est nulla.*

Intellige id procedere, dummodò reuocatio Procuratoris deducta fuerit ad notitiam alterius Partis, num.12., & 29.

Subdeclara, vt num.30.

10 *Iudex pòst latam Sententiam nequit ampliùs in Causa se ingerere.*

Limita, si se ingerat in ijs, quorum cognitionem sibi peculiaritèr reseruauerat, numer.13.

11 *Non repugnat in Iure, quod alicui dentur plures Tutores, vèl Curatores.*

14 *Bona fideicommissaria, semèl iuridicè auulsa à Fideicommisso, ampliùs in illud non reincidunt.*

15 *Beneficium* Authent. res quæ *intrat pro Dote, eiusque augumento, & fructibus.*

Intrat paritèr pro expensis, & melioramentis factis pro conseruatione Bonorum fideicommissariorum, num 16.

17 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in Iudicijs executiuis.*

18 *Instrumentum obligatione Camerali vallatum non admittit, nisi exceptionem nullitatis, erroris, aùt patentis collusionis, proponendam tamèn in Iudicio ordinario.*

Et de ratione, num.19.

20 *Exceptio erroris, aùt collusionis opposita adaduersùs publicum Instrumentum est plenè, & concludentèr probanda.*

21 *Æqualitas dotationis est regularitèr, quantùm fieri potest, seruanda inter Sorores.*

22 *Factum Executoris Testamentarij perindè habetur, acsi esset factum ipsius Testatoris.*

23 *Dos fœminæ constituta de Bonis fideicommissi nequit redargui de excessu; nisi priùs firmato statu Assis fideicommissarij.*

24 *Fructus Dotis ex fideicommisso detrahendæ solui debent ab illius possessore ex fructibus ipsius fideicommissi, non verò ex eius proprietate*, & num.27.

Declara, vt num.28.

25 *Fructus promissæ Dotis debentur Marito substinenti onera Matrimonij cessante expressa dilatione data promissori ad illam soluendam.*

26 *Prò substinenda transactione regularitèr sufficit, quòd aliquid hinc indè fuerit datum, ac remissum.*

DECISIO CXCI.

Verens, nè fortè Creditores Iosephi eius Patris iudiciali executioni submittere molirentur Bona radicitùs prouenientia ab altero Vincentio sen., atquè ad se ipsum, prærepto Patre, obuentura vigore innegabilis, & de facto non impugnati fideicommissi, genericam alter Vincentius opposuit Cauthelam, quàm *Angeli* nuncupant in Curia, expertusque Iudicem prioris Instantiæ prima vice generalitèr propitium, dein'contrarium respectu cuiusdam Domus in Transtyberina Regione existentis, ad nostrum prouocauit Auditorium; sed & in eo succubuit: deliberarunt etenim *Domini* ad legitimam executionem Mandati ab A.C. relaxati fore procedendum.

Antequàm verò ijdem *Domini* ad interiora oppositionis munimenta descenderent, consultius existimarunt propulsare insubsistentem, & inutilem conflictum, qui ab extrà parabatur per Informantes hinc indè; Non etenim probabile Iuris fomentum habere visa est præliminaris exceptio Creditorum, nempè, quòd parùm pertinens esset comparitio, & obiectatio memorati Vincentij iunioris, ex quo, illius Genitore adhùc viuente, nequiret ad sui fauorem prætendere, remansisse purificatum vllum fideicommissum, quod & per eius præmorientiam poterat caducari, multòque minùs fuisse in illum transfusam possessionem huius Domus à Patre hactenùs detentam, quandò tamèn ipsamèt formula prædictæ
1 Cauthelæ præsupponit possessionem in persona inhibentis, ad hoc, nè contingat ab ea per iudicialem, & imminentem executionem remoueri, vt habetur penès *Ridolphin. in prax. par.1.cap.9. num. 12., & 26., Rot' decis. 562. num. 5. par. 18. recen., decis. 191. num. 1. coram Buratt., decis. 464. num.1. coram Priolo, & decis. 1018.* paritèr *num.1. coram Emerix iun.*

Præcognitum quippè fuit, id vtiquè certissimum regularitèr esse in familiaribus Cauthelis quotidiè per Tertios possidentes pro-

2 promoueri consuetis; rarus etenim casus est, quòd Creditores vrgeant Debitorem, qui insimùl existat Pater, & grauatus restituere Bona subijcienda paratæ executioni filio iàm nato, & oppugnanti ex capite sibi faciendæ restitutionis eamdem executionem, in his namquè peculiaribus, & non ità passim contingibilibus terminis ex præscripto *Hadriani Imperatoris* egregiè *Papi-*
3 *nianus* adnotauit, & respondit *in leg. Imperator, ff. ad Sen. Consult. Trebell.* filium citrà scrupulum posse cogere Parentem tamquàm distractorem Bonorum fideicommissi ad sui commodum purificandi, vt illud sibi restituat etiàm antè dici, vèl conditionis aduentum, & respectiuè purificationem, quòd & notauit *Bartol. in eadem leg. Imperator., ff. ad* Trebell., *Peregrin. de fideicom. art. 41. num. 5., Castill. controu. lib. 5. cap. 93. §. 14. num. 24., Rot. decis. 828. num. 8. coram Dunoz. iun., decis. 216. num. 6. par. 19. rec., in Romana Trebellianicæ 13. Ianuarij 1691. §. Verùm Domini, cor. R. P. D. meo Priolo, & in Bononien. fideicommissi de Bone 31. Ianuarij eiusdem anni §. Nequè, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc intèr suas *decis. 178. num. 4.*)

Quapropter etsi ad sensum eiusdem *leg. Imperator* rigor ordinis iudicialis expostu-
4 laret, quòd filius per anteà reportasset actualem restitutionem, & consequentèr in effectiua quoquè possessione reperiretur ad effectum legitimè inhibendi, vt suprà; nihilominùs cùm *Iura* tàm aperta, & per factum adeò incontrouertibile ingentis æris alieni contracti per Patrem liqueret de imminenti distractione, seù dissipatione Bonorum fideicommissariorum, & correlatiuè de innegabili præuentina restitutione eorundem Bonorum sibi in vim præfati *Imperialis*
5 *rescripti*, seù *legis* facienda, non erat ratio, cùr deberet expectari huiusmodi præambulum Iudicium, cœteròquin semper intèr Patrem, & filium odiosum, præcipuè quià probabilitèr poterat euenire, quòd, priusquàm idem Iudicium terminari contingeret, desupèr consumata iàm existeret grauis, & dispendiosa executio in nimiam perniciem filij, cui *leges*, vt vidimus, tàm enixè succurrere voluerunt, ideòque decebat omninò ad tuitionem eiusdem filij aspernari hunc inutilem, & præiudicialem circulum, dùm
6 in fortiori practicè receptum palpamus, quòd licèt pulsatus in aliquo Iudicio prò consequenda sibi expromissa euictione regularitèr teneatur citare, ac laudare Authorem de ipsa euictione obligatum, atquè etiàm compellatur sese in præuio formali Iudicio defendere vsquè ad finalem condemnationem, adhùc tamèn & præueniri
7 valet absquè alia disputatione imminens euictio, & prætermitti citatio, seù laudatio Authoris, quandò clarum noscatur ius euincentis, idemque citandus nihil ex pòst deducat, quòd huiusmodi dilucidum ius atterere potuisset, ex traditis in ordine ad citationem per *Card. De Luca de empt. & vendit. disc. 19. num. 8., Episc. Rocca disput. Iur. select. cap. 121. num. 15., Afflict. decis. 49. per tot., Rot. pòst Merlin. de pignor. decis. 118. num. 4., coram Bich. decis. 315. num. 9., in recen. decis. 162. num. 5. & 6. par. 8, & in Bononien. liberationis à molestijs 2. Iulij 1700. §. Facile, coram Me* (suprà *decis. 166 num. 32.*)
8 & quòad præuentionem euictionis est *Text. in leg. si rem 29., ibiquè gloss., ff. de euict., leg. Emptorem 12. in princ. ff. de act. empt.*, quem sequitur *Rot. decis. 497. num. 8. coram Bich., decis. 337. num. 1. & 2., ac decis. 390. num. 1. par. 5., decis. 151. num. 5. cum seqq. par. 7. recen.* cùm alijs *in dicta Bononien. liberationis à molestijs §. Circà validitatem, coram Me* (*dicta decis. 166. num. 2.*)

Minùs è conuersò pedes figi valebant supèr opposita per Vincentium circà eamdem telam iudiciariam nullitate iudicati in Cu-
9 ria Eminentissimi Vicarij, vèl quià ipse Vincentius appareret minùs legitimè citatus in persona Procuratoris reuocati, aùt ex quo cùm ab initio Iudex genericam, & indefinitam Sententiam pronunciasset prò obseruatione controuersæ Cauthelæ, ampliùs non posset respectu huius Trastyberinæ Domus apponere manum ad aratrum ob expiratam incontinenti illius facultatem, & Iurisdictionem, vulgatis Iuribus, de quibus in proposito defectuosæ citationis *Vbert. de Citat. cap. 14. num. 441., Ridolphin. in prax. par. 3. cap. 2. num. 70., Posth. de subhastat. inspect. 23. num. 50. & seqq., Rot. coram Bich. decis. 272. à num. 22. vsquè ad 28., & in rec. decis. 227. num. 4. par. 12.*, & in alte-
10 ro finitæ iurisdictionis habetur *in leg. Iudex posteaquàm, ibiquè gloss., ff. de re iudic., Ridolphin. vbì suprà par. 1. cap. 13. num. 577., Card. De Luca de Iudic. disc. 37. num. 70., & disc. 44. num. 97., & in Summa eiusdem tit. num. 115., Rot. decis. 495. num. 1. par. 3., & decis. 20. num. 39., & decis. 298. num. 5. par. 10. rec.*

Apertissimè quippè prima pars obiecti corruebat, cùm fuerit Iudicium continuatum, & completum citato Io: Baptista, cum quo legebatur inceptum vsquè ab initio Monitorij expediti prò eodem Vincentio adhùc non nato, & intrà viscera Genitricis incluso, vnàcum iterata plurium iurium productione, siuè repetitione, *Summario* Creditorum *num. 5. & 6.*; quapropter licèt successiuè fuisse sibi deputatum in Curatorem alteram personam, nempè Raymundum, ostenderet Vincentius, addita notificatione quòad hanc deputationem subindè facta Creditoribus, *hodierno Summar. num. 7. & 8.* Nihi-

11 Nihilominùs cùm in Iure non repugnet, plures dari Tutores, vèl Curatores, per *Text. in leg. si plures, ff. de legitim. Tut.*, satis profectò non erat, interuenisse aliam deputationem, & illius remansisse certiores effectos Creditores, nisi præcisè paritèr moniti reperirentur de reuocatione præ-
12 cedentis Curatoris, seù Procuratoris aliàs apùd Acta soliti comparere; non secuta: etenim hac specialiori intimatione, rectè contrahi, & quasi contrahi cum primo, vèl alio legitimo Procuratore, vnanimitèr affirmarunt *Vant. de nullit. ex defect. mandat. num.160.*, *Mant. de tacit. & ambig. lib.7. tit.26. num.2.*, *Gratian. discept. forens. cap.505. num.28. & 29.*, *Card. De Luca de Iudic. disc.6. num.11.*, *Episc. Rocca disput. Iur. select. cap.141. num.24.*, *Add. ad Buratt. decis.723. num.13.*, *Rot. decis.681. num.2. par.1. rec.*

Procidebat quoquè non minùs secunda pars: quoniàm Iudex in proferendo genericam Sententiam, siuè decretum supèr obseruatione memoratæ Cauthelæ, contextualitèr sibi reseruauit potestatem cognoscendi de prætensa per Creditores separatione Bonorum fideicommissariorum, *dicto Summario* Vincentij *num.4*; vndè dùm abindè deueniens ad huiusce modi separationem dignouit, Domum positam in Regione Transtyberim manere extrà causam, & vinculum fideicommissi, canonicè etiàm valuit denuò falcem immittere, ipsamque Cauthelam moderari, seù reuocare respe-
13 ctu huius Domus, iuxtà frequentem praxim quorumcumque Tribunalium, & Iudicum, quotiescumquè prouidè extiterit (proùt hìc) in diffinitiuo decreto, seù Sententia superadiecta consimilis opportuna reseruatio, ex firmatis per *Angel. in leg. Paulus la 1. num.1. ff. de re iudic.*, *Scacc. de sentent. & re iudic. gloss.14. quæst.17. num.22.*, *Card. De Luca de Iudic. disc.36. num.2.*, *Rot. decis.409. num.18. par.9.*, *& decis.162. num.7. par.13. rec.*

Confractis itaquè exterioribus, ac debilibus hiscè munimentis, & ad interna penetrando, duo præsupposita hinc indè per Informantes admittebantur, alterum videlicèt, quòd dubitabilis non esset qualitas fideicommissaria à principio inhærens huic Domui, quodque fideicommissum pòst obitum Iosephi Patris, ac debitoris purificabile foret, vt præmisimus, in eodem Vincentio; & alterum, quòd nihilominùs huiusmodi Domus fuerit mediante quadam concordia, siuè datione in solutum auulsa à prælaudato fideicommisso per Vincentium seniorem iniuncto: ideòque pugna reducebatur in perquirendo, vtrùm ista concordia, aùt datio in solutum bona fide, & ex causa legitima exuisset nexum fideicommissarium, & liberè fuisset translata in Ioannem Iosephi Patrem, hoc namquè firmo remanente, consequentia clarè emergebat, quòd supradicta præcedens qualitas, ac titulus fideicommissi deseruire non posset prò fundanda inhibitione, & Cauthela, nemine igno-
14 rante, quòd Bona semèl iuridicè abrasa de fideicommisso, in illud ampliùs non reincidunt, sed perseuerant libera prorsùs, & indifferentia, vt ait *Fusar. de substitut. quæst.531. num.90.*, *Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.189. num.193.*, *Card. De Luca de fideicomm. disc.193. num.3. & 5.*, *Rot. pòst Merlin. de legit. decis.131. num.7.*, *& decis.184. num.24.*, *coram Zarat. decis.87. num.6.*, *coram Emerix iun. decis.464. num.2.*, *& decis.1325. num.16.* cum alijs *in Romana Census* 14 *Martij* 1701. *§. Sed &*, *coram Me* (suprà *decis.186. num.45. & seq.*)

Domini itaquè cum assueta maturitate dispuncto tenore prænominatæ concordiæ, seù dationis in solutum, de qua in *Summario* Creditorum *num.3.*, & Vincentij *num.9.* resolutiuè dein procedentes existimarunt, concordiam, & donationem hanc esse plusquàm iuridicam, & legitimam, dùm
15 prodijt ex titulo primordiali Dotis, eiusque augumenti omni Iure debiti, necnòn fructuum æquè priuilegiatorum, ac vlteriùs in vim melioramentorum, & expensarum erogatarum in controuersam Domum per eius Authores, necnòn etiàm per ipsuminèt Iosephum; quæ sanè credita cùm ad exuberantiam ex calculo transcenderent valorem ipsius Domus, nullibi restabat hæsitandum, quominùs ex hiscè causis validè eadem potuisset à fideicommisso separari, pròut in terminis crediti dotalis, augumenti, & fructuum stat beneficium *Auth. res quæ*, *Spadazz. in Theatr. Vidual. disquis.59. num.73.*, *Card. De Luca de Dot. disc.35. numer.1.*, *& disc.145. num.3.*, *Rot. coràm Emerix sen. decis.112. num.12.*, *coràm Emerix iun. dec.1097. num.3.*, *& decis.1131. num.4.*, *& dec.1230. num.1.*, *ac decis.1274. num.6.*, *& in Romana Dotis de Saluatis* 22. *Ianuarij* 1701. *§. Non valentes*, *coràm R.P.*
16 *D. meo Priolo*; & quòad expensas, & melioramenta, *Peregrin. de fideicom. art.35. num.29.*, *& 40.*, *Vrceol. consult.20. n.36.*, *Actolin. resolut.111. num.13.*, *Rodulphi allegat.113. num.41.*, *Rot. coràm Canaler. dec.476. num.1.*, *coràm Dunoz. iun. dec.256. num.3.*, *in Rec. dec.293. num.20. par.9.*, *& in altera Romana Fideicommissi de Matthiettis hodiernæ Audientiæ §. Mòx tenui*, *coràm Me* (*dec.189. num.22. & 23.*)

Perperàm verò criticari, seù impugnari animaduerterunt enunciata singula credita; Vltrà enim, quòd apparebant sufficientissimè ab omni obiectione vindicata per Informantes prò Creditoribus, incontrouer-

trouertibile profectò erat, quòd exceptiones allatæ ex parte Vincentij non erant adeò perspicuæ, & indisputabiles, vt vllum patefacerent manifestum excessum, vèl ocularem errorem; ac propterea cùm versaremur ex vna parte in Iudicio executiuo, & ex altera controuersa Domus mediante iàm solemni publico Instrumento dationis in solutum, & concordiæ præfulgeret constituta in statu libertatis, si quid subtiliùs promouere intendebat Vincentius, instrueret separatum ordinarium Iudicium ad finem irritandi eandem dationem in solutum seù transactionem, eâque præambulè rescissâ congruam deinceps expetendi reinte-
17 grationem, sicuti namquè similes processus executiui non tolerant retardationem per exceptiones altiori indigentes examine, ac discussione, ad tradita per *Card. De Luca de Iudic. disc.44. num.50., & de fideicom. disc. 180. num. 9., modern. Argentan. collect. legal.2. num.58. lib.2., Rot. dec. 55. num.18. coram Priolo, & decis.673. num.7, & decis.888. num.3. coram Emerix iun., & in Nullius, seù Senogallien. Bonorum 13. Iunij 1695. §. Demùm, coram R. P. D. meo Muto*.

Pariformitèr quoquè, & à fortiori con-
18 currente publico Instrumento dominij translatiuo, contrà quod insurgi nequit cessante clara nullitate, vèl palmari collusione, aùt etiàm errore, nisi, vt diximus, in longiori Iudicio ordinario, *Gallef. de oblig. Cameral. quæst.17. nu.2., ibiquè Zacch. num.2. & seqq., Rot. pòst eumdem decis. 27. & decis. 36.* vtrobiquè *num.1., & decis.42. num.4., ac decis.64. num. 1., & decis. 70. num.2., ac decis.71.* paritèr *num.1.* asperum quippè foret, quòd exceptio insubsistentiæ
19 ipsius Instrumenti, per tres conformes prætiè canonizanda, valeret statim haberi prò idonea ad impediendam celerem, & paratam Mandati iàm expediti executionem, aduersùs ea, quæ conclamant *Honded. cons. 17. num. 45. lib. 2., Gratian. discept. forens. cap.667. num. 18., Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 8. num. 169. & 171., Card. De Luca de Dot. disc.65. num.2., Gallef. de oblig. Camer. quæst.3. num.5., ibiquè Zacch. num.1., Rot. pòst eumdem decis. 48. num.2., decis. 108.* paritèr *num. 2., & decis.253. num.5., & 6., & coràm Buratt. decis.396. num. 11., & in rec. decis. 386. n.9. par. 12.*

Lubentiùs autèm, quià tractabatur de Instrumento non iàm domesticè exarato, sed palàm ex pòst approbato, & ratificato per omnes tùnc temporis fouentes interesse supèr Bonis fideicommissarijs Vincentij senioris, neque deerat potiùs apparentia vtilitatis ex parte fideicommissi, quoniàm constabant ad tenorem Calculi inferti in eadem transactione correspectiuè ad hanc Domum remissa scuta 160., & vltrà;
20 quibus equidèm concurrentibus cessare suspicionem cuiuslibet collusionis, vèl erroris, aliàs concludentissimè probandi, nemo ignorat, & aduertunt *modern. Argentan. collect. legal. 44. num.117. lib.2., Vrceol. de Transact. quæst.96. num.5., modern. Palm. intèr eius recollect. decis.170. num.17. & seq., Rot. decis. 64. num.8. par. 16. rec., & in dicta Nullius, seù Senogallien. Bonorum 13. Iunij 1695. §. Neque, coràm R. P. D. meo Muto*.

Cœterùm ad magìs demonstrandam turbiditatem, nisi totalem inefficaciam obiectionum, quæ fiebant contrà adducta credita, & respectiuè solemnem transactionem, superabundabat apùd *Dominos* simplicitèr de ijsdem obiectionibus meminisse; Opponebatur etenim (reliquis admodùm exiguis, ac fermè inanibus prætermissis) quòd augumentum dotale constituens insigniorem partitam scutorum 1400., & bonificatum in Calculo transactionis fauore Ersiliæ, & Ioannis, redderetur excessiuum ex depauperatione signantèr eiusdem fideicommissi, quòdque non potuisset Fuluia Vxor Fideicommittentis, & insimùl administratrix illud expromittere: quandò tamèn nedùm proptèr æqualitatem intèr So-
21 rores sempèr asseruandam, ex quo Cæcilia soror Ersiliæ receperat in Dotem à Fideicommittente sc. 3200., non erat nisi iustum, & congruum, quòd eadem quantitas perhiberetur Ersiliæ; Verùm quoquè Fuluia deuenerat ad huiusmodi promissionem vigore explicitæ facultatis sibi per Fideicommittentem attributæ, ac propterea huius-
22 modi sponsio, & obligatio referenda potiùs erat ad Testatorem demandantem, quàm ad ipsam Fuluiam exequentem, ex deductis per *Carp. de Executor. vltim. volunt. memb.6. num.149., Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.1. num.20., Castill. controu. tom. 5. par. 2. cap. 184. num. 1., & seqq., Episc. Rocca disput. Iur. select. cap.44. num.3. & 4., Rot. coràm Merlin. dec. 456. num.6.*

Eòque vehementiùs, quià istud augumentum peræquatiuum Dotis Cæciliæ alterius Sororis extitit nimiùm circumspectè constitutum, sub expressa videlicèt conditione, & protractione ad casum, & tempus, quòd masculis defectis fideicommissum purificaretur fauore fœminarum, earumque filiorum; Quòdque plùs erat, neque ap-
23 parebat firmatus vllus status hæreditarius nimìs in longum expectandus, sinè quo tamèn, etiàm præcipuè ab exemplo Sororis, & facultate concessa per Fideicommittentem, impossibile esset redarguere de vllo excessu quamcumque Dotis constitutionem, veluti

luti præ cœteris regulandæ ab Asse, & Patrimonio dotandæ, prònt habetur ex *Text. in leg. quæro*, *& in l. cùm post*, *§. Dotis*, *ff. de iur. Dot.*, *Card. De Luca de Dot. disc. 144. num. 14. & seqq.*, *Episc. Rocca disput. Iur. select. cap. 113. num. 5.*, *Rodulphin. allegat. 137. num. 10.*, *Rot. decis. 47. num. 9.*, *ac decis. 113. num. 1. coram Dunoz. iun.*, *& dec. 417. num. 7. par. 14. rec.*

Opponebatur secundò, quòd fructus ipsius augumenti ascendentes ad summam sc. 950. in eadem concordia cumulati, nullibi, vèl saltèm in tanta quantitate minimè deberentur, dùm prædictum augumentum erat in effectu assequibile dumtaxàt pòst obitum præfatæ Fuluiæ, ibi = *sequè obligauit non petere supplementum Dotis prædictæ à Fuluia Matre, & Antonio Maria, eiusque descendentibus, donèc, & quousquè viuent &c. Summ.* Creditorum *num. 10. lit. C.* posteàque per decessum Masculorum proportionabilitèr aperto, & ingresso fideicommisso in Ersiliam, foret incongruum, quòd eadem Ersilia insimùl appræhenderet fructus
24 hoscè dotales vnâ cum fructibus Bonorum fideicommissariorum, secundùm dispuncta apùd *Gratian. discept. forens. cap. 43. nu. 28. & seqq.*, *Card. De Luca de Dot. disc. 145. num. 42. §. Præterea*, *& disc. 202. num. 3.*, *Rot. pòst Fenson. ad Statut. Vrb. decis. 91. §. Nequè obstat*, *pòst Merlin. de pignor. decis. 145. num. 4.*, *coram Otthobon. decis. 43. num. 7.*, *in rec. decis. 39.* paritèr *num. 7. & decis. 359. num. 13. par. 12.*

Respectu siquidèm iniustæ calculationis horum fructuum durante vita Fuluiæ administratricis, oppositio restringebatur ad tres annos tantummodò, paruamque proindè summam præseferebant; Vndè, vltrà quòd cùm expressa dilatio conuenta non foret, probabiliùs, non obstante dilata
25 simplici executione, poterant deberi vsquè à principio propièr onera Matrimonij, quæ actu substinuerat Ersiliæ Maritus; & in omnem euentum eadem parua quantitas satis abundè remanebat compensata cum creditis, vt suprà, remissis in transactio-
26 ne, iuxtà quam regulare est, quòd absquè tàm rigida refricatione sufficiat aliquid hinc indè prudentèr fuisse datum, ac remissum, *vulg. leg. Transactio*, *Cod. de Transact.*, *modern. Lucen. consult. 110. num. 21.*, *Rot. coràm Bich. decis. 192. num. 12.*, *& 13.*, *& coràm Merlin. decis. 127. num. 15. & 16.*, *& in Romana Pecuniaria supèr negocio principali 25. Februarij 1701. §. Vèl saltèm*, *& §. Deniquè*, *coràm Me* (suprà *decis. 178. n. 9.*, *& 34.*)

Quò demùm ad assertam duplicationem perceptionis fructuum, abstractiuè quidèm vera dici poterat propositio, quòd ex cau-
27 sa fructuum dotalium non mereatur ità de facili dilapidari, sinè distrahi proprietas ipsorum Bonorum fideicommissariorum, sicuti concludunt *authoritates* in obiecto laudatæ; At quandò de tempore constitutæ, vèl purificatæ Dotis desunt fructus suffi-
28 cientes ad ipsius Dotis, vèl augumenti constitutionem, nequè adsunt Bona obligata, supèr quibus consequi valeant huiuscemodi fructus dotales, itàut illorum non petitio queat imputari culposæ negligentiæ Mariti, profectò æquitas hæc (pròut in casu nostro) deflecteret in manifestam iniquitatem, si è conuersò dotata deberet pati iacturam perceptionis fructuum ex capite suæ vocationis, illosuè excomputare in longè separatum creditum dotale, vt declarat *Peregrin. de fideic. art. 42. num. 86. & 96.*, *Card. De Luca de Dot. dicto disc. 145. num. 42. in fin.*, *Rot. coram Dunoz. iun. decis. 910. num. 14. & 16.*, *coram Otthobon. dicta decis. 43. n. 3.*, *in rec. decis. 39. num. 2.*, *& 3. par. 10.*, *& d. decis. 359. n. 1. & 2. par. 12.*

Atquè ex his, alijsque in alio Iudicio vberiùs differendis, adeò perspicuè præcognitum fuit, promotas exceptiones, saltèm in præsenti, reddi turbidissimas, vt *Domini* iure meritò nequiuerint non respondere, vt suprà, pro executione Mandati iàm relaxati, & expediti, vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOCATI LVPARDI.

Acta facta per vnum ex Collitigantibus citato Procuratore alterius Partis, li-
29 cèt reuocato, valida sunt, & subsistunt, quotiès huiusmodi reuocatio non extitit Aduersario intimata, vt firmat præsens *Decisio* D. mei *num. 12*, & idipsum (vltrà *ibi* citatos) pluribus alijs adductis concordantibus comprobant *Franc. Rocc. de Mandat.*, *seu Complem. not. 34. num. 68.*, *De Marin. resol. quotid. lib. 2. cap. 174. num. 3. & seqq.*, *Golin. de Procur par. 3. cap. 5. sub num. 97. vers. & valere Iudicium &c.*, *Rot. coram Pamphil. decis. 573. num. 6.*, *ibiquè Addeu. num. 8.*, *& in Romana Fideicommissi de Maximis 10. Decembris 1698. §. Certi siquidèm propè fin. coràm Muto*: Excepto casu, quo
30 reuocatio Mandati fieret in Actis Notarij Causæ, quià tùnc nulla requireretur intimatio talis reuocationis ob præsumptionem, quòd facilè deuenire valeat ad notitiam Actoris, cuius onus est Acta frequentèr perquirendi, cùm ibi (vt ait *Castren.* mòx citandus) adsit sua negociatio, sicuti pòst *eumdem Castren. in leg. 1. col. 2. vers. Benè tamèn puto, Cod. de satisd.*, *& alios* explicant *Golin. dicto cap. 5. num. 102. & seq.*, *Vincent. De Franch. decis. 490. num. 3.*, *ibiquè Carol. Ant. De Luca in obseru.* paritèr *num. 3.*, & concordat *Rot. coram Put. decis. 109. num. 4. lib. 2.*

lib.2. in correct., & admittitur apùd *Pamphil. de decis.573. n.7.*

MONTIS REGALIS PRIORATVS.

Lunæ 2. Maij 1701.

ARGVMENTVM.

Multiplicitas titulorum an, & quomodò admittatur in Beneficialibus, & an, & quandò prosit etiàm ad effectum agendi: Episcopus an possit Ecclesiam simplicitèr Parochialem erigere in Collegiatam; & ex quibus arguatur, aliquam Ecclesiam esse reuerâ Collegiatam si non actu, saltèm in habitu. Plura de Clausula = *sinè præmisso, siuè alio quouis modo vacet* = adiici solita in Litteris Apostolicis, & quandò sit, necnè operatiua fauore prouisi à Summo Pontifice.

SVMMARIVM.

1 *Multiplicitas titulorum passìm datur, & admittitur in materia Beneficiali, & n.3.*
Dummodò tituli sint diuersi quidèm, sed intèr se compatibiles, secùs si incompatibiles, vèl aliàs intèr se recalcitrantes, num.4.
Exemplifica, vt n.5.

2 *Laudatur clar. me. R. P. D.* Ferdinandus Nuptius *tùnc Assessor S. Officij, posteàque S.R.E. Cardinalis, & Episcopus Vrbeuetanus.*

6 *Commenda temporalis in meram vtilitatem Ecclesiæ in quo differat à Commenda perpetua, seù facta ad vitam Commendatarij, & in puram eius commoditatem, & n.7.*

8 *Clausula* = Sinè præiudicio iuris iàm quæsiti, & iura iuribus addendo = *apposita in secunda Gratia Pontificia quid operetur, & n.10., & 25.*

9 *Multiplicitas titulorum in Beneficialibus admittitur solùm ad effectum excipiendi, seque defendendi, secùs verò ad effectum agendi.*
Limita, vt in d. num.10. cum duob. seqq.

11 *Gratia Supremi Principis non debet remanere inutilis, & elusoria, & n.39.*

13 *Episcopus nequit de sui ordinaria potestate immutare statum Ecclesiæ.*
Neque eam de Parochiali efficere Collegiatam, ibid.
Sed huiusmodi erectio in Collegiatam priuatiuè pertinet ad Summum Pontificem, n.14., & 33.
Amplia, vt n.17.

15 *Præsumptio superuenti beneplaciti Apostolici non intrat stante re iudicata emanata pro nullitate actus, seù contractus.*

16 *Inferior petens à Superiore confirmationem alicuius actus, vèl contractus, implicitè fatetur illius insubsistentiam, & inefficaciam.*

18 *Confessio Collitigantis superat omne genus probationis.*

19 *Narratiua per impetrantem exposita Summo Pontifici, tamquàm fundamentum Gratiæ, est plenè, & concludentèr iustificanda.*

20 *Vnum, idemque Instrumentum nequit ab aliquo in parte approbari, & in altera impugnari.*

22 *Collegialitas alicuius Ecclesiæ probatur eo ipso, quòd docetur, illam antiquitùs fuisse Conuentualem, & Regularem, & n.23.*
Et de alijs coniecturis, ex quibus arguitur Collegialitas Ecclesiæ, n.22. & seqq., & num.27. 34. & seqq.

24 *Collegialitas semèl infixa alicui Ecclesiæ sempèr durat, & perseuerat saltèm habitualitèr.*

26 *Ecclesia an sit Collegiata, vèl simplex Parochialis, pendet ex coniecturis, quarum examen, & præponderantia remittitur arbitrio Iudicis.*

28 *Sententia suspensa per appellationem nèc meretur nomen Sententiæ.*

29 *Episcopus præsumitur plenè informatus de statu, & qualitate Beneficiorum suæ Diœcesis.*

30 *Qualitas Collegialitatis alicuius Ecclesiæ præscribitur per spatium 40. annorum.*

31 *Præscriptio non interrumpitur per Sententiam, quæ fuit postmodùm reuocata, vèl aliàs nullum habuit effectum.*

32 *Confessio posterior præualet, & attenditur in concursu prioris contrariæ confessionis.*

37 *Actus præparatorij sonantes in purum tractatum non attenduntur, neque præiudicant, nisi doceatur, quòd ità fuerit conclusum, & effectuatum.*

38 *Confessio erronea non præiudicat confitenti, & multò minùs Tertio.*

40 *Litteræ Apostolicæ in materia Beneficiali paratam habent executionem.*
Præsertìm, quandò eis assistit vltimus status, ibid.

41 *Vltimus status in Beneficialibus resultat ex præsentatione, seù collatione effectuata cum pacifica possessione Beneficij vsquè ad obitum.*

42 *Beneficia vacantia per promotionem ad Episcopatum sunt specialitèr reseruata dispositioni Summi Pontificis.*

43 *Tenor Litterarum Apostolicarum attenditur ad effectum dijudicandi, ex quo capite reseruationis Papa fecerit prouisionem Beneficij.*

44 *Narratiua exposita Papæ per impetrantem sufficit, quòd verificetur* de facto, *licèt id, quòd fuit narratum*, de Iure *non subsistat.*

45 *Clausula* = Siuè præmisso, siuè alio quouis modo vacet = *nil operatur pro sustinenda prouisione Apostolica, quæ appareat vnicè innixa narratiua per impetrantem exposita.*

Fal-

Fallit, ſi narratiuæ aſſiſtat vltimus ſtatus, num.46.

Et diſtingue, *vt* n.47.

48 *Clauſula* = Siuè præmiſſo, ſiuè alio quouis modo vacet = *nil prodeſt prouiſis ab Ordinario, alijſque inferioribus Collatoribus*.

Amplia, *vt* ibid.

Eademque Clauſula etiàm appoſita in Litteris Apoſtolicis nil operatur, vbì modus vacationis diſpoſitiuè narratus detegatur falſus, n.49.

Exemplifica in caſu deuolutionis diſpoſitiuè narratæ, quæ poſteà ab impetrante non iuſtificetur, n.50.

Rursùs Clauſula prædicta nil operatur in Gratia piſcatoria certo modo impetrata, niſi modus narratus ad vnguem verificetur, num.51.

DECISIO CXCII.

CVmulato (vtì licet, & ſæpiſſimè practicatur in linea Beneficiali, iuxtà an-
1 tiquiſſimam traditionem *Fælini in cap. In noſtra num.2. de reſcript.*) titulo etiàm ſtatus Commendatitij, ſolidiùs tamèn obtinuit Ioſeph, ſibi propitiam executionem decerni non minùs in Partibus, quàm in Curia apùd R. P. D. Nuptium ſatis emeritum
2 Sacroſanctæ Romanæ Inquiſitionis Aſſeſſorem, quòad præcedentem titulum, ſiuè litteras Pontificias innitentes *Regulæ* 4. *Cancellariæ* ſupèr reſeruatione primæ Dignitatis in Collegiatis; cùmque etiàm hodiè, maturè ad trutinam reuocato negocio, agnita pariformitèr extiterit ineluctabilis ſubſiſtentia eiuſdem primordialis impetrationis, irrita correlatiuè remanſit oppoſitio Ioannis Michaelis fruſtrà ſatagentis controuerſum Prioratum Eccleſiæ S. Mariæ compellatæ *del Boſco* detinere, tamquàm liberè vacantem, ad collationem, ſiuè gratificationem in Concurſu per eum ab Ordinario reportatam, reſcribentibus *Dominis* = *eſſe procedendum ad legitimam huiuſmodi Litterarum executionem*.

Quin prima fronte remorari poſſe videretur affirmatiuam hanc reſolutionem prætextus, quòd Ioſeph, aſſequendo deincèps Apoſtolicam prouiſionem ex capite memorati ſtatus Commendatitij, quodammodò in neceſſariam conſecutionem renunciaſſet Gratiæ primæuæ, non iàm ex vlla generica
3 amaritudine circà multiplicationem diuerſorum titulorum in Beneficialibus, de qua *Fælin. vbi ſuprà, cæterique ſequaces*, ſed
4 quià id erat intelligendum in terminis puræ diuerſitatis, non autèm expreſſæ contradictionis, ac omninò recalcitrantis incompatibilitatis, quæ, ad inſtar claui, alterum clauum, cum quo ſimùl in eodem indiuiduo loco ſtare nequit, detrudentis, priorem titulum neceſſariò inficit, & extinguit; Nemo quippè poteſt eſſe Commen-
5 datarius, Adminiſtrator vèl Procurator ſui ipſius, ad celebre *conſ. Roman. 350. n.13. & ſeqq.* & diſtinguendo admittit etiàm *Fælin. in dicto cap. In noſtra num.2. verſ. Secundò intellige, de reſcript.*, *Tondut. quæſt. & reſol. Beneficial. par. 2. cap.1. §.11. num.39. & 40.*, *Rota coram Coccin. dec.1592. n.6. 7. & 8.*

Quoniàm, vltrà quòd huiuſmodi *Authoritates* conciliatiuam recipiunt interpretationem, videlicèt, vt procedant, quo-
6 tiès agatur de conceſſione Commendæ in puram vtilitatem Eccleſiæ, ſeù (quod fermè idem eſt) de commendatione temporali: vtroque namquè caſu Commendatarius poſſidet prò eadem Eccleſia, vèl Beneficio eiuſque futuro Prælato, cui, demptâ quadam ratâ, ſiuè Congruâ, fructus etiàm reſeruare obligatur, vt examinat per *Canon. Quoniàm feſtus, diſt.41.*, *Can. quià frater, cauſ.7. quæſt.1.*, *Can. Charitatem, cauſ.12. quæſt.2.*, *& cap. vnic. §. final. de Cleric. ægrot.* ipſemèt *Roman. dicto conſ.350. nu.8.*;
7 ſecùs autèm, quandò (pròut hic) Incommendatio, ad normam quoquè ſtatus præcedentis, obtenta eſt in perpetuum, atquè in vtilitatem, & fruitionem omnimodam ipſius Commendatarij ad vitam, tùnc quippè, qualibet incompatibilitate ceſſante cum titulo formali, huiuſmodi Commendatarius nullibì gerit figuram Adminiſtratoris, & Procuratoris prò ipſo Beneficio, illiuſque in futurum incardinando Prælato, ſed in nihilo differens, aùt parùm à proprio, ac vero Titulari, detinet idem Beneficium, quod aliàs ratione defectus ætatis, vèl qualitatis citrà Commendam aſſequi nequiret, quemadmodùm pòſt *Rebuff. in prax. tit. de Commend. num. 28.*, *& de pacific. poſſeſſor. num.43.*, *Caſſador. deciſ. 33. num.3. & 4. ſupèr Regul.*, *Put. deciſ. 25. num. 3. & 4. lib.1.* tradit *Gonzal. ſupèr Regul. 8. Cancell. gloſſ.5. §.8. num. 3. & ſeqq.*, *Murg. de Benefic. quæſt.3. ſect.3. num.1153.*

Corruebat adhùc omnis hæſitatio in hypotheſi, de qua erat quæſtio, quià tantum aberat, Ioſephum ſibi vllum inferre voluiſſe præiudicium per nouam Gratiam perpetuæ Incommendationis, vèl quòd Papa, de cuius poteſtate nulla toleratur diſputatio, vnquàm voluerit ipſi Ioſepho per hanc largitatem ſuperuenientis Incommendationis ingerere detrimentum, vt ex oppoſito in eadem Gratia conceſſionis Commendæ ad
8 litteram adſit illa præſeruatio, ibi = *ſinè præiudicio Iuris tibi iàm, vt præfertur, quæſiti, ſed iura iuribus addendo, & antiqua conſeruando*; quæ procùl dubiò reſiſtit cuilibet nocumento, ac iuris præcedentis amiſſioni, ſicutì regulare eſt, & prænotarunt *Gratian. diſcept.*

discept. forens. cap.935. num.20. & 26., Rota decis.651. num.24., & decis.715. num.6. coràm Dunoz. iun., & decis. 142. num.4. par.19. recen., & in Vrbinaten. Pecuniaria 14. Maij 1700. §. Euidentiùs, coràm Me (suprà *decis.149. num.37.*)

Et non minori (prosequendo idem obiectum) facilitate labefactabatur subalternans replicatio, quòd hæc compatibilitas, siuè
9 præseruatio solummodò valeret esse operatiua, vbicumquè tractaretur intrà limites meræ defensionis, & exceptionis, quo casu, confracto vno clypeo, seù titulo, natura etiàm docet, posse obiectari secundum; at non ità, quotiès versamur in agendo, sicuti videntur distinxisse per *Text. in cap. vt quis duas, de election. in 6., Felin. in cit. cap. In nostra 32. num.2. de concess. Præbend., Tondut. quæst., & resol. Beneficial. par. 2. cap.1. dicto §. 11. num. 37.*, & de mente *Abbatis in cap. post electionem num.* 4. paritèr *de concess. Præben., Lap. alleg.132. n.2., Cassador. decis.21. supèr Regul.* firmauit *Rota coràm Coccino dec.1592. n.4.*

Multiplex enim arrisit responsio; & primò, quià in effectu Defensores Iosephi positiuè in Responsionibus distributis protestabantur, nolle formitèr insistere supèr hac Incommendatione, ideòque pro parte ipsius Agentis aliquo modo euacuabatur difficultas: Secundò, quoniàm (quidquid in aliis circumstantijs argui posset) dubiò procùl in præsenti Pontifex, qui vtramque Gratiam indulsit Iosepho, certò sciebat ad tenorem Supplicationis ab eo porrectæ, ipsum minimè reperiri in aliqua possessione, dùm vtramque Gratiam expostulauerat ex causa vacationis per obitum Ioannis Baptistæ vltimi possessoris; ac propterea dùm placuit eidem Pontifici impartiri Iosepho tàm apertam, & celebrem præseruatiuam vsquè ad illa verba = *iura iuribus addendo*, profectò
10 nequiuisset verificari aliqua additio, nisi simùl gratificatus, siuè prouisus valeret ad exercitium deducere primæua iura, quibus fiebat additamentum, *Episc. Frances de intrus. quæst.67. num.9.*, & ex se patet ad sensum, nè aliàs Gratia Principis aùt foret de-
11 structiua præcedentis, & sic contrà ipsam præseruatiuam in contrarium præiudicialis, & noxia, aùt (tamquàm simultaneè inexercibilis) inutilis, & otiosa, contrà omnem discursum, & rationem, ex traditis per *Cyriac. controu.291. num. 48., modern. Argentan. collect. legal.38. num.15. tom.2., Rota decis.257. num.2. par.4. tom.2., dec.124. num.30. par.5., decis.93. num. 24. par.10., & decis.162. num.23. par.18. rec.*

Tertiò tandèm, quià & intrinsecùs degustata conclusione visum est, fœdere alicuius declarationis, vèl distinctionis eam indigere, videlicèt, quòd ea rectè possit congruere, vbì quis satageret ius, vèl dominium adipisci ex titulo geminato, ex quo ius, & dominium incapax est substentandi duplicitatem causæ, quæ simultaneè illud amplectatur, & impleat saltèm citrà reduplicationem personarum formalium in eadem materiali: sed non sic est, quandò
12 controuersia residet in adipiscenda possessione rei, vèl Beneficii, ea quippè ex pluribus etiàm causis potest acquiri, pròut ad ornatum *Textus in leg.3., §. Ex pluribus, ff. de acquir. possess., Lotther. de re Benefic. lib.2. quæst.46. num.16., Barbos. in cap. nullus pluribus 20. num. 2. de regul. iur. in 6., Card. De Luca de Benefic. disc. 79. num.8., Adden. ad Buratt. decis.926. num.14.*

Atquè ob id interuersis exterioribus munimentis à Ioanne Michaele præparatis, redactoque certamine ad cardinem, siuè arcem effectiui conflictus, vtrùm huiusmodi Prioratus in rei veritate censeri mereretur prima Dignitas in hac Ecclesia vtì Collegiata, siuè pòtiùs permaneret in gradu Curati Beneficij, negari quidèm non poterat, quòd fundamenta allata per Ioannem Michaelem ex hac secunda parte dilemmatis, siuè quæsiti excludere contendentem memoratam reseruationem *Regulæ* 4., à quadumtaxàt Ioseph aduersantia iura metiebatur, vndiquè apparerent vrgentia; is etenim fortitèr impugnabat omne suppositum Collegialitatis, incipiendo, vt par erat, ab indagine radicalis erectionis huius prætensæ Collegiatæ, quæ non nisi de anno 1643. facta conijciebatur cum solo assensu Ordinarij, quandò tamèn (quidquid auserint affirmare nonnulli *Doctores*, & quasi illatiuè etiàm quandòque *eadem Sacra*
13 *Rota*) hactenùs receptissimi Iuris est, & styli inconcussi, quòd sicutì Episcopo non licèt immutare statum Ecclesiæ, nouasque Dignitates erigere, hocquè solùm potestati Apostolicarum Clauium est reseruatum, ità eidem soli Papæ priuatiua remanet autho-
14 ritas deueniendi ad huiusmodi erectionem, quæ secùm fert concomitantem quoquè creationem Dignitatum, secundùm ea, quæ tàm dispunctis *Iuribus*, quàm perspecto oraculo sanctæ memoriæ Pauli V., ac demùm frequentibus declarationibus Sacrarum Congregationum, firmat, & testatur *Corrad. in prax. Benef. lib. 2. cap. 15. num.3.*, & antè eum *Lotther. de re Benef. lib.1. quæst.14. à num. 43. vsquè ad num.49., Tondut. resolut. Benef. par. 2. cap. 2. §. 2. num.11.*, & seriò tenuit *Rota decis.221. num. 29. par.6., decis.99. num.9. par.7., decis.49. num.4., & decis. 195. num.4. & 14., ac decis.297. num.2., & 3. par.17. recent., & in Celsonen. Præpositura 14. Iunij 1694. §. Vndè patet, coràm Reuerendiss. D. meo*

Molines Decano (intèr eius modò impress, *decis.333. num.20. & 21.*)

Validiùs autem superuentâ quoquè de anno 1668. Sententiâ Curiæ Episcopalis, per quam noscebatur iàm definitum, memoratam assertam erectionem anni 1643. fuisse nullam, irritam, & inanem, *Summario* Michaelis *num.4.*; conspirante etenim, siuè intermediante huiusmodi Sententia, neque etiàm fas erat recurrere ad vllam præsumptionem expòst obtentæ Papalis confirmationis, pròut in proximis *Card. De Luca de Benefic. disc.14. num.16., de Iurisdict. disc.24. num.13. versic. Respondebam, & de Alienat. & Contract. probib. disc. 13. num.10., Pacion. de locat. & conduct. cap.14. §. 11. num. 23. & 24., Rota decis. 220. num. 22. & 23. coràm fa. mem. Alex. VIII., & decis. 202. num. 7. & 8. par.7. rec.*

15 nim, siuè intermediante huiusmodi Sen-

Potissimè, quià etiàm successiuè, nimirùm de anno 1697. Archipresbyter, & Canonici eiusdem prætensæ Collegiatæ vnanimitèr deliberarunt ob præsidium ipsius controuersæ confirmationis velle recurrere ad Sanctam Sedem, præambulè inquirendo, quænàm expensæ ad hunc effectum exposcerentur; quamobrèm per necessarium

16 antecedens iidemmèt assertam efformantes Collegialitatem perspicuè fatebantur nullitatem huius erectionis, quam approbari, seù confirmari inhiabant, pròut in simili adnotarunt *Card. De Luca de Cens. disc.2. num.1., Vrceol. de Transact. quæst. 41. n. 15., modern. Argentan. colluct. legal.42. num.19. tom.2.*

Idquè adeò reddi videbatur indubitatum, vt nequè in prædicta deliberatione, de qua *dicto Summario* Michaelis *num.5.* appareret, huiusmodi confirmationem efflagitari ad aliquam maiorem cauthelam, sed purè, & simplicitèr capta legebatur hæc determinatio, licèt nèc etiàm consimilis petitio cau-

17 thelata profuisset, tales quippè supplicationes constantèr reijci à Sancta Sede per organum Datarij prosequitur testificando *Corrad. in prax. Benef. lib. 2. cap. 15. sub num.5.*

Quid vltrà (subiungebat Ioannes Michael) supèr hac insubsistentia, & nullitate erectionis in Collegiatam poterat exoptari? dùm idemmèt Ioseph in precibus ab eo porrectis prò secundis Litteris sub titulo Commendæ impetrandis nullitatem huius erectionis fassus erat apertissimè, vt ibi: *vtì de Dignitate principali Ecclesiæ dicti Prioratus antè vacationem præfatam Ordinaria auctoritate in Collegiatam minùs canonicè erecta, & instituta, quondàm tùnc in humanis agenti Ioanni Baptistæ Leurono &c. Apostolica authoritate nullitèr prouisum fuerit, dicto Summario num.6.* siquidèm nulla maior

18 excogitari valet probatio, quàm ea, quæ resultat ex clara confessione Collitigantis, *vulg. leg. cùm precum, Cod. de liberal.caus., modern. Palm. intèr eius recollect. decis. 159. num.6. & 8., Rota coràm Buratt. decis.540. num.2., coràm Vbald. decis.268. num.6., in recen. decis.531. par.5., decis.* 101. vtrobiquè *num.1. par.6., decis.31. num.4., & dec.168. num.2. & 3. par.10., & decis.234. num.19., & decis.317. n.7 par.16.*

Cœterùm, his minùs solidè refragantibus, longè potentiora comperta sunt iura Iosephi, & probationes per eum allatas altiùs præponderare, firmiùsque demonstrare Collegialitatem, quàm quòd illam eneruarent ratiocinationes Ioannis Michaelis; In primis etenim Ioseph ostendebat, quòd & antè, necnón de tempore suæ impetrationis, ac etiàm pòst, Ecclesia hæc innegabilitèr quòad facti realitatem versabatur in statu præfatæ Collegialitatis; quantumuis autèm hæc sola quasi possessio dubitationem ingerere valeret, stante necessitate eidem

19 Iosepho incumbente iustificandi plenè narratiuam, & fundamentum suæ Gratiæ reportatæ in vim prædictæ *Regulæ* 4. reseruatoriæ primæ Dignitatis in Collegiatis, vt prætèr generalia ad normam *Textus in cap.2. de rescript.*, & de quibus *Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 8. num. 71., Rota decis.412. num.15. par.18., & in Olomucen. Canonicatus 29. Martij 1694. §. Iniustitia, & 25. Iunij eiusdem anni §. Quandoquidèm; coràm R. P. D. meo Muto*, in specie monet *Caren. resol. 35. num.13. in fine, Episc. De Rosa de execut. Litt. Apostolic. par.1. cap.6. num.59., Card. De Luca de Benefic. disc.14. num.6, Rota decis. 147. nu.1. & 2. par.10. recen.*

Nihilominùs eadem quasi possessio in concreto huius Ecclesiæ constipabatur à fortiori, & antiquiori præsumptione, quæ prò hac qualitate Collegiatiua militabat, ambigi quippè non poterat, quòd antiquitùs Ecclesia hæc foret Conuentualis, & Regularis, ità præseferentibus nedùm pluribus prouisionibus in Commendam, ac localium Hystoriarum monumentis, *Summario* Iosephi *num. 21. 22.*, & 23. verùm quoquè eademmèt prætensa originali erectione anni 1643., in qua tùnc litteris adapertis exprimebantur tamquàm simplicitèr restauratæ, seù dotatæ à pio Benefactore Præbendæ Canonicales in locum veri Prioratus Ordinis Sancti Benedicti, absquè eo,

20 quòd posset Ioannes Michael vnum, idemque Instrumentum in parte approbare, & in altera reprobare, contrà regulam, de qua *Bartol. in leg. Aurelius, §. Itèm quæsiui, ff. de liber. legat., Altograd. cons. 105. num.18. lib.2., Rota coràm Buratt. dec. 199. n.9., cor. Priol. dec. 294. n.11., & in recent. dec.286. n.4. par.17.*

Po-

Posito autèm, quòd antecedentèr Ecclesia foret Conuentualis, in planam promana-
21 bat consequentiam, quòd extaret quoquè in eadem Ecclesia Collegialitas, ex recepta doctrina *Hostien. in cap. nobis sub nu. 3. versic. quidquid etiàm, de Iurepatr.*, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. n. 21.*, *Lotther. de re Benefic. lib. 1. quæst. 14. num. 42.*, *Corrad. in prax. Benef. lib. 2. cap. 9. num. 2.*, *Adden. ad Ludouis. decis. 482. litt. C.*, *Rota coràm Caualer. decis. 650. num. 5.*, & benè in terminis *eadem Rota in dicta Celsonen. Præpositura* 14. *Iunij 1694. §. Hacquè omnia, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr suas *dicta decis. 333. num. 8. & 9.*)

Eòque pronius, dùm præcisiuè ab vnico Concursu, qui supponebatur initus de anno 1612., absquè eo, quòd tamèn de eiusdem effectuatione vllibi appareret, nullus alius ex parte Ioannis Michaelis per antecedentia sæcula indicabatur, nulla afferebatur
22 collatio Ordinarij, nullusque demùm actus ab Episcopo quòad hanc Ecclesiam expletus, signum euidens (etsì negatiuum) quòd Ecclesia dubio procùl erat Conuentualis, & Regularis, ideòque extrà sphæram Diœcesanæ potestatis, & Iurisdictionis, vt in proposito negatiuæ tàm longæuæ, aliàsque improbabilis, arguit *Rota in Toletana Iurisdictionis supèr pertinentia Ecclesiarum 6. Iunij 1689. §. Tùm demùm, & in d. Celsonen. Præpositura 2. Decembris 1693. §. Addito, & 14. Iunij 1694. §. Cæterùm, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (hodiè intèr suas *decis. 99. num. 13.*, *decis. 294. nu. 5.*, *& dicta decis. 333. num. 16.*)

Dùm itaquè præcesserat Collegialitas Conuentualis per constantem præsumptionem Iuris, de qua suprà, nimiùm debilitabatur, & corruebat principalior exceptio, seù fundamentum Ioannis Michaelis innixum præfatæ erectioni anni 1643.; Quià dato etiàm milliès, quòd Collegialitas per hunc actum impressa claudicaret defectu potestatis, ipsa quidèm Episcopalis erectio cecidisset, sed
23 eadem Collegialitas, circumscripta huiusmodi noua erectione, adhùc saltèm habitualitèr resultasset, pròut resultat ab enunciata antiquiori Conuentualitate, quemadmodùm admisit *Rota in decis. 147. num. 5. & 6. par. 10. recent.*, *& in dicta Celsonen. Præpositura 14. Iunij 1694. §. Hacquè omnia, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (*d. dec. 333. n. 9.*)

Absquè eo, quòd ad exclusionem huius præambulæ Collegialitatis vrgeret confessio, quæ habetur emissa in eodem actu anni 1643., quòd nempè tùnc nulla de facto extaret Collegialitas, & ob id de eo tempore ex integro noui erigerentur Canonicatus: Non etenim idcircò, deficiente Col-
24 legialitate in actu signato, tenebat consequentia, ergò non aderat vetusta Collegialitas in actu exercito, vtpotè quæ semèl infixa, sempèr remanet, & perseuerat ad tradita per *Rot. decis. 163. num. 4. par. 1.*, *decis. 221. n. 22. par. 6. rec.*, & in prælaudata *Celsonen. Præpositura 14. Iunij 1694. §. Vndè patet, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (*dicta decis. 333. num. 23.*)

Minùsque vim adijciebat replicatio, nequiuisse saltèm Episcopum interuertere Regularem Collegialitatem sæcularizando primam Dignitatem, de qua agitur; Ad conuulsionem siquidèm obiecti non solùm sufficiebat respondere Ioanni Michaeli = *tua non interest*, cùm nèc ipse ex parte sua hodiè probaret vllum per anteà statum Parochialitatis, quem procùl dubio ex eadem ratione adamussìm nèc idem Ordinarius per Concursuum indictionem, suamque gratificationem, vèl collationem imprimere potuisset, itàut, firma remanente Regularitate Prioratus, pro totali subuersione difficultatis subsidiariè ad omne peius
25 intrassent fauore ipsius Iosephi, cui Papa indulsit, posse *iura iuribus addere*, secundæ Litteræ suæ prouisionis in Commendam, ad limites alterius *Regulæ 3.*, de qua *Lotther. de re Benefic. lib. 1. quæst. 26. num. 47.*, *Card. De Luca eodem tract. disc. 4. num. 2.*, *Rota coràm Seraphin. decis. 1498. num. 2. & 5.*, *coràm Coccin. decis. 1023. n. 5.*, *& in Virdunen. Abbatiæ 26. Iunij 1699. §. Cæterùm, & in Tullen. Monasterij eiusdem Audientiæ §. Ex quibus rationibus, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr suas *decis. 626., & seq.*)

Addito, quòd cùm hæc materia Collegialitatis summoperè dependeat ab examine,
26 & respectiuè præponderantia circumstantiarum, remissaque idcircò sit iudicare debentis arbitrio, pròut vltrà *Barbos. de Canonic., & Dignitat. cap. 2. num. 16.* concludit *Rota in dicta decis. 147. num. 7. par. 10. recent.*; hìnc, vt diximus (circumscripto etiàm actu erectionis anni 1643.) efficaciora præfulgebant indicia Collegialitatis, quàm simplicis Parochialitatis, tùm stan-
27 tibus duabus incontrouertibilibus collationibus Apostolicis anni 1689., & anni 1692. *Summario* Iosephi *à num. 14. ad 17.* editis cum supposito legitimæ Collegialitatis; quod præmaximè influere in hac materia notauit *Rota decis. 240. num. 15. 20. & 21. coram sa. me. Alexandro VIII.*, *in recent. decis. 221. num. 11. par. 6.*, *& in prædicta Celsonen. Præpositura 2. Decembris 1693. §. Iustificatio autèm, & 14. Iunij 1694. §. Etenim, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (*dicta decis. 294. num. 3.*, *& dicta decis. 333. num. 1. & 2.*)

Túm & magis, quià ipsemèt Episcopus,
qui protulerat Sententiam irritatiuam Col-
legialitatis, de anno 1668. vt suprà contu-
lit per triplicatas vsquè vices huiusmodi
Canonicatus, sub annis scilicèt 1692., & 1695
idquè pariformitèr cum præsupposito, &
expressione perfectæ Collegialitatis; *dicto
Summario num.* 11.; quamobrèm absquè
necessitate interuertendi efficaciam eius-
28 dem Sententiæ ex eo, quòd eadem suspen-
sa remanserat per appellationem, quo casu
nequè nomen Sententiæ promeretur, ad
Text. in leg. 1. *§. Reus, ibiquè gloss. ff. ad
Sen. Consult. Turpill.*, & dixit *Card. De
Luca de Iudic. disc.*36. *num.*45. *vers. quamuis,
& disc.* 37. *num.* 46., *Fontanell. decis.* 420.
*num.*30. *tom.*2., *Rota decis.*55. *num.*11. *par.*14.
rec., cum alijs *in Tract. de Commerc., &
Mercat. disc.*38., *& disc.*91. vtrobiquè *nu-
mer.*15. hoc factum eiusdem Ordinarij præ-
ualebat cuicumque discursui militanti in
contrarium, faciebatque præsumere, quòd
Episcopus agnouerit proprij iudicati insub-
sistentiam, tamquàm subindè meliùs in-
29 formatus de statu Beneficiorum suæ Diæce-
sis, vtì præsumitur, maximè ad euitandam
in eo maculam delicti totiès vsurpatæ, &
illegitimæ collationis, *Card. De Luca de
Benefic. disc.* 90. *sub num.* 12., *Adden. ad
Buratt. decis.*111. *num.*15., *Rota decis.*838.
num. 7. *coram Vbald.*, *decis.* 317. *num.* 11.
*par.*16. *rec.*, *in dicta Celsonen. Præpositurae* 2.
Decembris 1693. *§. Tantò magis, coram Re-
uerendiss. D. meo Molines Decano* (*dicta de-
cis.*294. *num.*4.) *in Nucerina Paganorum ap-
plicationis Conuentuum* 17. *Iunij* 1699. *§. fin.,
& in Melphicten. Cappellaniæ* 7. *Iunij* 1700.
§. Ad euersionem, coram Me (*decis.*98. *num.*19.
*tom.*1., & suprà *decis.*151. *num.*5.)

Et in omnem casum ex memoratis colla-
tionibus sufficiens emersisset præscriptio
30 qualitatis Collegiatiuæ per spatium anno-
rum suprà quadraginta, vt vno ore conclu-
dunt *Lotther. de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 34.
*num.*3., *Barbos. in cap. cùm Beneficio num.*4.
& seqq. de Præben. & Dignitat. in 6. *Rota
decis.*596. *num.*4. *par.* 18. *rec.*, *& in dicta
Celsonen. Præpositurae* 2. *Decembris* 1693.
§. Iustificatio, & 14. *Iunij* 1694. *§. Etenim,
& §. Quinimò, coram Reuerendiss. D. meo
Molines Decano* (*dicta decis.*294. *num.*3., *&
dicta decis.*333., *ex num.*1. *ad* 4.) & in ter-
31 minis, quòd Sententia confirmet, & non
destruat præscriptionem, quotiès ab ea fuit
recessum, *Gratian. discept. forens. cap.* 2.
*num.*43. *& seqq.*, *Castald. consult.*231. *nu.*10.,
*Sperell. decis.*178. *num.*69., *Rot. coram Se-
raphin. decis.*1085. *num.*6., *coram Coccin. de-
cis.*1282. *num.*34., *& coram Cerro decis.*97.
*num.*14.

Certiùs, quià haùd Episcopus destitit in
hisce collationibus, sed in hodierna ada-
mussìm vacatione supplicauit D. Cardinali
Prodatario pro prælectione eiusdem Ioan-
nis Michaelis tùnc eius Vicarij Generalis,
& hodierni Collitigantis, explicitè fatendo
= *io sò benissimo, che conforme alle Regole di
Cancellaria il Priorato sudetto resta riseruato
alla Santa Sede Apostolica &c. eodem Sum-
mario* Iosephi *num.* 18, vndè licèt per anteà
conscribens eidem Eminentiss. Prodatario
videretur affirmasse, Prioratum subiacere
32 Concursui, attamèn hæc alia superueniens
immedicabilis confessio, tamquàm poste-
rior, anteriori citrà scrupulum derogauit,
vulg. *leg. pacta nouissima, C. de pact.*, *Bar-
bos. tract. var. Axiom.* 184., *modern. Ar-
gentan. collect. legal.*5. *num.*104., *& collect.*23.
num. 50. *tom.* 2., *Rota coram Peutinger. de-
cis.*233. *num.*17., *& in rec. decis.*190. *num.*12.
*par.*19.

Coniurabant tandèm in idem alia non
minus vehementia adminicula deriuantia
33 ab ipsa Sancta Sede, cuius est statum Eccle-
siarum recognoscere, præfinire, & appro-
bare, *Can. omnes distinct.*22., *& Can. Ba-
silicas, de consecrat. distinct.*1., ea quippè in
34 temporalibus facultatem concessit Canoni-
cis deueniendi ad traditionem nonnullo-
rum Bonorum in emphyteusim sub littera-
li expressione Collegialitatis, *Summar.*
35 Iosephi *num.* 13. & in spiritualibus cùm
aperuerit in hac Ecclesia Thesaurum Indul-
gentiarum, prodijt publicatio sub eadem
denominatione Collegiatæ, *dicto Summa-
rio num.*10.; vndè turmatim quodammodò
iunctis reliquis actibus, videlicèt Capitu-
36 larium deliberationum, communi Arca,
& Sigillo, alijsque plenè iustificatis *in eodem
Summario num.*9. Ecclesiam reuerâ dicen-
dam potiùs, quàm simplicitèr præsumen-
dam esse Collegiatam, liquet in fortioribus
apùd *Mascard. de probat. conclus.*584. *nu.*12.,
*Lotther. de re Benefic. lib.*1. *quæst.*14. *num.*41.,
*Barbos. de Canon., & Dignit. cap.*2. *num.*9.
& 14., *Corrad. in prax. Benefic. lib.*2. *cap.*9.
num. 35., *Rota coram Mantic. decis.* 175.
*num.*1., *coram Merlin. decis.*88. *num.*10. *&
seqq.*, *decis.*684. *num.* 2. *par.*4. *diuers.*, *&
decis.*56. *num.*5. *par.*5. *rec.*

Tot igitùr in vnum concurrentibus signis,
superfluum efficiebatur fatigari supèr reie-
ctione contrariarum demonstrationum: Iàm
enim ex præmissis satisfactum elucebat asser-
tæ erectioni anni 1643., ac Iudicato Curiæ
Episcopalis de anno 1669.; Quouerò ad
determinationem, quæ capta videbatur per
Capitulares huius Collegiatæ de procuran-
da confirmatione Pontificia, plana ex qua-
litate ipsius actus prorumpebat responsio,
scilicèt, quòd ad summum ab ea desumi
valeret quædam hæsitatio circà subsisten-
tiaam huius qualitatis, at quià deincèps
nihil in ipsius deliberationis executionem

ge-

gestum ostendebatur, vel poterat cogitari, prædictos Capitulares, vtpotè certiores effectos ambiguæ apud eos per anteà subsisten-
37 tiæ, formitèr pœnituisse, vel tamquàm actus purè præparatorios restitisse in terminis nudi tractatus, ex quo sanè nusquàm licet aliquid nociuè conclusiuum argumentari, ad *Textum in leg. si voluntate, Cod. de rescind. vendit.*, & dictum est *in Tract. de Commerc.*, *& Mercat. disc.* 5. *num.* 8., *& disc.* 46. *num.* 9., *Rot. coram Vbald. decis.* 89. *num.* 4., *in rec. decis.* 198. *num.* 11. *par.* 11., *decis.* 295. *num.* 3. *&* 15. *par.* 17., *decis.* 317. *num.* 31. *par.* 18., *& in Romana Dotis* 12. *Iunij* 1669. *§. In præsenti, coram Me* (*decis.* 94. *num.* 25. *tom.* 1.)

Respectu deniquè confessionis emissæ per Iosephum in sua posteriori, siuè secunda impetratione Prioratus in Commendam;
38 Prætèrquàmquòd non erat in posse Iosephi per quamlibet eius assertionem præiudicare Collegio, nec sibi per inutilem trepidationem erranti: attamèn tantum abest, quòd in concreto confessio hæc, à superuacaneo metu progenita, introspectâ tàm eius, quàm Papæ intentione, detrimentum vllum illius iuribus parare potuerit, quin è conuersò nouam Gratiam reportauerit sub tutamine cubitalis præseruatiuæ in fine Supplicationis adiectæ, iuxtà verba superiùs registrata *in §. Corruebat*; quæ sanè præseruatio, quatenùs subsisteret exposita nullitas erectionis in Collegiatam, & non vigeret saltem ti-
39. tulus Commendationis, remaneret, vt præmisimus, inutilis, & fermè contradictoria, quod dicendum non est, *Rot. coram Pamphil. dec.* 674. *n.* 4., *cor. Peutinger. decis.* 35. *num.* 8., *coram Merlin. decis.* 596. *num.* 3., *coram Cerro decis.* 165. *num.* 5., *in recent. decis.* 33. *num.* 4. *par.* 17., *& decis.* 6. *num.* 5. *par.* 18.

Præcellente itaquè numero, & pondere præsumptionum, ac probationum vndiquè suadentium validam præexistentiam Collegiatæ, prout fuerat à Iosepho enarratum in prima eius allecutione Litterarum, clara absquè alio vlteriori progressu consequebatur pro earumdem antecedentium Litterarum executione resolutio: Sed quandò adhùc aliquo modo nutassent eædem probationes prò Iosepho militantes, dixerunt *Domini*, casum fermè reddi indisputabilem perpenso vltimo statu, neque tantùm vno, sed bino, per quem patebat, hunc Prioratum extitisse obtentum, insimùlque retentum ex titulo primæ Dignitatis in Collegiata; priùs namquè sub hoc præciso nomine, seù qualitate primæ Dignitatis in Collegiata præfatus Benefactor, & Restaurator sub prædicto anno 1643. nomine *Didacus*, huiusmodi Prioratu fuerat prouisus, & gauisus vsquè ad annum 1665., eoque ad Episcopale fastigium promoto, expressiùs ex eadem causa, & reseruatione *Regulæ* 4. *Cancellariæ* Apostolicam desupèr collationem Ioannes Baptista nouissimus Beneficij possessor obtinuit: ac, proptereà excepto casu, quo peti-
40 torium euidentèr absorberet possessorium, (quòd vtiquè asseri nequibat ex hucusquè dissertis) non erat imaginabilitèr hæsitandū, quominùs ad illius tenorem Literæ Apostolicæ, quibus prona debetur reuerentia, interìm venirent prorsùs exequendæ, ex firmatis per *Rotam*, & præsertim *in decis.* 332. *num.* 1. *coram Priolo, decis.* 195. *& decis.* 350. vtrobiquè paritèr *num.* 1. *par.* 17. *recent.*, *& in Gerunden. Beneficij* 25. *Iunij* 1696. *§. Arbitrium, coram R. P. D. meo Caprara* (modò intèr suas *decis.* 301. *num.* 1.) *&* 8. *Martij* 1697. *§. Præsentauit, coram R. P. D. meo Muto*, *& in Mediolanen. Prioratus* 25. *Iunij* 1700. *§. Cæterùm*, *& in Forolinien. Canonicatus Theologalis eiusdem Audientiæ §. Firmamentum, coram Me* (suprà *decis.* 161. *num.* 2., *& decis.* 162. *num.* 10.)

Nec vllum ex alterutro statu per binam collationē impresso interrumpere valebant exceptiones à Ioanne Michaele singillariter oppositæ: Quia, quòd pòst dimissionem eiusdem Prioratus factam à Didaco occasione suæ promotionis superuenerit Sententia Episcopalis impeditiua Collegialitatis, hæc nequibat, præcipuè manente adhùc sub Iudice prosecutione appellationis, obesse actui, ac statui perfectissimè iàm consumato; sicuti neque eadem Sententia capax erat inficiendi alterum, & verè vltimum statum prouisionis impetratæ per Ioannem Baptistam, non tantùm, quia Sententia hæc lata fuit ipso possessore non citato, solùmque lacessito, seù monito asserto Procuratore Collegiatæ, verùm etiàm, quia eadem Sententia extitit (vt suprà annotauimus) interuersa, & sublata per contrarias collationes Episcopi, qui sententiauerat; ac demùm, quia in substantia idem Ioannes Baptista, vti à Sancta
41 Sede prouisus de prima Dignitate in Collegiata, remansit pacificus possessor vsquè ad obitum, quòd exuberat ad vltimi status visionem, siuè inductionem, teste *Rot. decis.* 656. *num.* 5. *&* 6. *coram Cerro, decis.* 159. *n.* 4. *&* 5. *par.* 17. *recent.*, *in Mediolanen. Præpositura* 18. *Martij* 1695. *§. Moti ex eo*, *&* 18. *Iunij* 1696. *§. Excluditur, coram R. P. D. meo Muto*, cum alijs in *Aretina Beneficij* 9. *Iunij* 1700. *§. Tertiò demùm, coram Me* (suprà *decis.* 153. *num.* 20.)

Superallata autèm ponderatio incertitudinis eiusdem vltimi status anni 1665. ex eo, quòd in Litteris à Ioanne Baptista expeditis mentio quoquè fiebat de promotione Didaci ad Episcopatum, proindèque ad hunc ti-
42 tulum æquè benè referri valeret Pontificia collatio per eam reseruationem, quæ ab huius-

huiuſmodi promotionibus fauore Sanctæ Sedis emergit, ex adductis per *Gonzal. ad Regul.8. Cancellar. gloſſ.5. num.35.*, *Garz. de Benefic. part.1. cap.6. num.30.*, *Barboſ. de offic.*, *& poteſt. Epiſcop. part.3. allegat. 57. num. 66.*, *Caſtropal. oper. moral. part.2. tract.13. diſput.2. punct.17. verſ.5.*, *Adden. ad Pamphil. deciſ.212. num.3. verſic. vacant*, *Rot. coram Coccin. deciſ. 1488. num. 1.*, *& coram Dunozet. iun. deciſ.219. num.2.*

Palàm minùs habens iuuenicbatur, dùm ex lectura controuerſarum Litterarum apparebat, narratum quidèm fuiſſe factum huius promotionis, cuius occaſione vacauerat; de reliquò autèm & ipſum initium Litterarum incipiens *Dudùm ſiquidèm omnes Dignitates in Collegiatis Eccleſijs &c. collationi, & diſpoſitioni Noſtræ reſeruauimus &c. Cùm itaquè poſtmodùm Prioratus Sæcularis, & Collegiatæ, quæ etiàm Parochialis extitiſſe &c. quam Ven. Frater Didacus Ab Eccleſia Epiſcopus Nicien. &c. tempore promotionis obtinebat &c. dicto Summario* Ioſephi *num.7.* & totus tenor Gratiæ principaliùs, niſi vnicè,
43 radicabatur in hac indiuidua qualitate reſeruationis per *Regulam quartam* ibì enunciatam, quòd exuberat, iuxtà ea, quæ in propoſito affirmauit *Rota in Toletana Iuriſdictionis ſupèr pertinentia Eccleſiarum 6. Iunij 1689. §. Cùm demùm, & in dicta Celſonen. Præpoſituræ 2. Decembris 1693. §. Addito, & 14. Iunij 1694. §. Nèc dubitari, coram Reuerendiſs. D. meo Molines Decano* (intèr ſuas *deciſ.99. num.13., & deciſ.294. num.5., & deciſ.333. num.5., & 6.*)

Digladiabantur poſtremò vtriuſque Partis Defenſores ſupèr altera Aſylo, ad quam ſubſidiariè ſaltèm Ioſeph conuolauerat: Is enim dicebat, quòd in omnem euentum poſita congerie tot actuum, ſtatuum, necnòn ſuprà dimidium ſæculi vigente incontrouertibili perſeuerantia horum Presbyterorum in forma penitùs Collegiatiua, ſicutì perdurat vſquè ad præſentem diem, ſufficeret
44 proindè eidem, illius narratiuam (quotiès etiàm vacillaret *de Iure*) indubitantèr verificari *de facto*, ex affirmatis frequentiſſimè, & ſignantèr per *Garz. de Benef. part.6. cap.2. num.205. & ſeqq.*, *& Card. De Luca eodem tract. diſc.36. num.21.* & per *Rot. deciſ.195. num.23. part.17. rec.*, *in Hortana Parochialis 4. Maij 1693. §. Abſquè eo, coram Reuerendiſs. D. meo Molines Decano* (intèr ſuas *deciſ.267. num.5.*) *& in Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ 17. Februarij 1696. §. Non attenta, coram R. P. D. meo Muto.*

Ex oppoſito verò reſpondebant Informantes prò Io: Michaele, quòd hæc concluſio
45 procederet, quandò factum ipſum ſuppoſitæ Collegialitatis non eſſet infectum, & quandò idem factum non appareret (pròut hic) vnicum fundamentum ipſius Gratiæ, quo caſu nequè etiàm Clauſula generalis = *ſiuè præmiſſo, ſiuè quouis alio modo vacet &c.* ſuffragatur, *Card. De Luca de Benef. diſc. 50. num. 14.*, *Roſa de exequut. Litter. Apoſtol. part. 1. cap. 5. num. 229. & ſequen.*, *Rot. deciſ.195. ex num.23.* & ſignantèr *num.27. part.16.*, *& deciſ.297. num.12. part.17. recen.*

Aſt *Dominis*, cœteroquìn pleniſſimè ſatisfactis, adhùc videbatur, hanc reſponſionem manifeſtiſſimè petere principium; quià
46 quòd factum foret infectum ea claritudine, quæ exigitur, gratis omninò ſupponebatur, quinetiam vindicato ab oppoſitionibus vltimo ſtatu, vt ſuprà, hoc ſuperabundat, vt poſitiuè declarando *deciſ. Creſcentij la 12. tit. de probat*, admittit ipſamèt *Rota dicta deciſ. 195. num. 23. & ſeqq.*, *& dicta deciſ.297. num.7. par.17., & deciſ.74. num.10.*, *ac deciſ. 165. num. 7. part. 18. rec.*, & alibi ſæpiſſimè.

Nequè propterèa deerant aliqui ex *Dominis*, qui nullibi dignoſcentes, firmatum à Io: Michaele remanſiſſe contrarium ſtatum Parochialitatis ſæcularis, adeòut penitùs excluderetur qualitas Collegiatæ, vèl ſtatus Commendæ, procederent cum diſtin-
47 ctione *Cardinalis De Luca de Benef. diſc.36. num. 21. & Rotæ coram Pamphil. deciſ. 212. num. 10., & coram ſan. mem. Alex. VIII. deciſ.130. num. 9.* ſuperaddendo nimirùm, quòd cùm narratiua iuſtificaretur de facto ob efficaciam prædictæ Clauſulæ = *ſiuè præmiſſo, ſiuè quouis modo vacet &c.* ſatis ſit, illam ſubſtineri de Iure ex capite alterius vacationis, præcipuè quotiès, pròut hic, idem prouiſus aliam Gratiam ſupèr alia quoquè vacatione de Iure ſalubritèr expediuit.

Et ità &c. vtrâque &c.

ADDITIO R. P. D. ANSALDI.

BReui additione contentus ob prolixitatem præinſertæ meæ Deciſionis ſolùm paucula annotabo in propoſito illius Clauſulæ = *ſiuè præmiſſo, ſiuè alio quouis modo vacet*, de qua obiter in ea ſermo habetur *ſub num.45., & 47.*; Et primò, quòd Clauſu-
48 la hæc nil penitùs operatur in prouiſionibus Beneficiorum ſpectantium ad collationem Ordinarij, aliorumque inferiorum Collatorum, teſte *Card. De Luca de Benef. diſc.36. num.21., & in Summ. eiuſdem tit. num. 163.*, *modern. Aduoc. Piton. diſcept. Eccleſ.12. num.30. in fin.* qui ampliant, id procedere etiàm in conferentibus vigore Indulti.

Secundò, quòd eadem Clauſula = *ſiuè præmiſſo &c.* adiecta in Litteris Apoſtolicis
49 nil paritèr ſuffragatur Prouiſo, quotiès modus vacationis ab eò diſpoſitiuè narratus detegitur falſus, vèl aliàs inſubſiſtens,

vt

vt omissis antiquioribus resolutionibus nostri Tribunalis dictum fuit in *Volaterrana Canonicatus 27. Aprilis 1654. §. Nec releuat cum duob. seqq. coram* Albergato *m. s., in Toletana Præstimonij super negocio principali 30. Aprilis 1703. §. Nec in Iure, coram Muto, in Vrgellen. Beneficij 11. Iunij eiusdem anni §. Non obstat in fin. coram Molines* (nùnc intèr suas *decis. 845. num. 5.*) *& in Mediolanen. Beneficij 18. Iunij 1708. §. fin. coram Omanna*.

Tertiò similitèr Clausula prædicta nullius operationis est in prouisione Apostolica per impetrantem obtenta ex capite deuolutionis

30 dispositiuè narratæ, quia, deficiente præcisa iustificatione talis præsuppositæ deuolutionis, nequit Prouisus obtinere Beneficium ex alia diuersa, ac de cœterò vera vacatione, *Episc. De Rosa de Exec. Litter. Apost. part. 1. cap. 4. num. 30., & cap. 5. num. 229., Rot. decis. 971. num. 11. & 12. coram Dunozett. iun., & decis. 34. num. 38. ad 42. coram Priol. sen.*

Quartò demùm, reliquis casibus breuitatis gratiâ omissis, præfata Clausula = *siuè præmisso &c.* nil iuuat ei, qui Beneficium *cer-*

31 *tu* (vt aiunt) *modo* impetrauit, quià nisi talis modus expressus ad vnguem verificetur, omninò corruit eius Gratia quodammodò piscatoriè extorta, pròut ex præcitato *De Rosa, Lotther., & alijs* responsum fuit in *Cracouien. Canonicatus 13. Iunij 1701. §. Quòd si subiungeretur, coram Me*.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE GORIS.

Lunæ 9. Maij 1701.

ARGVMENTVM.

Prohibitio alienationis quandò stare dicatur accessoriè, & consecutiuè ad præcedens fideicommissum, itàut illud in aliquo non alteret, aùt extendat, non obstantibus verbis perpetuitatem denotantibus, & adiecta ratione, vt Bona conseruentur in Familia Testatoris. Qualitas masculinitatis an, & quandò censeatur tacitè repetita de vna substitutione ad aliam. Cœtera patent ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Extensio non fit in fideicommissis de vno ad alium gradum personarum, nèc de vna substitutione ad alteram.*

2 *Filij positi in conditione censentur dispositiuè vocati ex censura* Statuti Vrbis lib. 1. cap. 141.

Non tamèn censentur granati fauore propriorum descendentium, nisì aliundè constet de voluntate Testatoris, n. 3.

4 Nepotum *appellatione in fideicommissis non veniunt Pronepotes, Abnepotes, alijque vlteriores descendentes.*

5 *Prohibitio alienationis accessoria, & consecutiua ad præcedens fideicommissum, illud in aliquo non alterat, aùt extendit.*

Amplia non obstante, quod alienatio fuisset perpetuò prohibita ad hoc, vt Bona conseruarentur in Testatoris Familia, n. 6.

Præsertim, quandò huiusmodi prohibitio non est adiecta in penitùs independenti, & separata oratione, sed continuatiuè ad ordinatum fideicommissum, n. 7.

8 *Dictio* = enìm = *est simplicitèr consecutiua, & illatiua.*

9 *Prohibitio alienationis personalitèr facta institutis, & substitutis non extendit fideicommissum, nequè illud efficit reale, & perpetuum.*

10 *Cessante progressiuitate fideicommissi superfluum est inquirere, an illud sit purè masculinum, vèl porrigatur etiàm ad masculos ex fœminis descendentes.*

11 Filiorum *appellatione veniunt tàm masculi, quàm feminæ.*

12 Masculorum *appellatione in fideicommissis regularitèr veniunt tàm masculi ex masculis, quàm masculi ex fœminis.*

13 *Fideicommissum masculinum resultat ex eo, quòd Testator filios masculos, eorumque descendentes paritèr masculos inuitauit, exclusis proprijs filiabus feminis.*

Limita, seu declara, vt n. 14.

15 *Qualitas masculinitatis expressa in vna parte Testamenti non censetur tacitè repetita in alijs partibus siuè dispositiuis, siuè conditionalibus.*

Quinimò in istis censetur consultò omissa, ibid. *&* num. 26.

Præsertim, quandò Testator aliam qualitatem (putà legitimitatis natalium *) in vna parte volitam, expressè repetijt in alijs partibus Testamenti*, num. 16.

17 *Sub nomine* Familiæ *veniunt tàm agnati, quàm cognati, &* n. 20.

Maximè, vbì tale verbum exprimitur absquè præciso cognomine propriæ Familiæ, siuè agnationis, n. 18.

19 *Sub nomine* Familiæ *quandò veniant illi dumtaxàt de Familia effectiua Testatoris, vèl etiàm alij de Familia contentiua in genere, remissiuè.*

21 *Reciproca ordinata intèr filios primi gradus an censeatur tacitè repetita intèr illorum descendentes in infinitum, &* n. 22., *vbì firmatur regula negatiua.*

23 *Reciproca de linea ad lineam non censetur inducta ex volita perpetua conseruatione Bonorum in Familia, & de ratione.*

24 *Fœmina immediatè descendens ab vltimo masculo admittitur ad fideicommissum agnatitium*

tium in defectum omnium masculorum, saltèm donèc viuit.

25 *Regula* = Si vinco vincentem te &c. *procedit etiàm in materia fideicommissi.*

27 *Qualitas masculinitatis adiecta in primis, & vltimis substitutionibus censetur quoquè tacitè repetita in substitutione intermedia. Intellige, vt n.29.*

28 *Substitutio intermedia recipit declarationem, & interpretationem ab alijs antecedentibus, & subsequentibus.*

30 *Qualitas masculinitatis adiecta in vna substitutione non censetur repetita in alia, stante aliqua probabili ratione, ob quam Testator potiùs in vna, quàm in alia illam requisiuerit.*

31 *Tacita repetitio masculinæ qualitatis non intrat in Testamento per Iurisperitum exarato.*

DECISIO CXCIII.

IN sua robusta vi ad malleum hodiernæ contradictionis, persistentibus geminis fundamentis præcedentis *Voti Rotalis* vnâ cum Sententia consecutiuè prolata, altero nempè, quòd nullibi in tota Testamentaria dispositione Camilli liqueret de tàm enixo fideicommisso perpetuo descensiuo, quod ad solos masculos arctaretur, & altero, quòd multò difficiliùs elici valeret illa durior substitutio pariformitèr progressiua, sub vlteriori asperâ qualitate reciprocationis de vna ad aliam lineam; hodiè non minùs inutilitèr Angela vtramque (veluti filia, & hæres Francisci nouissimi masculi ab eodem Camillo descendentis) prætensionem instaurans, cecidit à spe concepta consequendæ Immissionis: *Domini* namquè vnanimitèr, Sententiam de Voto Rotæ pronunciatam, confirmationem sibi promereri responderunt.

Et quidèm, quatenùs attinebat ad repetitam, & inculcatam ab Angela suppositionem in ordine ad primum fundamentum, quòd soli masculi ex masculis, seclusis descendentibus à fœminis, censerentur inuitati ad succedendum in fideicommisso Camilli, clarum *Dominis* nèc videbatur in primis, quód verba, supèr quibus struebatur machina huius prætensionis, præseferre satis valerent simplex, & ad vtramque qualitatem descendentiæ masculinæ, vèl fœmininæ applicabile perpetuum progressiuum fideicommissum; Sterilitèr quippè Camillus, postquàm de congrua Dote fœminis proprijs consuluerat, legebatur instituisse quatuor eius filios masculos, superadiungendo intèr eosdem filios primi gradus tantummodò reciprocum grauamen, vt ibi = *quibus quidèm prænominatis suis filijs hæredibus, vt suprà, institutis, quandocumquè decedentibus sinè filijs legitimis, & naturalibus &c. vnum alteri inuicèm substituit &c. vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommissum &c.*; Quaproptèr nisi alia (de quibus infrà) verba subdidisset, neque vlla intercessisset occasio inquirendi de sola indifferenti perpetuitate fideicommissi successiui, 1 cùm subiecta materia oneris inductiua non patiatur, vllam fieri posse extensionem de vno gradu personarum ad alterum, vèl de vna substitutione pariformitèr ad alteram, ex plenè congestis per *Peregrin. de fideic. art. 1 nu. 39. & 40., & art. 29. n. 33., Fusar. de substit. quæst. 458. num. 1. & seqq., Card. De Luca de fideic. disc. 28. num. 13., & disc. 39. num. 6. & 7., Rota pòst modern. Argentan. collucl. legal. decis. 52. nu. 4. & 5. & decis. 66. num. 1. & 2. lib. 1., & cor. Peutinger. decis. 258. num. 17., & decis. 274. n. 16. & 17., coram Priolo decis. 176. nu. 19. & 20., & in rec. decis. 172. num. 7. par. 13., in Fauentina Fideicommissi 23. Iunij 1694. in princ. coram bo. me. Vrsino, & in Romana Fideicommissi Luciæ de Morouis 21. Februarij 1701. §. Occasio igitùr, coràm Me* (suprà *decis. 177. num. 6.*)

Verba verò, quæ subsequebantur = *illisque propterea etiàm expresè prohibuit quamcumque detractionem Trebellianicæ &c., atquè etiàm quamcumque venditionem &c. illa enim omnia, & singula pro conseruatione Familiæ in eosdem suos filios, eorumque filios pro tempore nascituros perpetuò conseruari mandauit*, vix ad seueriorem trutinam appensa quidquàm ad idem propositum perpetuitatis & successiuitatis in infinitum augere poterant, & ad summum importare subalternam, sinè secundam quoquè reciprocam intèr ipsos Nepotes, quos in hac posteriori parte iàm vocatos supposuerat, pròut de 2 facto erant, tanquàm positi præcedentèr in conditione, & ob id ex vi saltem *Statuti Vrbis* inuitati *in cap. 141. lib. 1.*, absquè eo, 3 quòd tamèn vlterior in sempiternum processus dari per hæc verba deberetur in vniuersa descendentia perpetuò adfutura; ad hunc enim effectum neque Testator vsurpauerat vocabulum magis complexiuum *lineæ*, vèl *descendentiæ*, sed steterat in sola nuncupatione filiorum ex filijs prò tempore na-4 sciturorum, quorum sanè appellatione regularitèr minimè comprehenduntur ad finem passiuæ, & gradualis restitutionis Pronepotes, Abnepotes, cœterique in infinitum procreabiles, nisi agatur de simplici vulgari, & actiuo subingressu, ad tradita per *Dec. cons. 95. num. 6. & seqq., Spad. cons. 345. num. 1. tom. 2., Castald. consult. 123. num. 4. & 5., & consult. 124. num. 2., Rodulph. in. allegat. 11. num. 23., Rota dec. 507. num. 1. cum quatuor seqq., & num. 12. & paritèr seqq., decis. 667. num. 1. & seqq., & decis. 718.*

decis.718. num.2. par. 2., decis.142. num.42. par.10., decis.118. num. 1. 2. & 3., & decis.262.num.1. 2. 4. & 5.par.17., & dec.297. num.1., & seqq.par. 18. rec., & in Romana Fideicommissi de Cecchinis 1. Iunij 1699. §. Quippè, coràm R. P. D. meo de la Tremoille.

Eòque fortiùs, quoniàm postrema superiora verba non apparebant apposita intrà efficaciora viscera ipsius vocationis, sed simplicitèr vestiebant causam prohibitæ detractionis, & alienationis; cùmque eadem prohibitio non esset vllatenùs in rem concepta, itàut vincularet ipsa Bona in perpetuum, sed
5 foret merè personalis, accessòria, & consecutiua, quemadmodùm clarè ostendebant illæ dictiones = *illisque propterea*, familiare est, quòd in hoc casu quælibet prohibitio non egrediatur confinia præcedentis ordinatæ substitutionis, sed illi famuletur, & ad eam positiuè sempèr restringatur, ad celebre *cons. Dec. 636. n.8., & seqq.* cum quo *Gabr. cons.124. num.12., & cons.138. n.25. vers. stante, & num.26. cum duob. seqq. lib.2., Giouagnon. resp. 39. num. 15. & seqq. lib.1. Menoch. cons. 900. num.17., Redenasc. consil.30. num. 35. & 36. lib. 1., modern. Lucen. consult.303. num. 25.*, & passìm *Rota*, vt pòst *Giouagnon. vbi suprà num.30. & seqq., num.40. 67.* & paritèr *seqq., & n.74., Rot. decis.228. num. 12. & 13. coràm Celso, decis.65. num. 2. & 3. & seqq. coràm Cerro, decis.495. num.3., & decis.1617. num.7. coràm Coccino, decis. 669. num. 5. & seqq., & decis. 890. num. 9. & 10. coràm Merlin., decis. 112. num. 17. cum trib. seqq. coràm sa. me. Alexandro VIII. & in rec. decis. 323. (la 1.) num. 11. par. 13., decis.84. num.1. & 2. par.15., & in Bononien. Fideicommissi de Volta 4. Maij 1693. §. Haùd refragante, cor. Reuerendiss. Manuel Episc. Zamoren.*

Idque non obstante, quòd in ipsa ratione, & causa prohibitionis adijciatur verbum *perpetuò*, & verbum *Familia*; nàm hæc om-
6 nia intelliguntur de perpetuitate impropria, & de Familia illarum personarum, in quibus, ob præcedentem vocationem à se factam, Testator conseruationem exoptauit, vti prosequuntur *Mart. de success. legal. par.3. quæst.1. art.5. num.34. cum seqq., Castald. consult. 113. sub num. 9. & seqq., & consult.262. nu.7. & 8., Rodulphin. alleg.27. num.5., & alleg. 64. num.7., Rota pòst modern. Argentan. decis. 52. num. 4., coràm Merlin. d.decis.669. nu. 16. & 17., coràm Cerro decis.906. num.3, & coràm Bich. decis. 297. n.24.*

Quin præfatam, vt ità dicamus, directitatem prohibitionis in Bona, quæ reputari posset idonea ad efficiendam realem, & independentem prohibitionem, vllatenùs suaderent mòx recensita finalissima verba = *illa enìm omnia, & singula* (nempè Bona) *pro conseruatione Familiæ in eosdem suos filios, eorumque filios prò tempore nascituros perpetuò conseruari mandauit*; cùm ad
7 huiusmodi effectum requiratur oratio penitùs independens & separata, non autèm continuatiua, pròut hic, stante dictione
8 *enìm*, quæ est simplicitèr consecutiua, & illatiua, ad *Text. in Can.2. in princip. distinct.49.* sicuti exemplificando, ac distinguendo adnotarunt *Venturin. cons.2. n.415. & 419. lib.1., Castald. consult.245. num.9., Rota pòst Giouagnon. dicto resp.39. num. 46. & 47. lib.1., & dicta decis. 229. n.6. & 14. coram Celso, dec.228. num.32., & seqq., & dicta decis.669. num.12., &* pariter *seqq. coram Merlin., & decis. 254. num. 4. 5. & 6. par.12. rec.*

Præcisiùs deniquè subsequente altera dictione repetitiua, & insimul refrænatiua,
9 paritèrque personali = *eosdem*; in quibus paritèr terminis non posse proptèr consimilia verba in prohibitione detractionum, vèl alienationis adhibita deduci, & extorqueri fideicommissum reale, & perpetuum, monuerunt *Rodulphin. alleg. 27. num. 16., Rota in dicta decis.890. num. 11. coràm Merlin., decis.777. num. 10. coram Dunoz. iun, & in rec. d. decis. 323. (la prima) num. 10. par.12.*, & consonant deducta *in Reatina Fideicommissi 22. Martij 1700. §. Eòque lubentius, coràm Me* (suprà *decis. 139. num.6. & 7.*)

Cæterùm hæc quodammodò ponderabantur in quamdam exuberantiam, & de facto *Domini* non erant supèr hoc articulo omninò concordes, citra namquè necessitatem huius definitionis, satiùs erat indicasse,
10 quantò difficiliùs, posita dubitatione supèr ipsamet successiuitate fideicommissi, valebat superimponi qualitas restrictionis ad solos masculos, vt in simili dictum fuit in *Arimin. seu Fideicommissi 20. Ianuarij 1700. §. Prout, coram Me* (suprà *dec.124. num.5.*)

Ast etiàm præcisiuè penitùs introspiciendo medullam totius dispositionis, & penetrando spiritum verborum, de quibus suprà, nullibi legebatur asserta coarctatio ad masculos ex masculis, itàut arceri possent à successione Iacoba Antonia, Carolus, alijque originem desumentes à filiabus filiorum primi gradus institutorum; solùm quippè, absque alia destinatione qualitatis, Fideicommittens meminit de filijs, sub quo vo-
11 cabulo compræhendi cuiuslibet sexus descendentes, nemo non scit, ex collectis in *Decisione huius Causæ diei 17. Nouembris 1698. §. Nihilominùs, ac diei 17. Iunij 1699. §. Quinimò, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (intèr eius nùnc impress. *dec.576. num.4.*

num.4., *& decis.623. num. 2.*) & addi possunt *Barbos. appellat. 99. num. 48. & seqq.*, *Ioseph Altograd. contr. 38. num. 40.*, *& seqq.*, *Rodulphin. allegat. 7. num. 9.*, *alleg.11. num.2.*, *& 3.*, *& alleg.56. nu.2.*, *modern. Palm. intèr eius recollect. decis. 281. num.46.*, *Rota pòst Paitell. decis. 9. & decis.10.* vtrobiquè *num.1.*, *& decis.25. nu.9.*, *& in Veliterna Manutentionis 27. Aprilis §. Quatenùs verò*, *& 15. Iunij 1693. §. Et quidèm*, *& 14. Maij 1694. §. Nec sub eadem in fin. coràm Reuerendiss. D. meo Decano* (intèr suas *decis. 264.*, *& decis. 278.* vtrobiquè *num.3.*, *& decis.328. n 4.*)

Immò etiàm vbi adiecisset qualitatem masculinitatis absquè alio verbo magis ex-
12 plicatiuo, continerentur æquo modo masculi ex masculis, quàm masculi ex fœminis, ex recepto *cons. Fulgos.85.* de quo *Redenasch. cons.10. num.100. & seqq.*, *Rodulphin. alleg. 22.*, *& alleg. 179.* vtrobiquè *num.10.*, *Card. De Luca de Feud. disc. 45. num.7. vers. & sic aliud est agere*, *Rot. decis.885. num.2.*, *& decis.910.num.4. coràm Cerro*, *decis. 69. num. 8. & 9. par. 17.*, *& decis.164. num.5. cum trib. seqq. par.18. rec.* in *Bononien. Fideicommissi de Ballatinis 3. Iunij 1689. §. Fundamentum, cor. R. P. D. meo Caprara*(intèr suas *dec.47. n.1.*)*in Romana fideicommissi de Moronis 10. Maij 1697. §. Absquè eo, quòd, & seqq. coràm R.P.D. meo Pio, in Romana Fideicommissi de Martellis 21. Februarij 1698. §. De existentia*, *& 23. Iunij eiusdem anni §. Cùm enim*, *coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc apùd *eumdem decis. 537. num. 2.*, *& decis. 564. num.1.*)

Frigidæ autèm detegebantur ad effugiendam hanc inductionem genericæ illæ coniecturæ, quæ passim in omni Volumine quomodòlibet tangente materias fideicommis-
13 sarias reperiuntur, videlicèt, quòd dùm Testator relinquens pòst se in eodem gradu filiationis masculos, & fœminas, illos dumtaxàt sub hac expressione masculinitatis instituit, inuicèmque substituit, fœminas verò exclusit, videatur ex hoc ipso nedùm prætulisse, sed exoptasse constantèr in successoribus masculinam qualitatem, vtì in suis casibus videtur sentijsse *Castald. consult.167. num.4.*, *Ciroccb. discept.1. num.11.*, *modern. Lucen. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. part.1. cap.37. sub num.103.*, *Rot. coram Pamphil. decis.492. num.19.*, *& coram Priol. decis.417. num.13.*

Siquidèm in omni fermè Testamento reperitur consimilis ab initio prælectio masculorum respectu primæ institutionis, sed hæc occasionalis potiùs ad primum gradum expressa prælatio, quam aliàs ab intestato et iàm succensent Statuta, & signantèr illud Vrbis *cap.145. lib.1.* nusquàm solidè recepta fuit pro arguenda restrictione ad sexum masculinum, & maximè per medium indispen-
14 sabile masculi; tribuitur namquè similis antelatio, & correspectiua fœminarum exclusio aùt ipsi conformationi Municipij, aùt eidem constitutioni Dotium, ob quas libentèr, & rationabilitèr fœminæ postponuntur, sicùt videre est apùd *Card. De Luca de fideic. disc.35. num.5.*, *Rota pòst Censal. ad Peregr. de fideic. decis 34. num.8. 9. & 10.*, *& in rec. decis. 57. num. 12. part. 13.*, *decis. 67. num.14. & 15.*, *& decis.274. num.6. & seqq. par.18.*, *& in dicta Romana Fideicommissi de Cecchinis 1. Iunij 1697. §. Eatenùs*, *coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Et ob id eadem occasionalis, siuè demonstratiua adiectio verbi *masculos*, nequiquam
15 censetur subintellecta, aùt repetita in subsequentibus partibus Testamenti siuè conditionalibus, siuè dispositiuis, quinimò reputatur consultò omissa, potiusuè retorquetur, ad terminos originarij *cons. Ananiæ 22.*, quòd, prætèr allegatos in vtraque huius Causæ *Decisione*, sequuntur *Giouagnon. respons.11. num.13.*, *& 14. lib.2.*, *Card. De Luca de fideic. disc. 43. num. 4.*, *Ciroce. discept. 2. num. 15.*, *Rot. in dicta Romana Fideicommissi de Martellis 21. Februarij 1698. §. Fortiùs*, *& 23. Iunij eiusdem anni §. Potissimùm*, *coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (*dicta decis.537. num.3.*, *& dicta decis. 564. num.2.*)

Eòque maximè, quià idem Testator quotiès in priori parte conditionali repetere, siuè exprimere intellexit volitam à se aliquam qualitatem, pròut erat in proprijs filijs institutis illa *legitimitatis, ac procreationis ex legitimo Matrimonio*, apertissimè
16 se explicuit; quamobrèm & hoc ipsum seruasset, vbicumquè qualitatem masculinam, præsertim ex masculo, desiderasset, quemadmodùm arguunt *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.11. tit. 14. num. 10.*, *Molin. de Hyspan. Primog. lib.3. cap.5. num.56. vers. sed quamuis*, *Episc. Rocca disp. Iur. select. cap.42. num.27.*, *Rota coràm Vbald. decis.166. num.5.*, *coràm Cels. decis.388. num.5.*, *coràm Ottbob. decis.270. n.6. & 7.*, *& in rec. decis.122. num.8. par.19.* cum alijs in prima *Decisione* præsentis Causæ 17. *Nouembris 1698. §. Quinimò, coram Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (*dicta decis. 576. num.9.*)

Eiusdemque inefficaciæ apparebat fortior Angelæ Achilles, stante demandata, vt suprà, Bonorum suorum perpetuâ conseruatione in Familia; Prætermissa etenìm responsione, de qua superiùs ad longè leuiorem effectum simplicis indifferentis pro-
17 gressiui fideicommissi, adhùc verbum *Familia* suaptè naturâ minimè restringitur ad masculinam qualitatem agnatitiam, sed æquè amplexatur quoslibet agnatos, & cogna-

gna-

gnatos, iuxtà *Text. in leg. Pronunciatio, §. Familiæ, ff. de verb. & rer. signific., Rota in Bononien. Fideicommissi de Ghislerijs 2. Martij 1693. §. Et sanè dubietas, coram bon. mem. Benincasa* (nùnc intèr suas *decis. 334. num. 8.*) cum alijs relatis in *Decisionibus* huius Causæ, in prima nempè *§. Verùm*, & in secunda *§. Attamèn* (*dicta decis. 576. num. 16., & decis. 623. num. 6.*) & dictum fuit *in dicta Romana Fideicommissi de Cecchinis 1. Iunij 1699. §. Posse autèm, coram R. P. D. meo de la Tremoille*; potissimè non addito
18 præciso cognomine agnatitio eiusdem Familiæ (exempli gratiâ) *de Goris*, sicutì vnanimitèr concordant póst adductos in ijsdem Causæ Decisionibus *Peregrin. de fideic. art. 25. sub num. 47., Rodulphin. alleg. 11. num. 26., Rota decis. 80. num. 13. 14. & 15. coram Cerro, & decis. 232. num. 18. par. 19. recen.*

Nequè considerabilis dici merebatur replicatio, quòd túnc perpendatur superadditio cognominis, quandò quæstio sit de
19 intelligentia huiuscè verbi = *Familia*, videlicèt, an dispositio sumi debeat pro Familia effectiua Testatoris, seù mauìs etiàm contentiua in genere, & sub qua ipsemèt continebatur, ex disputatis penès *modern. Lucen. consult. 305. num. 18. 19. & 20., Rota decis. 7. num. 7. & seqq., & num. 33.* & paritèr *seqq. par. 10. recen., & in Romana Fideicommissi Prosperi iun. de Caffarellis 8. Martij in fine principij, & 7. Iunij 1694. §. Non constat, vers. vèl in terminis vocationis &c. coram bon. mem. Emerix iun.* (intèr eius impress. *decis. 1156. num. 1. & 2., & decis. 1180. num. 3. & seqq.*)

Quoniàm non ex eo, quòd casus sæpissimè præbeat, in memorata extranea quæstione compræhensionis Familiæ contentiuæ summoperè considerari ad huius fauorem hanc vlteriorem cognominis expressionem, vtì colligitur apùd mòx allatas *Authoritates*, salubris, bonaque est consequentia,
20 ergò deficientia cognominis non superadditi efficit, quòd vocabulum *Familia* arctetur ad solos masculos agnatos; contrarium quippè simplicitèr, & benè firmauère iàm allegati, & pretèr eos *Fusar. de substit. quæst. 352. num. 1. & seqq., Rodulphin. alleg. 22. num. 27., & alleg. 47. num. 23., Rot. decis. 864. num. 23., & decis. 890. num. 4. coram Merlino.*

Existente igitùr non clara duratione fideicommissi progressiui, & reiecta positiuè prætensa repetitione, seù magis propriè volitione masculinæ qualitatis agnatitiæ, faciliùs, & de per se ruebat altera magis audax prætensio consistens in impugnando secundum fundamentum præteritarum *Decisionum* supèr exclusione reciprocæ linearis, cùm de expressa in hoc casu ordinatione reciprocæ nèc vllum verbum adsit in Testamento, & de tacita vix vnum, & forsàn disputabile concurrat requisitum: satagere
21 etenìm à priori reciproca explicitè ordinata intèr filios institutos primi gradus inferre ad vlteriorem reciprocationem omnium descendentium, vt opus esset in infinitum, præsertìm de vno Columnello ad alterum, videbatur contrà familiaria in hiscè vltimis voluntatibus stabilimenta *Iuris, & Doctorum*; nàm etsì non desint nonnulli, qui manifestioribus impellentibus coniecturis, & demonstrationibus tangant ad ornatum, vèl maius fulcimentum hanc coniecturam, vt constat ex *Soccin. iun. cons. 110. sub num. 39. vers. qui etiàm vol. 3., Decian. resp. 28. num. 21. & 23. lib. 2., Surd. cons. 344. num. 17., Peregrin. cons. 151. num. 21. lib. 5., Menoch. cons. 277. num. 8., Giouagnon. resp. 81. num. 4. 5. & 6. lib. 1., Altograd. cons. 81. num. 59. lib. 2.*

Certè hæc ipsa coniectura in se vèl penitùs contemnitur, vèl paritèr vehe-
22 mentem patitur retorsionem ex eadem vi discretiuæ, quia scilicèt quemadmodùm Fideicommittens, vbì voluit reciprocam iniungere, sese sciuit explicare, ità quoquè fecisset, si illam in vlterioribus etiàm gradibus efflagitasset, teste *Fusar. de substit. quæst. 472. num. 30. & seq., Peregrin. de fideic. art. 13. num. 88., Rota decis. 287. numer. 20. par. 4. tom. 2. rec., & decis. 255. numer. 12. par. 15.*

Absquè eo, quód & ad hunc asperiorem effectum posset inculcari præfata perpetuitas conseruationis Bonorum in Familia, dùm nèc illa suffecit ad præmissos alios longè faciliores, & dùm de cætero, quomodocumque anxiè exoptata huiusmodi conseruatio sempèr saniorem, & minùs libertati Bo-
23 norum præiudicialem recipit interpretationem, quòd nempè subintelligatur intrà limites illarum personarum de Familia, quæ noscebantur vocatæ, vèl ad omne peius prò conseruatione Bonorum in vnaquaque linea, absquè duriori onere reciprocationis, & grauaminis ergà aliam, pròut responderunt *Episc. Isclan. Rocca disp. Iur. select. cap. 17. num. 12., Rot. decis. 1023. num. 9. coram Seraphin., decis. 271. num. 10., & sub num. 34. coràm Bichio, decis. 2342. num. 5. 6., & seqq. coram Coccino, in dicta Romana Fideicommissi de Cecchinis 1. Iunij 1699. §. Ex quibus, & §. Et tamèn, coràm R. P. D. meo de la Tremoille*, & in fortioribus *in Tusculana Fideicommissi 9. Maij 1687. §. Non obstat, & §. Cætera, coram bon. mem. Rondinino.*

Ex his itaquè labente petitione Angelæ, vtì induentis personam Francisci eius Patris, & respectiuè vltimi masculi prædefuncti, minùs profectò substentabile visum est alte-

rum motiuum hodiè adauctum prætensæ
24 Immissionis ex propria sua persona, ex quo
ipsa donèc viueret, veluti immediatè descendens ab vltimo masculo, verè, saltèm
in eorumdem masculorum defectum, reputanda foret agnata, ex deductis per *Fusar. de substit. quæst. 352. num. 12. & 14., modern. Lucen. consult. 8. num. 35., Redulphin. alleg. 164. num. 6., Card. De Luca de fideic. disc. 39. num. 5., & disc. 40. num. 2. & seqq., & in Summ. num. 131. 132. & 245., Rota decis. 890. num. 2. & seqq. coram Merlin., decis. 65. num. 22. & seqq., & decis. 80. num. 5. & ferè per tot. coram Cerro, in rec. decis. 667. num. 9. par. 18., & in Anconitana Fideicommissi 11. Martij 1686. §. Parùm releuante, coram bon. mem. Rondinino.*

Quoniàm propositio hæc in se erat certissima, & indubitata, sed non aptabilis hypothesi, quià si Testator, ex iàm ostensis, nullatenùs concupiuerat, siuè votum habuerat conseruandi strictam agnationem, si nequè in persona Francisci masculi, & agnati effectiui non erat (ad finem auocandi portiones obuentas Iacobo, & Annibali Authoribus Reorum) iustè prætendibilis
25 vlla reciproca, quomodò Angela fœmina, vix, & temporalitèr agnata, poterat plus ex propria persona prætendere, & attentare contrà regulam, de qua *in leg. de accessionibus, ff. de diuers. & tempor. præscript., & in cap. authoritate, de concess. Præbend. in 6., Tranchedin. consult. 14. num. 21. tom. 1., Card. De Luca de præeminent. disc. 23. num. 11., Vot. 8. pòst decisiones Remboldi num. 14., Rot. decis. 284. num. 25. par. 18. rec.*

Et ità &c. vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

QUalitas masculinitatis à Testatore requisita, ac expressè volita in vna sub-
26 stitutione, non censetur tacitè repetita, quinimò præsumitur consultò omissa in alijs substitutionibus, in quibus non legitur apposita, vt arguit *Decisio* D. mei *num. 15.*, & prætèr *ibi* alleg. comprobat *Rot. decis. 67. num. 16., & decis. 274. num. 23. & 24. par. 18. rec., & coràm Caprara decis. 47. num. 5., Falconer. tom. 4. in Miscellan. dec. 89. num. 31., Lancett. decis. 902. num. 5. & 6., in Fauentina Fideicommissi de Tarronis 10. Maij 1715. §. Præcipuè in fin. coram Scotto, & in Æsina Fideicommissi 21. Ianuarij 1723. §. Longè leuioris, & 14. Iunij subsequentis §. Ponderando, coràm Reuerendiss. Ratto Episc. Corduben.*

Quærunt in hoc proposito *Doctores*, vtrùm si tàm in primis, quàm in postremis substitutionibus reperiatur à Testatore adiecta qualitas masculinitatis in personis ad fidei-
27 commissum inuitatis, præsumatur eadem qualitas tacitè repetita in aliqua substitutione intermedia, in qua nullatenùs legitur apposita; & communitèr firmant, quòd sic, vt signantèr videre est apùd *Addeu. ad Buratt. decis. 272. num. 19. in fin., Ang. Rudulphin. alleg. 110. num. 3., Actolin. resol. 119. num. 12., Mans. consult. 691. num. 20. & 21., Amat. decis. Ferrar. 5. num. 16. & 17., Baitell. de vlt. volunt. dec. 2. num. 318. & num. 664., Vrceol. decis. Florent. 23. num 28. & 29., Dyn. decis. Bonon. 17. num. 36., Rot. decis. 237. num. 10. par. 5. rec., in Romana, seù Viterbien. Fideicommissi 7. Iunij 1717. §. Fortiùs, coràm Illustriss. D. Corio Vrbis Gubernatore, in Auenionen. Fideicommissi 28. Aprilis 1725. §. Et licèt in fin., & 3. Decembris eiusdem anni §. Quòd idem, & 3. Iunij 1726. §. Quemadmodùm enim, coràm R. P. D. Nunez, in Reatina Fideicommissi 9. Iunij 1727. §. Sed totam, coràm bon. mem. de Gamaches, & in Bononien. Immissionis 10. Decembris eiusdem anni §. Rursùs, coràm R. P. D. Millino*: Et consonat generalis regula, per quam habemus, quòd quælibet substitutio intermedia
28 congruam recipit declarationem, & intelligentiam ab alijs præcedentibus, & subsequentibus, prout in suis casibus tenuère *Dec. cons. 15. num. 3. vers. Cùm ergò Testator, Ias. cons. 135. sub num. 28. vers. & non eundo lib. 4., Surd. cons. 554. num. 6., Ios. Bertacchin. vot. decis. 70. num. 8., Lazr. decis. Granat. 54. num. 8., Rot. in Foroliuien. Fideicommissi de Torellis 15. Ianuarij 1703. §. Quandò autèm, coràm Muto impress. apùd Paulucc. dissert. 16. decis. 2. num. 23., & in Auximana Iurispatronatus 9. Martij eiusdem anni §. Nèc contrà prædicta, coràm eodem.*

Cœterùm opinio hæc affirmatiua tùnc demùm procedit, quotiès agatur de pluribus substitutionibus ordinatis in vna, eademque oratione, & intrà idem genus persona-
29 rum, secùs verò, si intermedia substitutio sit facta in diuersa, & separata oratione fauore personarum diuersi generis, aùt gradus, eo namquè casu quemadmodùm intèr tales personas sic separatim substitutas potest concurrere diuersa Testatoris affectio, & per consequens probabilis ratio differentiæ, cùr magis in vno, quàm in alio gradu requisita fuerit qualitas masculinitatis, ità cessat ratio, ob quàm præsumi valeat, quòd Testator in animo habuerit tacitè repetendi eamdem qualitatem in tali substitutione intermedia, sicuti punctualissimè in hac præcisa quæstione alijs relatis concord. declarauit *Rot. coràm Benincas. decis. 334. num. 28. & 19., & decis. 359. num. 17.* & recedendo ab antecedentèr (vt suprà) decisis, solidè responsum fuit in præallegata *Auenionen. Fideicommissi 4. Februarij 1729. §. Minùsque*

rele-

releuat; *coràm R. P. D. Nunez* : Et gene-
30 ralitèr, quòd stante diuersitate tàm orationis, quàm personarum, prò excludenda tacita, seù præsumpta repetitione masculinæ qualitatis superabundet, considerari posse aliquam probabilem rationem differentiæ, quarè Testator magis in vno casu, quàm in alio voluerit sese ad masculos restringere, pòst alios docent *Altograd. cons. 83. num. 77.*, *& cons. 96. num. 44. lib. 2.*, *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 8. propè fin. vers. & siquidèm*, *Hodiern. contr. for. cap. 11. num. 17.*, *Pacion. alleg. 158. num. fin.*, *Adden. ad Buratt. dicta decis. 272. num. 19. ad med. vers. hæc autèm opinio*, *Rot. coràm Rembold. decis. 475. sub num. 6. vers. atquè ista opinio*, *& in rec. decis. 80. num. 20. par. 19.*, *in Baren. Immissionis 3. Decembris 1708. §. Et contrà, coràm Eminentiss. D. Card. Aldrouando*, *& in Romana Fideicommissi 23. Ianuarij 1726. §. Quinimò*, *coràm Reuerendiss. Ratto*.

Vnum singulare notandum occurrit in hac de reliquo amplissima materia tacitæ, seù præsumptæ repetitionis masculinæ qualitatis de vna parte Testamenti, siuè de vna substitutione ad aliam, nimirùm, quòd
31 huiusmodi inspectio cessat, vbi sermo sit de Testamento per Iurisperitum exarato; is etenim si in vna, vel pluribus substitutionibus requisiuit in vocatis qualitatem masculinitatis, censetur illam consultò omisisse, ac noluisse in ea substitutione, in qua illam nominatim non repetijt, vt citrà contradictorem (quem viderim) communi calculo firmant *Hieron. Palm. sen. cons. 56. num. 70.*, *Fusar. de substit. quæst. 403. num. 29.*, *Censal. ad Peregrin. de fideic. art. 25. fol. mihi 158. iuxtà impress. Neapolit. anni 1645. vers. Septimus casus*, *Mell. obseru. for. 144.*, *Contrius discept. 47.* vtrobiquè *nu. 11.*, *Carol. Ant. De Luca pòst tract. de liu. legal. respons. 2.* paritèr *num. 11.*, *D. Iacob. de Comitib. decis. Senen. 38. num. 3. & 4.*, *& Rot. decis. 170. num. 11. par. 14. rec.*

A. Lupardus.

ROMANA IMMISSIONIS.

Lunæ 9. Maij 1701.

ARGVMENTVM.

Agens vigore *leg. fin.* prò obtinenda Immissione supèr aliquo corpore prætenso fideicommissario, tenetur probare, quòd illud possideretur à Fideicommittente de tempore eius obitùs; & ex quibus talis possessio censeatur probata. Pactum redimendi competens defuncto describi debet in Inuentario Bonorum hæreditariorum: & quandò illud præsumatur ab ipso defuncto, dùm viueret, exercitum. Plura de mutatione causæ possidendi, quam sibi possessor facere potest ob ei superuentum nouum, & vtiliorem titulum, cum suis limitationibus, & declarationibus, de quibus *in Addit.*

SVMMARIVM.

1 *Agens vigore prætensi Fideicommissi, ad quod reuerà non est vocatus, repellitur exceptione* = Substitutio de te non loquitur.

2 *Exceptio* = quòad te liberas Ædes habeo = *est exclusiua iuris Agentis*.

3 *Remedium* adipiscendæ *competit legatario vsusfructus*.

Et quandò ei competat etiàm Interdictum quorum legatorum, *n. 5.*

4 *Hæres vsufructuarius, nullo existente hærede proprietario, efficitur hæres etiàm in proprietate*.

6 *Legatum est quædam donatio à defuncto relicta, & ab hærede præstanda*.

7 *Immissio in vim* leg. fin. Cod. de Edict. D. Hadr. tollen. *datur ex fideicommisso tàm vniuersali, quàm particulari*.

8 *Circuitus inanes sunt sempèr euitandi*.

9 *Dispositio facta sub aliquo præsupposito, eo cessante remanet nullius roboris, & momenti*.

10 *Immissio vigore* leg. fin. *non competit supèr aliquo corpore prætenso fideicommissario non probata illius possessione penès Testatorem de tempore eius obitus*.

Talis autèm possessio remanet superlatiuè probata eo ipso, quod hæres tale corpus descripsit in Inuentario, n. 12.

Declara, quià talis descriptio probat quidèm contrà ipsum hæredem, secùs verò contrà Tertium, n. 13.

Nisi veritas talis descriptionis aliundè adminicularetur, quià tùnc probaret etiàm contrà Tertium, n. 14.

11 *Mulier possidens Bona sui Viri iure familiaritatis potest eo defuncto mutare titulum, & causam possidendi pro eius credito dotali*, *&* n. 37.

Quod tamèn multiplicitèr, ac remissiuè limitatur, *vt* n. 38.

13 *Inuentarium probat aduersùs hæredem, qui illud confecit, secùs autèm contrà Tertium*.

14 *Confessio, cuius veritas aliundè adminiculatur, probat nedùm aduersùs confitentem, sed etiàm contrà Tertium*.

15 *Opinio minùs probabilis in concursu probabilioris non est amplectenda in Iudicijs*.

16 *Pactum redimendi non præsumitur effectuatum, siuè deductum ad exercitium, nisi id ab allegante probetur*.

Ex quibus autèm præsumi valeat, quod in vim talis pacti secuta fuerit redemptio, vide in n. 28.

17 *Facta affirmatiua, & positiua non præsumuntur*

tur, nisi plenè, & concludentèr probentur, & n. 18.

19 *Hæres tenetur describere in Inuentario nedùm Bona stabilia, & mobilia, sed etiàm credita, & iura ad defunctum spectantia.*

Exemplifica in iure redimendi, quod paritèr est in Inuentario describendum, num. 20. & 21.

22 *Vendens rem propriam cum pacto redimendi potest contextualitèr eamdem rem titulo assictus ab Emptore conducere.*

23 *Testes magìs specificè deponentes præferuntur in concursu aliorum in genere, seù magìs vagè testificantibus.*

24 *Non repugnat, quòd aliqua Domus in cæteris suis partibus ab vno possideatur, & tamèn vnicum illius Appartamentum ad alium pertineat.*

25 *Interpretatio omnis capienda est, vt euitetur contrarietas intèr duas scripturas, seù Instrumenta.*

26 *Conductor nequit refricare quæstionem dominii aduersùs Locatorem.*

27 *Allegans hypothecam supèr aliqua re implicitè fatetur, se in illa nullum habere dominium.*

29 *Res intèr alios acta Tertio non præiudicat.*

30 *Ius percipiendi fructus, & alia iura incorporalia actiua, possunt venire in commercium.*

31 *Laudemium debetur Domino directo ex datione in solutum rei emphyteuticæ.*

32 *Argumentum* à paritate rationis *est in Iure validissimum.*

33 *Remedium Saluiani regularitèr competit Creditori, non autèm Domino.*

34 *Confessio erronea, detecto errore, non præiudicat confitenti, sed cedit veritati.*

35 *Mala fides impedit initium, & respectiuè cursum præscriptionis.*

36 *Præscriptio difficillimè currit contrà Monasteria Monialium solita gubernari per temporaneos Ministros, & Superiorissas.*

39 *Nouus, ac melior titulus possessori superuentus facit præsumere, quòd sibi mutauerit causam possidendi, etiamsi nullam desupèr emiserit declarationem.*

Intellige, dummodò possessori innotuerit superueuientia huius noui tituli, n. 40.

Et dummodò paritèr nouus titulus ei superuentus sit clarus, & certus, nullamque dubietatem inuoluat, n. 41.

DECISIO CXCIV.

EGerant ex persona Sororum Æmiliæ, & Helenæ, Moniales, seù Monasterium S. Laurentij, quod (ad differentiam cæterorum, quæ sub eximij huius Martyris intitulatione assurgunt in Vrbe (compellatur in *Pane*, & *Perna*, prò consequenda Immissione supèr quodam Appartamento in vim fideicommissi deuoluto àd prænominatas Sorores, ac de facto propitium Iudicatum sortitæ fuerant ab A.C. vsquè de anno 1654.; Sed minùs prouidè deincèps actionis Scænâ immutatâ succubuerant, tùm in Iudicio vtilis Saluiani interdicti, tùm recuperandæ possessionis, siuè reintegrationis, successiuè, ac perperàm per eas intentato, donèc salubrioribus, & felicioribus auspicijs reassumpta petitione ex capite prænominati fideicommissi, non obstante duplici Reorum obiectione, altera tendente ad exclusionem purificationis eiusdem fideicommissi, & altera ad destructionem remedij *leg. finalis Cod. de Edict. Diu. Hadrian. tollen.* obtinuerunt primo loco ab eodem A.C. fauorabilem Sententiam, & hodiè illam censeri substantialitèr validam, & iustam mediante *Dominorum* responsione = *Dandam esse Immissionem*.

Parùm quippè iuuit prima oppositio concernens, vt diximus, non iàm negationem existentiæ fideicommissi ab Agatha Actricium Parente litteralitèr ordinati, sed defectum illius purificationis in personis præfatarum Sororum; quià cùm Testatrix solummodò obeunte Bartholomæo eius filio masculo vnicè instituto absquè sobole, substituisset filias in sæculo manentes, Monialibus verò dumtaxàt temporalem vsumfructum vita durante reliquisset, de plano subsequi videbatur, quòd in omnem casum ipsæ Sorores in præcitato Monasterio professæ, ex Interdicto *Quorum legatorum* valerent vitalitiam reportare fruitionem, sed nusquàm Immissionem expostulare in tota quoquè proprietate ad controuersum Appartamentum, resistente trita regula, seù

1 dicterio = *Substitutio circà proprietatem de re non loquitur*, de quo *lo: Andr. in addit. ad Speculat. tit. de Testam. §. primo, vers. occurrit in fine, Peregin. de fideicomm. artic. 11. num. 37., modern. Lucen. consult. 20. nu. 85., Rota in Reatina Fideicommissi 22. Martij 1700. §. Iàm enim, coràm Me* (suprà *decis.* 139. *num.* 1.) *& in Romana, seù Reatina Fideicommissi de Vincentinis 14. Martij 1701. §. Subsistere, coràm R.P.D. meo Scotto.*

Et quamuis nemo extaret, qui posset proprietatem efflagitare, itàut exceptio hæc appareret non tantùm esse de iure Tertij in rerum natura neque existentis, neque extituri, atque à fortiori idcircò regularitèr non allegabilis; attamèn quià Iura nostra, quantum fieri potest, sempèr armantur ad præsidium possessorum, sat erat Reis con-

2 uentis per replicationem exclusiuam iuris agentium respondere = *quòad vos liberas ædes habeo*, vt ait *Textus in leg. loci corpus, §. Competit, ff. de seruit. vindic., Scot. respons. 1. num. 283. lib. 2. tom. 1., Postb. de manut. obseruat. 1. num. 18., Sperell. decis. 178. num. 37., Rot. decis. 366. numer. 11.,*

mer. 11., coràm Card. Mantic., & dec. 709. num. 10. par. 1. Recen.

Incontinenti etenim *Domini* dignonerunt, nodum huius difficultatis non minùs de Iure, quàm inſpecta fideicommittentis intentione diſſolui: Et quidèm de Iure, quià cùm à Reis nequè in rei veritate negaretur,
3 aùt denegari poſſet, remedium *adipiſcendæ* pertinere ad Actrices ex cauſa legati vſusfructus, profluebat in ſequelam, quòd
4 idem vſusfructus, non exiſtente vllo poſſibili Proprietario, trahat ad ſe eamdem proprietatem, ad illa abſurda euitanda, de quibus in ſpecie *Menoch. conſ. 637. num. 1., Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 5. art. 17. nu. 1. cum ſeqq., Vrceol. conſult. 38. n. 10., Episc. Rocca diſput. Iur. ſelect. cap. 30. num. 11., & ſeq., Cyriac. contr. 44. num. 59. verſ. Quintò, Bellon. de iur. accreſc. cap. 7. quæſt. 10. n. 20., Sperell. dec. 146. n. 23. & 24.*

Poſitâque hac conſecutiua neceſſitate attractionis ex ipſo miniſterio legis, non erat ampliùs aſſentialitèr exercenda actio Interdicti *Quorum Legatorum*: quoniàm il-
5 lud à lege ſancitum eſt (vltrà reliquas actiones pro aſſecutione rei legatæ competen. legatario) quotieſcumquè peragatur de ef-
6 fectiuo legato ſapiente ſimplicem, ac directam donationem à defuncto relictam, & ab hærede præſtandam, iuxtà *Textum in §. Legatum itaquè, Inſtit. de legat.*; Secùs autèm, quandò, pròut hic, ſumus in terminis inflexæ, ac fideicommiſſariæ ſubſtitutionis totum in concreto abſorbentis, quià tùnc quemadmodùm pro fideicommiſ-
7 ſo, ſiuè vniuerſali, ſiuè particulari, tribuitur Immiſſio vigore præfatæ *leg. fin.*, vt quòad primum liquet ex *Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 7. num. 82., Rot. deciſ. 408. num. 6. par. 5., deciſ. 352. par. 15., & deciſ. 121. par. 16. Recent.* vtrobiquè *num. 1. & in Romana Fideicommiſſi Luciæ de Moronis 21. Februarij currentis anni §. Etſi etenim, coràm Me* (ſuprà *deciſ. 177. num. 1*) Et circà ſecundum *Rum. conſil. 5. num. 2. lib. 4., Menoch. de adipiſcend. remed. 4. n. 134., modern. Lucen. conſult. 346. num. 2., Rot. in Peruſina Fideicommiſſi 14. Iunij 1700. in princ. coràm bo. me. Iacometto, & in Rauennaten. Fideicommiſſi 4. Decembris 1699. ſub princ., & §. Verùm, coràm R. P. D. meo Priolo*: ità repugnat in ratione, ac æquitate, quòd ex vi legis in totum ſubſtitutus teneatur ab initio agere pro legato vſusfructus, & deindè implorare declarationem ſupèr conſolidatione, ſeù attractione proprietatis, procedendo cum inutili, & vi-
8 tioſo circuitu, quem eadem lex, & Tribunalia, præſertim magna, ſempèr contemnunt, & abhorrent, teſte *Ridolphin. in prax. vbi ſuprà num. 85., Olea de ceſſ. iur. tit. 1. quæſt. 6. num. 32., modern. Argentan. collect. legal. 49. num. 101. lib. 2., Rot. in Recineten. Fideicommiſſi 11. Decembris 1693. §. Siquidèm, coràm bo. me. Benincaſa* (intèr ſuas *deciſ. 372. nu. 7.*), *& in Romana Cenſus 14. Martij 1701. §. Et ratio, coràm Me* (ſuprà *deciſ. 186. n. 36.*)

Proniùs itaquè in idem conſpirante palàm coniecturata mente Teſtatricis, quæ non ſimplicitèr deſungente Bartholomæo ſinè filijs ſubſtituebat alteram ex filiabus, quæ foret effecta Monialis, in mero vſufructu, verùm qualificatiuè, ac ſolùm ſuppoſitiuè, quòd ſupereſſent aliæ filiæ in ſæculo, coarctauerat vocationem effectæ Monialis ad nudum vſumfructum, vt ibi = *Et in euentum, in quem quælibet ipſarum monacaretur, ſolùm prætendere poſſe declarauit vſumfructum dictæ hæreditatis ſibi tangen. prò eius rata, & pòſt mortem illius, quæ vitam Monaſticam duxit, ſuccedere voluit in hæreditate prædicta alias filias fœminas &c. Summ.* Reorum *num. 4.*; Quamobrèm palpabatur, quòd eadem reſtrictio ad vſumfructum, tamquàm qualificata à præſup-
9 poſito ſuperexiſtentiæ filiarum ſæcularium, penitùs ceſſabat, ac non exiſtentibus perſonis, quarum contemplatione fiebat reſtrictio, ipſa non minùs reſtrictio deficiebat, atquè ceſſabat, vt optimè ratiocinantur *Bartol. in leg. quoties, §. Si duo num. 4., & 5. ff. de hæred. inſtit., Gabr. conſ. 97. num. 29. lib. 1., Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 165. num. 17. & 18., Capyc. Galeot. controu. 59. num. 18. & 23. cum ſeqq. lib. 2., Rodulphin. allegat. 164. num. 5. cum ſeqq., Rota coràm Merlin. deciſ. 505., repetit. in Recen. dec. 22. par. 6.* vtrobiquè *n. 5.*

Eiuſdem ineſſicaciæ, licèt ſupèr ea maior lis, ac apparatus defenſionis conſtitueretur à Reis, præfulſit ſecùnda exceptio incompetentiæ prædictæ *leg. fin.*, quæ (præſcindendo etiàm ab obiecto, de quo ſuprà circà *Interdictum Quorum legatorum*) tota
10 radicabatur in eo, quòd minimè probaretur ab Actricibus, prætenſum Appartamentum vllo tempore fuiſſe poſſeſſum à Teſtatrice, multòque minùs de tempore mortis, pròut omninò requiritur, ex collectis ſaltèm reſpectu poſſeſſionis Iuris, ſiuè animo retentæ, ſi non facti poſitiui, per *Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 7. num. 44., Rot. coràm Priol. deciſ. 331. num. 23., deciſ. 392. num. 7., deciſ. 409. num. 1., & 2., & deciſ. 457. num. 1.*, & fuit latè diſceptatum in vtraque *Romana Fideicommiſſi* tàm *Proſperi ſenioris*, quàm *Ioannis Petri ſenioris de Caſſarellis 1., & 5. Iunij 1699., ac 10., & 13. Iunij 1701. coràm R. P. D. meo Lancetta* (hodiè intèr ſuas *deciſ. 89., 91., 186., & 188.*)

Quoniàm reſpondebant Scribentes pro Actri-

Actricibus; & *Domini* rectè obseruarunt, verum equidèm esse, quòd controuersum Appartamentum non fuerat à principio traditum in solutum ipsi Agathæ, sed soli Francisco illius Viro, & respectiuè creditori Ferdichini antiqui Domini, & traditoris in solutum ipsius Appartamenti, sed non minùs fore verissimum, quòd cùm Agatha
11 reperiretur creditrix indubitata eiusdem sui Mariti, & cum eo familiaritatis iure possederit idem Appartamentum, statim sequuta Viri morte, ex causa sui crediti dotalis, titulum, & causam possidendi commutauerat, sicuti passim fieri solet, & in Iudicijs admittitur, iuxtà notata per *Gratian. discept. forens. cap. 954.*, *Carol. Anton. De Luca ad eumdem animaduers.* paritèr 954. vtrobiquè *num. 1.*, *Andreol. controu. 193. num. 1.*, *Rota coràm Coccin. decis. 67. num. 4.*, *& in Recen. decis. 12. num. 6. par. 16.*, *decis. 228. num. 1. par. 18.*, *& decis. 303. n. 16. par. 19.*, *& in Senogallien. Manutentionis 10. Martij 1694. sub princ. coràm bo. me. Emerix iun.* (intèr suas *dec. 1157. n. 1.*)

Quinimó, quòd hæc possessio nedùm acquisita fuerit ab initio per Agatham ex immutatione tituli suarum dotium, sed quòd etiàm successiuè continuauerit in ipsa possessione, clarissimè demonstrabatur per publicum Inuentarium, *Summ.* Actricium *num. 5.*; in eo namquè constabat, quòd Bartholomæus filius masculus Agathæ, & ab ea ea vnicè institutus, vt suprà, postquàm illa fato cessèrat, præ cœteris iuribus, & effectibus hereditarijs descripserat hoc Appartamentum cum Apotheca, siuè opificio, vulgò *di Concia*; maior autèm iustificatio
12 possessionis Bonorum defuncti nequit exoptari, quàm ea, quæ resultat ab Inuentario per eius hæredem confecto, vt inquit *Rota decis. 49. n. 5. cor. Cerro, & dec. 696. n. 6. cor. Dunozett. iun.*, *decis. 322. num. 3.*, *& decis. 471. num. 4. par. 18. Recen.*, *ac in Romana Immissionis 16. Iunij 1690. §. Nec subsistit, coràm bo. me. Benincasa* (nùnc intèr suas *decis. 233. num. 5.*) *in Ferrarien. Fideicommissi 13. Maij 1689. §. Existentia, coràm bo. me. Emerix (decis. 896. nu. 2. intèr eius impress.) & 9. Februarij 1693. §. Et quidèm, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (aliàs *dec. 246. n. 2. cor. Eod.*)

Absquè eo, quòd ad elidendam hanc superlatiuam probationem obesset responsio data per Reos, videlicèt, Inuentarium quidèm efficere hanc innegabilem proba-
13 tionem, quandò quæstio sit cum hæredibus inuentariantis, vel habentibus ab eo causam, ex quo in hoc casu Authoris proprij confessionem detorquere, & impugnare non valeant, contrà autèm, vbi impugnatio promanet à Tertijs nullam à confitente dependentiam agnoscentibus, & quales se esse ijdem Rei proclamabant, ad terminos notissimæ distinctionis, de qua *Cyriac. controu. 321. nu. 6.*, *Addeu. ad Buratt. dec. 637. num. 15.*, & 17., *Rot. coràm Vbald. dec. 862. num. 1.*, *coràm Dunozett. iun. decis. 637. n. 13.*, *decis. 800. num. 24. par. 1. diuersor.*, *& in Rec. decis. 37. num. 11. par. 19.*

Adstabat etenim pro responsione animaduersio, quòd prætèrquàm videbatur, huiusmodi Inuentarium, & respectiuè confessionem Bartholomæi prodijsse tempore non suspecto, potiusuè in sui præiudicium, quàm in vllam excogitabilem vtilitatem ipsius; Adhùc fortè incapax extitisset eadem confessio ligandi Tertium independentem, quotiès non apparuisset stipata plurimis, ijsdemque validis circumstantijs, quarum prima, ac potentissima erat illa, quòd iàm per publicum Instrumentum dationis in solutum, istud Appartamentum ab Authore Reorum transiuerat in Franciscum Agathæ Virum, vndè nimiùm facilis, & legalis alius efficiebatur transitus possessionis in Agatham per titulum, vt præmisimus, ab iure familiaritatis transfusum in dotale: quandò autèm similes confessiones fomen-
14 tum recipiunt ab vrgentibus adminiculis, etiàm Tertijs efficiunt, secundùm animaduersa penès *Rodulphin. alleg. 113. num. 32.*, *Card. De Luca de Dot. disc. 87. num. 5.*, *modern. Palm. intèr eius recollect. decis. 13. sub num. 22.*, *Rot. apud Posth. de subbastat. decis. 206. num. 5.*, *& coràm Vbald. decis. 744. num. 4.*

Haùd obsistente vlteriori replicatione Reorum, quòd cùm enunciata datio in solutum clauderet in se pactum redimendi infrà triennium fauore Ferdichini Authoris eorumdem Reorum, probabile non minùs erat, quòd huiusmodi in solutum datio per exercitium eiusdem pacti resoluta remansisset, præcipuè (vt ipsi opinabantur) non leuioribus probabilitatem hanc fulcientibus coniecturis, ac demonstrationibus, de quibus mòx disseremus: Ponderarunt quip-
15 pè *Domini*, quòd cùm ex præscripto, seù declaratione Sanctæ Sedis, siuè san. mem. Innocentij XI. *Proposit. 2. in ordine*, Iudices, & Tribunalia sempèr compellantur euitare opinionem minùs probabilem, vtiquè magis tutum, & probabile erat, quòd
16 pactum redimendi nusquàm fuerit deductum in esse, siuè exercitium, ex quo erat quid facti affirmatiui, & positiui, quod sanè regularitèr minimè præsumitur, nisi
17 concludentèr, & in effectu probetur, vt admonet *Text. in leg. quingenta, ff. de probat.*, *Natt. consil. 569. num. 3.*, *Rot. dec. 482. num. 5. coràm Bich.*, *decis. 518. nu. 1. par. 18.*, *decis. 302. num. 7. par. 19. Recen.*, *& in Tudertina Census 19. Ianuarij 1699. §. Deficiente, cor. R. P. D. meo del Olmo.*

Et

Et in rei veritate priusquàm dispungerent, & examinarent reliquas concomitantes circumstantias, & adminicula militantia ex parte communiente confessionem Bartholomæi solemnitèr emissam in Inuentario Bonorum Agathæ, vt suprà, paruipenderunt *Domini* contrapositionem alterius Inuentarij confecti per primos hæredes Ferdichini datoris in solutum controuersi Appartamenti; licèt enim in eo dicatur = *vna Concia posta alla Regola nella Casa, doue abitaua il detto quon. Pietro, & al presente abitano li suoi Eredi, Summario* Reorum *nu. 5.* triplici tamèn obseruatione vèl hæc contrapositio apertissimè profligabatur, vèl saltem reddebatur nimìs vaga, & æquiuoca,
18 & proindè inhabilis ad supplendam præmissam probationem, quæ prorsùs limpidissima, seù omninò concludens requiritur in materia facti suaptè naturâ, vt diximus, non præsumendi: Et harũ prior eliciebatur, ex quo dùm de tempore huiuscè Inuentarij non erat adhùc præterlapsum trium annorum interuallum concessum ad redimendum, intantùm hæredes Ferdichini censuerint, faciendam esse in hoc Inuentario consimilem expressionem, inquantùm de
19 rigore legitimi Inuentarij desideratur, quòd fiat descriptio nedùm Bonorum stabilium, sed etiàm cuiuscumque crediti, vèl iuris in hæreditate existentis, & reperti, ex relatis generalitèr à *Francisc. Porcellin. de Inuentar. quæst. 3. cap. 3. num. 1., Sebastian. Monticul. eodem tract. cap. 6. num. 1.* vtroque *intèr tractat. magn. par. 2. tom. 8., Ridolphin. in praxi par. 1. cap. 9. num. 56., Rot. decis. 473. num. 2. coràm Gregor., & decis. 779. num. 4. coràm Cerr.,* & in propo-
20 sito iuris redimendi *decis. 1398. num. 14. coràm Coccin.*

Secunda, quæ succedebat responsio, magìs vinciebat primam, siuè satìs planam secumferebat concordantiam intèr vtrumque Inuentarium; nàm in illo Bartholomæi hæc præcisa leguntur verba = *Et ora detto Appartamento è abitato da Camilla Moglie di Pietro, e Don Francesco, & altri suoi figliuoli de Ferdechini &c., & il detto Appartamento lo tengono in affitto detti Ferdechini, Summ.* Actricium *num. 5.*; ac propterea eò fa iliùs præfati Ferdichini hæredes Petri describere valuerunt *vna Concia &c.*, quià coniungebatur ius redimen-
21 di, aliàs de mente, & ordinatione legis apponendum in Inuentario cum materialitate detentationis per viam habitationis,
22 & illius affictus, qui plerumquè practicatur in similibus dationibus in solutum initis cum pacto redimendi, vt ostendit *Vrceol. consult. forens. 59. sub principio*, cum alijs adductis *in Bononien. Prædij 23. Ianuarij 1699. §. Quoniàm*, & in altera *Bononien. liberationis à molestijs 2. Iulij 1700. in princip. cor. Me (dec. 69. n. 1. tom. 1.* & suprà *decis. 166. num. 1.)*

Præcipuè, quià saltèm in hoc Inuentariorum conflictu negari non poterat, quòd illud exaratum à Bartholomæo filio Agathæ non foret magìs clarum, ac expressiuum in indiuiduo tituli, per quem ab hæredibus Ferdichini detinebatur hoc opificium: vndè dùm ex opposito alterum Inuentarium illorum de Ferdichinis nihil aliud in littera exponebat, quàm nudam descriptionem cum qualificatione solius habitationis, illud procùl dubiò huic anteponi, seù præualere de-
23 bebat; vt frequentèr habemus in simili proposito circà Testes magìs specificè deponentes comparatiuè ad alios in genere, vèl magìs vagè testificantes, ex congestis apùd *modern. Argentan. collect. legal. 10. num. 158. tom. 2., Rot. coràm Pamphil. decis. 453. num. 6., decis. 68. num. 30. part. 9. Rec., & in Cordubèn. Decimarum Molendini 10. Ianuarij 1673. in princ. coràm bon. mem. Bourlemont, & in Narnien., seù Interamnen. Bonorum 29. Martij 1700. §. Eòque præsertìm, coràm Me* (suprà *decis. 142. num. 5.)*

Tertia tandèm penitùs absterfiua cuiuslibet amaritudinis responsio erat, quòd in substantia minimè contradicebat Inuentarium eorumdem de Ferdichinis illi Bartholomæi, quià primum nimiùm in genere loquebatur = *vna Concia &c. doue abitaua &c., & abitano &c.* itàut nonnisi indulgentèr prò verbo *Concia* (quæ simplicitèr à Ferdichinis detinebatur in Affictum, & regularitèr vèl opificium, vèl Apothecam tantummodò significat) capiatur etiàm interpretatio prò Domo, quandò signantèr ex Inuentario Bartholomæi liquet, quòd hæc *Concia* separabilis est ab ipsa Domo, inibì quippè dicitur, quòd Appartamentum inhabitabatur per Ferdichinos, *e detta Concia tiene in affitto Domenico de Caroli &c.*; Verùm posita huiusmodi interpretatio redderetur nimìs violenta, & dura, quotiescumquè nedùm Domum, sed totam quoquè Domum sub hoc vocabulo *di Concia* con-
24 tineri prætenderetur: stat quippè simùl, quòd Domus in cœteris suis partibus ab vno possideatur, & Appartamentum ab altero, vtì quotidiana praxis edocet, & monstrant familiaria exempla, & signantèr liquet in *Romana Appartamenti coràm clar. mem. Card. Taya*, quæuè est *decis. 380. part. 19. Recent.*; vbicumquè autèm diuersificantia
25 Instrumenta congruam conciliationem recipiunt, illa sempèr venit ab æquanimitate Iudicis capessenda, iuxtà monitum *Textus in cap. Intèr dilectos, de fid. Instrument., Geminian. consil. 76. num. 4., Rot. decis. 397. num. 22. part. 9., decis. 169. num. 13., & 14. part. 15., & decis. 386. num. 16. part. 16. Rec.*

Et hæc omnia fortiùs coruscabant inspiciendo Iudicium prò pensionibus effectiuè motum ab ipso Bartholomæo contrà Ferdichinos de anno 1632., in quo extitit vlteriùs nedùm productum vetus Instrumentum dationis in solutum, de quo suprà meminimus, sed alterum quoquè locationis factæ tàm de Domo, siuè Appartamento, quàm de subiacente Taberna Coriaria, seù *Concia* ipsius Ferdichini per Franciscum Agathæ Maritum, *dicto Summar.* Actricium *num.6.*; ac propterea perspicuum nimis efficiebatur, quòd ex hoc actu incontrouertibili, & successiuo remaneret plusquàm abundè iustificata confessio emissa in Inuentario per eum-

26 dem Bartholomæum, itàut nèc etiàm, stante hoc titulo conductitio, fas videretur refricari posse per Reos quæstionem dominij, reluctante *Textu in leg. si quis conductionis 26. C. locat., Pacion. de locat. & conduct. cap.27.num. 76., & cap. 65. num. 77. cum seqq., Card. De Luca eod. tract. disc.19. numer.3., Rota coràm Merlin. decis.376.num.1., & coràm Cerr. decis.643. num.1., & in Perusina Affictus 20. Martij 1699. §. Quoniam coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc *decis.601. num.6.coràm Eod.*)

Non aduersante refugio, quòd præfatum locationis Instrumentum hodiè nullatenùs reperiatur in Actis; Quià (quidquid sit, vtrùm pòst tàm diuturnam intercapedinem sola adnotatio, siuè productio per eadem Acta hactenùs elucescens prosit ad intentum iustificationis Instrumenti producti,) fugabatur quælibet ambiguitatis obnubilatio ex contraria protestatione illorum de Ferdichinis, qui, vice impugnandi realitatem prælaudatæ locationis, clypeum dumtaxàt retentionis opposuerunt ex capite specialis hypothecæ; quæ sanè protestatio eò magìs præsefert inclusionem locationis, & domi-

27 nij prò parte Authorum Monasterij, quantò certiùs specialis hypotheca obiecta per Ferdichinos stat ad exclusionem cuiuscumque illorum dominij, per regulam *Text. in leg. nequè 46. ff. de regul. iur. & in leg. si rem alienam 2. ff. de pignor. act.* & obseruat *Scoppa ad Merlin. Pignattell. controuer. forens. cap. 26. num. 6., Rot. coram Cerr. decis.663. num.14., in recent. decis.347.num.6. part.5., decis.18. num.3. part.11., decis.315. num.4. part. 15., & in Aquilana successionis 21. Aprilis 1698. §. Nèc ex eo, coràm R. P. D. meo Muto.*

Labefactata igitùr ex præmissis prætensa contrapositione alterius Inuentarij, ac in sua primæua robusta vi perdurantibus originali traditione in solutum, indiuidualitate, ac præcellentia Inuentarij per Actrices demonstrata, necnón effectiuo Iudicio promoto per illarum Authorem ad effectum consequendi pensiones, vnâ cum necessariò inclusiua confessione dominij emissa per Ferdichinos fauore eiusdem Authoris: in nihilo ampliùs habendæ erant reliquæ coniecturæ, siuè discursus amplificati per Reos, videlicèt, quod ijdem mediatè, ac immediatè pluriès exegerint pensiones ab alijs Conductoribus, idquè etiàm aliquandò ope, & ministerio Iudicis, ac non solùm passiua desupèr substinuerint Iudicia, & Mandata, verùm etiàm mediatè paritèr, & immediatè de eadem Domo, siuè Taberna disposuerint tamquàm de re propria per nouas traditiones in solutum, quemadmodùm constabat ex *Summar.* eorumdem Reorum *à num.6. vsquè ad num.12.*; quæ omnia, præ-

28 sertìm in vnum conglobata, manifestè (quemadmodùm prosequebantur Ferdichini) tendebant ad probationem sequutæ recuperationis dominij ad limites priuatæ pactionis, sicutì ab huiusmodi signis, & circumstantijs passim arguit *Rot. decis.572. num.1. & 2. coràm Ludouis., dec.751.num.11. & seqq. coràm Manzaned., decis.611.num.6. part.4. tom.3., & decis.306. num.14. part.16. recen.*

Multifariàm namquè corruere cunctas has in suis casibus plerumquè veras coniecturas fuit animaduersum: In primis etenìm, quià præfati vniuersi actus tàm Iudiciales, quàm extraiudiciales, expleti noscebantur absquè vlla, vèl minima citatione, consensu, vèl scientia siuè Francisci, siuè Agathæ, siuè Bartholomæi, aùt eius Sororum, & filiarum Agathæ, proindèque loco specialioris

29 replicationis stabat tota *Rubrica C. res intèr alios acta*, pròut in proprijs terminis responsum fuit *in Cauallicen. Homagij 20. Martii 1699. §. Non etiàm, coràm R. P. D. meo del Olmo, & 29. Ianuarij 1700. §. Nèc ad constituendam, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc *decis.656. sub numer.20.*)

Sed & validiùs (potissimè commensurando firmiores probationes, ac fundamenta Monialium), quoniàm cùm iàm liquidò præfulgeret, extare penes Ferdichinos Appartamentum, & Coriariam Apothecam titulo conductionis, fortasse etiam longi, aùt longissimi temporis, compatibilitèr consequebatur, quòd ipsi Ferdichini pensiones à suis subconductoribus sibi solui obtinuerint, quòd supèr iure eiusdem conductionis passi fuerint Iudiciales vexationes, quodquè demùm ratione huiuscè iuris insimùl cum reliquis Appartamentis, siuè partibus eiusdem Domus ad eos citrà scrupulum pertinentibus, disposuerint quoquè de controuerso Appartamento, & Concia, maximè, dùm ex qualitate pretij nequibat introspici, quid veniret in contractu, vèl quasi, ac prò quanti fuerit idem ius condu-

30 ctionis in confuso distractum; consimilia quip-

quippè iura; præsertim longæuæ conditionis, quinimò etiàm simplices commoditates, ac facultates percipiendi fructus, alia lege, vèl pacto non abnuente, actiuè, & passiuè, ac tàm iudicialitèr, quàm extraiudicialitèr venire posse in commercium tradiderunt *Pacion. de locat. & conduct. cap. 32. num. 29.*, *Card. De Luca* paritèr *de locat. & conduct. in Summa num. 3.* & latè dictum fuit *in Romana Saluiani 16. Februarij 1699. §. Et quidèm, coram Me (decis. 75. num. 1. cum duob. seqq. tom. 1.)*

Aliæ deniquè exagerationes, nimirùm circà solutionem Laudemij, & Canonum completam à Ferdichinis fauore Ecclesiæ dominæ directæ, potiùs ex diametro retorquebantur: quià Laudemium respiciebat originariam dationem in solutum factam ei, à quo iura sua adamussim metiebantur Moniales, sicquè magis, atquè magis confirmabat radicem dominij propaginatam in ipsas Moniales, absquè eo, quòd aliquid abindè citrà solutum, aùt factum appareret,
31 quandò tamèn consimile Laudemium persolui debuisset in subsequenti datione in solutum consumata, vt prætendebatur, ad commodum Dominorum de Roccis, vbi eadem datio extitisset verè libera, & non clandestina, & suspecta, ad terminos *Textus in leg. final. versic. & nè auaritia, C. de iur. emphyt.*; Respectu autèm Canonum, omnis desupèr illatio fabricata ad oculum procidebat, stante conuentione primordialis dationis in solutum exaratæ ergà Franciscum, iuxtà quam idem Franciscus pepigerat immunitatem à qualibet exbursatione Canonum: Addita quadam subtiliori forsàn ponderatione, quod ab initio Canones apparebant soluti per Dominicum de Carolis, etiàm iudicialiter lacessitum, & præuia susceptione termini (de quo *Summar.* Reorum *num. 11.*) numerantem eosdem Canones: & properea planiùs sempèr ostendebatur, quòd consimiles actus iudiciales directi ergà Ferdichinos non concludebant dominium, sicùt illud minimè præseferebant alij expleti ergà Dominicum merum conductorem, aùt subconductorem, ex illa dialectica non
32 minùs, quàm iuridica argumentatione, quæ *à pari*, seù paritate nuncupatur, de qua *Card. Mantic. de coniect. lib. 12. tit 13. n. 8.*, *Ricc. collect. 2802.*, *Marott. discept. forens. cap. 34. n. 27.*

Atquè ex his luculentiùs forsàn, quàm importantia litigij præseferret, per vigilantiam *Dominorum* examinatis, & respectiuè dissolutis, inutile visum fuit immorari supèr variatione, ac disertione Iudiciorum ab Actricibus cum varietate etiàm fortunæ restaurato-
33 rum, & signantèr in vim Saluiani interdicti, cuius remedium competit Creditori, non autèm Domino; necnòn supèr magnificata præscriptione actionis immissiuæ, præsertìm ab anno 1654., in quo Moniales alteram Immissionem reportauerant ab A. C., vsquè ad annum 1694. expetitæ per eas reintegrationis: Siquidem omnis virtualis, ac præsumptiua confessio, quæ emergere valuisset ab actionum inconstantia, prætèr Muliebrem imbecillitatem, & quandòque etiàm
34 incuriam Defensorum huiuscemodi locorum Piorum, neutiquàm poterat non esse inefficax, tamquàm erronea, vèl (quod idem est) non cedere veritati, vt ait *De Angel. de Confess. lib. 3. quæst. 20. num. 26. & 27.*, *clar. mem. Card. Albit. de inconstant. in Indic. quæst. 24. num. 27. & seqq.*, *Rot. coram Priol. decis. 187. num. 22.*, *& decis. 480. num. 15. par. 9. rec.*

Circà verò præscriptionem, illicò nullius momenti prorsùs effulgebat; vèl quià
35 ab initio per contrariam Sententiam, quam tùnc subiuêre Ferdichini, inexcusabilis mala fides impeditiua cuiuscumque præscriptionis, & respectiuè actionis perpetuatiua, fuerat suborta, teste *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 67. num. 58.*, *Carol. Anton. De Luca ad Gratian. animadu. 179. num. 4.*, *modern. Lucen. consult. 168. num. 53. & seqq.*, *modern. Palm. intèr eius recollect. decis. 89. num. 17.*, *Rot. decis. 1792. num. 1. coram Coccin.*, *& decis. 136. num. 18. coram Cerr.*
36 vèl quià non erat solidè applicabilis contrà Monasterium gubernari solitum à temporaneis, & ferè annualitèr mutari solitis Ministris, & Superiorissis, ex adnotatis per *Honded. cons. 80. num. 88. & 89. lib. 2.*, *modern. Lucen. dicta consult. 168. num. 82.*, *& Rot. in Tudertina Census 19. Ianuarij 1699. §. Nullum deniquè, coram R. P. D. meo del Olmo*.

Et ità, vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI

Conclusio adducta in præsenti Decisione *num. 11.* supèr facultate Mulieri com-
37 peten., vt mortuo Viro possit sibi mutare causam possidendi non ampliùs iure familiaritatis, sed iure pignoris ex titulo suorum iurium dotalium, & de qua vltrà *ibi* citatos *Bursat. cons. 8. sub num. 15. vers. Insupèr*, *Posth. de manut. obseru. 54. num. 23.*, *Rot. pòst eumdem decis. 230. num. 3.*, *& 4.* plures
38 patitur limitationes, quæ in contingentia casuum videri possunt penès *Posth. dicta obseru. 54.*, *Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 76.* vtrobiquè *à num. 24. ferè vsquè ad fin.*, *Rot. coram Ninot decis. 24. ex num. 8. ad 13.*

Et ad materiam nota, quòd vbi possessori superuenit alius titulus magis proficuus
39 possidendi, præsumptio est, quòd intellexerit vigore huius noui tituli continuare in possessione, absquè eo, quòd desupèr requiratur specialis sui animi declaratio,

iuxtà constantem opinionem *Sac. Rotæ* apùd *Mantic. decis. 245. num. 4. & 12., Gregor. decis. 546. num. 1., ibiquè Adden. num. 15., Coccin. decis. 67. num. 5., Duran. decis. 269. ex num. 10. ad 13., Bich. decis. 600. num. 6. & 7., & coram Falconer. tom. 3. tit. de Saluiau. decis. 16. num. 10., & in Veliterna Immissionis quòad Bona Fabritij, & Com. Stephani supèr manutentione 5. Martij 1731.*

40 *§. Siquidèm ad med. coram Eminentiss. Cincio*; dummodò tamèn possessori innotuerit titulus sibi de nouo superuentus, quià aliàs hac præambula scientia deficiente dici non posset, quòd voluerit immutare causam possidendi, cùm animus non trahatur ad incognita, sicutì declarant *Posth. dicta obseru. 54. num. 29., Adden. ad Gregor. dict. decis. 546. num. 15. ad med., Rot. coram Put. decis. 287. ex num. 4. vsquè ad fin. lib. 3., & coram Duran. dicta decis. 269. num. 14., & coram Bich. decis. 260. num. 5.*

Nota insupèr, quód ad effectum, vt possessor ratione tituli superuenientis valeat

41 sibi mutare causam possidendi, requiritur, quòd talis titulus sit clarus, & limpidus, nullamque dubietatem admittat, vt relatis concord. dixit *Rot. in Cornetana Bonorum 14. Ianuarij 1724. §. Sicuti perperàm, coram Crispolto.*

A. Lupardus.

TOLETANA DECIMARVM DE CAPILLA QVOAD PAROCHOS.

Ven. 13. Maij 1701.

ARGVMENTVM.

Omittitur, quià agitur de breui *Decisione* emanata occasione petitæ, & obtentæ expeditionis Causæ, & de reliquo patet ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Congrua non debetur Paroco amouibili ad nutum, sed simplex salarium æquiualens puro mercenario seruitio, quod præstat Ecclesiæ, &* num. 2.

Secùs, si agatur de Parochis, qui fuerunt promoti ad Ecclesias Parochiales in titulum perpetuum præuio Concursu, num. 3.

4 *De Congrua debita Vicario perpetuo Ecclesiæ vnitæ, necnòn Rectori Ecclesiæ Parochialis etiàm aduersùs Pensionarium, &* n. 5. & 6.

DECISIO CXCV.

In hodierna Audientia expetentibus informantibus pro D. Duce de Bejar expeditionem Causæ supèr resolutione edita sub die 23. Martij 1699., & 14. Iunij 1700. aduersùs Parochos Status de Capilla, *Domini* quidèm precibus annuentes Mihi iniunxerunt, quòd Causam expedirem mediante opportuno Decreto, seù (vt dicunt) breui *Decisione*, per quam eodem tempore declararem, *non constare de causis restitutionis in integrum* anxiè efflagitatæ per eosdem Parochos, sed vnâ, & insimùl exponerem, quód eorumdem Parochorum erectio, & institutio in titulum ab omni labe præteritæ disquisitionis vacaret, vndè non posset ampliùs in amaritudinem reuocari eadem intitulatio, & erectio in titulum perpetuum perfectæ Parochialitatis, & administrationis Curæ Sacramentorum præuio examine, & Concursu per Ordinarium conferendæ, ad formam *Sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 18. de reformat.*, sicutì laudabilitèr expleuerat Cardinalis de Quiroga, secundùm latiùs demonstrata in prædicta resolutione, seù *Decisione 23. Martij 1699. §. Diximus cum sequen. (decis. 78. num. 26., & seqq. tom. 1.)* & tactum fuerat in altera confirmatoria *diei 14. Iunij anni præterlapsi §. Substitit, coram Me (suprà decis. 156. sub num. 11.)*

Hoc vnum in sequelam addentes, quòd stabilitâ prorsùs legitimâ incardinatione horum Parochorum citrà vllum vitium attentati, aùt litigiosi, non obstantibus antiquis resolutionibus *coram bo. me. Bourlemont, & Card. Matthæio* (quas neque Signatura Iustitiæ admodùm approbauerat, dùm circà hanc incardinationem obiurgatam crimine attentatorum rescripserat = *de appellatione, purgatis attentatis in fine litis, quatenùs adsint*) significarem vlteriùs, quòd immutata facie rerum, positaque, iuxtà vberrimè præcognita *in vtraque Decisione coràm Me*, validitate, & iustitia memoratæ incardinationis, & erectionis Parochorum in titulum perpetuum, nequibat ampliùs procedi cum illa assignatione Decimarum, quam medio tempore fecerat D. Dux de Bejar innixus etiàm fortassè resolutionibus *Sacri nostri Auditorij* diuersimodè tùnc respondentibus circà eorumdem Parochorum incardinationem factam à præfatò Cardinali de Quiroga de anno 1590.; Cùm enim ad limites præcedentium resolutionum Parochi administrantes Curam Ani-

1 marum in Statu de Capilla haberentur pro amouibilibus ad nutum, & non rectè, ac solidè incardinatis in eorum Ecclesijs, benè valebat procedere, vt ea merces, quæ debetur Sacris Operarijs, ad *Text. in cap. extirpandæ, de Præben. & Dignitat.* existe-

2 ret ad puram mensuram mercenarij seruitij conductitij, vtì habetur ex *Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. num. 16. & 17., Gonzal.*

zal. ad Regul. Cancell. gloss. 5. §.3. num.4., *Barbos. de Iur. Eccles. lib.3. cap.6. num.61.*, *& ad Sac. Concil. Tridentin. dicta sess. 24. de reformat. cap.18. num.41.*

Verùm, ex nouitèr deductis, meliùs illustratâ, & commutatâ, vt diximus, facie rerum, ac maturè firmatâ validitate, & iustitiâ enunciatæ incardinationis, siuè erectionis in titulum perpetuum, necessè erat
3 diuersam, & congruam substentationem stabilire ijsdem Parochis ex sollicitudine Toletani Antistitis, perpetuò, ac per oppositionem formalis Concursus seriò præficiendis ad gubernium Ecclesiarum eiusdem Status, quemadmodùm, introspecto onere veræ Parochialitatis, & Curæ perpetuæ ad terminos eiusdem *Sacri Concilij Tridentini dicta sess. 24. cap. 18. de reformat.* alijsque connotatis per *Zipæum consult. Canon. lib.3. tit. de Paroch. consult. 3.* recollexit *Iacob. Pignatel. consult.60. num. 12. tom.8.* & benè [licèt generalitèr] aduertit *Card. De Luca de Paroch. disc.20. num.5.*

Et ità, expurgatâ apùd Dominos ab omni vitio attentati memoratâ erectione Parochorum, & respectiuè præseruata meliori, & vlteriori cognitione supèr quantitate Congruæ assignandæ vèl ab Eminentiss. Archiepiscopo, vèl à *Sacro Tribunali*, resolutum fuit; vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO R.P.D. ANSALDI.

IN sequelam huius breuis *Decisionis* fuit Mihi demandata expeditio Causæ, posteàque in gradu appellationis per Ducem de Bejar interpositæ assumpta fuit specialis disputatio supèr præcisa quantitate Congruæ Parochis assignandæ, eamque Tribunal decreuit fore taxandam in tertia parte Decimarum, quas præfatus Dux, temporalis Dominus Status de Capilla, vigore immemorabilis cum fama Priuilegij Apostolici percipiebat ex Bonis in dicto Statu existentibus, & decimationi subiectis, vt pandunt geminæ *Decisiones* editæ *sub diebus 5. Iulij 1702., & 12. Martij 1703. cor. D. Card. Scotto* cum subsecuta Sententia successiuè confirmata *die 14. Maij 1717. coràm R.P.D. meo Cerro*, ac rursùs *6. Maij 1718. coràm R.P.D. meo Foscaro*, coràm quo hactenùs pendet Causa ex beneficio nouæ Audientiæ per eumdem Ducem obtentæ.

De Congrua debita Vicario perpetuo Ec-
4 clesiæ Parochialis vnitæ, eiusque quantitate, & quæ in illam sint imputanda, agit *Ludou. Bell. cons.86., & 115., & Rot. in Leodien. Congruæ 27. Ianuarij 1716. coràm prælaudato D. meo Cerro*, vbi fuit resolutum contrà prætensum augumentum Congruæ petitum à Vicario Ecclesiæ Parochialis vnitæ fauore Capituli alterius Ecclesiæ
5 Collegiatæ: Similitèr de Congrua Paroco debita, eiusque quantitate actum fuit in *Compostellana Congruæ 11. Februarii 1715. coràm præfato D. meo Foscaro*. Ac demùm
6 de exceptione Congruæ opposita per Rectorem Ecclesiæ Perochialis aduersùs reseruatarium Pensionis supèr eadem Ecclesia impositæ, videnda est *Rot. in Maurianen. Pensionis 13. Iunii 1625. coràm Pirouano m.s. & in Romana Pensionis supèr Congrua 12. Aprilis 1693., & 15. Martii 1694. coràm Card. Priolo*, quarum prima est impressa apùd *modern. Bertacchin. pòst eius vot. decis.93. pag. 190.*

FERRARIEN., SEV ANCONITANA FIDEICOMMISSI.

Ven. 3. Iunii 1701.

ARGVMENTVM.

Examinantur nonnullæ detractiones oppositæ ab hærede hæredis grauati aduersùs fideicommissarium prò retardanda Immissione per hunc petita, ac per geminas Sententias præcedentèr obtenta; & insimùl reijciuntur vèl tamquam insubsistentes, vèl tamquam turbidæ, & illiquidæ.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata regularitèr efformatur per tres Sententias conformes.*
Intellige in Iudicio ordinario, secùs in possessorio, in quo res iudicata etiàm ex vnica tantùm Sententia resultat, n.2.
Idque procedit tàm de Iure Ciuili, quod in Causa possessoria permittit, semèl dumtaxat appellari posse, n.3.
Quàm etiam vigore Constitutionis Ægidianæ vigentis in Statu Ecclesiastico respectu Causarum Laicalium, n.4.
5 *Communio Bonorum inter fratres operatur, vt eorum filij nequeant succedere, nisi in portione paterna.*
6 *Successor nequit impugnare confessionem sui Autboris non docto de illius erroneitate.*
Præsertìm, si confessio sit geminata, n.30.
7 *Filius non præsumitur habere alia Bona prætèr illa reperta in hæreditate paterna.*
8 *Diuisio, tamquàm quid facti, non præsumitur, sed debet ab allegante probari.*
9 *Error propriæ confessionis excluditur ex sola possibilitate in contrarium, &* n.12.
10 *Confessio in præiudicium confitentis habet vim publici Instrumenti, & rei iudicatæ.*
11 *Ex communione particulari aliquorum Bonorum in certo Loco existentium non infertur intèr fratres ad societatem, seù communionem vniuersalem.*

12 *Statu-*

13 *Statutum* Ferrariæ *excludiit fœminas proptèr masculos.*
Et prodest Patruo ad exclusionem Neptis, ibid.
14 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in Iudicio possessorio Immissionis.*
15 *Non implicat, quòd in Bonis Testatoris sitis in diuersis Iurisdictionibus, & Territoriis, diuersimodè succedatur.*
16 *Voluntas non fertur ad ignorata, & incognita.*
17 *Præseruatio iurium nil de nouo tribuit, vbi ex pòst constat, quòd præseruanti nullum reverâ ius competebat.*
18 *Actus factus à Procuratore tribuitur Mandanti, acsì ab isto gestus fuisset.*
19 *Creditum excluditur ex longæua taciturnitate ass. Creditoris, qui de cætero erat diligentissimus in exigendo à suis Debitoribus.*
20 *Appellatio de Iure Canonico datur etiàm in Iudiciis possessoriis.*
Secùs de Iure Ciuili, n.21.
22 *Constitutio* Ægidiana *quarè sic nuncupata.*
23 *Constitutio* Ægidiana *probibens appellationem in Iudiciis possessoriis non afficit Bona Emphyteutica Ecclesiæ.*
24 *Bona emphyteutica Ecclesiastica sita sub Ducatu Ferrariæ habentur ad instàr allodialium.*
25 *Æquiparatorum idem est iudicium.*
26 *Clausula* = Constito, quod sit locus Ægidianæ = *suspendit executionem Sententiæ latæ in Iudicio possessorio.*
27 *Fideicommissum quomodòlibet vniuersale non comprahendit Bona propria hæredis grauati.*
Potest tamèn grauatus propria Bona voluntariè supponere praexistenti paterno, seù antiquiori fideicommisso, num.31.
28 *Sententia in iudicatum transacta habetur prò ipsa veritate.*
29 *Donatio simultaneè, & vnitìm facta per duos fratres arguit in eis condominium rei donatæ.*
32 *Collusio commissa in actu principali influit in omnia eius accessoria.*
33 *Sententia nulla ex defectu citationis numquàm transit in rem iudicatam.*
34 *Identitas Bonorum est principale extremum, quod probari debet à fideicommissario venienti ex titulo prætensi fideicommissi.*
35 *Identitas Bonorum fideicommissariorum probatur ex verificatione Loci, seù Contradæ generalis, dummodò alia concurrant.*
36 *Probationes factæ in Iudicio nequeunt ab aliquo prò parte approbari, & prò alia impugnari.*
37 *Detractiones oppositæ ab hærede hæredis grauati, vbi sunt turbidæ, & illiquidæ, non retardant Immissionem fideicommissario.*
38 *Euictio præueniri potest à molestiat passo, vbi constat de bono, & claro iure euincentis.*
39 *Hæres grauatus non detrahit in restitutione fideicommissi expensas erogatas in litibus iniustis, in quibus idcircò succubuit.*
40 *Dos, de cuius solutione non constat, non est restituenda neque ab ipso Marito, neque ab illius fideiussore.*
Fallit, si Dos non fuisset exacta ex supina negligentia Mariti ab illius promissore extraneo, num.41.
Declara, vt num.43.
42 *Fideiussor prò conseruatione, & restitutione Dotis eatenùs tenetur, quatenùs illa fuerit effectiuè per Maritum exacta.*
44 *Vsufructuarius tenetur ex fructibus soluere dumtaxàt annuas responsiones, & onera Bonis infixa.*
45 *Actio, & passio sunt incompatibiles in vno, eodemque subiecto.*
46 *Onus alendi filios primariò pertinet ad Patrem.*
47 *Patruus, & Amita tenentur in subsidium alere Nepotes, & Neptes.*
48 *Sententia iniusta numquàm transit in rem iudicatam.*
49 *Tutori non sunt bonificandæ expensæ erogatæ in lite calumniosa, vèl aliàs iniusta, nomine Pupilli promota, aùt defensa.*
Fallit, si ex facti circumstantijs appareret, quòd Tutor habuerit iustam causam litigandi, vèl aliàs versatus fuerit in bona fide, num.50.

DECISIO CXCVI.

Existentibus in patrimonio Petri sen. fideicommittentis Bonis multiplicis, variæque naturæ, variè quoquè desupèr pronunciarunt Iudices ad instantiam alterius Petri Antonij ad huiusmodi fideicommissariam successionem inuitati, ac diuersimodè non minùs Signatura Iustitiæ rescripsit, dirigendo Mihi postremo loco Commissionem à Constantia vtì Reâ porrectam cum Clausula = *Quòad Bona emphyteutica de appellatione; quòad tria particularia Prædia constito, quòd sit locus Ægidianæ; & in reliquis sinè præiudicio rei iudicatæ*: Quamobrèm hodiè ad eiusdem Commissionis conformitatem trifariè *Domini* consulti vnanimitèr resoluêre (pròut effectiuè etiàm exposcebat Actoris instititia) *Sententiam Rotalem confirman.*, *Ægidianæ locum esse, ac deniquè constare de re iudicata.*

Exordiendo etenìm à facilioribus, iuxtà monitum *Imperat. in §. His igitùr, Instit. tit. de Iust., & Iur* causa postremò decidendi, quòd præcisiuè à cœteris peculiaribus Bonis liqueret de re iudicata, fundabatur in eo, quòd, cùm nulla resideret ambago supèr existentia, & purificatione fideicommissi in Actoris persona, nullaque pariformitèr exta-

extaret controuersia circà validitatem præcedentium Iudicatorum, & æquè concomitans illorum præfulgeret Iustitia, necesse erat respondere, vt suprà, *constare de re iudicata*; licèt namquè ea regularitèr efformetur per tres Sententias omninò conformes, vt in *leg. properandum*, *Cod. de Iudic.* in præsenti autèm geminæ tantùm intercederent, altera Prælati ab A. C. deputati, & altera Reuerendiss. D. mei Molines Decani, quià tamèn pugna non erat in Iudicio ordinario, pròut supponitur *in dicta leg. properandum*, sed versabatur in simplici possessorio Immissionis, etiàm vnica Sententia tàm de Iure Ciuili, quàm vigore Constitutionis Ægidianæ, de qua inferiùs, efficit rem iudicatam, preseruatâ longiori telâ super petitorio, non enim in Causa possessoria ad terminos eiusdem Iuris Ciuilis plusquàm semèl appellare fas est, *leg. vnic. Cod. de moment. possess.*, *Socin. Iun. consf.* 108. *num.* 13. *lib.* 1., *Rota decis.* 220. *num.* 1. *coram Durano*, *decis.* 151. *num.* 2. *part.* 2., & *decis.* 203. *num.* 1. *part.* 13. *Recent.*, quod & indubitatum euasit intèr Laicos, superuenta prædicta Constitutione Ægidiana in Statu Ecclesiastico, sicutì notant *Pacific. de Saluian. inspect.* 4. *cap.* 2. *num.* 49. & *seqq.*, *Ridolphin. in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 177. *cum seqq.*, *Rota decis.* 305. *num.* 10. *part.* 6., & *decis.* 325. *num.* 1., *decis.* 852. *num.* 1., & 2., & *decis.* 938. *num.* 1. & *seq. coram Emerix iun.*

1

2

3

4

Quouerò ad Iustitiam necessariò quoquè concurrere debentem prò constituenda re iudicata, parùm ad illius offuscationem visum est suffragari Constantiæ, quòd cùm Virginia eius Mater descenderet à Carolo fratre Fideicommittentis, & intèr hunc, ipsumque Fideicommittentem vigeret Societas, seù communio Bonorum, hinc nonnisi ad ratam, siuè medietatem à Petro Antonio prætendi valeret Immissio, ad tradita per *Bald. in Auth. ex Testamento*, *Cod. de collat.*, *Rot. decis.* 8. *num.* 1. & 2. *coram Vbago*, *decis.* 170. *num.* 3., & *decis.* 782. *num.* 5. *coram Dunozett. iun.*, & *decis.* 620. *num.* 2. *part.* 18. *Rec. tom.* 2.

5

In primis quippè obiectioni huic occurrebat factum ineluctabile memoratæ Virginiæ Auctricis Constantiæ, quæ in solemni Inuentario per eam exarato velutì hæredem grauatam prænominati Petri sen. eius Patrui, & Fideicommittentis, explicitè confessa fuerat, tertiam hanc speciem indifferentium Bonorum pertinere ad hæreditatem enunciati Patrui; vndè non docto de manifestissimo errore nequibat Constantia confessionem adeò expressam Auctricis suæ obnubilare, & impugnare, vt pratèr relatos in *Decisione Reuerendiss. D. mei Decani* 12. *Decembris* 1698. §. *Siquidèm*, & in confirmatoria 27. *Nouembris* 1699. §. *Nèc dictum Inuentarium* (aliàs *coram Molines decis.* 581. *num.* 8. & 9., & *decis.* 641. *num.* 4. *cum duob. seqq.*) vno ore tradiderunt *Peregrin. de fideicomm. artic.* 44. *num.* 22., *Fusar. de substit. quæst.* 618. *num.* 4., *modern. De Angel. de Confess. lib.* 1. *quæst.* 7. *effect.* 20. *num.* 6., *Castald. consult.* 47. *num.* 12., & *consult.* 176. *num.* 9., *Rota decis.* 575. *num.* 9. *coram san. mem. Gregor. XV.*, & *dec.* 289. *num.* 11. *coram Celso.*

6

Huiusmodi autèm error manifestus minimè comprobabatur ex præfato supposito communionis Bonorum inter Carolum, ac Fideicommittentem, ex quo videlicèt idem Fideicommittens existens in humanis procuratorio etiàm titulo Caroli sui Fratris tradiderit quædam Bona in solutum, quodque nonnulli Census communi vtriusque nomine impositi enunciarentur, quodquè demùm pòst obitum Alexandri fratris tàm Fideicommittentis, quàm Caroli, ipsemèt Fideicommittens, copulato paritèr nomine Caroli, confecerit Inuentarium; quapropter, iuncta consideratione, quòd omnes ab eodē Genitore prouueniebant, & ab extrà nulla deducebatur iustificatio secutæ diuisionis, iuridica, nimiùmque perstringens emergeret præsumptio, quod Bona descripta in prædicto Inuentario tamquàm hæreditaria Fideicommittentis, reuerâ forent communia, dùm filij, maximè perspectis prædictis alijs actibus, & circumstantijs, nusquàm præsumuntur habere alia Bona, quàm paterna, ac diuisio debet sempèr ab allegante demonstrari, secundùm affirmata in prima propositione per *Michalor. de Fratrib. part.* 2. *cap* 4. *num.* 7., *Ciarlin. controu.* 16. *num.* 23., *Ios. De Rosa consultat.* 8. *num.* 30. & *duobus seqq.*, *Rot. decis.* 27. *num.* 18. *part.* 17. *Recent.*, & *in Romana Societatis* 9. *Decembris* 1693. §. *Similitèr*, *coram Reuerendiss. D. meo Decano* (nempè *coram Molines decis.* 295. *num.* 5.) & in secunda per *De Rosa dicta consult.* 8. *num.* 15., *Capon. discept.* 394. *num.* 26., & habetur *in tract. de Commerc.*, & *Mercat. disc.* 49. *num.* 4., & *in decis.* 324. *num.* 6. & 7. *part.* 12. *Recent.*

7

8

Siquidèm inanis nimiùm apparuit huiusmodi discursus; quoniàm omnes illationes, vèl coniecturæ valuissent forsàn ad lancem disputationis appendi, quotiescumquè non adfuisset de medio prænominata cubitalis agnitio, & confessio Virginiæ, ad quam sanè confligendam non meræ possibilitates, seù ratiocinationes audiuntur, sed requiritur palpabile documentum erroris, qui ex opposito nequeat à simplici possibilitate in contrarium excludi, vt est euulgatum, & inquit *Card. De Luca de fideicomm. disc.* 194. *num.* 5., *modern. De Angel. de Confess. lib.* 3. *quæst.* 20.

9

quæst.20.num.35.Rot.decis.365.num.2. & 3. coram Millino, decis. 373. num. 2., & decis.394. num.12. part. 15. Rec., decis. 236. num. 4., & decis. 323. num. 11. coram Priolo.

Recompilando etenim præcitatas illationes, quòd Bona præsumantur paterna potiùs, quàm propria, quodquè diuisio, veluti quid facti, veniat ostendenda, vtiquè locum sibi vindicant in suis terminis, quandò scilicèt non intercederet confessio in op-
10 positum, quæ tàm præpotens est, & fortis, vt æquiparetur publico Instrumento; & rei iudicatæ supèr secuta diuisione, ac supèr acquisitione de proprio (quòad Bona descripta) facta per Fideicommittentem, ex congestis per præcitatum *De Angel. de Confess. lib.1. quæst.1. num.16., & quæst.7. effect.19. num.4. & 5., Rot. decis.236. num. 1. coram Celso, decis.54. num. 8. part.7., decis.267. num.8. part.8., & decis.335. num.1. part.12. Recent.*

Proniùs autèm, quià præcitati actus prò inutili fulcimento præsumptionum Iuris, de quibus proximè, circumlati per Constantiam, ad summum præseferre potuissent vèl communionem Bonorum Alexandri fratris, vèl consimilem Societatem arguere quòad Bona sita in Territorio Anconitano, dùm impositio Censuum vagè nimiùm, & indefinitè enunciabatur, & datio in so-
11 lutum huiuscemodi Bona dumtaxàt Anconitana percutiebat, absquè eo, quòd tamèn ab hac particulari communione teneret consequentia vniuersalioris, siuè vniuersalis Societatis etiàm quòad Bona manentia in Ducatu Ferrariæ, ad quæ hodierna solùm expostulabatur Immissio, sicùt admonet *Michalor. de Fratrib. part.2.cap.17. n.20.*, & habetur *in tract. de Commerc. & Mercat. disc. 50. num. 14. & 15., Card. De Luca de Credit. disc.161. num.5., & de Iurisdict. disc.76. num. 7., Rot. Lucen. penès Palmam Nep. decis.252. num.9. tom. 3., Rota nostra decis.1383. num.9., & decis.1442. num. 8. & seqq. coram Coccino, & in Romana Cambij 14. Iunij 1684 §. Nèc etiàm, coram bon. mem. Florez.*

Eòque certiùs, quià cùm à præfatis enunciatiuis, & actibus vsquè ad obitum Fideicommittentis præterlapsi apparerent anni circitèr quadraginta, tantum abest, quòd à præmissis æquiuocis illationibus emergeret error clarus, atquè concludens, quin
12 potiùs ad eiusdem erroris infractionem possibile, & probabile esset, ex pòst etiàm quòad Bona particularia celebratam extitisse congruam diuisionem, vèl nouam (quatenùs oporteret) fraternæ virilis factam fuisse acquisitionem ab ipso Fideicommittente, ex his, quæ in simili responderunt *Menoch. consil. 401. num.45. lib.5., Cyriac. contron. 387. num. 14., Mans. consult. 343. num. 32., Rota decis. 38. num. 2., & decis.592. num.27. part.5., decis.128. num.13. part.6., & decis.206. num.11. part.12. Recentior.*, & in terminis arguunt *Palma Nep. allegat.357. sub num.6., & seqq, Rot. decis.318. num. 9. coram Celso, & decis. 220. num.27., & 28. coram Bichio.*

Et ob id opus non erat retexere alium, quantumuìs validum, & apparentem titulum huius acquisitionis obtentæ per eumdem Fideicommittentem circà hanc ratam Caroli Fratris, nempè Statutum, quòd
13 Ferrariæ viget, exclusiuum filiarum fœminarum fauore etiàm Patrui, quemadmodùm liquet ex particulæ contextu relat. per *Card. De Luca de Statut. success. in particul. Statut.70. per tot., Pigant. ad idem Statut. lib.2. tit. de success. ab intestat. cap.139. num.6., Bonden. collect. legal.34. num.117. lib. 1. & collect. 13. num. 32. lib. 2., Rot. decis. 364. num.19. part.5. Recent.*

Et nihilominùs etsi per Constantiam exhiberetur schedula quædam Testamentaria Caroli cessare faciens successionem Statutariam ab intestato, ac prætenderetur, manum Testantis mediante comparatione fuisse confrontatam, ac diiudicatam per Peritos, adhùc titulus præmissus minimè ad hodiernum effectum remansisset interuersus; cùm etenim ex parte Petri Antonij aduersùs hanc comparationem acritèr opponeretur, illam non fuisse sufficientèr elicitam à charactere ipsius Caroli indubitato, sed à quodam fallaci ordine Banchario pòst pendentiam litis allegato vnàcum eadem charta Testamentaria, quæ vlteriùs vsquedùm, per spatium annorum sexaginta, nullum sortita fuerit effectum, profectò exceptio hæc effugere non poterat notam
14 altioris indaginis, quæ sempèr reijcitur ad petitorium, ac negligitur in merè possessorijs Iudicijs Immissionum, *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.2. cas.12. num.2., Rot. decis.411. num.4. par. 16., decis. 613. num.1. par.18., decis.220. num.9. par. 19. recent., decis.297. num.12. coràm Bichio, decis.865. num. vnic., & decis. 938. num. 10. coràm Emerix iun., & in Romana Immissionis 5. Maij 1698. §. Non obstat, coràm R. P. D. meo Muto.*

Parùm adiuuantibus Constantiam quibusdam actibus, & enunciatiuis, per quas videbatur Fideicommittens quodammodò agnouisse Virginiam pro hærede Caroli, & à quibus proindè fomentum recipere dicebatur supradicta charta Testamentaria: quidquid enim foret de releuantia præfatorum actuum, quos neutiquàm docebatur effectum positiuum extitisse sortitos, adhùc truncabatur (tàm retentâ telâ Iudicij possessorij, quàm efficaciâ prænominatæ confessio-

fessionis ipsius Virginiæ) quælibet hæsitatio per eamdemmèt Territoriorum distinctionem superiùs insinuatam, nàm ad summum Virginia fortasse valuit reputari, & agnosci hæres per Fideicommittentem respectu Bonorum stantium in Districtu Anconitano, nusquàm verò quòad Bona iacentia in Ducatu Ferrariæ, & seorsìm obnoxia Statuto fœminarum exclusiuo, ex ea patrimoniorum duplicatione, quæ etiàm
15 in homine pagano passim hodiè consideratur, & admittitur, vbì Bona sita reperiantur sub diuersis Territorijs, & Iurisdictionibus, quo casu tot censentur esse hæreditates, quot existunt Iurisdictiones, & Territoria, pròut etiàm benè responsum fuit in *Decisione diei 12. Decembris 1698. §. Nequè turbat, coràm Reuerendiss. D. meo Decano (dicta decis. 581. num. 16.)* & exornant *Brun. de Statut. exclus. femin. artic. 8. numer. 125., Vasquez de Success. tom. 2. lib. 2. §. 13. par. 1. num. 13., Corn. consil. 202. n. 10. lib. 2., Palma Nep. penès Mans. consult. 677. num. 5. & 7., Rota decis. 167. num. 12. pòst Torr. de pact. fut. success., dec. 8. n. 28. & seqq.* & signantèr *num. 31. coràm Cerro, & decis. 355. num. 11. per tot. coràm Royas, & decis. 1090. num. 9. cor. Emerix iun.*

Maximè, ac fermè ad euidentiam, dùm de tempore, quo præcitati actus, & implicitæ agnitiones Fideicommittentis prodijsse supponebantur, non fuerat per vmbram allata, seù comperta prænominata chartula Testamenti, sicquè citrà scrupulum eædem agnitiones, actusuè ad omne peius referendæ erant ad Bona Anconitana,
16 ad quæ porrigi non poterat Statutum Ferrariæ; impossibile quippè est, vllum actum in se cęteroquin æquiuocum, referri ad ignorata, & incognita, Teste *modern. Foroliuien. ad consil. Ramon. 99. num. 45., Gratian. discept. forens. cap. 763. num. 8., ibiquè Carol. Ant. De Luca num. 5., Marant. respons. 37. num. 54. part. 4., & respons. 23. num. 69. & 70. par. 5., Mans. consult. 542. num. 27., Actolin. resol. 111. n. 58.*

Expergefacta ex hucusquè insinuatis Constantia serò nimìs in hodierna Audientia satagebat regredi ad principium, & cardinem colluctationis, vtpotè denuò tentans impugnare memoratam descriptionem, ac confessionem Virginiæ ipsius Matris sub prætextu, quòd Inuentarium fuerit exaratum per organum Procuratoris in præsentia Leonardi in fideicommisso Petri sen. immediatè substituti, quodquè in omnem casum sub eodem Inuentario legeretur adiecta salutaris præseruatiua aduersùs apposita, & non apponenda. Verùm respectu prædictę Clausulæ sempèr obiectio reincidebat in idem, ex vna etenim parte describere, & fateri, quòd Bona, de quibus agitur, forent hæreditaria Fideicommittentis, & ex altera protestari = *senza pregiudizio delle ragioni à detta Signora competenti per titoli, e cause nell' Eredità sudetta, e per le cause di essa*, facili compatibilitate conciliabantur, nimirùm, quòd eadem præseruatio, seù protestatio satìs fuisset, & in præsenti esset, quotiescumquè Comitissa edoceret (saltèm ad præsens) habuisse, vèl habere titulum aliquem, vèl cau-
17 sam exercibilem *nell'Eredità sudetta*, aliàs quippè omnis præseruatio, seù protestatio remanet sterilis, & infructuosa, ac de sui natura nihil facit, aùt ponit in esse, per ea, quæ tradunt *Giouagnon. cons. 27. n. 2. lib. 1., Palma Nep. alleg. 110. num. 14., & plurib. seqq., Mans. consult. 422. num. 5., Rot. lanuen. decis. 5. num. 6. ad med., Rot. nostra decis. 202. num. 6. par. 4., & decis. 100. n. 17. & 19. par. 10. recent.*

In ordine autèm ad Inuentarij confectionem expletam per medium Procuratoris, tarda non minùs apparuit obiectatio, dùm Virginia numquàm ab eodem Inuentario reclamauit, nullumque de nouo compilauit, quìn potiùs ad illius limites, tamquàm primo loco vocata, & grauata, pacificè gauisa est hæreditate Fideicommittentis; ac propterea durissimum emicabat, quòd Constantia hæres pòst pacificam acquiescentiam Auctricis, & pòst annos ferè viginti refricaret in controuersiam actum ab eius Auctrice volitum, & approbatum, quandò de reliquo, non apparen-
18 te vlla læsione, aùt alio vitio nullitatis, actus à Procuratore gestus sempèr Mandanti tribuitur, ac si foret per semetipsum exaratus, *vulg. leg. certè, §. Si Procurator, ff. de precar., leg. Procurator, ff. de dol. mal. except., Cyriac. contr. 151. num. 6., Rot. decis. 557. num. 3. in fin. part. 3., & decis. 154. num. 4. 5. & 6. cum seqq. part. 8. recent., & decis. 111. num. 10. coràm sa. me. Innocent. X.*

Ponderando præsertìm, quòd Virginia non fuit adeò imbecillis, vt quæ ab eius Procuratore gerebantur, cęca fide ratificaret. Cùm etenìm quædam Bona fuissent locata pariformitèr per organum Procuratoris sub expressione, quòd forent hæreditaria Fideicommittentis, Virginia statìm insurrexit obstrependo, ac reprobando hanc suppositionem, seù narratiuam, *Summario num. 14.*, quià in rei veritate non erant talia, nequè tamquàm fideicommissaria fuerant in præsenti Inuentario connotata; quapropter vltrà validam vim discretiuæ exindè insurgentem, applicaban-
19 tur illa, quæ dicuntur in proposito sollicìti Creditoris apùd *Mascard. de probat. concl. 1318. num. 26., Menoch. cons. 121. num. 8., Paris. cons. 83. num. 29. vol. 1.*, Cy-

Cyriac. contr. 280. *num.* 7., *Surd. decis.* 105.
num. 3., *Afflict. decis.* 13. *num.* 19., *Mart.*
Medic. decis. Senen. 84. *n.* 4.

Atquè ex his descendentes *Domini* ad se-
cundam Bonorum classem in separato re-
scripto Signaturæ Iustitiæ contentam, vi-
delicèt = *de appellatione*, quod non ex alia
ratione diuersimodè emanauerat, nisi quià
20 cum præsupposito, quòd Ius Canonicum
deferat appellationi etiàm in Iudicijs pos-
sessorijs, ex *Clement. vnic. de sequestrat.*
possess. & fruct., *gloss. in cap. ad Sedem, verb.*
interdictum, de restit. spoliat. ad differentiam
21 alterius Iuris ciuilis in *leg. vnic. Cod. de*
moment. possess. hoc Iure in substantia vti-
mur, quòd superuenta celebris Constitu-
22 tio Ægidiana (ità nuncupata *ab Ægidio*
Cardinali Carillo Albernotio, qui Vica-
riam Papæ, tùnc residentis in Statu Aue-
nionen., Romæ, & in Italica Ecclesiasti-
ca Ditione exantlauit) minimè ex caren-
tia potestatis Auctori suo non delegatæ
23 comprahenderet res, & Bona, ac perso-
nas Ecclesiasticas, & idcircò species hæc
Bonorum emphyteuticorum Ecclesiæ sub-
iaceret ordinariæ appellabilitati, iuxtà anti-
quam opinionem *Rot. in Hortana SS. Tri-*
nitatis 7. *Iunij* 1553. *coràm bon. mem. Ru-*
beo relatam per *Honded. cons.* 20. *per tot.*
lib. 2., *Ridolphin. in prax. part.* 2. *cap.* 6.
num. 157., *Adden. ad Gregor. decis.* 260.
num. 17., *Rot. decis.* 296. *num.* 11. & 12.
apud Posth. de manut., *decis.* 258. *num.* 1., &
decis. 274. *num.* 6. *coràm Bichio*.

Incontinenti paritèr adinuenerunt, quòd
præcisiuè ab huiusmodi formalitate, ob
quam peculiare Dubium cumulaueram, *an*
Sententia Rotalis esset confirmanda, omnia
præmissa, ac definita in præcedenti Bono-
rum classe, identificè adaptabantur etiàm
huic speciei; non enìm eadem Bona, etsì
promanantia à concessione Ecclesiæ, par-
ticularitèr spectare poterant ad Virginiam,
vèl Constantiam ex vi alicuius pactionatæ
prouidentiæ, cùm forent simplicitèr con-
cessa Francisco, Carolo, ac Fideicommit-
tenti in solidùm prò se, eorumque hæredi-
24 bus indefinitè, quinimò tamquàm purè
allodialia, ac hæreditaria, & minimè pa-
ctionata censenda vlteriùs erant vigore
generalis ordinationis in Statu Ferrarien.
salubritèr editę per sa: me: Bonifacium VIII.,
& Paulum V. reducentis huiusmodi Bona,
etsi emphyteutica, ad purum allodium,
vt pluriès etiàm dixit *Rot. decis.* 254. *nu.* 5.
coràm Durano, *decis.* 319. *num.* 1. & *seq.*,
& *decis.* 371. *num.* 3. & 15. *part.* 16. *recent.*
decis. 130. *num.* 7., & *decis.* 951. *num.* 3. *co-*
ràm Emerix iun., & *in Ferrarien.*, *seù*
Imolen. Bonorum 26. *Martij* 1700. §. *Re-*
colligendo, *coràm Me* (suprà *decis.* 140.
num. 11.)

Cùm igitùr Bona hæc emphyteutica non
differrent à reliquis Bonis indifferentibus, ac
pariformitèr descripta legerentur in præci-
tato Inuentario tamquàm hæreditaria, &
fideicommissaria Petri sen., in planam re-
25 sultabat consequentiam, quòd idem ius su-
periùs in cęteris efformatum æquè comple-
cteretur hæc prorsùs similitudinaria, ac
fraternizantia Bona, ad *Text. in leg. iàm hoc*
Iure, *ff. de vulgar.*, & *pupillar.*, *Alex.*
cons. 17. *n.* 3 *lib.* 3., *Roman. cons.* 129. *n.* 3.,
Bero: cons. 27. *num.* 3. *lib.* 1., *Valenzuel.*
cons. 172. *num* 28. *lib.* 2., *Cephal. cons.* 257.
num. 17. & *seq.*, *Rot. decis.* 156. *num.* 9.
& 13. *coràm sa. me. Innocent. X.*, & *de-*
cis. 1166. *num.* 4., & *decis.* 1237. *num.* 7.
coràm Emerix iun.

Remanebat tertia Bonorum species so-
lummodò respiciens tria corpora compel-
lata = *le Terre delle Lougagne*, *Terreno dello*
Stradone, *e la Possessione della Colombara*,
supèr quibus seiunctim quoquè Signatura
rescripserat = *conflito, quòd sit locus Ægydia-*
næ; cùm etenim Prælatus Iudex primæ In-
stantiæ huiusmodi tria corpora reliquerit
indecisa, *Rota* autèm subsequentèr *coràm*
Reuerendiss. D. meo Molines desupèr etiàm
Actori Immissionem indulsisset, hæc vnici-
26 tas Iudicati intèr Laicos, & aliqualis ansa
dubitandi de Iustitia secùm trahebat suspen-
siuam à præfato Tribunali Signaturæ com-
missionem, sicuti importat ex hac ipsa ra-
tione præfata Clausula = *Conflito*, *quòd sit*
locus &c. ex obseruatis per *Venturin. cons.* 5.
num. 2. 5. & 19. *cum seq.*, *Rot. decis.* 189.
num. 1., & *decis.* 825. *num.* 8. *coràm Duno-*
zett. iun., *decis.* 299. *num.* 8 *coràm Priolo*,
& *decis.* 202. *num.* 4. *cor. Emerix iun.*

Horum igitùr respectu acritèr quidèm
exagerabat Constantia, quòd ea demenda
forent omninò ab hæreditate Fideicom-
mittentis, quodquè proindè, non obstan-
te descriptione facta per Virginiam eius
Auctricem sub non dissimili qualitate hæ-
reditaria, adeò perspicuè demonstraretur
patentia erroris, vt foret necesse illa re-
ponere intèr Bona Caroli eius Aui, vèl
Christinæ: ad hunc etenìm effectum re-
censebat in *Summario num.* 4. positiuam
acquisitionem factam ab ipso Carolo, cum
successiua huiusmodi Terrarum, seù Præ-
diorum translatione per viam donationis
in Prosperum, & ab hoc in Christinam,
eodem Summario num. 5., & 6., vndè cùm
Virginia fuerit saltèm hæres Christinæ,
non erant hæc corpora, ad eam diuerso iu-
re spectantia, computanda intèr illa Fidei-
27 commttentis; nusquàm enìm (positiuo
præcepto nòn accedente) Bona propria, si-
uè diuerso hæreditario iure spectantia ad
grauatum, cadunt sub generica iniuncta
restitutione, per *Text. in leg. Lucius Ti-*
tius

tius 78. §. Maritus, vers. quæsitum est, ff. ad
Trebell., ibiquè gloss. verb. sensisse, leg. se-
quens quæstio 70. ff. de legat. 2., Peregrin.
de fideicommiss. artic. 6. num. 11., & 16.,
Cephal. cons. 326. n. 9. & 20., & cons. 516.
num. 11. 12. & 23., Rot. decis. 375. num. 2.
& 3. part. 1. recent., decis. 93. num. 4. cor.
Durano, & decis. 378. num. 2. 3., & 4. cor.
Priolo.

Quid vltrà (superaddebat) ad hanc ve-
ritatem detegendam poterat exoptari?
dùm etsi pro parte Petri Antonij substituti
replicaretur, priorem donationem, à qua
secunda cessio pendebat, non fuisse effe-
ctuatam ob non secutam opportuno tempo-
re acceptationem, series Iudicatorum euin-
cebat oppositum: Christina namquè in con-
tradictorio Iudicio desupèr obtinuerat ma-
28 nutentionem, *dicto Summario num. 17.*
& 18.; cumquè hæc postrema Sententia
transitum fecisset in rem iudicatam, ea-
dem idcircò pro ipsa veritate erat habenda,
vulg. leg. 1. Cod. de re iudicat., leg. latam
Sententiam, Cod. quandò prouoc. non est ne-
cess., Lotther. de re Benef. lib. 3. quæst. 18.
num. 16., Rot. decis. 133. num. 4., decis. 155.
num. 15., & decis. 165. num. 5. & 7. coràm
Priolo, & dec. 104. n. 5. par. 19. recent.

Ast contrà hæc præualuêre responsiones
attributæ per substitutum; Parùm quippè
releuabat, quòd Carolus fortassè ab initio
huiuscemodi corpora acquisiuisset, dùm
deincèps vèl in vim Statuti fœminarum
exclusiui pertinuissent ad Petrum Fidei-
committentem, vèl lubentiùs idem Fidei-
committens eadem corpora à Carolo ni-
miùm probabilitèr recuperauerat, ex quo
postremò tàm ipse Carolus, quàm simulta-
neè Petrus nouam iniuêre donationem fa-
uore prælaudatæ Christinæ: non enim Ca-
29 rolus, quotiès ad se priuatiuè spectassent
hæc corpora, adhibuisset in Condonantem
etiàm illius fratrem, ex deductis ad rem
per *Decian. respons. 97. num. 40. vol. 2., Gra-*
tian. discept. 336. num. 17. & 18., Bonden.
collect. legal. 16. num. 8. tom. 2., Rot. dec. 68.
num. 10. par. 8. Recent., & decis. 688. n. 2.
& 3. cor. fa. me. Innoc. X.

Cœterùm quòd de facto ipsa corpora non
solùm simultaneè, verùm quoquè penitùs,
& in totum forent de patrimonio Fideicom-
mittentis, vltrà primam expressionem fa-
ctam in Inuentario, etiàm in articulo mor-
tis constituta ad exonerationem propriæ
synderesis iteratò confessa est Virginia, *ho-*
dierno Summario Petri *num. 1.*; Quaprop-
tèr nullatenùs audiri poterat Constantia,
quæ reuoluens antiquos Codices familiares
apùd se permanentes exceptionem hanc
subobscuram, & obsoletam promouebat,
cùm ei nefas esset, tamquàm hæredi, ve-
nire contrà duplicem, & seriam confessio-
30 nem propriæ Auctricis, sicuti, prætèr
superiùs adductos, in specie animaduer-
tunt *Dec. cons. 184. num. 13., & cons. 185.*
num. 12. & 13., Mandell. cons. 382. num. 48.
& 49., Palm. Nep. alleg. 357. num. 15.,
Rot. decis. 200. num. 2. & 3., & decis. 419.
num. 10. coràm Buratto, & decis. 318. nu-
mer. 10. cor. Card. Celso.

Fortiùs veró, & extrà ansam dubitandi,
dùm eadem Virginia, transgrediens confinia
meræ confessionis, pro leuamine propriæ
conscientiæ adeò fuit anxia huius veritatis,
& exonerationis, vt, quatenùs opus esset,
titulo legati, omnique alio meliori modo
subiecerit hæc Prædia fideicommisso per
Petrum sen. ordinato, *Summario num. 1.*
Frustrà enìm quærebatur de efficacia con-
fessionis, quandò hæc transiuerat etiàm in
31 dispositionem actualem, iuxtà illam facul-
tatem, quam Iura tribuunt hæredi volenti
Bona etiàm propria supponere præexistenti
antiquiori fideicommisso, ad terminos
Soccin. iun. cons. 75. num. 9. vsquè ad fin.
lib. 3., Peregrin. de fideicomm. art. 6. n. 14.,
Rot. decis. 1748. num. 1. & 2. coram Coccino,
& dictum fuit in *Romana, seù Reatina fidei-*
commissi 2. Decembris 1697. §. Placuit cum
seqq. coràm R. P. D. meo de la Tremoille, in
alia Romana, seù Reatina fideicommissi de
Vincentiuis 14. Iunij 1697. §. Quouerò ad
alterum, & 28. Aprilis 1698. §. Superiùs,
coràm R. P. D. meo Muto, & 12. Iunij 1699.
§. Quibus tamèn, coràm R. P. D. meo Scotto,
& in Auenionen. Fideicommissi 28. Ianua-
rij 1701. §. Nequè, coram Me (suprà *de-*
cis. 174. num. 9.)

Atquè ob id, positâ hac explicitâ subiuga-
tione Prædiorum fideicommisso, de quo age-
batur, superuacaneum efficiebatur discurre-
re de supradicta effectuatione, vèl ineffectua-
tione donationis expletæ siuè per Carolum,
siuè per vtrumque commodo Alphonsi, aùt
Christinæ, necnòn de vi Iudicatorum tàm in
Iudicio manutentionis, quàm in nouissi-
ma Sententia lata in Partibus supèr reddi-
tione rationis fauore Christinæ: Et nihilo-
minus, quòd eadem, vèl vtraque donatio
fuerit penitùs simulata, & collusiua, in
articulo mortis, vt suprà, declârauerat
Virginia; Iudicata verò tàm in Iudicio
manutentionis, quàm in altero redditio-
nis rationis, ruebant mole sua, cùm ma-
nutentio prodierit in sequelam præfati titu-
li donationis, ac possessionis subindè alle-
32 gatæ: quarè cùm ipsa donatio extitisset
per Auctricem Comitissæ declarata insub-
sistens, ac collusiua, nequibat illabente
principio sustineri principiatum, vt in his
terminis tradunt *Farinacc. de simulat. qu. 102.*
num. 32., Palm. Nep. alleg. 3. num. 109.,
Rot. decis. 308. num. 14. par. 5., & dec. 262.
num. 12. par. 11. Recent.

Sententia tandèm lata in Iudicio redditionis rationis æquo paritèr passu clandicabat, dùm pronunciata apparebat nequè auditis, nequè citatis Creditoribus, ijsdemquè fideicommissarijs, quodquè plus erat, aduersùs protestationem inculcatam à Procura-
33 tore Leonardi tùnc substituti, ideòque, tamquàm euidentèr, & insanabilitèr nulla ex substantialissimo defectu citationis, nusquàm transitum sibi parare valuerat in rem iudicatam, ex his quæ habentur *in tract. de Commerc.*, *& Mercat. discurs. 92. num. 30.*, *Rot. decis. 219. num. 1. par. 16.*, *decis. 185. num. 6. par. 19. Recent.*, *& decis. 43. num. 2. pòst Bonden. collect. legal. tom. 1.*

Perperàm antèm ad labefactandam vim huius declarationis, & respectiuè subiugationis editæ per Virginiam, auolabat Constantia ad asylum controuertendæ quodammodò identitatis Bonorum, seù corporum compræhensorum sub declaratione, & dispositione prædicta respectiuè ad corpora, quæ hodiè per substitutum expetebantur, asserens, priora contineri intrà circumdarium Bonorum nuncupatorum = *le bonificazioni di Zelo*, hæc verò permanere in regione, seù Territorio appellato = *Massa superiore* = hactenùs distante non parùm à præcitatis bonificationibus, iuxtà dicta Testium datorum *in Summario* eiusdem Constantiæ *num. 11.* quodquè propterea deficien-
34 te identitate deficeret extremum essentialissimum Immissionis, ex passim collectis per *Rot. decis. 1137. num. 1. & 2. coram Seraphino*, *decis. 2137. num. 1. coram Coccino*, *decis. 19. num. 1. coram Arguelles*, *decis. 170. num. 14. coram Celso*, *& decis. 306. num. 5. coram Cerro*.

Vltrà enim responsiones opportunè attributas in *Decisione diei 27. Nouembris 1699. §. Absquè eo, & seq. coram Reuerendiss. D. meo Decano* (*dicta decis. 641. num. 7. & seqq.*) fallacia obiectionis consistebat in eo, quòd præfati Testes fuerunt nuperrimè examinati, vndè non immeritò per probabilem immutationem Iurisdictionum, seù Territoriorum potuerat opinari, quòd hæc corpora, vtpotè ad præsens iacentia in Territorio *Massæ superioris*, distinguerentur à Locis adhùc retinentibus nuncupationem bonificationum *di Zelo*, sed hoc minimè (vtì necesse foret) concludebat, quòd tàm de tempore insinuatæ donationis, quàm de tempore declarationis, ac dispositionis exaratæ per Virginiam, hæc eadem identifica corpora non starent sub latiori vocabulo
35 prædictarum bonificationum *di Zelo*, quòd exuberat ad finem identitatis, & consecutiuæ Immissionis, vt in hismèt terminis ex *Cephal. cons. 144. num. 22.*, *Rot. decis. 295. num. 9. & 10. part. 14 Rec.* fuit dictum in *Aquinaten. Fideicommissi 1. Iunij 1699. §. Palpato igitùr, & seq. coram Me* (*decis. 92. num. 4. tom. 1.*)

Atquè in manifestationem huius veritatis concurrebat argumentum insuperabile, quià nedùm non docebatur, siuè Alphonsum, siuè Christinam donatarios tùnc possedisse alia Bona extrà memoratam bonificationem, verùm quoquè Testes magìs de proximo examinati fauore Christinæ, cuius (vt præmisimus) fuit hæres Virginia, positiuè, discurrendo de controuersis corporibus, illa reponunt intèr adiacentias prælaudatæ bonificationis *di Zelo*, *Summario* Constantiæ *num. 8.*; Vndè nequibat ampliùs Constantia, & adiuuari modernioribus pen-
36 dente lite deductis testificationibus, & respuere illas iustificationes, per quas Christina manutentionem obtinuerat, & Virginia adepta fuerat beneficium eiusdem manutentionis, per regulam, de qua *Bartol. in leg. Aurelius*, *§. Itèm*, *ff. de liberat. legat.*, *Rot. decis. 167. num. 17. part. 1.*, *decis. 158. num. 5. part. 2.*, *decis. 57. num. 7.*, *& decis 541. num. 17. part. 18. Recent.*

Sublatis itaquè à primo ad vltimum cunctis exceptionibus singillaritèr respicientibus tripartitam disputationem à Me propositam ad normam prædictorum rescriptorum Signaturæ Iustitiæ, subsidiariè, & quodammodò desperato loco opposuit Constantia aduersùs Bona in vniuersum multiplicem cateruam creditorum, seù detractionum accidentalium, (quià de legalibus nulla suberat quæstio) nempè detractionem Dotis Baptistæ Vxoris Caroli eius Aui, necnòn Christinæ eiusdem Amitæ magnæ, ac etiàm creditum alimentorum, quæ memorata Christina Virginiæ nepti præstiterat, & finalitèr recuperationem expensarum, quas ipsa Constantia subiuerat in defendenda hæreditate ergà illos de Bresaulis, vtì liquebat ex *Decisionibus* editis in *Ferrarien. Bonorum supèr Immissione 22. Iunij 1695.*, *& 20. Februarij 1696. coram bon. mem. Vrsino*, ac in altera, nempè *supèr Fructibus 8. Februarij 1700.*, & altera *supèr Excessu 21. Iunij eiusdem anni*, *coram Me* (suprà *decis. 132.*, *& 158.*)

Sed visum in primis est *Dominis*, quòd eædem prætensiones iàm forent sufficientissimè à suis fundamentis diuulsæ in præcedenti Instantia *coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano*, & signantèr *in Decisione edita 12. Decembris 1698. §. Vindicata*, *& seq.*, & in alia *27. Nouembris 1699. §. Ex qua ratione vsquè in fin.* (*dicta decis. 581. ex num. 17.*, *& dicta decis. 641. ex num. 14.*) quodquè si illarum aliqua vèl in parte, vèl in totum per hodiernas iustificationes reuiuiscere valuisset, sempèr remansisset aùt
37 penitùs suffocata, aùt nimìs turbida effecta ad impediendam Immissionem ex longæua

gæua perceptione fructuum facta per Constantiam à die motæ præsentis litis,quemadmodùm in his circumstantijs quotidiè respondit *Rot. decis.782. num.24. coram Cerro, decis.32. num.13., decis.294. num.10., & decis.341. num. 13. coram Priolo, in Bononien. Primogenituræ de Paleottis 11. Ianuarij 1700. §. Eòque faciliùs, coram R. P. D. meo Scotto, & in Reatina Fideicommissi 22. Martij eiusdem anni §. final. coram Me* (suprà *decis.139. num.43.*)

Solumuè, nè aliquo modo pigêre videretur denuò illas perpendere, ac discriminatim rimari, incipientes ab vltima prætensione expensarum, meritò censuerunt, nullam de eis habendam esse rationem,cùm lis intentata, seù attentata aduersùs Brasaulos foret iniusta, vndè conuenientiùs
38 expediret hæreditati,& fideicommisso præuenire euictionem, vt aliàs laudauit *Rota in Bononien. liberationis à molestijs 2. Iulij 1700. §. Circà validitatem, coram Me* (suprà *decis.166.num.2.*)aliàs namquè simi-
39 les expensæ per temerè contendentem diffusæ, reficiendæ non sunt, *Bald., & Angel. in leg. final. §. In computatione, Cod. de Iur. deliber., Peregrin. de fideicomm. art.50. num.21., Marzar. eod. tract. quæst. 17. per tot., Petr. eod. tract. quæst. 15. num. 240., Fusar. de substit. quæst.670. num.8. & seq., Rot. Lucen. collect. per Palm. Nep. decis.46. num.47. & 49. lib.1., Rot. nostra decis.925. num.4. & 5. coram Seraphin.*

Circà verò Dotem Baptistæ Matris Virginiæ, pro cuius restitutione ad exonerationem Caroli Mariti, & respectiuè fratris
40 fideiusserat Petrus sen. Fideicommittens, iàm nullibì apparebat de numeratione huius Dotis, quæ consequentèr restituenda esset siuè per fideiussorem, siuè per Carolum debitorem principalem, vt iàm respondit *Decisio diei 27. Nouembris 1699. §. simi-
41 liter, coram Reuerendiss. Decano* (*dicta decis.641. num.16.*) & quandò etiàm ratione neglectæ exactionis potuisset de proprio Carolus teneri, iuxtà responsum *Vlpian. in leg. Si extraneus 34. ff. de Iur. dot., Rot. decis.43. num.1. coram Vbaldo,decis.86.num.6. coram Cerro, decis.63. num. 7. pòst Merlin. de pignor., decis.203. num.6. pòst Zacch. de obligat. Cameral., & decis.3. num.16. pòst Salgad. in Labyrinth. Credit.*

Durum profectò erat prosequi ex hoc ca-
42 pite Bona fideiussoris,qui solùm obstrictus esse videbatur prò conseruatione, & restitutione Dotis, quatenùs extitisset per Carolum principalem debitorem exacta: Maximè non iustificata per Christinam idoneitate promittentium, ac exigibilitate ordinum destinatorum,aliàs quippè sinè positiua
43 negligentia Viri, nèc ipse, multòque minùs illius fideiussor poterat onerari restitutione rei non acceptæ, vt in ipsomèt principali debitore ratione exactionis facien. communitèr limitarunt *Excobar. de ratiocin. cap.19. num.21., Salgad. in Labyrinth. Credit. part.3. cap. 11. num. 104., Gratian. discept. forens.125. num.1., Pegas. variar. resolut. cap.3. num.687. & 795. cum seq, Rot. decis.189. num.9. cor. Royas, decis.926. num.2. coram Dunozet. iun., decis.559. num.9. coram Cerro, decis.2. num.9. & seq. part.14., & decis.260. num.5. part.16. recent., in Romana Multiplicorum 3. Aprilis 1699. §. In specie verò, & 25. Iunij 1700. §. Et quoniàm, coram Reuerendiss. D. meo Decano* (aliàs *coram Molines decis.607. num.6., & decis.692. num.5. & 6.*) & in proposito fideiussoris conferunt tradita per *Mangil. de euict. quæst. 112. num. 8., Menoch. cons. 246. num. 10, Bero: cons. 193. num. 45. lib. 1., Valenzuel. cons.158. num.7., Noguerol. alleg.31. num.4., Card. De Luca de Dot. disc.86. sub num.2., Rot. decis.131. num.2. 3. & 4., decis. 230. num.17. & 18., & decis.369. num.5. & 6. part.16. recent.*

Eiusdemquè inutilitatis notâ vrebatur altera Dos Christinæ Amitæ,cùm illius nequè principalitèr, nequè fideiussoriè Fideicommittens debitor reputari posset, cùmque è conuersò hæres in proprietate extitisset Virginia,in vsufructu autèm dumtaxàt idem Fideicommittens, de plano succedebat, quòd hæreditas Fideicommittentis foret prorsùs immunis ab hoc debito, nisi demonstraretur, Dotem hanc remansisse in tota proprietate penès ipsum Fideicommittentem:
44 ex causa quippè solius vsusfructus numquàm quis obstringitur ad soluenda debita sortem concernentia, sed vix in suis casibus ad annuas responsiones, & onera Bonis infixa, vt tradunt *Roland. cons.8. ex num. 5. lib.2., Mindan. consult. Saxon. lib.1. quæst.109. num.4. & seq., Thomat. decis.106. num.1.* cum alijs per *Rot. in Romana Pecuniaria 5. Iunij 1699. §. Nitebantur, coram Me* (*decis.93. num.2. & 3. tom.1.*)

Insubsistens proindè effulsit etiàm creditum librarum 20781., quas deberi Christinæ, ob alimenta præstita Virginiæ, Constantia conclamabat; Cùm enim Virginia, tamquàm alita, dici mereretur, & esset
45 debitrix principalis, confundere procùl dubiò compellebatur in semetipsam actionem, & passionem huius crediti, ex quo insimùl erat hæres Christinæ, ex notissimis Iuribus, de quibus penès *modern. Buxetan. de confus. Iur. cap. 6. num. 15. & per tot., & cap. 17. num.41*, & habetur in *tract. de Commerc. & Mercat. disc.37. num.18., Rot. decis.169. num.46. part. 17., & decis. 629. num.17. part.18. rec.*

Nullo autèm pacto vrgeri poterat Fideicommittens, qui tamquàm Patruus obligari ne-

ri nequibat ad præstationem huiusmodi alimentorum, dùm ipsa Christina eumdem Fideicommittentem in vita minimè pulsa-
46 uit, & dùm Virginia fuerat hæres in Bonis Anconitanis Caroli Patris primariò, & vnicè obnoxijs huic oneri filiam alendi, ad *Text. in leg. final. Cod. de Dot. promiss., leg. Qui liberam, ff. de rit. nupt., Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 5. gloss. 3. in princip., Boss. de Dot cap. 5. num. 1. & seq., Pascal. de patr. potest. part. 2. cap. 7. num. 17., Rota decis. 146. num. 11. & seqq. part. 6., & decis. 125. num. 12. part. 10. recent.*

Præcipuè, quià ad effectum diuexandi Patruum facienda erat excussio eorumdem Bonorum Anconæ, & ostendi oportebat, quòd eadem Bona non sufficerent ad honestam necessitatem sustentationis Virginiæ,
47 in quo etiàm casu ipsa quoquè Christina, tamquàm æquè Amita, extitisset obligata pro medietate, secundùm ea, quæ tradiderunt *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 18. num. 1. & 6., Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 2. §. 1. sub num. 73., Marcabrun. ab Anguill. cons. 110. num. 62.* alijque plena manu congesti per *Rot. in illa celebri Romana Alimentorum coram Dunoz. iun. intèr suas decis. 449. repetit. intèr recent. part. 7. decis. 194.*

Detectâ igitùr ex præmissis irreleuantiâ huiusmodi deductionum, vanum reddebatur ampliùs discurrere, si per Sententiam, quam ad sui fauorem in Partibus pronunciatam asserebat Constantia in memorato Iudicio redditionis rationis, illa coruscabat declarata creditrix scut. 7924.; Quoniàm, vltrà insanabilem nullitatem huius Iudicati ex defectu citationis Creditorum, ac fideicommissariorum, eo etiàm ipso, quòd in hodierna Audientia minùs habentes inuentæ sunt addctæ prætensiones, à quibus præfatum creditum scut: 7924. pró
48 maiori parte conflabatur, eccè, quòd nullitati superaccedebat iniustitia, quæ facit, vt Sententiæ in nihilo attendantur, nusquamuè ob id transire valeant in rem iudicatam, per *Text. & DD. in leg. 4. §. Condemnatum, ff. de re iudicat., Capon. discept. forens. cap. 233. num. 33., Rot. decis. 381. num. 13., & decis. 1123. num. 6. coram Seraphino, & decis. 205. num. 1. part. 15. recent.*

Et ità ad abundantiam insimùl, ac minutatìm, *Domini*, singula capita, singulasque exceptiones maturè, & patientèr allibrando resoluerunt, vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

AD *num. 39.*, vbi firmatur, quòd hæredi grauato non sunt bonificandæ expensæ per ipsum erogatæ in aliqua lite iniusta, quam perperàm promouit, aùt sustinuit, addi potest exemplum Tutoris, qui
49 paritèr in redditione rationis nequit se constituere creditorem pro eo, quod impendidit in aliqua lite calumniosa, vèl aliàs iniusta, nomine Pupilli excitata, aùt obstinatè defensa, sed totum id, quòd desupèr expendisse docet, cedit eius damno, ac præiudicio absquè vlla spe repetitionis aduersùs Pupillum, pròut communi calculo sentiunt *Andr. Barbat. cons. 62. sub num. 7. vers. Secùs si malam causam vol. 2., Schenard. cons. 34. num. 51. lib. 1., Masuer. in prax. tit. 5. de Tut. & Curat. num. 20., Rebuff. ad Constit. Galliæ tom. 1. tit. de Sentent. prouis. art. 3. gloss. 2. num. fin. vers. Et si Causam Ant. Sola ad Constit. Sabaud. tit. de Contumac. gloss. fin. sub num. 4. vers. Sicùt si litem, pag. 391., Christinæ: ad Consuetud. Mechlin. tit. 19. art. 25. num. 7., Moleguan. alterc. legal. 91. num. 28., Carol. Petra supèr Rit. M. Cur. 297. num. 59., Constantin. ad Statut. Vrb. tom. 2. annot. 59. num. 292. & seq., Castill. decis. Sicil. 52. num. 4. lib. 1., Fontanell. decis. Cathal. 98. num. 15.*, & fuit plenè decisum per *Rot. in Nullius, seu Sublacen. Donationis supèr expensis 15. Februarij 1717. §. fin. ad med., & 18. Iunij subsequentis §. Verùm, coram Illustriss. D. Corio Vrbis Gubernatore*, quam-
50 uìs posteà contrarium in eadem Causa fuerit resolutum, eo quia *Sacrum Auditorium* ex peculiaribus facti circumstantijs ex parte Tutricis meliùs dilucidatis in comperto habuit, quòd eadem Tutrix non temerè, & calumniosè, sed iustis de causis, & bona fide litem nomine Pupilli sustinuerat, vt videre est in *decis. 1050. ex num. 8. vsquè ad fin. coram Lancetta.*

A. Lupardus.

FERRARIEN., SEV ANCONITANA FIDEICOMMISSI SVPER SEQVESTRO.

Ven. 3. Iunij 1701.

ARGVMENTVM.

Decernitur in hac *Decisione* appositio Sequestri supèr fructibus rei controuersæ, eo quià aderat suspicio, quòd difficilis reddi posset Actori illorum recuperatio; E quandò talis sequestratio euitari valeat, necnè mediante cautione.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* = Sinè præiudicio rei iudicatæ = *est præseruatiua executionis.*
2 *Sequestrum est apponendum supèr fructibus rei à succumbente possessæ, quandò ob eius inopiam timeri potest illorum dilapidatio in præiu-*

praeiudicium Actoris, cui sunt debiti à die motæ litis.
Et de ratione, ibid., & num *6.*
Et referuntur plures Doctores, *ac* Sac. Rotæ Decisiones *canonizantes in his terminis appositionem Sequestri*, num.8.
Et tale Sequestrum decerni potest nedùm in gradu appellationis, sed etiàm in principio litis, vbi Reus conuentus sit Forensis, num.9.
3 *Sequestratio fructuum ex dispositione vtriusque Iuris passim decernitur in materia Beneficiali.*
4 *Separatio Bonorum defuncti Debitoris à Bonis hæredis qua ratione fuerit à Iure inducta.*
5 *Liquidatio crediti non est necessariò facienda antè appositionem Sequestri, sed solùm antè consignationem fructuum sequestratorum.*
7 *Sequestrum non tollitur, aùt euitatur, nisi mediante cautione, quæ idcircò illius medicina meritò nuncupatur.*
Et quandò regula hæc non procedat, remissiuè, num.10.

DECISIO CXCVII.

VIctor, vt in altera *Decisione* sub hodierna die latiùs extensa, supplex exorauit Petrus Antonius iun. de Nappis, vt *Domini* dignarentur ipsius indemnitati, & vtilitati eiusdem impetratæ victoriæ consulere, mediante appositione Sequestri supèr Bonis, ad quæ iustè nimis reportauerat Immissionem; precibusque omni æquitati, & Iustitiæ subnixis *Domini* annuerunt.

Exponebat etenim, quòd Comitissa Constautia Rea, quæ bis, & respectiuè tèr succubuerat secùm in iudiciali Palestra, vsquè ad promerendum contrà se supèr nonnullis
1 Bonis rescriptum Signaturæ Iustitiæ præseruatiuum executionis, nimirùm = *sinè praeiudicio rei iudicatæ*, conflictabatur, premebaturque debitis admodùm grauibus, & signantèr cum Brasaulis in summa scutorum 8000. & vltrà, vt in alia *Ferrarien. Bonorum supèr fructibus 8. Februarij, & 21. Iunij 1700. coram Me* (suprà *decis.132., & 159.*) quapropter, cùm ipsa non haberet alium Mundum, aliam Arcam, quàm solitam muliebrem Dotis suæ consistentem in sc.6000., necessarium profectò videbatur,
2 vt interìm affigeretur Sequestrum, nè aliàs, penitùs terminatâ Causâ, frustratus remaneret fructus triumphi consistens adamussim in fructibus ei debitis ab anno 1697., ad prouidè sancita per *Text. in leg. 1. Cod. quand. lic. sin. Iudic. se vindic., in leg. ait Prætor, §. Si debitorem, ff. quæ in fraud. Creditor., in leg. Imperatores in fin. ff. de appellat., & in leg. si cùm Dotem, ff. solut. Matrim.*

Domini itaquè, vt præmisimus, petitionis iustitiam appendentes, sequestrationi in-
3 dulsêre, dum *Sacri Canones*, Iura ciuilia approbando, & imitando, ab hac sequestratione non discedentes, etiàm in materia Beneficiali decreuêre Sequestrum, vt in *Clem. vnic. de sequestr. possess. &c.* & passim practicauit *Sac. Auditorium*, & signantèr *in decis.412. num.1. coram Priolo, decis.520. num.4. & seq. coram Bichio, decis.10. num.12. coram Arguelles, decis.10. per tot. coram san. mem. Gregor. XV., decis. 852. num. 4. coram Merlino, decis. 29. num. 1., & decis.361. num.7. coram Peutingerio, decis.172. num. 5. & 6., decis. 235. num. 4., & decis 692. num. 1. coram Emerix. iun. & in Cracouien. Scholasteriæ supèr Sequestro 9. Februarij 1699. §. Intantùm. coram Me* (*decis.71. §.2. tom.1.*)

Eòque faciliùs, quià pretèr huiusmodi fundamentum inutilitatis victoriæ, ac probabilitèr desperatæ recuperationis fructuum, alia coincidebat rationabilis ponderatio, quòd, dùm præfati Brasauli, reportata iàm assecutione Bonorum prætensorum, in dies exigere procurantes ingens illorum, vt suprà, creditum fructuum consimilium indebitè à Constantia pòst motam litem perceptorum, aliò se conuertere nequàquam valuissent, quàm supèr fructibus percipiendis ab eadem Constantia de Bonis ad ipsum fideicommissarium spectantibus, æquum non erat, quòd eorum satisfactio fieret de effectibus Bonorum ad diuersum Creditorem attinentibus, quandò in longè fortioribus, nè permisceantur iura Creditorum, Iustitia, quæ ius suum vnicuique tribuit, non obstante confusione,
4 quæ fit intèr hæredem, & defunctum, adinuênit, siuè permisit separationes Bonorum eiusdem defuncti, & hæredis, vt ità vnusquisque patrimonium sibi vinculatùm distinctè persequatur, ad *tot. tit. C. & ff. de Bonor. separat.* & expensa per *Ricc. collect.2400., Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap.2. num.526. & seqq., Merlin. de pignor. lib.4. quæst.14. num.4., & quæst.33. per tot., & quæst.39.* paritèr *per tot., Salgad. in labyrint. Creditor. part.1. cap.9. num.4 cum seqq., Altograd. cons.4. num. 15. & seq. lib.1., Decian. respons.11. num.144 lib.1., Marcian. disput. forens. cap.53. num.3., Rot. decis.41. num.2. 3., decis.51., & decis.112., ferè per tot. coram Caualerio, & decis.343. num.1. part.13. rec.*

Quin obesset, adhùc non fuisse secutam præcisam liquidationem fructuum effectiuè debitorum, ac debendorum Actori in præ-
5 senti Iudicio. Sequestrum quippè nihil commune habet cum solutione, ad quam faciendam, imò & petendam, requiritur manifesta certitudo, & in suis casibus iurata

rata ſpecificatio ſummæ, próut liquet penès *Ridolphin. in prax. lib. 1. cap. 6. num. 26.*, *Card. De Luca de Credit. diſc. 148. num. 3.*, *& de Iudic. diſc. 33. num. 38.*, *Rot. deciſ. 143. num. 5. part. 6.*, *deciſ. 137. num. 12. cum ſeq. part. 19. recent.*, *& deciſ. 1192 num 4. coram Emerix iun.*

At quidditas, & efficacia Sequeſtri manet in indefinita aſſecuratione crediti ſuo loco, & tempore rectiùs in quantitate de-
6 monſtrandi, ex iàm prænunciata ratione, nè Creditor iure ſuo, ſibique parta victoriâ ex pòſt defraudetur; vndè idcircò eadem *Iura*, & *Doctores* hac aſſecuratione contenti, præbuêre egreferentibus ſequeſtratio-
7 nem remedium idoneæ cautionis prò eo, quod fuerit ab Iudice ſucceſſiuè liquidatum, ac demandatum, & cautio in hunc modum præſtita idcircò nuncupatur medicina Sequeſtri, ex his, quæ habentur penès *Carocc. de Sequeſtr. part. 4. quæſt. 2. num. 1.*, *Ricc. collect. 2536. in princip.*, *Hering. de fideiuſſ. cap. 15. ſub num. 21. & ſeq.*, *Manſon. de Cauſ. execut. ampliat. 37. num. 35.*, *Reuerendiſſ. Zaul. ad Statut. Fauent. rubric. 46. lib. 3. num. 12.*, *Cancer. de Sequeſtr. & empar. lib. 2. cap. 4. num. 16.*, *Mauſ. conſult. 123. num. 8.*, *& conſult. 275. num. 10. & 11.* habeturque *in tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 92. num. 8. & ſeq.*, *Ludouic. deciſ. Lucen. 51. num. 3. & 4.*

Et ità &c. vtrâque &c.

ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

De Sequeſtro à Iudice in gradu appellationis rationabilitèr concedendo ad inſtantiam Actoris, quotiès adeſt timor,
8 quòd Iudicium ab iſto promotum pró conſequenda re fructifera, eiuſque fructibus à die motæ litis reddi valeat eluſorium, putâ quià (vt in hac *Deciſione*) ſubſit timor dilapidationis, aút conſumptionis eorumdem fructuum, vèl aliàs difficilis cenſeatur illorum recuperatio, agunt *Camill. de Larath. conſ. 81. per tot.*, *Rouit. conſ. 34. ſub num. 8. verſ. Ex quibus lib. 2.*, *Farinac. in Repert. Iudic. quæſt. 54. num. 25.*, *Caſtill. de Alim. cap. 13. num. 23.*, *Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 38. num. 7.*, *& 12.*, *Ricc. collect. 2575. §. 3.*, *Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 14. num. 155.*, *& 161. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 156. num 5.*, *& ſeqq.*, *Thor. vot. deciſ. 90. num. 17. & 18. lib. 1.*, *Ioſ. De Roſa conſult. 5. num. 3.*, iuncto *num. 13.*, *Pacion. alleg. 171. num. 11.*, *Larr. deciſ. Granat. 58. num. 5. & ſeqq.*, *Panimoll. deciſ. 136. ex num. 4. ad 7.* & paſsìm practicè ſeruauit *Rot.*, próut antiquioribus omiſſis patet ex *deciſ. 215. per tot. part. 4. tom. 2. rec.*, *& deciſ. 504. num. 1. cum duob. ſeqq. part. 13.*, *& coram Buratt. deciſ. 654. num. 2.*, *Bich. deciſ. 121. num. 3. & ſeqq.*, *& ex num. 13. vſquè ad fin.*, *Cerr. deciſ. 242. num. 5.*, *in Ianuen. Pecuniaria 12. Octobris 1640. §. 1. & per tot. coram Card. Hieron. Veroſpio m. s.*, *& in Taurinen. Decimarum ſupèr Sequeſtro 27. Aprilis 1668. §. Quidquid enim, coram Calataiù* paritèr *m. s.*, (de quibus meminit *bon. mem. D. meus Anſald. deciſ. 37. num. 62. in fin. tom. 1.* & antè eum *Pacion. dicta alleg. 171. §. Penult.*, *& final.*) *& in Calaguritana*, *ſeù Romana Pecuniaria 23. Februarij 1699.*, *& 25. Iunij 1700.* vtrobiquè *§. fin. coram Mato*.

Quod potiori iure procedit, vbì Reus
9 conuentus ſit Forenſis, nilquè poſſideat in loco Iudicij, eo namquè caſu, nè illud reddatur eluſorium, poteſt faciliùs à Iudice decerni Sequeſtrum nedùm in gradu appellationis, verùm quoquè in ipſomèt litis exordio, vt ampliatiuè ſubdunt *Paz. de Tenut. cap. 10. num. 26.*, *Card. De Luca de Iudic. diſc. 13. ſub num. 12.*, *Gizz. in addit. ad Capyc. Latr. deciſ. 5. num. 8. verſ. Et eò magìs*, *Rot. dicta deciſ. 504. num. 4.*, *& ſeqq. part. 13. rec.*, *& in dicta Ianuen. Pecuniaria coram Veroſpio §. Ea verò cauſa pòſt med.*, *& in dicta Taurinen. Decimarum coram Calataiù §. Sed quidquid ſit*, *& coram Emerix iun. deciſ. 1348. num. 10. & 11.*, *& in Placentina Immiſſionis coram Lancetta deciſ. 793. ex num. 18. vſquè ad fin.*, & in eius confirmatoria *coram Reuerendiſſ. Criſpo deciſ. 322. num. 9.*

Regula autèm adducta in præinſerta *Deciſione D. mei num. 7.*, nimirùm, quòd Se-
10 queſtrum poſſit euitari, vèl tolli mediante cautione, plures patitur limitationes, quas vide apùd *Coraſ. in miſcell. Iur. Ciu. lib. 3. cap. 2. num. 19. & 20.*, *Hering. de fideiuſſ. cap. 15. num. 27. & ſeqq.*, *Maur. eod. tract. ſect. 4. cap. 29. per tot.*, *Adden. ad Buratt. deciſ 595. ſub num. 9. ex verſ. Verùm vſquè ad fin.*, *Io: Bapt. Coſt. de re integr. diſt. 15. num. 15.*, *& 16.*, *Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 14. ex num. 168. ad 184.*, *Pax Iordan. var. elucubr. tom. 3. lib. 14. tit. 15. ex num. 34. ad 38.*, *Baron. de Citat. tom. 2. in addit. ad quæſt. 18. ex num. 56. ad 62.*, *Bonden. collect. 15. ex num. 9. ad 14. lib. 1.*, *Sabell. var. reſol. cap. 95. num. 15. & 16.*, *bo. me. Anſald. in Addit. ad deciſ. 53. num. 6. tom. 1.*, *Rot. deciſ. 13. num 2.*, *& deciſ. 931. num. 2. & 3. coram Coccin.*, *& deciſ. 32. num. 7. intèr impreſſ. per Conſtantin. ad Statut. Vrb. tom. 3.*

A. Lupardus.

TO-

TOLETANA MANVTENTIONIS

Ven. 3. Iunij 1701.

ARGVMENTVM.

In hac Decisione conceditur manutentio cuidam Confraternitati erectæ in Ecclesia Regulari Ordinis S. Dominici in quasi possessione faciendi quamdam Processionem in Feria V Parasceue, non obstante contradictione Parochi territorialis, ac etiàm non obstante, quòd dicta Ecclesia Regularis subiecta reperiretur Interdicto Ecclesiastico ob denegatam paritionem Executorialibus Rotalibus, quas idem Parochus reportauerat aduersùs ipsos PP. Dominicanos prætendentes exercere iura Parochialia in dicta eorum Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *In Iudicio manutentionis attenditur merum factum vltimi status possessionis.*
2 *Possessio ad effectum manutentionis iustificatur leuioribus probationibus, ac etiàm Testibus informitèr examinatis.*
3 *Possessio regulatur ad limites suæ causæ præexistentis, & operatur dumtaxàt rebus in eodem statu permanentibus.*
4 *Titulus precarius excludit, quod quis proprio iure, & nomine possideat.*
5 *Res iudicata intèr alios non afficit* Tertium *in eo Iudicio minimè citatum.*
6 *Tertius veniens ad Causam pòst factam executionem nequit intentare Iudicium summarijssimum manutentionis supèr re executata.*
Maximè, si agatur de executione consumata vigore rei iudicatæ, quamuis intèr alios emanatæ, n.7.
8 *Res iudicata non obstat, nisi concurrat identitas actionis, rei, & personarum, &* num.14.
9 *Decreta prouisionalia non derogant iuribus Partium, nequè illis aliquod nouum ius attribuunt.*
10 *Effectus regulatur à sua causa, nequè illam transcendere valet.*
11 *Parocus in sua Parochia velutì parua Diœcesi habet quamdam speciem iurisdictionis Territorialis, Episcopo tamèn subordinatæ.*
12 *Processiones publicæ cum delatione Augustissimæ Eucharistiæ qua ratione fuerint laudabilitèr introductæ.*
13 *Laudatur bo: me:* R. P. D. Zaulus *Episc. Verulanus, & Vicesgerens Eminentiss. D. Card. Vicarij Vrbis.*
15 *In dubio pronunciandum est, exceptionem rei iudicatæ non obesse.*

DECISIO CXCVIII.

DVdùm aduersùs Religiosos Ordinis S. Dominici, qui pòst coemptum materiale Ædificium, siuè Ecclesiam in Loco nuncupato *S. Æmiliani*, satagebant Parochialia iura inibì exercere, conclamante Parocho Territoriali SS. Iusti, & Pastoris emanauerat res iudicata, præuijs tribus Sententijs in *Sacro Auditorio* prolatis coràm prædefunctis, ac præclaris Auditoribus, *Meltio, Beuilacqua, & Card. Taya,* vsquè ad decernendam ergà eosdem Religiosos in promptè parendo contumaces Declaratoriam, & respectiuè Interdictum *coràm clar. mem. Card. Caccia;* donèc decretâ *coràm R. P. D. meo Scotto* Aggrauatoriâ, Reaggrauatoriâ, Interdicto, ac subsidiariâ ad normam *Sac. Concilij Tridentini* inuocatione Brachij Sæcularis, coacti extiterunt Refractarij, Ecclesiæ pati clausuram: Sed cùm per anteà Confratres Nobilissimæ Sodalitatis (cui nomen inditum = *Passio Iesu, eiusque Matris Virginis Angustiæ*) consueuissent in eadem Ecclesia quamplura pietatis opera explere non solùm de licentia, verùm etiàm ex vi pactorum de anno 1607., & 1613. cum ipso Parocho concordatorum, & idcircò velutì proprium tuentes interesse, & in eo Iudicio minimè prouocati, reportauerint à Signatura Iustitiæ Mihi Causam delegari, vt dicitur, *tanquàm in prima*, ad eorum consequentèr instantiam sciscitatus sum Dominos = *An, & prò quibus actibus, & functionibus danda foret manutentio Confraternitati* = ; At dilata, ex causa non exhibiti Instrumenti venditionis præfatæ Ecclesiæ, seù Ædificij, resolutione, in reliquis = *dandam esse prò nunc Confraternitati manutentionem quòad Processionem in Feria V. Parasceue* = concorditèr extitit affirmatum.

Siquidèm omnia ea, quæ ad impediendam prò quibuscumque actibus, & functionibus manutentionem solidè videbantur promoueri ex parte memorati Parochi, facilè remanserunt interclusa sub ipsa dilatione resolutionis aliorum articulorum, abs què eo, quòd valerent obnubilare petitionem manutentionis in hoc singulari actu Processionis nimiùm piæ in præfata feria v. ordinatæ, ac solitæ celebrari, dùm prælaudati Confratres mediante quinque Testium depositione comprobauerant in hodierna Audientia, ipsos reperiri in plusquàm centenaria possessione practicandi huiusmodi Processionem, quandò tamèn in hoc Iudicio manutentionis exuberat merum factum
1 vltimi status, seù comprobatio paucorum actuum, reseruatis enim ad Petitorium exceptionibus proprietatem boni Iuris concernentibus, intrat sempèr fauorabile in-

terdictum = *vti possidetis*, = estquè natura
2 eiusdem Iudicij tàm priuilegiata, vt ad possessionem comprobandam leuiores admittantur iustificationes, ac etiàm Testes minùs formitèr examinati, quemadmodùm in primo proposito passìm habetur *in decis.31. num. 4. coràm Coccino, decis. 222. num.5., decis. 827. num. 7. coràm Buratto, & in Terracinen. Manutentionis 23. Ianuarij 1697. §. Ratio, vers. maximè, coràm R. P. D. meo Priolo*, & in secundo liquet ex *Rot. in decis.456. num. 2. & 3. par. 18. recent., & in dicta Terracinen. vbi suprà dicto §. Ratio in fine, coràm R.P.D. meo Priolo, in Romana, seù Farfen. Manutentionis 21. Iunij 1697. §. Non obstat, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc intèr suas *decis.510. n.2.) & in alia Terracinen Manutentionis 14. Ianuarij* 1701. *§. Quasi possessio, coràm R.P.D. meo de la Tremoille*.

In nihilo obsistente enunciata ab initio re iudicata nostri Tribunalis, in cuius executionem, cùm fuerit finalissimè deuentum ad clausuram Ecclesiæ, non liceret (vtì Parochus subiungebat) illam aperire prò conseruanda asserta possessione Confratrum,
3 ex quo eadem possessio penderet à sua causa, rebusquè in eodem statu permanentibus, quandò videlicèt Ecclesia remanebat adaperta, vt in proximis terminis *Posth. de manut. obseru.73. num.18., Rot. coràm Ludouis. decis. 569. num. 1. & 3., ibiquè Adden. num.6., & decis.162. num.4. part. 18. rec.*

Clariùs verò, quoniàm in rei veritate vltimus status, qui (vt præmisimus) potissimè attenditur in Iudicio manutentionis, dici poterat interruptus in duobus præcedentibus annis pòst sequutam eamdem clausuram Ecclesiæ, dùm tantummodò per viam simplicissimæ prouisionis, non autèm ex causa continuandæ possessionis Nuncius S. Sedis apùd Catholicam Maiestatem fuerat impartitus licentiam Confratribus ineundi Processionem in hac ipsa feria v. Parasceue; quandò etenìm quis præ-
4 cario potiùs, quàm iure proprio desistit à continuatione suæ possessionis, dicitur lubens, & volens ab eadem possessione, ampliùs ideirò non manutenibili, cecidisse, ex adnotatis per *Gratian. discept. foren. cap.113. num.63., & ibì Carol. Anton. De Luca sub num.27., Menoch. de retin. possess. remed.3. nu.19., Posth. de manut. obseru.52. num.21. & seqq., Rot. pòst eumdem dec.214. num.6., coràm Peutinger. decis.85. num.12., & in rec. dec.182. n.2. par.17.*

Facilis quippè statìm emersit animaduersio, & responsio, quòd cùm præfata res iudicata solùm respiceret Religiosos S. Dominici, nullo autèm modo Confratres in ea colluctatione incitatos, huiusmodi res
5 iudicata nequibat illis, eorumque iuribus obesse, sicutì canonizauit etiàm plena Signatura Iustitiæ Causam Mihi committens ad preces Confratrum *tanquàm in prima*, sed & de Iure erat, iuxtà sancita *in leg.1. & tot. tit. C. quibus res iudic non noc., & in alia leg.1. & tot. tit. Cod. res intèr alios act.*, atquè aduertit *Surd. decis.256. nu.4., moderu. Lucen. decis. 157. num. 11., Rot. decis 2083. num.46. coràm Coccin., decis. 19. num.5. par.8., decis. 333. num.34. par.9., decis.328. num.10. par. 10., decis. 109. num.6. par.16., & decis.140. num.4. par.19. rec.*

Et quamuìs regularitèr comparitio Tertij ad Causam non omnimodè officiat ipsi Tertio, quominùs, re iudicata non obstante, valeat iura sua independentia promouere, & experiri, hoc nihilominùs ope-
6 retur dumtaxàt quòad reassumptionem possessorij plenarij, seù petitorij, non verò circà Iudicium summarijssimum manutentionis, sicutì prætèr *Vbert. de Citat. cap. 14. num. 284., modern. Schettin. de Tert. venien. ad Caus. par.2. cap.2. inspect.3. num.72.* benè firmatum fuit *in altera Toletana Decimarum de Capilla 19. Februarij 1593. §. Nèc etiàm, coràm clar. mem. Card. Pamphil.* penes *Marchesan. de Commiss. par.2. §. 2. fol.153., & in decis.313., num.11. & 12. par.6. rec.*

Solidè tamen Domini obiecto occurrentes obseruarunt, quòd illud rectè congruisset, quotiescumquè quæstio versata foret in terminis veræ rei iudicatæ, quamuè tantummodò Tertius effugere studeret ex capite prætermissæ citationis, proprijuè iu-
7 ris independentis, quià non ob id res iudicata deperdit suam præsumptionem totius validitatis, & iustitiæ, per quam bonum ius exindè resultans quamlibet manutentionem, ac simplex possessorium deuorat, & absorbet, & hic erat casus *in celebri Toletana Decimarum de Capilla* apùd *Marchesan. de Commiss. vbì suprà, repetit. in recen. decis.17. par.3.*, proùt etiàm successiuè liquet ex reassumptis *in eadem Toletana quòad Parochos 23 Martij 1699. coram Me (dec. 78. tom.1.)*

At secùs procedebat ad præsens, vbí res iudicata feriens Dominicanos vnicè concernebat prætensionem iurium Parochialium penitùs seorsim ab indifferentibus functionibus impleri consuetis per Confratres, nullam prorsùs, etiàm à longè, spirantibus auram Parochialitatis; Quaproptèr cùm de ijsdem eorum functionibus, & signantèr possessione ineundæ Processionis in prædicta Feria v., nusquàm appareret habita mentio, nedùm colluctatio, prorsùs corruebat applicabilitas quorucumque termi-
8 norum rei iudicatæ, quæ exigit intèr cætera, prætèr identitatem actionis, etiàm identita-

tita-

titatem tàm pèrfonarum, quàm rerum, fiuè iuris controuerfi, per *Text. in leg. cùm quæritur, in leg. quantitat, in leg. & an eadem, ff. de except. rei iudic., Surd. conf. 165. num. 11., Honded. conf. 30. num. 50. lib. 1., Fab. de Ann. conf. 99. num. 1., Carol. Anton. De Luca ad Gratian. animaduerf. 445. num. 1., Rot. decif. 301. num. 5. coram Coccin., & decif. 512 num. 5. cor. Vbald.*

Et proindè ex fe profternebantur fubalternæ deductiones, quòd & Confratres, implorando decreta prouifionalia, ab eorum quafi poffeffione forent prolapfi, quodquè inhoneftum effet referare Ecclefiam ligamine Aggrauatoriarum, & Reaggrauatoriarum Sacri noftri Auditorij maturè fubfignatam, & obftructam: Quoniàm refpectu prioris obiectionis nil magis notorium eft, quàm quòd decreta prouifionalia, pròut etiàm indicat ipfum vocabulum, ftant ad reparandum imminenti indigentiæ, & ad finem, nè, vt fertur: *dùm*
9 *Romæ confulitur, Saguntum expugnetur*, nullumquè propterea Partibus ius auferunt, vel attribuunt, *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 14. num. 125., Card. De Luca de Canon. difc. 26. nu. 13., Poftb. de manut. obferu. 60. num. 31., Rot. pòft eumdem decif. 636. nu. 4., coràm Caual. decif. 565. num. 4., Dunoz. Iun. decif. 842. num. 11., & Priul. decif. 265. num. 22.*

Quò verò ad poftremam partem eiufdem obiectionis, profectò Tribunal, cui prò tuitione, & executione Iuftitiæ Claues Apoftolicæ commiffæ funt, duriùs fefe geffiffet, neutiquàm permittendo, quòd Ecclefia, ob procaciam fuccumbentium claufa, aperiretur: Sed res diuerfimodè in hodierna Thefi conijciebatur, quià claufura demandata percutiebat finem, & exercitium functionum Parochialium, ac vlteriùs meritò plectebat præfatos Religiofos parùm obedientes: Verùm Sac. Rota non intellexit punire innocentes non citatos prò actu prorsùs indifferenti, feù difparato, ac vnico dumtaxàt die, & aperitione confumendo, aliàs quippè effectus tran-
10 fcendiffet propriam caufam, rationemque motiuam iudicandi, contrà regulam, in qua concordant tàm *Philofophi*, quàm *Iuriftæ*, vt de primis *Ariftot. in 2. Phyfic. Text. 38., Auerr. Theorem. ibidèm, D. Thom. ibidèm lect. 6.*, & de fecundis *Bald. in leg. 1. num. 3. ff. de Senator., Molin. de Primogen. Hyfpan. lib. 3. cap. 7. nu. 1. verf. cùm non poffit, Card. Tufch. practic. conclus. litt. C. conclus. 138. num. 10., Auguftin. Barbof. Axiom. 40. num. 26. & feqq., modern. Lucen. confult. 552. n. 29.*

Atquè hæc, retentâ prærogatiuâ Iudicij, fuperabundare corufcabant: Cœterùm impulit quoquè non diffociatam ab Iuftitia pietatem *Dominorum* duplex in facti ferie circumftantia; Prima fcilicèt, quòd Confratres potiùs fupplicabant, quàm abnuerent, quòd ipfe Parochus vnâ cum Clero Proceffioni, pròut moris erat, intereffet, retinendo ob id illam, etfi fubordinatam
11 Archiepifcopo, Territorialem iurifdictione n, qua de Iure pollent Parochi in propria Parochia, quæ ob id nuncupatur parua Diœcefis, ad tradita per *Abbat. in cap. 1. num. 28. verf. fi verò, de dol. & contumac., Auguftin. Barbof. de offic. & poteft. Paroch. par. 1. cap. 9. num. 1. & feqq., Pignattell. confult. Canonic. tom. 1. confult. 52. fub num. 2., Panimol. decif. 1. annot. 9. numer. 1. 2. & feqq., Rot. decif. 52. num. 14. & 15. par. 2. diuerf.*

Prò fecunda non minùs vrgebat fcandalum, quod aliàs exoriri potuiffet ab intermiffione operis tàm eximij, & pij per fæculum, & vltrà practicati, fecundùm aliàs ponderata *in Hifpalen. Proceffionis fupèr primo dubio 28. Iunij 1700. §. Et quidèm, coràm Me*: Eòque maximè, dùm huic eximiæ Sodalitati nomen dare non dedignabatur ipfamet Maieftas Sereniffimi Regis Catholici, eamdemque Proceffionem fplendidè coronabant primarij Magnates, & Equites illorum Regnorum, & in fub-
12 ftantia huiufmodi tàm peruetufta deuotio non poterat non protendere ad falutare nimìs obiectum, ob quod, præcipuè de tempore Paffionis D. N. Iefu Chrifti, funt hæ Procefsiones à S. Matre Ecclefia laudabilitèr permiffæ, ac ordinatæ, ad implorandam fcilicèt Diuinam opem, vt flagella iracundiæ, quæ pro peccatis noftris meremur, auertat, fecundùm vberrimè enucleata per *Card. Baron. Annal. Ecclefiaft. tom. 1. fub Anno Chrifti 58. Pontificatus B. Petri 14. fol. 566. litt. B. iuxtà imprefs. Antuerpiæ anni 1597., Petr. Gregor. Tholofan. in lib. 1. Partition. Iur. Canon. tit. 20. cap 4., & in fcholijs ibidem, Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 42. fub num. 87. cum duobus feqq., Reue-*
13 *rendifs. Epifc. Verulanus dignifsimus Vrbis Vicefgerens in fuis egregiè enucleatis lucubrat. ad Statut. Fauent. rubric. 7. lib. 5. num. 139., & feqq. tom. 2.*

Sufpenfo igitùr maturiori examine quòad cæteros actus, piafque functiones, ità prò nùnc *Domini* vnanimitèr refoluerunt, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO
R. P. D. ANSALDI.

DEcifiones emanatæ fauore Parochi SS. Iufti, & Paftoris contrà RR. PP. Dominicanos fupèr vindicatione iurium Parochialium, quæ ab iftis exerceri prætendebantur in eorum Ecclefia, & de qui-

 bus

bus fit mentio in præsenti mea Decisione *sub princ.*, habentur *intèr recent. decis.* 124. *&* 214. *par.* 12., *&* *dec.* 225. *&* 331. *par.* 13., quæ prodierunt *coràm Meltio*, *&* *Benilaqua*; alia verò *coràm Card. Taya* nullibì reperitur impressa.

Ad *num.* 8., vbi dicitur, quod exceptio
14 rei iudicatæ non obstat, nisi concurrat identitas actionis, rei, & personarum, addi possunt (*vltrà ibi cit.*) *Muscatell. in prax. Ciuil. par.* 4. *verb. Iudicata num.* 8., *Scacc. de Sentent.*, *&* *re iudic. glos.* 14. *quæst.* 2. *num.* 9., *&* *de appell. quæst.* 11. *num.* 29. *vers. subdeclara*, *&* *num.* 45., *&* *quæst.* 12. *nu.* 1. *&* *seqq.*, *Cyriac. contr.* 318. *num.* 37. *&* *seqq.*, *&* *contr.* 327. *ex num.* 82. *cum plur. seqq.*, *Rot. decis.* 622. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.* confirmata *coràm Emerix iun. decis.* 1182., vtrobiquè *num.* 1., *&* *in Romana Saluiani* 1. *Iunij* 1703. *§. Res verò*, *coràm bo. me. Kau-*
15 *nitz* (nùnc intèr suas *decis.* 27. *num.* 13.) & in hoc proposito vnum singulare nota, nimirùm, quòd in dubio pronunciandum est, exceptionem rei iudicatæ non obesse, vt communi placito firmant *Dec. cons.* 445. *n.* 44. *vers. &* *in dubio*, *Soccin. iun. cons.* 181. *num.* 85. *vol.* 2., *Rec. cons.* 203. *num.* 21., *Bursat. cons.* 305. *num.* 6, *Marc. Salon. de Pace cons.* 43. *num.* 42., *Nogverol. alleg.* 15. *num.* 144., *Barz. decis. Bonon.* 149. *num.* 11., *Giurb. decis. Sicil.* 20. *num.* 16., *Fontanell. decis. Cathal.* 270. *num. fin.*

ROMANA ALIMENTORVM.

Lunæ 6. Iunij 1701.

ARGVMENTVM.

Alimenta, quæ debentur iure sanguinis, seú officio Iudicis, valdè differunt ab eis, quæ sunt debita iure actionis; illa namquè sunt taxanda intrá limites merè naturalis necessitatis, hæc verò magis amplè, & iuxtà gradum, ac statum personæ alendæ: Ac rursús illa si sint præterita, & non petita, ampliùs prætendi non possunt, exceptis duobus casibus *in Addit.* enunciatis; alia autèm debita iure actionis numquàm deperduntur, quinimò ius illa exigendi transit ad hæredes Alimentarij, etiamsi iste in præteritùm se aluerit de proprio, & etiamsi ex illius parte nulla præcesserit petitio, aùt interpellatio aduersùs alere obligatum. Alia colliges ex *Summario*.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta promissa sub obligatione Camerali habent priuilegium hypothecæ.*

2 *Alimenta, quæ debentur ex mero Iudicis Officio, sunt taxanda intrà limites honestæ necessitatis.*

Contrarium alij tenent, nempè quòd sint præstanda iuxtà dignitatem, seù conditionem personæ alendæ, num. 8.

Sed Rota *indifferentèr tenet, quòd in alimentis debitis officio Iudicis inspici debeat simplex reparatio naturalis indigentiæ*, num. 9., & 26.

Et conciliatur vtraque opinio, num. 10.

3 *Alimenta, quæ debentur iure actionis, sunt præstanda iuxtà gradum, seù conditionem personæ alendæ.*

Et de ratione differentiæ intèr huiusmodi alimenta, & alia, quæ debentur ex mero officio Iudicis, num. 4. & 5.

6 *Alimenta præterita, quæ debentur officio Iudicis, non ampliùs peti possunt*, & numer. 27.

Limita duplicitèr, num. 28. cum duob. seqq.

7 *Alimenta debita iure actionis etiàm præterita peti possunt.*

Amplia, vt si ab Alimentario non fuerint petita, adhùc transmittantur ad illius hæredes, ibid., & num. 33.

Rursùs amplia conclusionem, vt procedat, licèt Alimentarius interim se aluerit de proprio, num. 31.

Ac etiamsi ex illius parte non præcesserit vlla petitio, aùt interpellatio aduersùs alere debentem, num. 32.

10 *Alimentarius, cui debentur alimenta iure actionis, præfertur alteri, cui illa debentur ex solo Iudicis officio*, & num. 14.

Exemplifica in alimentis promissis occasione Matrimonij in capitulis nuptialibus, numer. 12.

11 *Pactum ità sempèr interpretari debet, vt aliquid addat dispositioni Iuris communis.*

13 *Alimenta debita ex mero officio Iudicis nullam habent prælationem aduersùs Creditores alere debentis.*

Excepto casu, in quo cum Creditoribus Patris grauati concurrant filij ad fideicommissum Auitum ex proprijs personis vocati, ibid.

25 *Alimenta promissa per Patrem filio, & Nurui correspectiuè ad Dotem ab ipso receptam non ampliùs debentur, postquàm per obitum Patris factus est locus restitutioni Dotis*, & num. 20.

16 *Correspectiua intèr se dicuntur ea omnia, quæ continentur in vno, eodemque Instrumento.*

Itèm vbi ex vna parte præcedit traditio, & ex altera promissio, vtraque dicitur intèr se correspectiua, num. 17.

18 *Pater recipiens loco filij Dotem suæ Nurus tenetur ex illius fructibus alere vtrumque sponsum, & filios exindè susceptos.*

Sed huiusmodi onus cessat statìm mortuo Patre, nèc transit ad illius hæredes, num. 19.

21 *Com-*

21 *Commodi, & incommodi est par ratio, eademque proportio, & iudicium.*
22 *Onera ab vsufructuario suscepta eatenùs durant, quatenùs apud eum permanet vsusfructus.*
23 *Correspectiuitas actuum, vèl contractuum ex quibus verbis resultet.*
24 *Correspectiuitas sempèr desumenda est à causa magìs proxima, ac verisimili, quàm ab alia magìs remota, & æquiuoca.*
25 *Testati causa tollit ansam inquirendi, quomodò hæreditas diuidenda sit ab intestato.*

DECISIO CXCIX.

SVpèr paupere Regno Paternæ, & Auitæ respectiuè hæreditatis dimicantibus Iacobo, eiusquè Vxore, & filijs ex vnâ, & ex alterâ liberis, & Coniuge Petri fratris prædefuncti, quæstio non fuerat supèr modo partiendi ipsam hæreditatem; iàm enìm Carolus Auus, excepta quadam conditionali priuatione Iacobi ex capite prætensæ ingratitudinis, ipsum Iacobum, ac Petrum eo tempore superuiuentem viriliter ex æquo instituerat: Verùm ansa digladiandi residebat in promissione inita in tabulis nuptialibus eiusdem Iacobi per Carolum, de alendo scilicèt filio, Nuru, eorumuè prole, quam oppugnantibus Vxore, & filijs memorati Petri, vt inferiùs, censuerat A. C. Iudex primi certaminis, siuè Instantiæ, Assem Caroli fore diuidendum in assuetas vncias duodecim, atquè ex eo per antipartem, alieno ære detracto, septem vncias Iacobo relaxandas, alias verò quinque filijs Petri collitigantibus esse deferendas; Sed nequè Reo, nequè Actore acquiescentibus huiusmodi Iudicato, & imploratâ, mediante opportuna appellatione, Sententiâ Tribunalis, *Domini*, nèc præcedenti Mandato, nèc alterutri Partium positiuè adhærentes, quìn potiùs ad normam *Text. in leg. nèc in ea, ff. ad leg. Iul. de adulter.* paterno Caroli Iudicio æquitatiuè, & iuridicè sese conformantes, exstimarunt, Mandatum, vt suprà prò alimentis ab A.C. relaxatum exequibile non esse, quodque consequentèr, detruso titulo alimentorum, Paterna, seù Auita hæreditas intèr vtrosque contendentes prorsùs, & omninò (saluis prælegatis, ac præambula deductione debitorum) æqualitèr, seù, quod idem est, diuideretur in stirpes.

Inuanùm itaquè visus est Iacobus inniti præfatæ, quantumuis iuratæ, & Camerali obligationi Caroli, de sibi, eiusquè Consorti, ac progeniei suppeditandis alimentis, quodquè ob id non tantùm septem vnciæ controuersæ hæreditatis, pròut totidèm erant capita secùm in Iudicio comparentia, ad ipsum deberentur, relictis (attento quinquenario numero Aduersariorum) remanentibus apud filios Petri, sed & quod eædem vnciæ forent per aliam magìs tutam partitionem impinguandæ, dùm insi-
1 stens ipse memoratæ promissioni Patris factæ intèr viuos, & in capitulis Matrimonialibus, sortiebatur non solùm peculiare priuilegium hypothecæ palàm contentæ in Camerali obligatione, ex collectis per *Zacch. de oblig. Camer. quæst. 5. num. 37., Rocca disput. Iur. select. cap. 239. num. 53. tom. 2., Rot. decis. 239. num. 26. coram Priolo, decis. 178. num. 17. coram Peutinger., decis. 311. num. 8., decis. 321., & decis. 356.* vtrobiquè *num. 4 coram Bichio*.

Ast etiàm, quòd vbì eius oppositores consolassent in hac tenuitate patrimonij ad consimilem titulum alimentorum, par tamèn priuilegium, & ratio non erat, ex quo ijsdem oppositoribus nequibat alimenta
2 competere, nisi ex mero Iudicis officio, & sic ad limites dumtaxat necessariæ honestatis, quandò è conuersò alimenta per eum
3 expetita iure actionis, vtpotè radicata in publico Instrumento, magìs amplè, & decentèr à Iudice decernenda erant ad statum, & conditionem personarum, sicuti in terminis alimentorum, quæ debeantur officio Iudicis, affirmarunt *Surd. de alim. tit. 4. quæst. 18. num. 61., & seqq., Boss. eodem tract. cap. 10. §. 4. num. 671., & de Patr. potest. cap. 3. num. 158., Roland. de lucr. Dot. quæst. 94. num. 3., & cons. 34. num. 41. lib. 1., Bursat. cons. 62. num. 20., Cephal. cons. 5. num. 63., Giurb. decis. 6. num. 10., Ossasch. decis. Pedem. 134. num. 15., Rot. decis. 98. num. 2. coram Caualer., decis. 909. num. 3. & seq. coram Dunozett. iun., in Romana redotationis, seù Alimentorum 9. Decembris 1686. §. Hancquè negligentiam in fine, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana Alimentorum 22. Iunij 1701. §. Sed cùm nèc in facto, cor. Eodem* (aliàs *cor. Molines decis. 3. num. 26., & decis. 735. num. 14.*) & quòad prouenientia Iure actionis prosequuntur *Surd. de alim. dicto tit. 4. quæst. 19. num. 1. Cyriac. contr. 34. num. 4. & num. 13. & 15., Card. De Luca de Credit. disc. 120 num. 11., Rot. decis. 127. num. 31., & decis. 442. num. 2. part. 14. rec., in Romana Alimentorum 16. Ianuarij 1698. §. Minùsque, coram R. P. D. meo del Olmo, & in Romana Multiplicorum 3. Aprilis 1699. §. Porrò in genere, coram Reuerendiss. D. meo Decano* (nempè *Molines decis. 608. num. 2. cum duob. seqq.*)

Accedente præsertìm in effectu, & in concreto (vt ipse subdebat) nimiùm manifesto discrimine rationis intèr vtramque
4 speciem debiti alimentorum; generalitèr quippè alimenta reportanda per simplex Iudicis officium censentur prouenire ab ipsa imbi-

imbibita neceſſitate Iuris naturalis, ob quam ſcriptum eſt *in Inſtit. tit. de Iur. natural. gent. & Ciuil. §. Primo*, Parentes teneri alere filios, & è contrà, ideóque dumtaxàt intrà limites eiuſdem naturalis
5 honeſtæ neceſſitatis: alimenta verò per actualem iuratam ſtipulationem pacta, & conuenta, ac conſequentèr omninò ciuilia, magìs ciuilitèr, ac decentèr accipienda ſunt, & menſuranda; quapropter ex hac
6 eadem ratione differentiæ alimenta prætendibilia officio Iudicis, ſi non ſint præſtita, neque petita, deperduntur: Illa verò ema-
7 nantia ab obligatione, & actione nedùm debentur, ſed & tranſmittuntur ad hæredes, quantumuis fuerint præterita, & non petita, ſecundùm diſtinctionem, de qua plene videre eſt *Bartol. in leg. Libertis §. 1. num. 3. ff. de alim. & cibar. legat.*, *Alex. in leg. de alimentis, vbi etiàm Dec. num. 5. Cod. de tranſact.*, *Antuuell. de tempor. legal. lib. 1. cap. 37. num. 1. 2. & 3.*, *Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 1. num. 40. & ſeqq. & num. 43. cum ſeqq.*, *Gratian. diſcept. 20. num. 19.*, *& diſcept. 104. num. 57.*, *diſcept. 815 num. 4.*, *& diſcept. 954. num. 39.*, *Afflict. deciſ. 10. num. 4.*, *Theſaur. deciſ. 44. num. 1.*, *Mart. Medic. deciſ. Senen. 89. num. 19. & ſeq.*, *Spereli. deciſ. 138. num. 40. & ſeq.*, *Gizzarell.*, *ibiquè Adden. deciſ. 47. per tot.*, *Rot. deciſ. 203. num. 1. part. 2. diuerſ.*, *deciſ. 398. num. 25. & 26. part. 9.*, *& deciſ. 283. num. 36. part. 17. recent.*

Abſquè eo, quód ſubſiſterent (dicebat Iacobus) motiuata per nonnullos *Doctores*,
8 quòd etiàm alimenta debita Iudicis officio, excepto caſu meræ miſerationis, vti contingit in Marito ad inopiam vergente, vèl in filio legitimam à ſe præuentiuè receptam diſſipante, adhùc pari modo præſtanda ſint ad ſtatum, & dignitatem perſonæ alendæ, quemadmodùm pòſt *Cyn. in leg. vnic. §. Cùm autèm in fin. Cod. de rei Vxor. act.*, *Imol. in leg. ſi Maritus num. 3.*, *vbi Alex. num. 5.*, *ff. ſolut. Matrim.*, *Alciat. in leg. Nepos Proculo in fin. ff. de verbor. obligat.*, ſentiunt *Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 18. n. 45. & 46*, *Peregrin. de Iur. Fiſc. lib. 3. num. 72*, *Campeg. de Dot. part. 3. quæſt. 229.*, *Tiraquell. de nobilit. cap. 20 n. 142.*, *Fragoſ. de regim. Reipubl. Chriſtian. part. 3. lib. 1. diſput. 2. §. 1. num. 107.*, *Molin. de Primogen. Hyſpan. lib. 2. cap. 15. num. 55.*, *Sanchez reſponſ. moral. lib. 4. cap. 3. dub. 24. num. 2.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 613. num. 13. & 14.*, *ibiquè De Luca* paritèr *num. 1. & ſeq.*, *Theſaur. deciſ. Pedem. 211. num. 22.*

Siquidèm, vltrà quòd, poſthabita qualibet diſtinctione caſuum maioris, vèl mino-
9 ris miſerationis, indiſtinctè videtur tenuiſſe contrarium *Rot. in deciſionibus* laudatis *in dicta Romana Alimentorum* edita pendente extenſione huius meæ *Deciſionis*, videlicèt die 22. *Iunij* 1701. *§. Præſuppoſitis, & §. ſeq. coram Reuerendiſs. D. meo Decano* (*dicta deciſ. 735. num. 11. & ſeqq. coram Molines*) videlicèt, quòd ſempèr in præfinitione alimentorum facienda per Iudicis officium inſpiciatur ſimplex reparatio naturalis indigentiæ; nihilominùs id fortaſsè procedere valeret, quotieſcumquè de taxatione alimentorum ageretur intèr alimentarium, & alere debentem, illiuſquè hæredem, nullatenùs intermixto alterius
10 intereſſe: Sed quandò, pròut hìc, altercatio intercedebat intèr æquè filium, & deſcendentes, & inſupèr cautos obligatione poſitiua, & maximè adiecta in capitulis nuptialibus, præferendus omninò videbatur huiuſmodi alimentarius duplici, imò etiam trino Iure ſuffultus, vt ità ſaltèm pa-
11 ctum ſuperadiectum aliquid adderet Iuri communi, ex annotatis circà pactum per *Bald. in Rubr. C. de contrahen. emption. nu. 16.*, *Dec. conſ. 273. num. 3.*, *Vermigliol. conſ. 329. num. 7.*, *Card. De Luca de Locat., & conduct. diſc. 8. num. 3.*, *Rot. deciſ. 278 num. 1. & ſeq. coram fel. mem. Gregor o XV.*, & circà ſimiles alimentorum præſtationes ex-
12 promiſſas occaſione Matrimonij, ſiuè in capitulis matrimonialibus *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 14. ex num. 33. vſquè ad* [illegible] *. Coſt. de ration. rat. quæſt. 131. num. 6.*, *Caſtill. controu. Iur. lib. 4. cap. 60. num. 18. in fin §. Secundò, verſ. Mariti autèm*, *De Marin. reſol. quotid. lib. 1. cap. 9. num. 4.*, *ibiquè De Luca num. 4.*, *Card. De Luca de Dot. diſc. 148. num. 18.*

Validiùs autèm reflectendo ad conſequentias, quas ſecùm in præſenti theſi afferebant, & de per ſe ſempèr præſeferunt
13 diſtinctiſſimæ ſpecies horum alimentorum; illa enim deſcendentia à præmiſſo officio Iudicis non ſunt apta præferri Creditoribus alere debentis, præterquàm in caſu filiorum iure proprio venientium ex fideicommiſſo, vt obſeruarunt *Bart. in leg. Creditor 12. in princ. ff. qui potior. in pignor. hab.*, *Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 4. num. 14.*, *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 13. num. 1.*, *Merlin. de pignor. lib. 3. quæſt. 1. num. 5.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 366. num. 1.*, *ibiquè De Luca* paritèr *num. 1.*, *Caſtill. controu. lib. 5. cap. 104. num 15.*, *Theſaur. quæſt. forenſ. 67. num. 20. lib. 2.*, *Andreol. controu. 203. num. 4.*, *Rot. deciſ. 1119 num. 6. coram Emerix iun.*

Sed non ſic eſt in alimentis per publicum Inſtrumentum, & præcipuè Matrimoniale conuentis; illa namquè hypotheca, quæ vèl non extat, vèl expreſſa non eſt in primo caſu alimentorum, reperitur in ſecundo;
14 quapropter vbi alimentarius exiſtat anterior ſecundùm hodiernam hypotheſim, illius alimenta cuilibet alieno æri poſteriori præfe-

præferebantur, quod secùs erat in filijs Petri, nulla promissione, nullauè hypotheca stipatis, vti de per se patebat ad sensum, & ad regulam *Textus in cap. qui prior, de regul. Iur. in 6.*, *& leg. si fundum, C. qui potior. in pignor. hab.*, *Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 94. num. 15.*, *Salgad. in Labyr. Creditor. part. 1. cap. 24. num. 34. & 35.*, *Mansf. consult. 325. num. 2.*, *Castald. consult. 172. num. 8. & 9. lib. 2.*, *Rot. decis. 894. num. 1. coràm Buratt.*, *decis. 189. num. 20. pòst Zacch. de oblig. Camer.*, *& decis. 262. num. 10. part. 11. rec.*

Atquè hæc in rei veritate, si cardo colluctationis stetisset ad limites primi Indicati intrà sphæram concursus vtriusque speciei alimentorum, *Domini* fauore Iacobi forsàn inclinassent: Verùm animaduertêre, inanem esse quæstionem alimentorum præsuppositam in eodem primo Iudicato, & acritèr in hodierna propositione reassumptam per Defensores vtriusque Partis; quoniàm promissio inita per Carolum fauore Iacobi, eiusque Familiæ, vndiquè effulgebat correspectiua ad Dotem scut. mille ab ipso rece-
15 ptam ex persona Iacobi: quamobrèm, cùm per eiusdem Caroli deficientiam cessaret titulus detentionis, administrationis, & fruitionis fructuum eiusdem Dotis, illaque foret ipsi filio, vèl alijs desupèr interesse habentibus restituenda, cessabat paritèr correlatiua obligatio suppeditandi alia vlteriora alimenta, vt est de familiari natura correspectiuorum, ex traditis penès *Gratian. discept. forens. cap. 14. num. 4.*, *Bonden. collect. 22. num. 68. 71 & seq. lib. 1.*, *Palm. Nep. alleg. 57. num. 3. & 4.*, *Card. De Luca de Credit. disc. 71. num. 6.*, *Gob. consult. 20. num. 19.*, *Rot. decis. 302. num. 6. part. 11. & decis. 142. num. 19. part. 15. recen.*

Quòd autèm præcitata conuentio alendi, seù manutenendi filium, Nurum, liberosque foret innegabilitèr correspectiua ad Dotem, vt diximus, à Carolo susceptam, non tantùm suadebant regulæ generales, quòd
16 quælibet pacta, & conuentiones appositæ in eodem Instrumento celebrato coram ijsdem Testibus, & Notario, alio non obsistente, reputandæ sempèr veniunt tanquàm correspectiuæ intèr se, Teste *Crauet. cons. 245. num. 3. vers. rursùs*, *Natt. cons. 299. num. 2.*, *Dec. cons. 279. num. 7. vers. Quòd si facta*, *Surd. cons. 355. num. 8.*, *Rocca disp. 100. num. 4. & seqq.*, *Rot. decis. 193. num. 15. part. 17.*, *decis. 77. num. 6.*, *& decis. 122. num. 12.*, *& decis. 125. num. 2. part. 18. recen.*

Potissimè, quotiès eædem conditiones, & pacta continent ad inuicèm traditionem,
17 & promissionem, quià tùnc eadem promissio reputatur inita cohærentèr ad traditionem sibi factam, itaùt si ex vna parte polliceatur traditio, & ex altera spondeatur obligatio dandi, vel faciendi, obligatio hæc penitùs originari, ac pendêre existimatur à præcedenti consignatione pollicita, quemadmodùm prosequendo aunotarunt *Crauett. cons. 298. num. 13.*, *Dec. cons. 245. num. 5. vers. vbi hoc modo, & cons. 336. num. 2.*, *Gratian. discept. 762. num. 1. & 2.*, *Cyriac. contr. 312. num. 101.*, *Rocca disp. 150. num. 5*, *Rot. decis. 323. num. 71. & seq. part. 6. rec.*, & in proximis terminis *decis. 564. num. 19. coram Dunoz. iunior.*

Verùm quoquè *Domini* illam palparunt tàm ad mentem Iuris, quàm ad litteram ipsorum capitulorum matrimonialium; &
18 quidèm ad mentem Iuris, quià Pater, vèl Auus loco filij Dotem recipiens, secundùm *Text. in leg. si filia 20. §. Si filius familias, ff. famil. erciscun.*, ac per consequens perfruens vsufructu, ac perceptione receptæ Dotis, citrà dubium obstringitur è conuersò, loco paritèr eiusdem filij, perhibere alimenta Familiæ, ac onera Matrimonij substinere, sicutì vnanimitèr affirmant *Surd. de alim. tit. 5. quæst. 1. num. 67.*, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 10. part. 2. num. 42. & num. 47.*, *Rodriquez de concurs. Credit. part. 1. art. 1. num. 15.*, *Bero. cons. 15. num. 18. vol. 2.*, *Ruin. cons. 144. num. 5. & 6. lib. 5.*, *Caren. resol. 49. num. 1.*, *Capyc. Galeott. contr. 36. num. 5. & 6. lib. 2.*, *Rot. decis. 166. num. 31. & 32. part. 12. rec.*

Ac propterea, posita iàm præambula hac, & iuridica obligatione Caroli, non erat vllo modo supponendum, quòd vltrà eamdem
19 obligationem à lege descendentem cogitauerit Carolus aliam extrinsecam, & nouam obligationem duraturam pòst eius obitum, postquè factum casum restituendæ Dotis, in se nimis improuidè, & oscitantèr assumere, ex deductis *in tract. de Commerc. & Mercat. disc. 31. num. 4. & seq.*, *Dec. cons. 350. num. 4.*, *Surd. cons. 34. num. 34.*, *Amat. Panorm. resol. 21. num 10.*, *Postib. resol. 66. num. 24.*, *Rot. decis. 260. num. 6. coram Dunoz. iun.*, *& in Romana Pecuniaria sepèr fructibus 25. Februarij 1701. §. Ad euersionem, coram Me* (suprà *decis. 179. num. 4.*)

Fortiùs autèm conspirante in eumdem intellectum præfata littera Tabularum nuptialium, in quibus, pòst exaratam à Patre Theresiæ desponsandæ promissionem de consignandis scutis mille prò Dote, eaque inuestiendi in totidèm locis Montium non vacabilibus ad arbitrium, & electionem Caroli Patris Iacobi, statìm subiungebatur: *cum reseruatione fructuum ad fauorem eiusdem Caroli eius vita tantùm durante*; Qua-
20 rè si reseruatio fructuum percipiendorum ex Dote coarctabatur ad tempus durationis vitæ eiusdem Caroli, quis dixerit, quòd & successiua sponsio alendi filium, Vxorem, & li-

& liberos, ad eamdem vitæ durationem
21 non foret æquo modo reducenda, & temperanda ex illa connaturali commensuratione commodi, & incommodi, de qua sunt Iura notissima *in leg. Secundum naturam, ff. de Regul. Iur., in leg. Plautius, ff. ad leg. Falcid., & in leg. Quotiès, ff. ad Trebell., Caluin. de æquitat. lib.2. cap.167. num.16. & plur. seqq., Surd. cons. 150. num.11., Roman. cons.440. num. 2. Rot. penès Palm. Nep. alleg.71. num.4.*

Eòque proniùs, quià cùm ex prædicta reseruatione Carolus effectus extitisset in substantia vsufructuarius temporalis Dotis numerandæ, reperimus passim in Iure nostro stabilitum, quòd onera, imò & præ-
22 cisa alimenta ab vsufructuario præstanda, arctentur ad vitam eiusdem vsufructuarij, ipsoque vsufructu cessato non minùs expiret obligatio onera subeundi, præstandique alimenta, vt est *Text. in leg. Stichus, §. Filia, de ann. legat., & in leg. Maritam, vbi gloss., ff. ad leg. falcid., Surd. de alim. tit.8. priuil.14. num. 3., Castill. eodem tract. cap. 31. lib. 8. num.4., Barry. de success. lib.9 tit.26. num.17. vers. itèm, Rot. decis.564. num.19. coram Dunozet. iun., & decis. 13. num. 9. & 10. part.18. rec.*

Ac deniquè ad euidentiam, ex quo vix sub præfatis Tabulis conuenta reseruatione horum fructuum dotalium fauore Caroli, deuenientes posteà Partes ad hanc ipsam promissionem, & obligationem alendi, vt magis hanc connexam, & catenatam ostentarent præcedenti reseruationi, illa verba adhibuerunt = *conuenta, & concordata prosequendo d. Carolus intuitu, & contemplatione dicti Matrimonij &c. promisit, ac se obligauit dd. DD. Sponsis, eorumque filijs nascituris congruam habitationem, omniaque, & singula alimenta necessaria, & opportuna*
23 *iuxtà eorum gradum, & qualitatem dare, & subministrare*: Ex hac namquè formula loquendi manifestam, & innegabilem resultare correspectiuitatem, optimè ad rem nostram concludunt *Fontanell. de pact. nupt. clauf.7. gloss.3. part.14. num.34. in fin., Rot. decis.887. num.9. coram Cerro*, & conferunt adducta per *Pacion. de locat. & conduct. cap.25. num.67., Vrceol. de Transact. quæst. 97. num. 31., Gratian. discept. forens. cap. 679. num.46., Rot. decis.388. num.18. pòst Cenc. de Cens., & decis. 93. num. 6. & seq. pòst eumdem Vrceol. de Transact.*

Qum vllam retorsionem huiusmodi tàm clara verba promereri sibi posse viderentur, quasi quòd dùm dictum fuerat = *intuitu & contemplatione dicti Matrimonij* = correspectiuitas, & causa præstandæ alimoniæ sisteret in ipso Matrimonio, illiusque intuitu: Quoniàm Matrimonium vtiquè fuit causa consimilis promissionis, sicutì paritèr Matrimonium extitit sola radix, & causa productiua obligationis præstandi Dotem; Verùm intèr hasce concausas non ipsum Matrimonium apparebat vera causa propria, & finalis, ac correspectiua alimentorum, sed tantùm remotior, & occasionalis, quia aliàs Carolus non promisisset Theresiæ vlla alimenta: ratio verò magis propria, & intrinseca sponsionis alendi non alitèr poterat extorqueri, quàm ab ipsa Dote, illiusque fructuum reseruatione; nisi enìm adfuisset Matrimonium, nequè adfuisset Dos, ideòque nec etiàm vlla correspectiuitas ad ipsam Dotem, & passiuam obligationem præstan-
24 di alimenta: correspectiuitas quippè sempèr desumitur à causa magis propria, magisquè proxima, & consimili, quàm à causa magis remota, & indifferenti, vti ponderarunt *Fontanell. de pact. nupt. clauf. 4. gloss. 1. num. 26. & 30., Corn. cons. 101. num. 7. lib. 1., Bonden. collect. 25. num.14. lib.1., Palm. Nep. intèr decis. collect. tom. 2. decis.153. num.18., & 19., Rot. decis.1019. num.18. coram Emerix iun.*

Sublato itaquè pòst mortem Caroli titulo alimentorum, supèr quibus, vt iàm demonstrauimus, tota versabatur amaritudo, de plano nimìs consequebatur, quòd hæreditas Caroli æqua lance partienda foret in stirpes vniuscuiusque Collitigantis ad normam Testamentariæ eius dispositionis secùm trahentis quoddam prælegatum, necnòn necessitatem dissoluendi ex aceruo communi mas-
25 sam debitorum, si quæ aderant; cùm idem Testamentum etiàm abscinderet ansam inquirendi, quomodò diuidenda esset hæreditas ab intestato, iuxtà aliàs disposita *in §. Cùm filius, Instit. tit. de hæred., quæ ab intest. defer., & in §. Si igitùr defunctus, Auth. de hæred. ab intest. venient., Rot. decis.123. num.1. coram Emerix iun., in Romana, seù Firmana Successionis 26. Februarij 1698. §. Minùs, coram R. P. D. meo Muto, & in Romana Testamenti 9. Iunij 1698. §. Quemadmodùm, coram Me (decis. 48. numer.1. tom.1.)*

Et ità, fugato inutili dissidio, Causâque restitutâ ad sua vera principia, *Domini* authumarunt, vtrâque &c.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

HÆc *Decisio* rec. mem. D. mei Ansaldi extat quoquè impressa apùd *Balducc. in collectan. decis., & rer. indic. tit.4. decis.19.*

Quòd alimenta debita iure actionis taxanda sint decentèr, & iuxtà statum, ac di-
26 gnitatem personæ alendæ, & è conuersò ad limites meræ naturalis necessitatis, vbi agatur de alimentis debitis ex titulo charitatis, & pietatis, & sic ex puro Iudicis officio

ficio, allegata præsenti Decisione in §. *Ast etiàm cum seqq.* dixit *Rot. in Romana Alimentorum, & Dotium 30. Martij 1705. §. Posita, coram Muto.*

Alimenta præterita, quæ debebantur iu-
27 re sanguinis, seù ex mero officio Iudicis, si non fuerint congruis temporibus ab Alimentario petita, ampliùs prætendi non possunt, vt prò regula inquit *Decisio num. 6.* & notant quoquè *Cyriac. contr. 237. num. 15. cum duob. seqq., Amat. Panorm. resol. 49. num. 64., Vincent. De Franch. decis. 605. in princ., ibiquè Carol. Ant. De Luca in obseru. num. 1., & Rot. in Romana Successionis 28. Nouembris 1703. §. fin. coram Card. Priolo.*

Verùm regula hæc duplicem patitur limitationem; non etenim priori loco proce-
28 dit, quotiès Alimentarius intuitu sibi decretorum alimentorum correspectiuè operas, & seruitia præstitit alenti, tùnc namquè licèt aliquo tempore alimenta non petierit, nequè aliàs cum effectu perceperit, non ideò remanet exclusus ab illorum consecutione, ex firmatis per *Surd. de alim. tit. 5. quæst. 1. num. 67., Simoncell. de Decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 11. sub num. 106. vers. Secùs est, si alimenta, Carpzou. de Iurisprud. foren. part. 2. Constit. 10. defin. 30. num. 7., Bofs. de alim. cap. 15. num. 885.*

Secundò limitatur, quotiès Alimentarius hoc intermedio tempore, quo alimenta non petijt, aùt aliàs non recepit, æs alienum
29 contraxisset, quià tùnc rectè valeret præterita alimenta etiàm ex solo Iudicis officio sibi debita, vèl decreta expostulare, & cum effectu obtinere, vt communitèr tradunt *Petr. Barbos. in leg. 2. part. 1. sub num. 32. vers. addit tamèn, ff. sol. Matrim., Paucirol. cons. 7. num. 3., Vermigliol. cons. 304. num. 9., Cafanat. cons. 25. num. 27., Royas in Epit. success. cap. 21. num. 73. in fin. vers. sed forsàn, Adden. ad Molin. de Hyspan. Primog. lib. 2. cap. 15. sub num. 6. vers. & quod dictum est, Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 3., Amat. Panorm. dicta resol. 49. num. 66., Io: Ant. ab Eccles. obseru. 10. num. 15. part. 1., Thesaur. decis. Pedem. 44. num. 1. in fin. vers. quod procedit, Mart. Medic. decis. Senen. 89. num. 20., Rot. coram Card. Falconer. tom. 1. tit. de alim. præstan. decis. 9. num. 5.* & ad
30 hunc effectum consequendi alimenta in præteritum decursa sufficit iustificare in genere æs alienum ab Alimentario contractum, adeòut neutiquàm necessaria sit probatio, quod illud præcisè contractum fuerit ex causa non receptorum alimentorum, vt pòst alios docent *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 3. ex num. 55.*, & signantèr *num. 57., De Luca ad Franch. dicta obseru. 605. num. 9.*

Diuersimodè autèm res procedit in ali-

mentis præteritis debitis iure actionis, quæ
31 quandocumquè peti possunt, etiamsi Alimentarius nullum æs alienum hac de causa contraxerit, sed interim de proprio se aluerit, *Alciat. cons. 50. num. 6. lib. 5., Surd. cons. 156. num. 12., Cancer. var. resol. part. 3. cap. 10. num. 34. & 35., Bofs. de alim. dicto cap. 15. num. 890., Actolin. resol. 48. num. 34., Saminiat. contr. 127. num. 56., Rot. in Romana Alimentorum coram Lancellott. seu. impress. apùd Gratian. discept. 104. num. 57., & coram Molines decis. 595. num. 1. in fin., & coram Lancetta decis. 1383. num. 6., & in Romana Legati 6. Maij 1729. §. Penult. coram Reuerendiss. D. Ratto Episc. Cordubeu.*
32 ac etiamsi paritèr ex parte Alimentarij nulla præcesserit petitio, aùt interpellatio, vt ampliatiuè prosequuntur *Bott. cons. 20. numer. 34. vers. secùs autèm, Schenard. cons. 34. num. 36. lib. 1., Gratian. discept. 815. num. 4., Polidor. Rip. obseru. 305. num. 4. & 5., Bofs. dicto cap. 15. num. 891., Paitell. iun. in annot. ad exped. 73. num. 44. & seqq., Postb. resol. 72. num. 18., Casareg. ad Statut. Ianuen. de success. ab intest. §. 13. verb. nisi prò substentatione &c. num. 4. pag. Mihi 267.*, quocircà rationabilitèr infert nostra *Decisio num. 7.*,
33 quod huiusmodi alimenta præterita debita iure actionis, siuè illorum annualitates decursæ, & non solutæ, quantumuis ab Alimentario (dùm viueret) numquàm petitæ, dubio procùl transmittuntur ad illius siuè testatos, siuè intestatos hæredes, sicuti etiàm vltrà *ibid.* allegatos comprobant *Carpzou. de Iurisprud. foren. part. 2. dicta Constit. 10. defin. 31. num. 4., Noal. de transmiss. cas. 66. num. 17., Postb. dicta resol. 72. num. 20., Bofs. dicto cap. 15. num. 892., Actolin. dicta resol. 48. num. 36., Rot. coram Vbald. decis. 396. num. 1. & 2., & coram Molines decis. 552., & decis. 595. vtrobiquè numer. 1. & 2.*

A. Lupardus.

SENOGALLIEN. IMMISSIONIS

Lunæ 6. Iunij 1701.

ARGVMENTVM.

Canonizatur in hac *Decisione* nullitas cuiusdam transactionis ex capite enormissimæ læsionis, & ea non obstante conceditur Immissio fauore Partis, quæ illam vti læsiuam impugnabat, quamuis exaduersò inculcaretur regula, quòd impugnans transactionem tenetur antè omnia alteri Parti restituere totum id, quod in illius sequelam recepit; & supèr hac regula afferuntur tàm in *Decisione*, quàm latiùs *in Addit.* plures limitationes vtrobiquè viden.

SVMMARIVM.

1 *Patri ab intestato succedunt pro virili portione filij tàm primi, quàm secundi Matrimonij*, & n.4.

2 *Transactio dicitur enormissimè læsiua, vbi alter ex Transigentibus fuit læsus in nouem ex duodecim partibus sibi debitis.*

Quo casu transactio corruit, neque obstat, quominùs Transigenti sic læso succurrendum sit remedio Immissionis, n.3.

5 *Transactio supèr iure claro non sustinetur.*

6 *Impugnans transactionem non auditur, nisi præambulè restituat Contransigenti totum id, quod in illius sequelam recepit*, & n.14.

Limita multiplicitèr, vt num. 15. *vbi remissiuè.*

Et signantèr limita in casu, quo transactio detegatur enormissimè læsiua, num. 10., & num. 16.

Limita etiàm in casu, quo transactio impugnetur ex capite nullitatis à Muliere, Minore, vèl Ecclesia transigente, n.17.

Quod tamèn declara, & intellige, vt n.18., & 19.

Itèm limita, quandò impugnans transactionem esset creditor Contransigentis ex alia causa, vèl titulo, n.20.

Dummodò creditum sit liquidum, nullamque exceptionem patiatur, n.21.

Et dummodò etiàm huiusmodi creditum sit hypothecarium, n.22.

Rursùs limita in casu, quo impugnans transactionem reperiatur in statu talis inopiæ, vt nequeat restituere id, quod illius vigore percepit, n.26.

Et refertur desupèr casus decisus in Sacro Cons. Neapol. de eo, qui fuit condemnatus ad restituendam certam ratam accepti in transactione, n.27.

An verò prædictæ limitationes procedant, si in transactione fuerit expressè conuenta restitutio accepti in quocumque casu, quo illa ex quolibet capite impugnari contingat, vide num. 23. cum duob. seqq.

7 *Transactio obstat Transigenti, nè valeat primæua iura exercere, donèc fuerit rescissa per tres Sententias conformes.*

Fallit, si transactio detegatur enormissimè læsiua, n.8.

9 *Circuitus inanes sunt à Iudice euitandi.*

11 *Fructus in Iudicio petitionis hæreditatis à quo tempore restitui debeant.*

12 *Fructus in Iudicio rescissionis transactionis ex capite enormissimæ læsionis veniunt à die, quo ipsa transactio fuit celebrata.*

13 *Fructus Bonorum stabilium hodiernis temporibus taxantur ad rationem scut. quatuor prò quolibet centenario.*

DECISIO CC.

PRetio scutorum 1300. Margarita filia Anastasij sextam partem, quam consequi pretendebat supèr Bonis eiusdem Anastasij Patris prædefuncti ab intestato, & de facto obtinuerat per Sententiam A.C., successiuè quoquè canonizatam cum rescripto Signaturæ Iustitiæ = *sinè præiudicio*, vigore cuius vlteriùs etiàm adepta fuerat possessionem præfatæ sextæ partis, posteà fortasse trepidando vbi non erat timor, eamdem sextàm partem cessit, & renunciauit Camillæ Matri, & Tutrici illius Fratris, & respectiuè Sororum consanguinearum: At Gaudentius ipsius Margaritæ filius, maturiùs dignoscens, renunciationem à Genitrice factam, fore plusquàm enormissimè læsiuam, delegari Mihi reportauit Causam suæ conquæstionis, expetendo rursùs aliàs sibi concessam Immissionem; & obsistente obice præfatæ concordiæ, subscribi exoptauit Dubium, tàm primæuam eius victoriam concernens, quàm remotionem memorati obstaculi: Et *Domini* per Me hodiè conquisiti, Iustitiam precum palpantes, responderunt Gaudentio = *Dandam esse exoptatam Immissionem, & in nihilo obstare Transactionem.*

Certum quippè, & irrefragabile visum est incontinenti, quod Gaudentius integralitèr vestiens iura Margaritæ Matris suæ, necnòn filiæ Anastasij ad normam *Iuris Romanorum*, quod nuncupant *Commune*, licèt

1 filia foret primi Matrimonij, assequi debebat suam virilem vnâ cum quinque Fratribus, & Sororibus consanguineis susceptis ab Anastasio communi Parente ex Thoro secundo, sicuti (non intercedente aliqua Statuaria sanctione contrarium ordinante) peruij, & indubitati Iuris est, per *Text. in leg.* 1. *Cod. de legit. hæredib.*, *Mart. de success. legal. par.*1. *quæst.* 5. *art.*1. *num.*7., *Modern. Lucen. consult.* 31. *num.* 1., *Rot. coràm Cerr. decis.*435. *num.*8., *coràm Ottbobon. decis.* 99. *num.* 3. & 32., *ac in Recent. decis.* 160. *num.*25. *par.* 6., & *decis.* 241. *num.*1. *par.*17.

Et consequentèr, præcisiuè ab enunciata Transactione, & concordia iuxtà Assem hæreditarium Anastasij descriptum in Inuentario iudicialitèr efformato, ac dato ex parte Gaudentij informantis *Summario numer.*1. iuncto *num.*2., & 3. *cum seqq.*, aùt idem status indubitantèr conscendebat ad scut 23930., aùt ex partitis adauctis, & computatis in eodem *Summario num.*6. attingebat ad scut. 30370.; sicquè quomodòlibet partiendo præfatam sextam partem, & virilem Margaritæ, sempèr liquebat, quòd

2 receptio dumtaxàt scut. 1300. longè erat intrà bessem, quodquè propterea læsio comparebat

parebat, vt diximus, plusquàm enormissima, próut est, quotiscumquè euidentèr eadem læsio superexcedit nouem ex 12. partibus debitis læso, ad tradita in terminis Transactionis per *Vrceol. de Transact. quæst.94. num.16.* & per *Rot. decis.335. n.1. & 2. coràm Cels., decis.662. num.21. & 22. par.18. Rec., & in Soanen. Immissionis 14. Maij 1696. §. Quouerò, & 23. Ianuarij 1697. §. Vltrà falsitatem, coràm Reuerendiss. D. meo Molines Decano* (nùnc intèr suas *decis.429. num.9. & 10., & dec.477. n.7.*)

Atquè idcircò ex solo calculo Assis hæreditarij Anastasij, & ex sola dispositione Iuris communis patefacta læsione tàm enormissima Margaritæ transigentis, rectè Gaudentius valuit Immissionem expostulatam, & obtentam in principio coràm A. C. (cum successiua possessione actuali reportata, approbante Tribunali Principis rescribentis per organum RR. PP. DD. Votantium Signaturæ Iustitiæ, ac Eminentissimi Cardinalis Prefecti) in præsenti Audientia iterùm obtinere, non obstante prælaudata concordia de medio, quià quandò præful-
3 get, Transactionem esse suprà bessem læsiuam, in ipsa deficere dicitur consensus grauati, seù damnificati Transigentis, & quamlibet Transactionem, & quemlibet contractum non officere Immissioni, vt in longè fortioribus dictum, & resolutum fuit *in Romana, seù Firmana successionis sub die 10. Decembris 1698. ex §. Ità Mancini, & §. finali, coràm Me (decis. 67. num. 12. & 24. tom.1.*)

Et sanè in longè fortioribus; dùm in eo casu postmodùm per rescriptum eiusdem Signaturæ Iustitiæ confirmatum, & per acquiescentiam Patris, quæ liti renunciauit, is, qui pro minori, quàm condignum esset summa renunciauerat, & transegerat, Sententiam sibi contrariam passus fuerat, & articulus controuersæ successionis non modicam requirebat aperitionem librorum: In subiecta autèm materia, & con-
4 tentione nullum erat dubium, quòd filia succedere deberet Patri communi simultaneè cum alijs filiabus, siuè sororibus, ac fratribus à secundo thalamo procreatis, secundùm clara Iura superiùs allegata; itaut stante prætensionis, & articuli claritate, quæ nullam tolerabat ambiguitatem, ne-
5 què foret locus vlli Transactioni, cui Iura, eam de cœterò pro bono Reipublicæ exoptantia, firmitatem concedunt, quandò non tractatur de Iure claro, & incontrouertibili, quemadmedùm tradit *Vlpianus in leg.1. ff. de transact.* & prosequitur *Vrceol.* pariter *de Transact. quæst. 2. num. 11., & seqq., Rot. post eumdem decis. 7. num.9., & decis.55. num.10., & coràm Priol. dec. 380. num. 15. in Carpentoracten. Hæreditatis 26. Iunij 1699. §. Nullitas, coràm R. P. D. meo del Olmo, in dicta Romana, seù Firmana Successionis 10. Decembris 1698. §. Hisqu robustiùs, & in Bononien. liberationis à molestijs 2. Iulij 1700. §. fin., coràm Me (dicta dec.67. num.19. tom.1.,* & suprà *decis.166. n.33.*)

Ambigi solùm poterat, ac sibi ingenuè obijciebat informans pro Gaudentio, vtrùm idem Gaudentius, priusquàm rescindere, & annihilare satageret Transactionem, teneretur deponere, & restituere summam ex vi eiusdem concordiæ receptam: & quidèm
6 regula in abstracto se sic habebat, quià nemo valet impugnare Transactionem à se factam, nisi priùs euomito, siuè restituto pretio obtento per Transactionem, vt nimìs æquè per *Text. in leg. Si diuersa, Cod. de Transact.* affirmarunt vno ore *Vrceol. de Transact. quæst.89. num.5. vers. Sed retentâ, Adden. ad Gregor. decis. 354. num. 27., Rot. coràm eodem Gregor. decis. 418. numer. 9., & in Rec. decis. 251. num. 13. & seqq. par.15.*

Verùm quemadmodùm in tàm notoria facti specie læsiua, coacti extitère *Domini* recedere ab alia non minùs propatula pro-
7 positione, & regula, quòd Transactio disrumpi non possit, sed sempèr, tamquàm Murus in medio positus, repellat Transigentem ab actione intentata, donèc eadem Transactio per tres conformes fuerit destructa, & rescissa, ex firmatis per *Surd. cons. 451. num. 16. 17. & seqq., Caualer. decis.550. num.4.*; quià hoc minimè applicatur, vbi ipsa Transactio per enormissi-
8 mam læsionem, vti præmisimus, comperitur adeò iniusta, vt nullitati, & non facto æquiparetur: Ità paritèr subsistente hac enormissima læsione necesse est violare regulam de restitutione acceptorum, nàm si Iudici inconuincibilitèr apparet, quod summa in Transactione reportata admodùm infrà stet certitudinem instantiæ, &
9 Iudicij, idem Iudex, qui odisse tenetur vanos circuitus, vt ait *Summus Pontifex in Clement. Auditor, de rescript.*

Tenetur quoquè in similibus casibus prætermittere formalitatem, ac decernere,
10 quòd, loco restitutionis de breui faciendæ, maneat pecunia recepta penès Transigentem nullitèr, & iniustissimè læsum, & potiùs ab altera Parte suppleatur quidquid perperàm occupatur, & respectiuè adæquet, & compleat substantiam petitionis; & Sententiæ illicò proferendæ supèr refusione etiàm residui, *Vrceol. de Transact. dicta quæst.89. num.20. & 21., Carol. Ant. De Luca ad Gratian. animaduers. 770. num. 10. vers. præterea, & vers. pulchra est, Rota coràm Cels. decis. 203. num.12. & 13., & in Rec. decis.244. num.15., & decis.759. n.18. par.18.*

Vberiùs ad præsens, quià vsquè ab obitu Anastasij, vèl saltèm à die promoti Iudicij, competebant Gaudentio fructus in te-
21 xta parte hæreditatis eiusdem Anastasij, iuxtà sancita in *leg. Item veniunt*, *§. fructus ff. de petit. hæredit.*, *in leg. Mæuius*, *§. fundum*, *ff. de re iudic.*, *& in leg. ex quibus*, *ff. de interdict.* cum alijs *in Romana Hæreditatis de Lanuuijs 28. Iunij 1697. §. Confirmatione*, *& 23. Iunij 1698. §. Secunda*, *coràm Me* (*decis. 15. num. 3. & decis. 56. num. 4. tom. 1.*) vèl infallantèr ab an-
22 no 1667. initæ renunciationis, & dimissionis Bonorum per Margaritam, vt penès *Oleam de cess. Iur. tit. 2. quæst. 1. num. 50. in fine*, *Vrceol. de Transact. quæst. 94. nu. 41. & 42.*, *Pegas. resolut. for. cap. 7. num. 79.*, *Fontanell. dec. 64. nu. 4. 5. & seqq. & n. 11.* citrà scrupulum non solùm reddebant illiquidam oppositionem cuiuslibet restitutionis pecuniæ receptæ in Transactione, iuxtà calculum, & Inuentarium supradictum, sed eodem calculo, & Inuentario retento plenissimè extinguebant, etiàm ad ratio-
23 nem scutorum 4. pro centenario, cum qua in taxatione fructuum plerumquè procedit *Rot.*, vt in *Fanen. Census 5. Maij 1679. coram bo. me. Paluccio*, *in Viterbin. Dotis 8. Martij 1697. §. Quoncrò*, *coràm R. P. D. meo Caprara* (intèr suas *decis. 330. nu. 3*) *& in Romana Vineæ 2. Iunij 1698. §. fin. coram R. P. D. meo Pio*.

Et ità &c. Gaudentio tantùm informante.

ANNOTATIO, ET ADDITIO D. ADVOC. LVPARDI.

PRæsens *Decisio* extat quoquè per extensum registrata apùd *Com. Paulucc. pòst eius differt. 15. decis. 5. pag. 130. tom. 1.*

Quamuìs regula sit, quòd veniens contrà Transactionem cum alio initam, eam-
24 què ex aliquo capite rescindi petens, teneatur antè omnia restituere Contransigenti totum id, quod ex eadem Transactione recepit, vt prætèr *Iura*, & *Authoritates* in obiecto superiùs adductas *num. 6.* connotarunt *Adden. ad Molin. de Hyspan. Primog. lib. 4. cap. 9. num. 43. ad med.*, *Guzman. de euict. quæst. 31. num. 14.*, *Bonden. collect. 8. num. 1. lib. 1.*, *Pacion. alleg. 111.* paritèr *n. 1.*, *Mans. consult. 766. num. 32. & seq.*, *Torr. de pact. fut. success. lib. 2. cap. 34. num. 1.*, *Rot. decis. 111. per tot. par. 1. diuers.*, *& coram Merlin. decis. 767. num. 4.*, *& decis. 321.* (*la prima*) *num. 11. par. 12. rec.*, *& coràm Molines decis. 838. num. 5.*, *& coràm Lancetta decis. 46. num. 4. & 9.*, *& decis. 603. numer. 15.*

Nihilominùs intèr plurimas, quas hu-
25 iusmodi regula patitur limitationes collectas signantèr à *Guzman. de euict. d. quæst. 31. ex num. 19.*, *Baron. de effect. minor. ætat. quòad Iudicialia effect. 43. ex num. 9. ad 23.*, *Anureol. contr. 424. ex num. 12. vsquè ad fin.*, *Pegas. resol. foren. cap. 7. a num. 44. ad 63.*, *Valeron. de Transact. tit. 6. quæst. 1. à num. 8.*, *Vrceol. eod. tract. quæst. 89. à n. 18.*, *Schettin. de pact. success. par. 3. sect. 3. §. 7. ex numer. 94*, *Fanimoll. dec. 53. annot. 6. ex n. 51.* præcipua est illa, quandò vnus ex Contransigentibus apùd Iudicem iustificat, quòd
26 transactio quoàd ipsum fuerit enormissimè læsiua, tùnc namquè non intrare censuram *Text. in leg. Si diuersa*, *Cod. de Transact.* In quo decernitur, quòd veniens contrà transactionem non debeat audiri in sua impugnatione, nisi præambulè restituat totum id, quod illius vigore ad eius manus peruênit (quidquid obitèr dixerit *Rot. coràm Merlin. d. decis. 767. n. 5.*, *& coram Carill. decis. 132. num. 12.*) constantèr ex pòst tenuit *ipsamèt Rot. coràm Cels. decis. 213. numer. 12. & 13.*, & in alijs relatis per *Adden. ad Pamphil. decis. 49. sub num. 16. vers. Ampliatur*, *Constantin. ad Statut. Vrb. tom. 2. annot. 46. num. 38.*, *eademque Rot. decis. 24. sub num. 20. vers. Nec obstat*, *& decis. 27. nu. 35. & 36. intèr impress. pòst Salgad. in labyr. Credit.*, & recentiùs *in Romana Fideicommissi let. Antonij Vrsini sen. 4. Decembris 1724. §. In casu verò*, *coràm Reuerendiss. D. Calcagnino Decano*, & confirmat præinserta *Decisio* D. mei Ansaldi *num. 10.*, quam laudat, & sequitur præcitatus *Com. Paulucc. in eius posthumis dissert. lib. 3. differt. 112. n. 87.*

Limitatur quoquè præmissa dispositio *Text. in leg. Si diuersa* in casu, quo transactio impugnetur ex capite nullitatis, putà quià inita fuerit per Mulierem, Minorem, vèl Ecclesiam sinè solemnitatibus Iuris communis, aùt Statutarij, & respectiuè absquè Beneplacito Apostolico; In his quip-
27 pè terminis Minor, Mulier, vèl Ecclesia dans de nullitate transactionis non tenetur accepta restituere, aùt offerre, donèc per rem iudicatam talis prætensa nullitas extiterit iudicialitèr canonizata, quemadmodùm ex professo respondit *Rot. in Tirasonen. Iuris præsentandi 11. Februarij 1585. per tot. coràm Cantuccio*, quæ extat apùd Me manuscripta, & cum qua deindè processum fuit in *Mediolanen. Legati 15. Decembris 1593. §. Præterea cum seq. coràm Gyptio*, *& in Romana Donationis de Cupis 24. Maij 1600. §. fin. coràm Pamphilio sen. & in Valentina Baroniæ de Cortes 21. Iunij 1602. ex §. Verùm Domini vsquè ad fin. coràm Ortembergo*, quas paritèr habeo mm. ss., *& in decis. 60. num. 5. pòst Pic. ad Statut. Vrb*, *& coràm Gregor. decis. 473. num. 21.*, *Millin. decis. 273. ex num. 1. ad 6.*, *Canaler. decis. 311.*

cis.311. num. fin., Vbald. decis. 85. ex n.1.
ad 4., Coccin. decis.301. num. fin., & in
recent. decis.7. nu.2. cum duob. seqq. par.8.,
& decis.321. num.10. par.12., & in Farsen.
Bonorum supèr Transactionibus 13. Apri-
lis 1725. §. final. ad med. coràm bon. mem.
Gentilotto.

Dixi: donèc nullitas fuerit iudicialitèr ca-
nonizata; Postquàm namquè transactio ex-
18 titit per rem iudicatam rescissa ex capite
nullitatis, nequit Pars, quæ illam impu-
gnauit, effugere restitutionem accepti ex
causa ipsius transactionis, itàut omnia in
pristinum reponi debeant, acsì transactio
facta non fuisset, vt explicant Guzman. de
euict. dicta quæst. 31. num. 19. in fin., Ad-
den. ad Gregor. decis. 271. sub num. 28. vers.
Verùm hæc conclusio, Paul. Rub. in annot.
ad decis.81. ex num. 92. ad 95. par.8. rec.,
Bonden. dicta colluct. 8. num. 7. lib. 1., Vr-
ceol. dicta quæst.89. num.19., Torr. de pact.
fut. success. dicto lib.2. cap. 34. sub num. 10.
& 11., Panimol. dicta decis.53. annot.6. nu-
mer.63., Rot. coràm Merlin. dicta decis.767.
num.6., & in Firmana Transactionis 4 Iu-
nij 1688. §. Non obstat, coràm bo. me. Her-
uault.

Si autèm daretur casus, in quo vnus ex
Transigentibus allegaret nullitatem trans-
actionis, & altera Pars ob ectam nullita-
19 tem acceptaret, tùnc paritèr sinè dubio de-
berent omnia in pristinum reduci mediante
restitutione acceptorum hìnc indè facienda,
in modùm, vt antè expletam huiusmodi re-
stitutionem neutri ex Partibus competeret
ius redeundi ad primæua iura; & actiones,
qui sunt proprij termini, in quibus loqui-
tur præcitatus Text. in leg. Si diuersa, vt
notat ibid. Ias. sub num.1. vers. Tu dic, &
aduertunt quoquè Theodos. Rub. in singul.
Rot. Rom. tom.2. par.5. pag. Mihi 564. col.2.
n.5., & 6., Fontanell. de pact. nupt. claus.4.
gloss.9 par.5. num. 217. in fin. vers. Vereor,
Pegas. resol. foren. dicto cap.7. num.3. cum
plur. seqq., De Marin. quotid. resol. lib.2.
cap. 234. num. 3., Bonden. dicta colluct. 8.
num.6. lib.1., Rot. decis.317. num.5. par. 3.
coràm Verall., & decis.736. per tot. par.4.
diuers., & coràm Millin. dicta decis.273. n.7.,
& in recent. decis.42. num.3. & 4. par.8.

Tertio loco limitatur dispositio d. leg. Si
diuersa, quotiès impugnans transactionem
ex capite siuè nullitatis, siuè læsionis per-
spicuè docet, se esse creditorem Rei con-
uenti, & respectiuè Contransigentis ex alio
titulo, & causa vèl superuenta, vèl etiàm
præexistente de tempore initæ transactio-
20 nis, itàut ab illo consequi debeat maiorem
summam comparatiuè ad emolumentum
ex transactione reportatum; nàm & in hac
hypothesi veniens contrà transactionem
eximitur à restitutione acceptorum, eaque
retinere potest ex causa alterius tituli, seù
crediti, absquè eo, quòd ob id repelli va-
leat ab exercitio actionis promotæ supèr re-
scissione transactionis, pròut omissis plu-
rium particularium Doctorum Auctoritati-
bus sæpiùs firmauit Rot., & præsertim cor.
Coccino decis.1746. num. 23., & in recent.
decis.192. num.24. & 25. par.10, & dict.
decis.321. num.11 par.12., decis.344. n.15.,
& decis.759. num.18. par.18., in Romana,
seù Mexicana Depositi Eleemosynarum 22. Iu-
nij 1699. §. fin. coràm Card. de la Tremoille,
& in dicta Romana Fideicommissi lo: Antonij
Vrsini sen. 4. Decembris 1724. §. Certiùs ta-
mèn, coràm R.mo D. Calcagnino, & in dicta
Farsen. Bonorum supèr Transactionibus 13.
Aprilis 1725. §. final. in fin. coràm Gentilot-
to; Dummodò tamèn creditum, prò quo
21 Actor retinere satagat acceptum in trans-
actione, sit vndiquè clarum, & liquidum,
nullamque dubietatem, aùt altiorem inda-
ginem inuoluat, vt declarant Ricc. collect.
3131. limit.4. in fin., Bonden. dicta colluct.8.
num.8., & seqq., Vrceol. dicta quæst. 89.
num.20., Torr. dicto cap.34. num.13. & 14.,
Capyc. Latr. decis.149. sub num.14. vers. Se-
cundò respondebatur, & num.15., Panimoll.
dicta decis.53. annot.6. num.64. in fin., Rot.
in Romana de Gabriellis 12. Nouembris 1593.
§. Nèc visa fuit, coràm Orano m. s., vbi ex
22 Bart., Speculat., & alijs vlteriùs subiun-
git, necesse fore, quód huiusmodi credita
sint hypothecaria, & decis.251. ex num.14.
vsquè ad fin. par.15. rec., & in dicta Firma-
na Transactionis 4. Iunij 1688. §. fin. coràm
Heruault.

Difficultas tamèn in hoc proposito oriri
posset, si in Instrumento transactionis pe-
culiaritèr cautum fuisset, quòd quotiès al-
23 terutra ex Partibus vellet illam ex quo-
cumquè capite impugnare, non posset de-
supèr in Iudicio audiri, nisi priùs restituto
fauore alterius Partis omni, & toto eo,
quod transigendo receperat; Et licèt supèr
huiusmodi pacti efficacia (ad finem repel-
lendi Actorem ab intentata rescissione
transactionis, donèc accepta restituat) ad-
modùm insistant Nouar. in cons. impress.
apùd Ricc. dicta collect.3131. per tot., Gra-
tian. discept. 770. num. 1., & seqq., ac per
tot., Castill. de aliment. cap. 36. §.2. nu.47.
cum seq., Hermosill. ad Lopez glos.11. & 12.
leg.56. tit.5. par.5. num.145., Andreol. di-
cta contr.424. num.8., Capyc. Latr. d. dec.149.
num.14., Torr. dicto cap.34. num.15., Schet-
tin. de pact. success. dicta par. 3. sect. 3. §. 7.
num.116., Actolin. resol. 105. ex num. 60.
ad 72., ibiquè Rot. coràm Verospio iun. n.86.
& seq., & num. 101. paritèr cum seq., &
priùs decis.440. num. 1. par. 1. diuers., &
coràm Gregor. decis. 418. num.9. Attamèn
24 huiusmodi pactione non obstante Rot. in

præ-

præcitata *Romana Fideicommissi Io: Antonij Vrsini sen. §. Nilquè valet cum duob. seqq. coram Reuerendiss. Calcagnino* censuit, ac definiuit, quòd Pars impugnans transactionem non teneretur alteri Parti refundere id, quod illius vigore perceperat, quià satis, supèrque iustificauerat, se esse ex alio titulo, & causa creditricem sui Aduersarij, & respectiuè contransigentis in maiori summa, quàm importaret compendium ex transactione reportatum; & idipsum punctualissimè póst *Cephal.*, *Roland.*, *& alios* confirmat (quamuis in prædicta *Decisione* minimè allegatus) *Pegas. resol. foren. dicto cap. 7. sub num. 63. limit. 22.*; Et confert id, quod generalitèr tradit *Rot. Ferrarien. coràm Belmont. decis. 43. num. 27.*,
25 nimirùm, quòd memoratum pactum de restituendis acceptis nil operatur in omnibus ijs casibus, in quibus, non obstante censura *dictæ leg. Si diuersa*, potest quis audiri aduersùs transactionem absquè necessitate præambulè euomendi quidquid in illius executionem percepit.

Limitatur vlteriùs dispositio *d. leg. Si diuersa* in casu, quo veniens contrà transactionem reperiatur tempore moti Iudicij constitutus in tali statu egestatis, vt ei vèl
26 impossibile, aùt saltèm admodùm difficile reddatur restituere alteri Parti id, quod transigendo recepit; In hac namquè hypothesi æquitas suggerit, quod impugnans transactionem, eamque rescindi petens debeat in sua impugnatione audiri etiàm nullâ facta restitutione summæ in illius executionem receptæ, vt communi placito connotarunt *Pegas. dicta resol. 7. num. 49.*, *Rot. Bononien. apùd Ang. Rodulphin. alleg. 170. num. 50.*, *Vrceol. dicta quæst. 89. num. 34.* & concordat *Rot. coràm Vbald. decis. 409. sub num. 8. vers. Vèl saltèm*; & in hoc passu videre non desinas *Capyc. Latr. dicta dec. 149.*, in cuius themate Sac. Consilium Neapolitanum condemnauit Actorem instantem
27 prò rescissione transactionis ad restituendum Contransigenti Reo conuento partem pecuniarum, & Bonorum, quæ ad eius manus in illius sequelam peruenerant, eo quià idem Actor iustificauerat impossibilitatem faciendi integralem restitutionem totius quantitatis, quam in vim ipsius transactionis fuerat assecutus, sicutì patet ex *dicta decis. 149. in fin.*, de qua meminit *Vrceol. in cit. quæst. 89. num. 16.*

Cœteras limitationes ad *d. leg. Si diuersa* (quæ videri possunt apùd *Scribentes* superiùs remissiuè citatos *sub num. 15*) consultò omittendum censui, contentus retulisse prædictas quatuor, veluti principaliores, magisquè frequentèr cadentes in subiecta materia rescissionis transactionum.

A. Lupardus.

FINIS.

TABVLA

Indigitans cuncta verba initiatiua, sub quibus Conclusiones, & materiæ sequentis Indicis generalis sunt extensæ.

A

Amor

Exa-

No-

T

V

INDE-

INDEX
LOCVPLETISSIMVS

Omnium Conclusionum contentarum cum suis ampliationibus, limitationibus, ac declarationibus in hac secunda Centuria Decisionum bon: mem: R. P. D. Ansaldi Sac. Rotæ Auditoris, & posteà Decani.

A

C

Fi-

ſa in

Ser-

CLERICATVS

CŒREMONIALE *Episcoporum*

COLLEGIALITAS

COLLEGIATA

siua

semèl

CONDVCTOR

CONFESSIO

CON-

De-

FI-

seù

Præ-

Ne-

Et

Et

Et

PA-

P

Con-

ga-

RE-

Dum-

Amplia

SER-

SO-

SPOLIATOR

SPOLIATVS

SPOLIVM

SPORTVLÆ

STA-

TER-

No-

VSV-

VSVFRVCTVARIVS

VXOR

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google